
13
11 I
14

D. IOANNIS

GVTIERREZ

IVRISCONSVLTI HISPANI,

Canonici Doctoralis almæ Ecclesiæ Ciuitatensis;

PRACTICARVM QVÆSTIONVM

Circa leges Regias Hispaniæ secundæ partis Nouæ Collectionis Regiæ,

TRACTATVS DE GABELLIS.

VNIVERSAM MATERIAM, SATIS AMPLAM & diffusam quidem, numquam tamen ita congestam, certa quadam methodo, miro ordine contexens.

OMNIBVS IVRISCONSVLTIS TVM IN FORO, TVM IN SCHOLIS versantibus apprime vtilis & necessarius.

CVM SVMMARIIS ET INDICE VBERRIMO.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.







VENETIIS, Apud Iuntas MDCXIX.



ILLVSTRI AC ADMODVM

REVERENDO DOMINO

D. ANTONIO DE IDIAQVEZ MANRIQVE, Episcopo Ciuitatensi, Regis Consiliario meritissimo, Doctor Ioannes Gutierrez Canonicus Doctoralis eiusdem Ciuitatis.



PEnduntur Principibus, nobilissime Præsul, a subditis vectigalia, & tributa, tum humili professione obedientiæ obsequentis, tum grata beneficiorum agnitione. At vicissim rependunt Principes, & semper exorabile numen, hilaremque vultum, & peruigilem, fidamque suorum tutelam. En quoque nos quasi vectigalem pensitationem cernui offerimus tibi, librum quidem de Gabellis, quia nostrum tam tuum, vt tuo summoque iure vindicare posses, propinaretur sponte. Nec fastidiendum munus, quantumuis exiguum, nam & præstamus al que vala, *id est, quod dignitati respondeat tuæ, ad effectum quidem, & animum, nec dijs ipsis ingratum, aut despicabile. Eæ partes, functionesque meæ. Tuæ vero, quas obliuisceris numquam, exequeris semper. Quippe, qui sæcularis, auitæque nobilitatis splendori religiosam adiungis, munificamque beneficentiam, qua literatos (quibus apud Principem, penes quem ex fide, ex solertia magni tui semper extitere patroni) mire, & faues, & foues, quin & fouebis (auguror) æternum.*

Dum res, & ætas, & sororum
Filia trium patiuntur atra.

Progredere ergo, clarissime vir, progredere qua, & non alia itur ad Astra, meque iam pene deficientem beneuolentiæ tuæ iucundissima aura, & recrea & inflamma. Fateor enim, me ex ijs esse, quos solida gloria, optimorumque fauor.

quemuis perferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare serenas.

Quo si quid in re literaria profecerim, tuo nomini dicandum dico, edico. Vale, Præsul amplissime, vt studiosi valeamus omnes.

INDEX LEGVM,

QVAESTIONVM HVIVS

Libri ſeptimi, ſuper ſecunda parte Nouæ Collectionis Regiæ, & Tractatu de Gabellis.



Quæstio Prima.

QVid ſit cenſus, tributum, & gabella.

Quæstio 2.

De origine alcaualæ, & de eius iuſtitia.

Quæstio 3.

An gabella non petita, debeatur in foro conſcientiæ.

Quæstio 4.

An Rex iure poſſit gabellas, & cetera iura Regalia diſtrahere.

Quæstio 5.

Ius exigendi gabellas, an poſſit conſuetudine immemoriali præſcribi contra Regem.

Quæstio 6.

Alcauala an ſit odioſa, vel fauorabilis cenſenda.

Quæstio 7.

An a tempore venditionis, vel traditionis alcauala debeatur & peti poſſit.

Quæstio 8.

An ex venditione conditionali debeatur gabella.

Quæstio 9.

Ex venditione nulla, an debeatur gabella.

Quæstio 10.

An ex venditione reſciſſa, vel ex legitimis cauſſis reſoluta, debeatur gabella.

Quæstio 11.

An ex venditione reſciſſa ob redhibitoriam actionem, fiſcus, vel gabellarius debeat gabellam reddere?

Quæstio 12.

Ex venditione quæ reſcinditur remedio l. 2. C. de reſcindenda venditione, an debeatur gabella?

Quæstio 13.

An ex venditione, vel permutatione per reſtitutionem in integrum reſciſſa, debeatur gabella?

Quæstio 14.

An ex venditione, vel permutatione reſciſſa doli mali, metuſue cauſſa, vel a minore ætate celebrata, debeatur gabella?

Quæstio 15.

Ex venditione rei alienæ an debeatur gabella?

Quæstio 16.

An reuocata ſententia de remate in via executiua lata, debeatur gabella, & ſoluta repeti poſſit, necne?

Quæstio 17.

De gabella debita ex contractu venditionis, en pacto celebrato, vt de ea fiat ſcriptura, an debeatur, interueniente arrha?

Quæstio 18.

De venditione quanti Titius æſtimauerit, vel ad pondus, numerum, vel menſuram.

Quæstio 19.

An in ſpecie legis quoties, C. de rei vendicatione, vna, vel duplex gabella debeatur?

Quæstio 20.

An noua gabella debeatur ex augmento, vel diminutione pretij prius conſtituti, omnibus integris manentibus?

Quæstio 21.

De quibus contractibus debeatur gabella?

Quæstio 22.

An ex venditione neceſſaria debeatur gabella?

Quæstio 23.

Ex venditione in ſolutum, voluntaria, vel etiam neceſſaria, an gabella debeatur?

Quæstio 24.

An ex conſtituto debeatur gabella.

Quæstio 25.

An reſpectu gabellæ æſtimatio faciat emptionem.

Quæstio 26.

An ex intereſſe ſoluto, pro nō adimplemento contractus principalis, debeatur gabella.

Quæstio 27.

Circa intellectum, & praxim gabellæ ſoluendæ ex permutationis contractu.

Quæstio 28.

A quo tempore in permutationibus incipiat gabella deberi.

Quæstio 29.

An ex contractibus innominatis gabella debeatur.

Quæstio 30.

An duplex, vel vna tantum gabella debeatur, quando ex vna parte res aliqua, ſiue ſpecies, ex altera vero pretium, & alia res datur.

Quæ-

Quæstio 31.

Ex contractu, & obligatione dandi rem aliquam in specie pro pecunia, an debeatur gabella.

Quæstio 32.

An ex pretio libertatis seruo datæ debeatur gabella.

Quæstio 33.

Gabella an debeatur ex tritico horrei publici, distributo a Republica inter vicinos pretio ab ea constituto.

Quæstio 34.

Gabella an debeatur de alimentis præstitis certo salario, vel pretio pro eis constituto.

Quæstio 35.

De locatione, & conductione an debeatur gabella.

Quæstio 36.

An gabella debeatur ex locatione minarum.

Quæstio 37.

Ex venditione, vel locatione fructuum vnius, vel plurium annorum, an gabella debeatur.

Quæstio 38.

An ex locatione fundi ad pactum, & culturam debeatur gabella.

Quæstio 39.

Ex pretio speciei datæ pro operis hominis an debeatur gabella.

Quæstio 40.

An ex locatione ad longum tempus debeatur gabella.

Quæstio 41.

Vtrum debeatur gabella ex venditione cum pacto, quod dominium rei venditæ ad emptorem non transeat.

Quæstio 42.

Laicus dominus terriatum, vel decimarum locans eas iam collectas, penes tertios existentes, an teneatur ad solutionem gabellæ.

Quæstio 43.

An ex sublocatione vsus rei debeatur gabella.

Quæstio 44.

Conductores decimarum Ecclesiasticarum an debeant soluere gabellam ex venditionibus earumdem fructuum.

Quæstio 45.

An ex transactione, compromisso, vel fideiussione gabella debeatur.

Quæstio 46.

Ad quem ex contrahentibus spectet, & incumbat onus soluendi gabellam, tam iure communi, quam Regio.

Quæstio 47.

Ex promissione de vendendo, an debeatur gabella.

Quæstio 48.

An venditioni consentiens, teneatur soluere gabellam.

Quæstio 49.

Vtrum de venditione iure celebrata habita fide de pretio, debeatur statim gabella.

Quæstio 50.

An ex remissione partis pretij conuenti debeatur gabella.

Quæstio 51.

An ex franquitia, hoc est, de la franqueza, que se haze en el precio de alcauala gabella debeatur.

Quæstio 52.

An ex pretio pro quo res venit deducantur expensæ, antequam gabella, vel ex toto pretio sit soluenda.

Quæstio 53.

An de pretio rei venditæ deduci debeat prius gabella, quam alia debita.

Quæstio 54.

De constitutione census, an debeatur statim gabella.

Quæstio 55.

Censu constituto super bonis in alio territorio sitis, cui gabellario debeatur gabella census.

Quæstio 56.

Ex venditione census ad vitam, an debeatur gabella.

Quæstio 57.

Vtrum ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis constituti super iuribus Regalibus, debeatur gabella.

Quæstio 58.

Ex censu emphyteutico, vel fundo in eum dato, an debeatur gabella.

Quæstio 59.

An debeatur gabella ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo redditu.

Quæstio 60.

Ex cessione rei emptę, vel alias acquisitę eodem pretio facta, an debeatur gabella.

Quæstio 61.

Si de la carta de lasto para cobrar de los deudores, o de los demas fiadores se deua alcauala.

Quæstio 62.

An ex cessione conductionis gabellarum, vel aliorum reddit.uum, debeatur gabella.

Quæstio 63.

Vtrum ex refutatione, repudiatione, vel renunciatione pretio facta, absque cessione alicuius iuris debeatur gabelle.

Quæstio 64.

De donatione an debeatur gabella.

Quæstio 65.

Ex contractu donationis in quo pretij donatio fit, an debeatur gabella.

Quæstio 66.

De donatione remuneratoria, vel reciproca, an debeatur gabella.

Quæstio 67.

De pactis in venditionibus, & permutationibus appositis, quando, & quibus casibus pars pretij censeantur, quo ad gabellam.

Quæstio 68.

An in specie l. si quis stipulatus fuerit 57. ff. de solut. debeatur gabella.

Quæstio 69.

Gabella pro pignore suo iusto valore, vel vltra dato, ratione pecuniæ mutuæ ex soluendæ, an debeatur.

Quæstio 70.

Ex contractu depositi pecuniæ soluendæ Petro, si is deducit fundum, sequuta fundi datione, an debeatur gabella.

Quæstio 71.

De diuisione bonorum circa intellectum l. 35. tit. 18. libro 9. Nouæ Collect. Reg. an debeatur gabella.

Quæstio 72.

Ex rebus in dotem datis, an debeatur gabella? & quomodo intelligendum sit.

Quæstio 73.

Cuius temporis valoris tritici, &c. ad matrimonium deducti, sit habenda ratio in hac materia; an quo deductum fuit ad matrimonium, vel quo fuit matrimonium solutum.

Quæ-

Quæſtio 74.

An gabella debeatur ex ijs, quæ pro animæ expiatione ex bonis defuncti venduntur.

Quæſtio 75.

Ex venditione facta præcepto teſtatoris in teſtamēto da vendendo, an debeatur gabella.

Quæſtio 76.

De pane cocto quare non debeatur gabella.

Quæſtio 77.

Quare non debeatur gabella de los cauallos, mulas, ni machos de ſilla que ſe vendieren, y trocaren enſillados, y enfrenados.

Quæſtio 78.

De pluribus rebus ex quarum venditione gabella non debetur.

Quæſtio 79.

Cui gabellario debeatur gabella ex venditione rerum conſiſtentium in pondere, numero, vel menſura.

Quæſtio 80.

Ex pretio materiæ alienę, ex qua quis bona fide ſpeciem fecit, an debeatur gabella.

Quæſtio 81.

De quo debeatur gabella in ſpecie taxtus in l. Inſulam. 13. ff. qui potior. in pignor. hab.

Quæſtio 82.

Ex capitibus, pedibus arietum, ceterorumque animalium, quorum corpora iubentur ponderari, vtrum debeatur gabella.

Quæſtio 83.

Vtrum ex duabus rebus vno pretio venditis, quarum vna libera eſt a ſolutione gabellæ, an ipſa debeatur.

Quæſtio 84.

De perſonis, quæ tenentur, & non tenētur ſoluere gabellam.

Quæſtio 85.

Fiſcus an ſoluere tenatur gabellam conductoribus gabellarum ab ipſo titulum locationis habentibus, & quid da alijs gabellas locantibus

Quæſtio 86.

Conſuetudo Ciuitatis, vel Villa non ſoluendi gabellā ex vēditionibus a ſe celebratis, an excuſet ab eius ſolutione, quādo de hoc nihil conuenit in locatione gabellarum a prædicta communitate facta in conductorem.

Quæſtio 87.

De Eccleſijs, Eccleſiaſticiſque perſonis immunibus a ſolutione gabellarum.

Quæſtio 88.

Ex bonis hæreditatis iacentis clerici, venditis, vt creditoribus ſatisfiat, an gaballa debeatur.

Quæſtio 89.

Ex parte hæreditatis clerici minoris ætatis vēdita qui poſtea petita reſtitutione in integrum aduerſus ſuam aditionem repudiauit hæreditatem, an debeatur gabella.

Quæſtio 90.

An clericus hæres defuncti adiens eum beneficio inuentarii eius hæreditatem euidenter damnoſam, vt non ſoluat gabellam, ſed vt fiat integrior ſolutio creditoribus hæreditatis, teneatur adhuc eam ſoluere ratione fraudis præſumptæ necna.

Quæſtio 91.

An clericus primæ tonſuræ tantum debeat ſoluere gabellam ex ſuis venditionibus, & permutationibus.

Quæſtio 92.

Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, an teneātur ſoluere ſiſam, vel aliam contributionem a Rege, vel alijs iudicibus ſæcularibus victualibus impoſitam, como es los millones cōcedidos a ſu Mageſtad por el Reyno, abſque licentia Summi Pontificis.

Quæſtio 93.

De clerico negotiatore, quod gabellam ſoluat.

Quæſtio 94.

Coram quo iudice clericus negotiator conueniēndus ſit pro gabellæ ſolutione.

Quæſtio 95.

De Hoſpitalibus, ſratribus, & ſororibus tertii ordinis Beati Franciſci, Eremitis non clericis, & Fratribus Ordinum Militarium, & alijs perſonis infra dicendis, an ſoluant gabellam.

Quæſtio 96.

Al arrendador da que tiempo perteneze el alcauala, ex venditione facta inter patrem, & filiumfamilias.

Quæſtio 97.

De venditione duobus præſentibus facta, quem ego ex eis elegerim, cuius temporis gabellario gabella debeatur.

Quæſtio 98.

Cui gabellario debeatur gabella rei venditæ in publica ſubhaſtatione.

Quæſtio 99.

Cui gabellario ſoluenda ſit gabella medietatis lucri, quod ex re vendita reuendenda obuenerit in partem pretij aſſignatæ.

Quæſtio 100.

Reuendita ex pacto retrouendendi per viam noui contractus cui gabellario debeatur gabella.

Quæſtio 101.

In caſu l. 34. titul. 19. lib. 9. Nou. Coll. Reg. cui gabellario debeatur gabella.

Quæſtio 102.

Cui gabellario debeatur gabella venditionis eo pretio factæ quo partes poſtea inter ſe conuenerint.

Quæſtio 103.

Ex venditione facta per nuntium, vel epiſtolam, cui gabellario debeatur gabella.

Quæſtio 104.

Cuius loci gabellario ſoluenda ſit gabella in l. 5. titulo 17. libro 9. Nouæ Collection. Reg.

Quæſtio 105.

Quo in loco debeatur gabella ex venditione rei in genere generaliſſimo in l. 5. tit. 17. lib 9.

Quæſtio 106.

Gabella fructuum futurorum venditorum, cui gabellario debeatur.

Quæſtio 107.

An fraus fiat in ſpecie quæſtionis præcedentis ex tranſmiſſione pecorum in alium locum diuerſum.

Quæſtio 108.

De venditione facta in confinio duorum oppidorum, quo in loco debeatur gabella.

Quæſtio 109.

Cui loco ex duobus domicilijs, quæ aliquis habet, ſit ſoluenda gabella.

Quæ-

Quæstio



D. IOAN.



PRACTICARVM QVAESTIONVM

CIRCA LEGES REGIAS HISPANIAE, SECVNDAE PARTIS Nouæ Collectionis Regiæ, Clarissimi Iurisconsulti Doctoris Ioannis Gutierrez, Præbendæ literariæ (vulgo Doctoralis nuncupatæ) Almæ Ecclesiæ Ciuitatensis Canonici.

TRACTATVS DE GABELLIS.

QVESTIO PRIMA.

SVMMARIA.



1 Census a censendo (hoc est) æstimando dictus est, æstimatio quippe bonorum cuiusque, quæ fiebat, vt iuxta illorum quantitatem ac valorem tributum imponebatur, census dicta est.

2 Census nomen accomodatum est, ad significandum tum facultates, ac bona cuiusque eo quod censeri, ac æstimari consueuerint, vt intelligeretur, quantum quisque subuenire in bello Republicæ posset, vel etiam ad tributum imponendum: tum etiam ad significandum tributum ipsum, quod ex eis soluebatur: inde extensum est nomen, ad ea etiam tributa significanda, quæ per capita imponebantur, præsertim in subiectionis, ac dominij iurisdictionis recognitionem.

3 Census tamen huiusmodi apud Christianos Principes non est vsu frequens eo quod ad superbiæ tumorem potius, & auaritiæ sit, & pertineat, quam ad publicorum sumptuum necessitatem.

4 Tributum, a tribuendo, siue contribuendo dicitur, eo quod quisque stipem tribuat, & quoniam antiquitus illa stipis contributio non fiebat, nisi ad alendum publicum militem, inde etiam stipendium deriuatum est.

5 Tributum differt a censu ratione materiæ, & finis, vt hic.

6 Tributum a tribuendo dictum, optime potest extendi ad significanda etiam vectigalia omnia, eaque quæ ad vectigalia reducuntur, vt sunt, Alcaualas, Montazgos, & his similia, veluti iura salinarum, piscationum, mineralium, & sic quæ frequenter sumitur.

7 Census vtroque modo sumptus, est tributum.

8 Vectigal differt a censu, & tributo, fine, & materia: soluitur enim de mercimonijs, quæ vehuntur negotiationis gratia ad murorum, pontium, aliorumue id genus publicorum operum refectionem, & dicitur a vehendo, idemque a portu, portorium, quia portitori soluitur, & Hispane, portazgo, & num 9.

10 Vectigalis, & tributi differentia.

11 Vectigalis ratione olim octaua pars debita erat: hodie autem decima est omnium rerum pars, sed apud nos Almoxarifazgo dicitur, & l. 5. tit. 7. parte 5. octaua pars æstimationis soluenda erat, nunc vero quandoque decima, quandoque minor esse solet, pro diuersitate locorum.

12 Gabella large, & generaliter comprehendit omnem exactionem publicam.

13 Alcauala in Hispania est ius quoddam, quod modo Principibus apud nos competit, & redditur decimæ partis pretij omnium rerum, quæ venduntur, aut permutantur, vt latius hic.

14 Alcaualæ mentio iure communi Romanorum nulla fit, licet apud eos frequens quoddam venditionis tributum fuerit gabellæ nostri temporis non dissimile, vt hic: quinimo & aliarum rerum venalium centesima pars fisco soluebatur, vt in nu. 15.

16 Alcauala Regalis decima vere, ac proprie tributum non est, sed verius velut lex, & seruitus quædam est venditionibus, & permutationibus imposita, vt in nu. 17.

18 Gabella, quæ ex contractu debetur iuri gentium refragatur, non sic tributa, quæ Regibus debentur.

19 Alcauala est ius, onusque personale Regi debitum a venditoribus, & permutatoribus, eos obligans, seu adstringens ad soluendam decimam partem pretij rei venditæ, & æstimationis vel valoris permutatæ, & in numeris sequentib. hoc declarat.

20 Alcaualam non esse ius Reale, sed personale hic ostenditur, ideoque clerici non tenentur ad collectas, & gabellas: nisi quando gabella exigi non potest ab eo, qui recte eam debet, & sic in subsidium, quando res vendita transiuit in clericum, vel alias exemptum vt in nu 21.

22 Res, ex quibus Regi aliqua contributio debetur, sunt tacite hypothecatæ primo eius solutioni.

23 Prædia sunt tacite hypothecata pro collectis Regi debitis.

24 Prædia sunt tacite hypothecata pro decimis Ecclesiæ debitis, estque in electione eius, cui debentur decimæ, eas exigere ab antiquo, vel nouo possessore, vt in nu. 25. Idem est in fundis Ecclesiæ, vt in nu. 26 & in vectigalibus cuiuscunque Ciuitatis, vel municipij, vt in nu. 27. & in pensione Ecclesiastica vt in nu. 28.

29 Alcaualæ ius videtur quod sit partim personale, & partim Reale vel patrimoniale, vt in nu. 31. Sed resolutio vera in hoc ponitur, nu. 32.

34 Collectarum, onerumque plura sunt alia nomina remissiue.

QVESTIO I.

Quid sit census, tributum, vectigal, & gabella?



Vero pro introductione, & intellectu huius materiæ gabellarum, quid sit census, tributum, vectigal, & gabella? Et quo ad primum.

1 Census a censendo, hoc est, æstimando dictus est, æstimatio quippe bonorum cuiusque, quæ

fiebat, vt iuxta illorum quantitatem, ac valorem tributū imponeretur, census dictū est, vt habetur in l. vita, & in l. forma. ff. de censib. l. 2. & 3. C. de censib. lib. 11. & 10 alijs iuribus praefertim citatis a D. Couar. libro 3. varia. resolut. cap. 7. numero 1. & Aluar. Valasc. de iure emphyt. q. 32. numero 1.

2 Inde nomen † accommodatum est, ad significandum, tum facultates, ac bona cuiusque, eo quod censeri, ac aestimari consueuerint, vt intelligeretur, quantum quisque sub uenire in bello Reipublicae posset, vel etiam ad tributum imponendum: tum etiam ad significandum tributum ipsum, quod ex eis soluebatur, atque in hac vltima significatione sumitur census in l. 2. C. sine cens. vel reliq. inde verò extensum est nomen ad ea etiam tributa significāda, quae per capita imponebantur, praesertim in subiectionis ac dominij iurisdictionisue recognitionem, quo pacto sumitur Matthaei c. 22. & Luc. 20. quando interrogatus fuit Christus: Licet ne censum dare Caesari an non? & de hoc latè agūt Otalora, de nobilit. 1. parte c. 2. per totū. & Molina Theolog. 2. parte, de iust. & iure, disputatione 281. in princip. column. 826. & in 3. parte, de tributis, disputatione 661. nu. 2. colum. 771. cum seq.

3 Huiusmodi tamē † census apud Christianos Principes non est vsu frequens, eo quod ad superbiae tumorem potius, & ad auaritiae iri, & pertinere, quam ad publicorum sumptuum necessitatem, vt late probat Dominicus a Soto. lib. 3. de iust. & iure. quaest. 6. art. 7. paulo post princip. Aragon de iust. & iure. quaest. 63. artic. 3. pag. 253. column. 2. Ludouic. Carbo in tract. de restit. quaestion. 32. versic. Primum.

4 Tributum † autem a tribuendo, siue cōtribuendo dicitur, eo quod quisque illi, è tribuat, & quoniam antiquitus illa stipem contributio non fiebat, nisi ad alendum publicum militem, inde etiam stipendium dictatum est, vt in

5 l. ager. ff. de verbor. significat. † Differt autem a censu (quā uis iuris communi census, & tributum communiter conueniantur) ratione materiae, & finis, quia tributum de terrae nascentibus in subsidium Regis, vel Reipublicae contribuitur; census vero de capite ad profitendum subiectionem, vt praediximus, Carbo, ubi supra, & de diuersis tributis agit Molina d. disputatione 661. nu. 4. cum seqq. vbi nu. 11.

6 † quod nihilominus hoc vocabulum tributum a tribuendo dictum, optimè potest extendi ad significanda etiam vectigalia omnia, eaq. quae ad vectigalia reducuntur, vt sunt, Alcaualas, Montazgos, & his similia, veluti iura salinarum, piscationum, mineralium, & c. sic q. frequenter sumitur a Doctoribus, & in communi vsu loquentium sermone Hispano, in eaq. significatione reperitur vsurpatū in legibus Partitarum.

7 Quod vero census † vtroque modo acceptus, sit tributum sumptum per se est communis Doctorum sententia, vt affirmat Molina d. disputatione 661. numero 3. vbi eam latè iure, & auctoritatibus sacrae Scripturae comprobat.

8 Vectigal autē † ab vtroque differt, fine, & materia, soluitur enim de mercimonijs, quae vehuntur negotiationis gratia, ad murorum, pontium, aliorumve, eiusque generis publicorum operum refectionem, & dicitur a vehendo:

9 idemque à portu † portorium, quia portitoribus soluitur, & Hispanè portazgo. Alphons. a Castro lib. 1. de leg. pen. cap. 5. versic. 2. ex eadem conclusione columna 1636. Otalora, ubi supra, numero 16. Molina d. disputatione 661. numero 3.

10 † Vnde glossa in l. 1. §. 1. verbo pendant. ff. de public. & vectig. distinguit vectigal a tributo, quod vectigal sit, id quod soluitur ex rebus, quae vehuntur, dictum a vehendo: tributum verò, quod soluitur ratione soli ab eo, qui illud possidet, addit Molina, vel ratione totius patrimonij, aut per capita familiarum.

11 Olim ratione vectigalis octaua pars debita erat, † l. ex praestatione, C. de vectig. l. 5. tit. 7. parte 5. hodie autem decima est communiter rerum pars, teste D. Couar. in regula peccatum, 2. parte, § 5. in princip. ibi: hodie autem, de regulis iuris in 6. Sed apud nos hodie, Almoxarifazgo dictum, & l. 5. titul. 7. parte 5. octaua pars aestimationis soluenda erat, ut notat ibi Gregor. Lopez in gloss. El ochauo: nunc verò quādoque decima, quandoque minor esse solet, vt cauetur in toto titulo 22. lib. 9. Noua Collectionis Regiae, teste Lassarte de decim. uend. & permutat. in praefatione, numero 7. de quo etiam loquuntur aliae leges huius Regni, quas citat Girond. in pralud. de gabell. numero 4. vbi quod soluitur de rebus, quae exportantur, quinque solet, pro centum, iuxta l. 3. titulo 25. lib. 9. Collect. Reg. sed haec diuersitas pretiorum pro diuersitate locorum introducta est, vt patet ex dictis ll. Regijs.

12 Gabella † autem, quae non modo in Hispania, verū, & in alijs quoque prouincijs in vsu est, large, & generaliter comprehendit omnem exactionem publicam, Bertrādus in tractatu de gabell. in princip. D. Couar. in Regula peccatum, 2. parte, § 5. post princip. de Regulis iuris in 6. Otalora ubi supra, numero 21. Lassarte in praefatione de decima uendit. num. 4. In nostra vero Hispania, vt ex supradictis auctoribus, & Alphonso a Castro ubi supra, patet: † Hoc

13 verbum, † Alcauala, de quo in toto hoc lib. 9. Noua Collectio. Regiae, & praecipue titul. 17. agitur: est ius quoddam, quod modo Principibus apud nos competit, & redditur decimae partis pretij omnium rerum, quae venduntur, aut permutantur publice, vel priuatim rerum mobilium, vel immobilium, aut se mouentium, ratione contractus, vel vi iure tributi Regi, vel eius vicem obtinentibus soluendae.

14 Ceterum, † licet frequentissimum sit ius istud, de quo agimus, hoc est, la alcauala, in his Regnis, & in alijs quoque prouincijs exerceatur: de iure tamen communi Romanorum nulla eius mentio fit, licet apud eos frequens quoddam uectigalium tributum fuerit gabellae nostri temporis non dissimile, ex mancipiorum uenditione, non quidem decimae partis, sed uigesimae quinta, quae tamen in principio ab emptoribus soluebatur, tempore Neronis Imperatoris ad uenditores translata est, eo quod iustius, & commodius ita fieri uideretur, ut in his Regnis in gabella contingit ex l. 13. in quarterno gabellarum.

15 Quinimo, & aliarum † rerum venalium centesima pars Fisco soluebatur, quam Tyberius Caesar ad ducentesimam relaxasse dicitur, vt probatis auctoribus cōmemorat Lassarte ubi supra numero 16. cum sequentibus, resoluens, alcaualae ius tum generale, & vt apud nos est, numquam Romanos Principes habuisse.

16 Regalis autem illa decima, quae Alcauala dicitur, vere ac propriè tributum non est, vt per Lassarte in praefatione,

17 numero 19. & 30. † Vbi quod verius velut lex, & statutus quaedam est venditionibus, & permutationibus imposi-

18 ta, † ideoque, vt belle dixit Bald. in l. contractus numero 2. C. de fide instrumentor. gabella, quae ex contractu debetur iuri gentium relaganti, non sic tributa, quae Regibus debentur, non enim sunt contra ius gentium, vt probat Lassarte, ubi supra.

19 Est autem † Alcauala (vt forsan videri quibusdam poterit) ius, omnibus personale Regi debitum a venditoribus, & permutatoribus, eos obligans, seu adstringens ad soluendam decimam partem pretij rei uenditae, & aestimationis, uel ualoris rei permutatae, ut in l. 1. & 2. titulo 17. libro 9. huius nouae Collectionis Regiae, quae ita se habet: Mandamos, que los uendedores paguen el alcauala, y dellos se cobre desta manera que paguen por razon della de cada diez marauedis uno de todo el precio por que uendieren. 2. Porque los truecques, y las uentas se deuen iuzgar por una misma cosa: Mandamos, que de todos los truecques, que se hizieren de unas cosas a otras se mantes, y no semantes, quier interuenga en ello dinero, o no, que de todo se pague el alcauala al nuestro arrendador, fiel, o cogedor, siendo cada una cosa apreciada, la por lo que valen, & c.

20 Hac † tamen forma definitionis singillatim explicanda uenit in hunc modum. Diximus, alcauala esse onus personale: quia cum eam debeat uenditor, uel permutator, penes quos res uendita, uel permutata non remanet, non potest esse onus reale, consistit siquidem in persona absque re, iuxta doctrinam Bald. in l. si certis annis.

mis, numero 17. C. de pact. vbi quod ius, quod non repetitur, sitt in ipsa obligatione est ius personale: Obligatio naque soluendi hanc gabellam principaliter est personalis, quia imponitur personis pro rebus, vt docet Bart. *in l. prima. §. 1. numero 4 ibi, quæro an vectigalia, pedagia, & similia, ff. de public. & vectigal* sequitur Gironda, *de gabell. in prælud. numero 3. & voluit Bald. in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles.* I ro tenet cum Bartolo, clericos nō teneri ad collectas, & gabellas, quia sunt extraiudicialia munera, & non possunt imponi non subditis: ergo sunt personalia: de quo habemus hodie expressam *l. 6. titulo 18. libro 9. Nouæ Collectionis Regiæ*, de qua late agimus infra alijs sequentibus.

21 Nihilominus † tamen, quando gabella hæc exigi non potest ab eo, qui directè debet gabellam, si transiuit in clericum res vendita, vel aliàs exemptum, in subsidium remanet obligata pro solutione gabellæ, *vt in l. 3. del quaderno de las alcaualas, hodie l. 8 & 9. titulo 18 libro 9.* quæ obligatio realis est, taquam hypotheca obligationis personalis prælatæ.

22 Sic enim † iure communi videmus, res, ex quibus Regi aliqua contributio debetur, tacite esse hypothecatas pro eius solutione, *text. & ibi gloss. & Doctores in l. prima. C. in quibus caus. tacite pign. contrah. Alexand. & Iason, in l. apud Iulianum. § heres, ff de legatis* 1. textus optimus in proposito in *l. Imperatores, ff. de public. & vectigal. ibi: in vectigalibus ipsa prædia, & c l. 25. titulo 13. parte 5. & ibi Gregorius Lopez in glossa Obligados al Rey.*

23 Idem † est in Conectis, quia pro illis prædia sunt tacite hypothecata secundum Iasonem post alios a se relatos *in d. l. apud Iulianum, §. hares, num. 5.*

24 Idem † probant in decimis respectu Ecclesiæ, Hostiensis & Ioan. Andreas *in capit. Pastoralis, de decimis*, vbi Abbas *numero 5. Enerard. in loco de tribut. ad decim. l 6.*

25 *ad finem, titul. 20. parte 1. & l. fin. eiusdem tituli.* † Eiq; in electione eius, cui debentur decimæ, exigere eos ab antiquo, vel nouo possessore, *secundum Petrum de Anchar. in c. commissum, num. 8 de decim.* pro quo est *d l. fin. tit. 20. par. 1.*

26 Idem † est in fundis Ecclesiæ *secundum Iasonem, in l. si domus, § fin. num. 35. ff. de legat.* 1.

27 Procedit † etiam in vectigalibus, cuiuscumque Ciuitatis, vel municipijs, *secundum Iason ibidem, numero 28. & 19.*

28 Et † in pensione Ecclesiastica decursa *secundum Philip. Francum in cap. fin. prope finem de officio ordin. lib. 6. Gigas in tractatu de pension. quæst. 39. per totā. & iterum quæst. 43. volum. 15. tractat. diuers. Doct.* vbi dicit, ita obseruare Venetijs in maxima quantitate. Disimus *lib. 1. Canonicarum quæstionum cap. 1. numero* 100. & de his omnibus late agit Petrus Pecinus *de Eccles. repar. cap. 19 per totum*, & Aluar. Valasc. *de emphyt. q. 17. num. 17. cum seqq.*

29 Videtur † igitur ex prædictis, quod hoc ius, & onus soluendi gabellam, sit partim personale, & partim reale; & sic vtraque consideratione sumpta, simul ius, & onus mixtum.

30 Et † quamuis in permutationibus vtraque pars remaneat cum re permutata, nihilominus nō desinit esse onus soluendi tunc gabellam, quoniam, qui rem permutauit desijt habere rem suam, & remanet cum ea, quæ sibi traditur pro sua loco pretij, cum tamen soluit gabellam rei suæ, quam permutatione vendit alteri, non verò rei alterius, quæ sibi loco alterius traditur.

31 Rursus ex supradictis videtur, potius vectigalis munus non personale esse, sed patrimoniale, vt pro constituto probat Palladorus: sed nihilominus hoc falsum esse probat Laslarte *de decim. vendit. cap. 19 num. 97.* & prius

32 in præfatione, *numero 53.* decidens sine dubio, † dicendum esse, nec personale esse, quia non imponitur ratione personæ, nec etiam patrimoniale, quia non inducitur ratione alicuius rei, nec idem mixtum, quia nec ratione personæ, & rei simul impenditur: sed quod est quarta, ac noua species, nimirum quod imponitur ratione contractus, vt in simili gabella docet Bald. *in l. prima. numero 3. & 4. C. de contrahenda emot.* vt etiā agnouit Montalu. *in l. 50. verbo. Que Faraon, al fin. glossæ, versiculo, cum verò lex ciuilis, titulo 6. parte 1. q.* ... ipse prius in eadem glossa, *versic. restat nunc respondere;* voluisse videatur, alcaualam tributum esse rebus impositum.

33 Diximus præterea † in definitione à venditoribus, & permutantibus, &c. nonq. diximus a contrahentibus venditionis, & permutationis: vt intelligatur de venditione, vel permutatione perfecta deberi, & esse soluendam gabellam, & ad exclusionem nudæ conuentionis contractuum huiusmodi, a quibus re integra contrahentes discedunt, *vt infra dicemus*, vbi etiam an traditio rei requiratur, ad hoc, vt gabella debeatur.

Cetera definitionis verba, eaq. circa ipsa exponenda hic consulto omissa facimus, ne totam gabellarum materiam hic coaceruemus confuse, & indistincte, ideo consulto ea relinquimus suis locis, & quæstionibus distinctè, & clarius discutienda, atque resoluenda.

34 Sed, † & alia plura nomina collectarum, eorumq. exponunt præcitati auctores, præcipue Bertach. *de Gabellis, in principio*, Otaloca *vbi supra*, Siluester *in Summa, verbo, Gabella*, & nouissime Molina Theolog. *d. 3. parte, de tributis, disput. 661. per totam.*

SVMMARIA.

1 *Alcaualæ ius à quo tempore originem habuerit, & an iustum sit, cessaueritq; eius caussa, & concessio, vel adhuc duret? & in numeris sequentibus.*

2 *Alcaualæ ius tempore Regis Alphōsi Vndecimi, seu duodecimi primum in Hispania introductum fuit ad certum tēpus ob caussas, de quibus hic: sed postea in perpetuū simpliciter prorogatum (vt in num. 3. & numero 4. ad decimam reductum fuit; & de alijs in proposito num. sequentibus. & num. 9 quod hodie caussa concessionis magis viget. reclamarunt tamen populi tantum tributum integre soluere, & ideo pro minori summa incapitatum fuit, vt in numeris seqq.*

13 *Alcauala quare sic dicta fuerit.*

14 *Alcauala originem traxit ab Hebraico verbo, Cauala, quod tantumdem significat quantum receptio.*

15 *Alcauala iniusta, & quo tempore cœperit, hic refertur non tamen vltra decimam partem pretij exigi potest per Regem nec per dominos temporales, vt in nu. 16 & nu. 17. reijcitur opinio contraria Cardinalis Toleti censentis, videri hodie iniustam alcaualam: & contrarium late probatur num. 18 cum seqq.*

17 *Magister Bannez in origine huius alcaualæ a tempore Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabeth, audiendus non est.*

19 *Tributorum leges a diuino numine deriuantur.*

20 *L. 3. tit. 19. lib. 9. nouæ Collect. Reg. olim l. 120. del quaderno de las alcaualas intellectas.*

21 *Gabellæ iura, & tributa Principi debita non soluentes, an in foro conscientiæ sint condemnandi ad restitutionem? nu. 21 cum sequentibus, affirmatiue resoluitur: secus in vectigalibus iniustis, vt in num. 24. dummodo absit mendacium, & periurium, vt in nu. 26. & scandalum, vt in num. 27. & quid in dubio, num. 18.*

25 *Tributa sunt iniusta, quando non adest auctoritas, vel quādo imponitur noua gabella sine caussa, vel quando excedit, vel est immoderata.*

29 *Gabella quando est iniusta, aut non est certum esse iniustam, peccatum est eam non soluere, & obligatur homo ad restitutionem.*

QVAESTIO. II.

De origine alcaualæ, & de eius iustitia.

1 QVæro secundò: *A † quo tempore ius istud alcaualæ originem habuerit, & an iustum sit, cessaueritq. eius caussa, & concessio, vel adhuc duret?*

2 Circa primū † de origine obseruandum est, quod vt historici Hispani resoluunt, tempore Regis Alphonsi vndecimi, aut (vt alij vocant) duodecimi, ius istud soluendi alcaualam introductum fuit: Primum enim huic Regi in ciuitate Burgensi, id postulanti, concessum fuit ad certum tempus, belloq; contra Mauros durante; & deinde a reliquis Castellæ, & Legionis Ciuitatibus, Opidis, & locis libenter admissum, & concessum fuit, quatenus in Hispania Regna illa patent, quæ sola sub illius Regis ditione erant, idq. pro expellendis Mauris, & nominatim pro expugnatione ciuitatis Algeziræ, Anno Domini 1342. vt patet ex Chronica eiusdem Regis Alphonsi vndecimi, *cap.* 261. & referunt, ac id profitentur Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. *in princip. num.* 15. *cum sequentibus*, & Zamalloa in *Compendio histor. Hispan lib.* 14. *capit.* 17. ibi: *Que se le otorgo con dificultad, con condicion que sollamente gozasse durante el cerco de Algezira: y que despues la ciudad de Leon, y el resto de los pueblos de los Reynos de Castilla, y Leon, hizieron lo mismo que las cabeças, concediendo al Rey don Alonso el Dozeno, de veynte vno de alcauala, y que despues con sus necessidades de guerras vino a doblarse este tributo:* cuius etiam meminit Doctor Yllescas Hispan. *in Pontifical. histor. lib.* 6. *cap.* 19. quos, & alios ex nostris iuris professoribus citat, & sequitur Lassarte, *in præfatione sui tractat. de decim. vendit. numero* 19. & 20. eiusdem sententiæ est Humada in *l.* 49. *gloss.* 3. *numero* 6. *titu* 6. *part.* 1. quamuis dicat, hoc contigisse Anno Domini 1380.

3 Addit † tamen Lassar. *vbi supra, nu.* 21 *cum seqq.* quod postea Anno Domini 1349. cum iam expugnata, captaque esset Algezira, congregatis Compluti solemnibus Comitijs, propter nouas ipsiusmet Regis Alphonsi necessitates, & non modo durantibus, sed & crescentibus bellorum malis, & ex alijs caussis relatis a Montal. *in l.* 50. *versicul. Que Faraon, column.* 4. *versic. dictum tributum, tit.* 6. *parte* 1. iterum simpliciter concessum ei fuit ius istud alcaualæ, & in Regale patrimonium, sicut cetera iura hactenus instituta perpetuò reductum, quod & refert Zamall. *in Compendio histor. Hispan. lib.* 14. *in vita Regis Alphonsi vndecimi, cap.* 23. *Adonde dize, que fue para cercar la ciudad de Gibraltar, y que Toledo contradixo esto al principio, pero que despues vistas las notorias y grandes necessidades del Reyno consintio en ello, y lo mismo hizeron los demas Reynos, vistas las causas legitimas, que el Rey representaua y no declara este autor, que esta concession fuesse por cierto tiempo sennalado, como la otra primera, sino dize simplemente, que se lo concedieron los Procuradores de Cortes, y ansi le alega, y sigue en este sentido*, quæ simpliciter hoc ius iterum concessum fuit hoc tempore, *Lassart. vbi supra, num.* 21. *in hac 2 concessione*, quæ simplex, & indefinita fuit, tota illius iuris vis, & iustitia consistit.

4 Sed † cum tunc non decima, sed vigesima, seu potius trigesima pars venditionum concessa fuisset sub nomine alcaualæ, ex concessione liberali Regni ius istud ad decimā (quo iure nunc vtimur) redactum fuit, Anno Domini 1366. in præd. ciuitate Burgensi, tēpore Regis Henrici II. & in eius fauorem, viuente adhuc Rege Petro, cognominato Crudeli, vt tradit Petrus Lopez de Ayala Hispanus historiographus in *Cronicha huius Regis Petri, Anno Regni sui* 17. *cap.* 14. & referunt Zamall *in suo Compendio histor. Hispan lib* 14 *in vita istius Regis Petri, cap.* 28. *num.* 15. &

5 Lassart. *in d. præfat. numero* 22. † Addens, quod hæc decima exacta fuit per totum tempus, quo Rex ille Henricus II. & Ioannes I. eius filius his Regnis potiti sunt.

6 Eis namque mortuis, † cum Henricus III. Ioannis filius adhuc impubes in Regno successisset, eius tutores Regnicolis indulgentes, non nisi vigesimam pretij venditionum exegerunt, vt ex historia Regis Henrici III.

7 manuscripta recenset Lassart. *vbi supra numero* 22. † affirmans, id ita obseruatum fuisse per tres annos, donec Rege pubescente tutorum vis, ac potestas finita fuit, iuxta Hispaniæ consuetudinem, de qua per Gregor. Lop. *in l.* 3. *verb. De veynte annos, tit.* 15. *parte* 2. nempe ex anno Domini 1390. vsque ad annum. 139. quo tempore Rex Henricus pubes factus, cum Regni administrationem suscepisset, vltra vigesimam pretij venditionum sex monetas exegit a Regno promissas, quarum redditus par te-

8 re erat præd. vigesimæ; † Et hoc fortassis obtinuit donec paulatim ad nutum Regis ius istud alcaualæ ad pristinam decimæ quantitatem iam diu concessam, redactum est: quo iure hodie vtimur: quod & nouissime probauit Gironda, *in præludijs de gabell. numero* 7. *cum*

9 *sequentibus* † vbi *numero* 10. quod præd. prima caussa concessionis hodie magis viget, & viget, cum peruersa gens Flandriæ, & Angliæ pertinaciter hæresi insistant, nosterq. Rex Philippus sit murus, & antemurale, contra tantam infidelium inundationem; quod desumpsit ex Humada *vbi supra, numero* 13. & supradicta propè omnia refert etiam, & probat nouissimè Molina Theologus *in* 3. *parte de iustitia & iure, de tributis, disputatione* 663, *num.* 1. *colum* 791. *cum seqq.*

10 Arbitratus † tamen Molina *vbi supra, d. disputatione* 663. *sub numero* 1. *versiculo. Arbitror tamen*, nunquam exacte fuisse traditam, & acceptatam, sed semper reclamasse, & renuisse populum tantum tributum inte-

11 gre soluere. † Vnde mortuis Regibus Catholicis, administranteque hæc Regna prudentissimo, religiosissimo, ac rectissimo Archiepiscopo Toletano Fratre Francisco Ximenez incapitatum fuit hoc tributum pro ea summa, quam Regnum totum contribueret, quæ neque ad vigesimam partem pertingebat: A triginta vero circiter annis, exhausto Regis patrimo-

12 nio, crescentibusque † bellorum sumptibus, & aucta sunt alia tributa, & hoc cœpit exacte, ac dure exigi, non sine populorum querimonia, multisque in locis incapitatum fuit pro longe quidem maiori summa, quam unquam antea, sed, quæ non pertingit ad decimam exacte persolutam, multaque minime incapitata remanserunt, ex quibus decima exigitur, ac soluitur, sed non sponte omnino, sed quia subditis non aliud permittitur. Hactenus ille, *idem disput.* 874. *num.* 9.

13 Appellatur † autem *Alcauala*, ex eo, quia cum prædictus Rex Alphonsus ad Mauros ex Hispanijs depellendos, expugnandamq. in particulari Algeziræ Ciuitatem, tributum per se tentaret imponere, quod *pecho* in hoc Regno dicitur, & quod soluerent etiam ij nobiles, quos *hidalgos* vocant, ne plebs reliqua nimium grauaretur: nobiles vt suam immunitatem a soluendis eius generis tributis illæsam conseruarent: responderunt: *Tributo no le daremos, mas dar le hemos al que vala tanto, como lo que pides*, hoc est *aliud diuersum, in ratione videlicet vectigalis, aut vectigali affinis, a quo soluendo nobiles non sunt immunes*. Ita refert contigisse Castillo *in Hispan. Gothorum Regum historia, lib.* 4. *discursu* 8. *fol.* 118. & est vulgatissima hæc deriuatio, & magis placet Lassart. *in præfatione de decim. uendit. num.* 28. & cum ea transit Molina *vbi supra d. disput.* 663. *nu.* 1. Idem prope voluit in re, quamuis diuersum in facto, Magister Bannez *de iustit. & iure, q.* 62. *art.* 3. *pag.* 126. dicens, quod vocata est merito Alcauala, quia quidam de consultoribus tempore quo concessa fuit, adinueniens hunc modum tributi, quod non esset illustribus molestum, sicut illud, quod dicitur, *Pecho*, dixit, *Yo dire, al que vala tanto, y mas que pecho, y no sea pecho*: mihi tamen, est priorem deriuationem huius nominis alcauala improbet Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. *in princip. num.* 20. dicens, quod nullum habet fidei fundamentum præter vulgarem opinionem, quæ plerumque fallax est, & incerta, magis,

gis, & placet certiorq. videtur, alia ab eodem auctore inuenta.

14 Nempe alcaualam † originem trahere ab Hebraico verbo, *Cauala*. nam idem tantundem significat, quantum receptio, *vt notat Neurzanus ex Pict. Mirandulæ lect. in Silua nuptiali lib. 5 nu. 33.* quasi alia cabala, alia, nnuaq. receptio esset, quam amplectitur Doct. Ioan. Orosc. *libro 1. Emblemat. capite 21.* referente eodem Palladorio *in 2. editione præd. sui Operis in Additione marginali.*

15 Et origo † præd. alcaualæ exactior veriorq. videtur, quã relata à Dominico a Soto, *lib. 3. de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 7. in versic. Causa autem,* quamuis in idem vtraque tendere videtur, saltem respectu finis, & iustitiæ huius exactionis: Ait siquidem, loquens de alcauala, quod hæc tributi forma a centum, paulo ve pluribus hinc annis ortum apud nos habuit, idq. iusta de caussa, nimirum, dum Rex Alphonsus Regnum Granatæ bello petebat: post vero, nõ modo durantibus, verum etiam crescentibus bellorum malis, factum est perpetuum, & non tantum reficiendis muris, ac pontibus adscriptum esse, sed & publicis Regis sumptibus; neque inde iniquitatis condemnandum esse, quod nouum sit: nam dum tributa alia facultatibus ciuium, & negotiationibus imposita, alendo Regi, sustentandisq. Reipublicæ necessitatibus, non sufficiunt, necesse est, alia via id prouidere: quod refert, & sequitur Anton. de Cordoua, *in sua Summa de casos de consciencia, quæst.*

16 *115 in versic. Lo segundo digo.* † Addens, quod nec domini temporales, qui habent iusto titulo gabellas, nec Rex possunt eas vltra decimam pretij venditionis exigere, seu augere, cum ab origine eius cõcessionis vltra non fuit concessa.

17 Vnde nec in tempore originis huius alcaualæ † audiendus est Magister Bannez, *lib. 3. de iustitia, & iure, quæst. 62. articulo 3. in 3. dubio, versic. Tertio obseruandum est, pagina 216. colum. 2.* dum censet, hoc genus tributi, nempe alcauala, impositum fuisse, originemq. habuisse, quando Reges Catholici Ferdinandus, & Isabella bellum mouebant contra Regnum Granatense, quod Sarraceni occupabant, & in subsidium huius belli postulauerunt a Regno necessarium tributum, tuncq. decretum fuisse, quod daretur Regibus decima pars pretij eorum, quæ venderẽtur, & postea finito huiusmodi bello, mansisse huiusmodi tributum in Corona Regia non cum tantu rigore, vt decima solueretur, sed trigesima paulo plus minusve, quod pactum vulgo dicitur: *Encabezamiento.*

Cum antiquius hoc ius alcaualæ fuerit introductum modis, & caussis a nobis ex probatis chronicis, & bonis auctoribus Hispanis relatis, quos oportebat legisse virum aliàs doctissimum atque vigilantissimum, vt originem huius negotij perfecte nouisset, & scripsisset. Minus audiendus est in proposito Reuerendissimus Cardinalis Toletus *in sua Summa, libro 5. capite 74 versiculo, Ex his patet,* dum censet, gabellam nostram Hispaniæ videri iniustam, quæ exigitur cum è mercibus, tum ea his, quæ in proprios vsus emuntur, & quod non solum ex hac parte iniusta videtur, sed etiam quia iam cessauit finis propter quem fuit imposita, puta bellum Granatæ, & quamuis bellum esset, Reges nostri sunt adeo diuites facti, & gabellæ etiam aliæ adeo pingues, vt possit primo videri sufficienter absque tanta exactione: hæc namque omnia non ita se habent, nec vera sunt, vt patet ea prædictis, & necessitates nostrorum Regum sunt ingentissimæ, ita vt patrimonium Regium pene exhaustum sit, & ideo merito, vt a nostris Summis Pontificibus quotidie nouis gratijs super redditibus Ecclesiasticis nostris Regibus succurratur contra Turcas, & alios inimicos Fidei Catholicæ, & pro defensione suorum Regnorum.

18 Ex supradictis patet responsio ad secundum, † de quo in titulo quæstionis: nempè, iustum esse huiusmodi tributum alcaualæ, & Regibus nostris omnino debitum: quia durant adhuc, immo, & crescunt indies necessitates, atque bellorum mala, ceteræque caussæ, ob quas concessum fuit principio, vt omnibus patet: tum etiam quia iterum postea simpliciter, & absque præfinitione temporis concessum fuit a Regno, ac proinde redactum perpetuo in Regale patrimonium, sicut cetera iura hactenus instituta, vt præmisimus: merito igitur per leges nostras Regias *huius libri 9. nouæ Collectionis Regiæ,* præcipuè *in titulo 17.* contentis præceptum est, alcaualam solui de pretio venditionum, ac de permutationibus, quibus etiam forma tradita est, de quibus contractibus, & rebus soluenda sit, & de quibus non, qua quantitate, quando, & quomodo, in quo loco, & fraudibus hominum frequentibus, pœnis adiectis, obuiatur, & quæ personæ, & loci sint exempta a solutione gabellæ, de conductione gabellarum, & ordine iudiciali in eis procedendi, & de alijs plurimis opportunis in materia differitur, ita vendo iuridicus, & legitimus, omnique iure debitus obseruetur in his locandis, atque exigendis.

19 Tributorũ † namque leges à diuino numine deriuantur, vt probarunt in materia etiam nostræ gabellæ loquentes Dominicus à Soto *vbi supra, & libro 6. de iustitia, & iure, quæstione 6 articulo 4.* & Alphonsus a Castro latius *libro 1 de potestate legis pœnal. cap. 11. versiculo 2. ex eadem conclusione, colum. mihi 1638 cum sequentibus,* & Otalora *de nobilit. 1 parte, cap. 3 nu. 7* & Laliarie *in præfatione huius Operis, nu. 2* alijq. plures, quidquid contrarium dixerit Toletus *vbi supra,* minus recte informatus de iustitia huius tributi.

20 Hinc fit, & † deducitur vera interpretatio ad *l. 120. del quaderno de las alcaualas, hodie l. 31. titulo 19. libro 9. huius Noua Collectionis Regiæ,* qua constitutum est, venditorem cuiusque rei, ea qua Regi alcauala debetur, teneri sub pœna alterius decimæ notam facere publicano illam venditionem: etenim licet dupli pęna in iudicio interiori nequaquam debita sit ante condemnationem; tamen quo ad idem iudicium venditor profectò peccat, & tenetur ad restitutionem decimę simplicis, ipsis publicanis faciendam, vt in terminis probat Dominus Couarruuias *in Regula Peccatum, 2 parte. §. 5 numero 5. in princip. & in versiculo, Tertio hinc infertur de regulis iuris in 6.* & Otalora *de nobilitate, in prima parte, capite 3 numero 8.* & Castro *vbi supra,* & expressius *libro 2 de potest. legis pęnal. capite, 2. versic. 4. ex huius, colum. mihi 1686. & Mencha de success. creat. §. 18 numero 28. vers. ex superioribus. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 397. Angles in Floribus Theologic. Quæstionum, in quæst. de vectigal. restit. in 2 dubio, Ledesmius in 2. 4 quæst. 17 artic. 2 fol. 257. column. 4. in versic. sed puncto & folijs seqq. & fol. 259. column. 1. versic. His animaduersis:* & est communis doctrina, *secundum Anton. de Cordona in sua Summa, quæst. 95 in 1. dubio,* & plures alios allegantes Molina, *3. parte de iustitia, & iure, disputatione 667. numero 1. colum. 832.* & Parlad. *lib. 1. rerum quotid. capite 3 in princip. cap. 8 & 29* & Toletus *vbi supra, capite 75. in princip.* eamque, vt certam, probat Ludouic. Corbo, *de Restitutione, quæst. 32. versic. 1. Conclusio, & in versiculo 2. Conclusio, & in versiculo 3. Conclusio,* vbique etiam si leges humanæ non obligarent in conscientia, adhuc leges pertinentes ad solutionem tributorum obligarent ad eorum solutionem, licet non ad pœnam ante sententiam latam, & ipsius executionem, & hanc quoque videtur tenere Vega *in sua Summa, de casos de consciencia, libro 2. Casu 143.* post relationem diuersarum opinionum, & iterum *libro 5. Casu 655. in principio.*

21 Quamuis † enim Angel. *in Summa, verbo Pradagiũ q. 6.* opinetur in conscientiæ iudicio, non esse condemnandum ad restitutionẽ, qui hac iura, & tributa Principi, aut publicanis non reddiderit, quoties lex, quæ ea indixit, etsi iusta sit, pœnam tamen temporalem non reddenti ob hãc causam imponit, qua satis censet legislator, transgressionẽ humanæ legis pęna temporali puniri, nec eũ voluisse ad mortalẽ culpam obligare, cum sufficiat transgressorem ipsius se subijcere periculo pœnæ: quam opinionem tenent, veramq. esse existimant Matth. *notabili 78.* Capol. *consil.* et-

nu. 12 col. 2. Dec. in c. nam concupiscentiam, in 2. lect. de Constit. Gomez in c. 2. nu. 60 de Constit. lib. 2. post Hostiens. & Ioan. And. in cap. Relatum, de cleric. non resid. quos sequitur Ias. in l. 2. nu. 143 C. de iur. emphyt. & in §. item si quis postulante, num. 78. Instit. de action. & latissimè generaliter loquens, idem comprobat, & sequitur Nauar. in Manual. c. 23. num. 54. cum seqq. vsque ad num. 65 & in materia alcaualæ idem videtur probare Menchac. de succes. creat. §. 28 num. 228 vers. redeundo, licet postea eodem num. vers. ex superioribus contrarium probet.

22 Hæc tamē † opinio vera non est, nec iure defendi potest præter quam, quod si vera esset, tota humanarum legum vis periret, nihilq. prodesset legumlatorum cura, & diligentia, si pœna, quam ipsi legibus ad maiorem earum vim addiderunt, eas imbecilliores redderet. Est igitur contraria sententia verissima, & tenenda, nempe, Humanam legem, siue Ecclesiasticam, siue Sæcularem, quæ iusta sit, vt humani præcepti ad culpam eius transgressorem obligare, quandoque mortalem, quandoque venialem, etiamsi pœnam humano præcepto legis conditor addiderit, vt satis ostendunt D. Thom. in 1. 2. q. 96. art. 4. & ibi Caiet. Gabriel in 4. Sententiarum distinct. 16 q. 3. notab. 6. Florent. in 1. par. suæ Summæ, tit. 18. c. 1. § 2. Adrian. in 4. Sentent. lib. 6. art. 1. Ioan. Maior in 4. Sentent. distinct. 15 q. 4 & in 3 Sentent. distin. 37 q. 16 Dried. de libert. Christ. lib. 1 Abb. & communiter DD in c. 1. & in c. quæ in Ecclesiarum, de Constit. idem Abb. in c. quia plerumque, de immun. Eccles. & in proœm. Rex pacificus, col. 4. & in c. 2 de maior. & obed. alijq. plures auctores vbique, quos refert, & sequitur Matienc. in l. 2. tit. 2 gl. 3 num. 8 lib. 5. Nouæ Collect. Reg. dicens, quod omnes Iurisperiti, & Theologi in hoc consentiunt; est etiam communis secundum Magistrum Aragon de iust. & iure q. 62. art. 3. pag. 231. sed omnia latissimè probat Alphons. à Castro lib. 1 de potest. legis pœnal. c. 4 & 5. & D. Couar. in relect. Regula Peccatum, 2 par. §. 5. nu. 2. cum seqq. de reg. iur. in 6 & est communis secundum Cordub. vbi supra, in responsione ad 1 & 2. dubium, & Nauarr. in tract. quæ lex humana obliget ad mortale, cap. 23. num. 48. cum seqq. vbi late declarat, & Girond de Gabellis, in 12. par. num. 8. & sequuti fuimus hanc sententiā lib. 1. Canonic. quæst. cap. 7 num. 20. vbi quod D. Thom. in hoc communiter est receptus; & in terminis etiam gabellæ hæc sententia est communissima omnium, obligare in foro conscientiæ ad restitutionem æstimatiō[n]em, secund. Ludou. Carb. de Restit. q. 32 vers. quod autem exspectatur: & est communis DD. Theolog. & Iuristis secūdum Bannez de iust. & iure, q. 62 artic. 3 pag. 217 col. 1. versic. in principio, & Girond. vbi supra, eamq. sequitur, & probat, dicens esse communem contra Ang. vbi supra, nouissimè Greg. de Valent. in D. Thom. 2. 2 quæst. 54. Disput. 5. q. 6 de restit. Puncto 5 pag. 916 versic. secundo quæritur.

23 Quibus fit, † vt in terminis nostris alcaualæ, teneatur quis in animæ iudicio præter mortalem culpam ad restitutionem alcaualæ, & aliorum iurium Regalium, modo tributa iusta sint, nec legem iustæ exactionis egrediantur, vt probant omnes vno ore communiter, quos citauimus vbi supra, in versic. Hinc fit, & alleruit practica Abb. & DD. in cap. innouamus, de Censib. & plerique alij, quos referunt, & sequuntur, dicentes, hanc opinionem communem esse Bertach. de Gabel. p. 9. in princip. vol. 12. tract. diuers. Doct. & Siluest. verbo Gabella, nu. 17. & 21 Medin. de Contract. q. 13 Castro, & reliqui supra citati, & eos referens iterum Couarr. vbi supra, num. 5 versic. Hanc igitur, & Otalora, de Nobilit. c. 3. nu. 8 eamq. communis secund. Nauar. in Manuali, cap. 17 nu. 200. cum seqq. & est communis etiam doctrina, quæ probatione non eget, secundum Ludou. Carbon. de Restit. q. 33. in princip. versic. Primum dictum: est etiam communis, vt, plures allegans, profitetur Mexia in prag. taxæ panis, Conclus. 5 num. 42 Menchac. de success. creation. § 10. nu. 648 in versic. Illud autem, & §. 28. nu. 28. in versic. Ex superioribus apparet communis secund. Parlad. lib. 1 Rerum quotid. c. 3 in princ. num. 13. est communis, vera, & tenenda, vt latissimè comprobat Humada vbi supra, gl. 3 nu. 5 cum seqq. vsque in fin. & secundum Girond. plures allegantem de Gabel. in 12. p. nu. 6. cum seqq. Bannez vbi supra, in versic. Pro decisione.

24 Loquuti sumus † de tributis iustis, prout est alcauala, & similia: quod si vectigalia iniusta sint, nempe, ab eo indicta, qui ius indicendi non habet, vel absque vlla caussa præter iustam laboris, & regiminis mercedem à Principe instituta, non tenebitur quis in conscientiæ foro ea soluere, poteritque absque vllo crimine, eius. laberinum solutionem cautelis, alijsue modis omittere Bart. in l. Vectigalia, ff. de public. & vectig. quem alii DD. frequentissimo omnium consensu sequuntur, secundum D. Couar. vbi supra, d. num. 5. versic. penult. incipit. quod si vectigalia; equitur, alios allegans, Mexia vbi supra, & ex Theologis probat latè Caiet. in Summa, verbo Vectigalia, & plerique ex supra citatis, & Molina, de iust. & iure, 3 par. Disputatione 674 colum. 877 in 4. Conclusione. vbi quod Cētellanus in hac specie non solum non cogit restituere, quod ex talibus tributis iniustis fuerit defraudatum, sed etiam permittit facere compensationem eorum, quæ in tributum ita iniustum, fuerint soluta, defraudando tantumdem ex alijs tributis, & inquit Alphons. à Castro, lib. 1 de leg. pœnal. c. 11, quod si tributa sunt ex omni parte iniusta, possunt omnino ea non soluere, & in totum defraudare: si verò sunt ex parte iniqua, ratione proportionis, possunt etiā ex parte fraudare. quem refert, & sequitur Ludouic. Carbo, d. q. 32. vers. quarta Conclus. & Aragon de iust. & iure, q. 62.
25 art. 3 p. 232. col. 2. † Sunt autem iniusta, vt præmisimus, quando non adest auctoritas, vel, quando imponitur noua gabella sine caussa, vel quando excedit, vel est immoderata, secūdum Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. 5. p. nu. 37. & alij secundum Carb. vbi supra, in 9. Conclus. & Otalora, de Nobilit. 1. p. cap. 3. num. 10. & de requisitis ad iustitiam tributorum, & gabellarum agit etiam Aragon vbi supra colum. 1. & 2 & prius pag. 232. & Molina, d. Disputatione 674. per totam, & Carbo vbi supra, d. Conclus. 9 refert nonnullas caussas, ob quas licet nouas gabellas imponere, de quibus per Anton. 3 par. cap. 13. §. 2. Gabriel in 4. Distinctione 15. quæst. 5. articulo 2. Conclusion. 3.

26 Quod autem prædiximus, licitum esse cautelis, & alijsue modis tributa iniusta defraudare, atque eorum solutionē omittere, intelligendum est ex doctrina sana omnium, dummodo mendacium, & periurium absit, quia his nullo modo vti licet, vt est notissimum, & iure probatum.

27 Ratione tamen scandali † vitandi, iniusta tributa soluenda sunt, secundum Alphons. à Castro vbi supra: & confirmatur ex illo Matthæi cap. 5. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo, refert, & sequitur Carbo, vbi sup. in 5 Conclusione.

28 Sed an † quando populus dubitat, an tributa nouiter imposita, sint iusta, nec ne: possit exactores fraudare, late agit Ludouic. Carbo, de Restit. quæst. 33 per totam. & Vega vbi supra, Casu 663. per totum; sed in hac re Aragon vbi supra, d. Conclus. 3. resoluit, quod si tributum fuerit antiquum, & longa consuetudine receptum, non obstante hoc dubio est in conscientia soluendum, vt docet Castro lib. 1. de lege pœnali, capite 10 Si verò tributum de nouo imponatur, & sit dubium de illius iustitia, non tenebuntur ciues in conscientia illud soluere: quia in dubijs melior est conditio possidentis; sequitur, & probat vtrumque, dicens, illud primum esse communem doctrinam Ludouic. Carbo vbi supra, d. quæst. 33 in 1. & 2. dicto; de quo etiam videndus Molina, vbi supra, disputatione 674 in
29 5 Conclusione, colum. 877. † Sed, quando gabella est iniusta, aut non est certum esse iniustam, tunc peccatum est non soluere, & obligatur homo ad restitutionem, quia est contra iustitiam, subditus namque, nisi ei sit nota iniustitia, debet facta Principum, vt iusta probare, ita Romanus Cardinal Tolet. in sua Summa libro 5 capite 75. versiculo Tertium est.

SVM

SVMMARIVM.

1 Gabella non petita, an debeatur in conscientia, quando eam debens nulla vsus est fraude, aut simulatione, vt occulta fieret. & numeris sequentibus affirmatiua eligitur sententia.

2 Refertur prima opinio Soti, & aliorum negatiua, cum restrictione, sed ei respondetur num. 7. & contrarium probatur nu. 16.

3 Alia opinio Angeli declaratur, & ceterorum etiam negatiua, sed et respondetur nu 8. & 9.

4 L. 19 capite 10. titul. 17. lib 9 Noua collect. Reg. adducitur pro parte negatiua: sed ei respondetur, numer. 18. & sequentibus.

5 Lex de soluenda gabella est pœnalis, y ponendo se vno a peligro della pena, parece que se escusa de pecado y restitucion, no la pagando, sed respondetur num. 10. & num. 25. & 23.

6 Gabella non petita debetur in foro conscientiæ, etiam si eam debens nulla fraude, aut simulatione vtatur, verior est, & tenenda, vt hic late ostenditur.

13 Consuetudo Hispania habet, vt soluatur gabella etiam non petita, & num. 13.

14 Consuetudo, ad hoc vt possit interpretari leges, duo requirit, de quibus hic.

15 Princeps licet sciat suas leges non seruari, nec etiam puniat transgressores, nisi quando accusantur, hæc indulgentia non est sufficiens argumentum ad ostendendum, quod Princeps eam consuetudinem approbet, vt latius hic differitur.

16 Vendens via Regia, quamuis nemo petat, tenetur soluere gabellam.

17 Venditor non tenetur deferre gabellam ad domum gabellarii, sed tantum ei notam facere venditionem intra diem quintum.

23 Lex purè pœnalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuit imposita.

24 Obligatio soluendi iustum tributum, à iure Diuino procedit.

25 Tributum, quando nullum est impositum pro rebus, quæ à prouincia in prouinciam transmittuntur, sed tantum pro aliqua, hæc in foro conscientiæ non debetur, nisi post sententiam.

26 Gabella non petita debetur in conscientia, etiam post transcursum termini legalis.

27 L. 19. & 20. tit. 17 lib 9. Collect. Reg. intellectus circa forum conscientiæ.

28 Angles minus benè loquutur in hac materia, & contra d. l. Regiam.

29 Gabella proculdubio debetur in conscientia etiam nunquam petita, quando venditio, vel permutatio occultè, & fraudulenter fit, vt ea non innotescat.

30 Gabella non petita non debetur in conscientia, vbi consuetudine legitimè præscripta obtentum fuerit contra leges Regias, quod venditionis, aut permutationis denunciatio non sit necessario facienda publicanis, & quod gabellas vel vectigalia eis non soluantur, nisi, vel donec fuerint petita, sed in his Regnis vniuersaliter est contraria consuetudo iuxta leges Regias, vt in num. 42.

31 Venditor interrogatus à quæstore, vel gabellario an vendiderit, tenetur dicere verum, nec potest id celare, contra opinionem Nauarri, vt in num. 33.

37 Gabella non petita non debetur in foro conscientiæ, quando el arrendador fiel o cogedor que tuuiere de cobrar las alcaualas non huuiere hecho pregonar por las placas, y mercados, y otros lugares acostumbrados como es atendador fiel, o cogedor, y donde mora, y posa iuxta l. 110. del quaderno de las alcaualas, hodie l 3 1 tit. 19 lib 9. Noua Collect. Reg hoc tamen verum est, si venditor id ignorauerit, secus si sciat, vt in num 35.

36 Gabella nō petita nō debetur in cōscientia, quādo venditor, vel permutator notā fecit gabellario vēditionem, uel permutationē, & tamē gabella nullo tempore fuerit petita.

37 Gabella non petita non debetur in conscientia, quando venditio facta fuerit corā tabellione publico del numero, vel loci, iuxta formā legis 101. del quaderno de las alcaualas, hodie lex 10 [illegible] 17. lib. 9. Nouæ Collect. Regiæ.

38 Gabella non petita nō debetur in conscientia, quando gabellarius licet ei facta non sit notoria venditio, eam tamen sciuit aliàs certo celebratam fuisse, & tamen gabellam adhuc non petiuit, & numeris seq.

40 Regula iuris, quæ habet eum, qui certus est, nō oportere amplius certiorari, quomodo procedat, & intelligatur.

41 Hæres venditoris habens bonam fidem, nesciens, an sit soluta gabella, & lapsus est terminus legis Regia ad ea petenda, non tenetur in conscientia eam soluere.

42 Gabella non petita nec soluta de rebus minutis non debetur in conscientia propter paruitatem materiæ, vt hic.

43 Emptor quando in subsidium tenetur soluere gabellam, si ab eo non petatur, eam in conscientia soluere non tenetur.

44 Portaria, & alia tributa Regia earum rerum, quæ quis portat, vel vendit ad suam, vel sua familia necessitatem extremam, vel magnam, an debeantur in conscientia si non petantur, & num. seq.

46 Portazgo, passage, passo por la puente, & similia tributa (præter alcaualam) non debentur, nisi petantur.

47 Tributa de puertos secos, non debentur, nisi petantur.

48 Vectigalia, & gabella imposita contra importantes vel exportantes, asferentes, vel extrahentes merces vetitas, vel permissas cum solutione vectigalis, in Regnum, vel vrbes, vel ab eis non debentur nisi petantur.

49 Tributa, & impositiones portariorum, id est portazgos, an debeatur in conscientia, cum plerumque contingat carere iustitia, eo quod desint caussæ ad suam iustificationem requisitæ, & quid si ea debentes soluere, caussa redimendi suam vexationem, se occultauerint, diuertendo ab itineribus, &c.

QVAESTIO III.

An gabella non petita debeatur in foro conscientiæ?

1 QVæro Tertiò: An venditor, vel permutator gabellam iustam debens nulla vtens fraude aut simulatione, ad hoc vt occulta sit venditio, vel permutatio vel publicanos aliàs lateat ipse contractus, vel mercium transmissio, teneatur in foro conscientiæ ad restitutionem gabellæ (hoc est) Alcaualæ, alteriusue iusti vectigalis vel tributi, si ab eo non petatur per Fiscum, vel publicanos conductores gabellarum, ceterorumq; vectigalium.

2 In hac quæstione † Dominic. à Soto, lib. 3. de iust. & iure, quæst. 6. art. 7 ad finem, & lib 4 q 6. art. 4 in versic. de illo autem, censet, quod dum hæc vectigalia magno cum rigore exiguntur, satis est, quod quisque dum tributum petitur soluat obedienter, maximè vbi debitum non est magni momenti; & hanc opinionem sequitur expresse Auenda. in suo diction. Legum Partitarū, verb. Alcaualæ, in fine, & probat latè ex professo Magister Bannez de iustit. & iure quæstion 62. articulo tertio. versic pro decisione, in 2. Conclusione & voluit Nauarr. in Manuali cap. 17. num 202. in fine. & latius cap 23. num 55 & 6. cum seqq. & Ludou. Beya in suis Casibus de conscientia, Casu 13. voluit etiam

3 Angel. in Summa, verbo. Pedagium § 6. dicens, † quod vbi imponentes [illegible] exigunt non [illegible] loco, & tempore pro vniuersali vtilitate, scilicet viarum, pontium, saluatione personarum, & rerum, iuxta suum posse, ad quod tenebitur, non peccant, qui ea defraudant, sine mendacio, & periurio, nec tenentur ad restitutionem, nec etiam credit, quod peccent mortaliter fraudantes, quamuis prædicta laborent pro loco, & tempore [illegible], qui communiter hic [illegible], [illegible], quod spon[illegible] & sub pœna [illegible] in [illegible], [illegible] inuentus fuerit, & [illegible] non obligat ad mortale; & si obijciatur, quod [illegible] gabellas euentes,

tes, respondet, quod suum dammum, quia ita, & sub ista conditione emunt, vt vigilent, aliàs tributum puteretur, in quibus vltimis verbis videtur apertè hanc primam partenere: sed eam expressè probat, frater Angles *in suis Floribus Theologic. Quæstionum, in quæst. de vectigal restitutione, in 1. dubio*, dicens: Quòd secundum consuetudinem Hispaniæ nemo tenetur in foro animæ, seipsum prodere gabellario, Regiamq. decimam soluere, donec ab illo exigatur, & petatur, sufficereq. paratum habere animum soluendi, quandocumque petatur, dummodò venditor, & quicomque alius decimam debens, non ex industria, & fraudandi animo occultè controuertat, nec donationis, locationisve titulo; aut alio modo in veram venditionem occultet, quod nouissimè probauit Banoez *vbi supra* (& in prædictis simus *quæstione præcedenti*) eo quod huius modi tributum in Hispania semper visum fuerit durum post bellum Granatense, & præterea mitigatum esse à Regibus, vt non exigatur decima prorsus, sed trigesima, plus minusve, & cum conditionibus, quæ tributum reddant suauius, videlicet, quod venditor soluat illud tributum, quando requisitus fuerit, & quod id esset durissimum, & intolerabile, quod qui vendit rem suam necessitate coactus, teneatur ipsemet quærere publicanum, & reddere illi decimam partem pretij: ex ea dem affirmat, hoc esse iam receptissimum in Hispania inter viros timoratæ conscientiæ, & doctissimos, quod huiusmodi venditor non teneatur soluere huiusmodi tributum, nisi fuerit requisitus: ex quo (inquit) sequitur, quod lex *220 del quaderno*, nonquam fuerit vsu recepta, vtpote, quæ reputata est acerbissima. Hanc etiam partem nulla fraude intercedente, probat Parlad. *libro 1. rerum quotid. c 3. in princip. num 29 ad finem*, & Summa Tolet. *lib. 5. c. 75. versic. Quartum est*, vbi limitatur, stante consuetudine in contrarium.

4 Et huic sententiæ † patrocinantur, *lex 19. & 20. tit. 17. libro 9. nouæ Collect. Reg.* dum præcipiunt, quod gabellæ petantur intra certa quædam tempora ab eisdem legibus ad id designata, atque præfixa, & quod vlterius peti non possint: ergo in neutro foro debentur, nisi petantur intra illa tempora: siquidem ijdem legislatores, qui finxerint gabellam soluendam esse de pretio venditionis, & de permutatione, hoc præcipiunt in dictis legibus 19. & 20. nempe, ita demum esse soluendam, si petatur intra præd. tempora, aliàs secus

5 Secundò facit, † quia lex de soluenda gabella est pœnalis, *y poniendo se vno a peligro de la pena, pares que se escusa de pecado, y restitucion, como lo resuelue Nauar. in Manual. c. 23. nu 54. cum seq.* idem in suo tractatu, quæ lex humana obliget ad mortale, *cap. 3. num. 55. cum seq.* & late cum eo Ludouic. Beya *in respons. ad casum conscientiæ 13. vers perpendendum*, & alij ad hoc relati in quæstione præcedenti.

6 Nihilominus † tamen, etsi hæc opinio graues habeat auctores viuos, & mortuos: contraria sententia verior mihi semper visa fuit, & tenenda, tamquam efficacioribus rationibus, & considerationibus fundata, atque munita, iuxta quam solitus sum consulere, immò quod cum d. lex 120. *del quaderno de las alcaualas*, quæ hodie est *lex 31. tit. 19 lib 9. nouæ Collect. Reg.* teneatur venditor denunciationem, ac notamq. facere publicanis, vel alijs collectoribus intra quinque dies venditionem ipsam, vel permutationem, si prædicti haberi possint, vel deponere gabellam penes iudicem, vel aliam personam ab eo nominandam, aliàs teneatur eam cum duplo eis desoluere, ad idemq. teneatur emptor intra triduum sub præd. pœna, si venditor hoc facere omiserit, idem seruandum atque tenendum est in foro conscientiæ: aliqui præfatam denunciationem omittentes ex capite damni dati tenebuntur ad restitutionem gabellæ, etiam si gabella non petatur, non verò ad duplum: sicq. sunt intelligendæ leges Regiæ de hoc agentes, prout in terminis tenet D. Couar. *in relectione, Regul. Peccat. 2. par § 5 num 5. vers hoc probatur, ad fin.* & Alphons à Castro *lib. 1. de lege pœnali, capite 2. in princip vers. quarto ex huius, colum mihi 1686.* & Ledesm. *in 14 quæst. 18 art. 2. fol 157. vers. Sed punctum, & fol seq. præcipuè fol. 259. colum 1. in vers. his animaduersis*, sequitur etiam Anton. Cordulia *in sua Summa, q 95 in responsione ad primum dubium. ibi: Y la ley que ay en Castilla*, & Ludouic. Lopez *in 1. par Instructorij conscient. capite 186. in vers. At verò pag. 439.* & Magister Arag *de iust. & iure, q. 61. artic. 3. pag 233. Conclus. 1. & 3.* & latissimè & ex professo contra Priores idem probat Naoar. *de Restitutione, lib 3. cap 1. num. 29 cum seq.* vbi post Cordub. *vbi supra*, addit, hanc etiam esse consuetudinem Castellæ, iuxta *d. l. 120. & 119. del quaderno*. Hanc etiam sententiam probat, & sequitur, dicens esse communè cum alijs pluribus, quos citat Girond. *de Gabell. in 12. par num 7.* & ex professo aduersus priorem, hanc probat, & sequitur latè Iagens Vega, *en sus casos de conciencia, lib 5 Caso 655 per totum, & prius lib. 2. Caso 240. versic. Quan poco, secundum priorem impressionem.* Denique quæstionem hanc ad vtramque partem, late examinat Molina Theolog. *in 3. par de iust. & iure, disputatio ne 674 col. 874 cum seq.* & tandem *in 3. Conclusione, col. 876 in fine*, concludit, quod qui sibi persuaserit omnia alicuius prouinciæ tributa esse iusta, is in conscientiæ foro restituere cogendus est, quidquid inde quouis modo fuerit defraudatum & non solutum, etiam si ministri publici nô comparuerint.

Quæ opinione, vt veriori, & magis recepta ac securiori in foro animæ retentam non obstant modo auctoritates, &
7 fundamêta supra adducta pro priori parte negatiua, † & non quidem auctoritas Dominici a Soto, quia ipse loquitur nominatim, quando vectigalia hæc cum magno rigore exiguntur, ut gabella venditionis, & permutationis nô est huiusmodi quia licitè, & iustè exigitur, & potest exigi, vt supra tetigimus, & infra etiam dicemus; cessat ergo opinio Soti. Præterea, eius dictum præcipuè procedit, vbi debitum non est magni momenti, vt ipsemet profitetur ibidem, & nos infra dicemus: ergo nihil contra nostram sententiam facit.

8 Ad auctoritatem Auendan. respondeo, quod ipsemet fatetur ibi esse suam sententiam contra opinionem nostrorum Doctorum.

Ad auctoritatem Angeli respondeo Primò, esse etiam contra communem opinionem Doctorum, vt ipsemet ibi expressè profitetur, necnon & Siluest. *in Summa, verb Gabella, 3. num. 21*, dicens, quod omnes Doctores, ac Summistæ hoc tenent: & ibi reprobat Angelum, *vbi supra*, côtrarium tenentem. Eamdem communem sententiam tenuit etiam D. Thom. *in Opuscul. 2. lib. 1. de regimine Princip capite 12.* & est communis sententia Theolog. *secundum Magistr. Arag de iust & iure, quæstio 61 pag. 231.* Et hæc est communissima omnium sententia contra Angel. *vbi supra, secundum Ludou Carb de Restitutione, quæst. 32. versiculo, quod autem pag 206 in principio.* quam tenent alij plures auctores, quos retulimus supra in quæstione proximè præcedenti.

9 Secundo respondeo, quod Angel. *vbi supra*, limitat suâ præfatam contra communem sententiam, quando statutum, ex quo vectigalia imponuntur, esset præceptiuum, quia eo caso, secundum ipsum haberet locum, quod communiter tenent Doctores, sed sic est, quod *l. 2. del Quaderno de las alcaualas*, hodie lex 2. *titulo 17 lib. 9. nou Collect. Reg.* est præceptiua, quia ita præcipiendo disponit: *Mandamos, que los vendedores paguen el alcauala, y de ellos se cobre en esta manera: Que paguen por per razon de ella, de cada diez marauedis vno de todo el precio porque vendieren.* ergo ipsa debetur in foro conscientiæ, etiam si non petatur, nec vigilent gabellarij, secundum opinionê eiusdem Angeli.

10 Ad Nauar. *in Manuali, cap. 17. numero 202. in fine, & cap. 23 numero 55.* respondeo, ipsum non loqui in solutione gabellæ, sed generaliter in fraudante legem temporali pœna munitam, vt non quidem incidat in pœnam spiritualem æternam, quod non est verum, *vt infra probabimus.* Non obstat etiam, quia idem Nauar. *in d. cap 23. nu sexto*, quia loquitur in vectigalibus, quæ Hispani, *alcauala, & sisa* Itali, & Galli gabellam vocant, in prohibitis importari, aut exportari, inferri, & extrahi in

in Regna,& vrbes,& ab eis, vel permissa, non soluto vectigali,& portorio, de quibus nos hic non agimus, sed de alcauala proprie dicta, quæ soluitur in Hispania ex venditionibus,& permutationibus, *iuxta leges Regias, del Quaderno Real de las alcaualas*: hæc enim tolta est,& debita in foro conscientiæ, etiamsi nõ petatur, quia nota fieri debet gabellario iuxta easdem leges: at vero portoria, quæ in Hispania minimè vocantur alcauala, non debentur, nisi petantur. *vt infra docebimus.*

11 Ad responsionem casus conscientiæ 13. Magistri Beya, eisdem modis respondemus, quibus Angelo, & Nauarro vbi supra, quia Beya non loquitur in nostra gabella, de qua hic agimus, sed de illis vectigalibus, & gabellis, de quibus agunt Angel.& Nauarr. *vbi supra*, vt patet ab ipso,& quia refert Angel & Nauarr. supra citatos, eosq. sequitur, vnde nobis nihil obsunt.

12 Ad Angles, & Bannes respondemus: quod falluntur historices in facto, quod referunt contrariæ consuetudinis Hispaniæ nostris legibus Regijs del Quaderno præcitatis: ille enim cum sit Valentinus, & sic origine alienigena ab his Regnis Castellæ, & Legionis, non mirum si lapsus sit circa cõsuetudinem eorum: & ideo merito Ludouico Lopez *vbi supra columna* 2. referens eumdem Angles, *vbi supra*, dubitat, an prædictus modus in cõsuetudine soluendi, vt dum occulte non vendatur, vectigal non soluatur, nisi petatur, sit vniuersaliter receptus in tota Hispania, sibi namque hoc non constat: & ideo inquit seruandum esse modum in vnaquaque parte Hispaniæ receptum: quinimò Lassarte, vbi supra, expresse increpat atque reprehendit Iosephum Angles vbi supra, tam in facto, quam in iure, affirmans, consuetudinem horum Regnorum esse in hoc conformem dictis legibus Regijs, ac proinde non esse veram opinionem Angles.

13 Hic vero Magister Bannes, vt parum versatus in Chronicis Hispaniæ, non attigit verum principiũ, & originem huius tributi, alcaualæ Hispaniæ,& cum sit Theologus, non mirum si praxim, & vsum dictæ legis *Regiæ* 120. *del Quaderno*, ignorauerit, & ita cõsultius Magister Aragon, *vbi supra Conclusione* 3. inquit, quod non putat esse consuetudine receptu, quod tributa, maximè vulgo dictum, Alcauala, non reddatur nisi petatur: idq. sic probat: quia contrarium facientes, seuerè à iudicibus puniuntur. Et præterea, quia hæc consuetudo non soluendi tributa, nisi petantur, plurimos latet: ergo nõ habet vim interpretandi leges, atque ex consequenti erunt intelligendæ vt iacet, obligabuntq. in conscientia, etiam ante exactionem.

14 † Ad hoc enim, vt consuetudo possit leges interpretari, duo requiruntur; Vnum est, quod consuetudo sit adeo recepta, vt neminem possit latere: talis enim in iure propriè dicitur consuetudo, vnde quamuis aliquid à multis frequenter obseruetur, occulta tamen, & ita vt probabile sit, illud ad notitiam Principis non peruenisse, talis consuetudo non poterit leges interpretari. *Secundo* requiritur, quod Princeps formaliter, vel interpretatiue approbet eum modum seruandæ legis, quem consuetudo induxit: quod quidem tunc erit, quando cognita consuetudine, non puniret legum transgressores, etiam si in iudicium deferren-

15 tur: † nam quamuis Princeps sciat, suas leges non seruari, nec etiam puniat transgressores, nisi quando accusantur, hæc indulgentia non erit sufficiens argumentum ad ostendendum, quod Princeps eam cõsuetudinem approbet, vel formaliter, vel interpretatiue: cum talis indulgentia oriri possit, vel ex negligentia Principis, vel ab quadam animi leuitate, & non ex voluntate, quam habeat approbandi talem consuetudinem, vt late probat Aragon *vbi supra, pagina* 234. *columna* 1. Ergo ita in proposito dicẽdũ

16 ait, &c. † Qui igitur via Regia vendit, quamuis nemo petat, tenetur soluere gabellam, vt tenet Doctor Belius de Nauarro, *En la exposicion que hizo de alcaualas, capit* 7. sequitur Nauarra *vbi supra, num* 21 *Vega d. Casu* 655. colligentes ex hoc, non bene dixisse Sotum *vbi supra*, dum tenet, quod si cum rigore requirantur gabellæ, licet nõ sit licitum eludere exactorem, licet tamẽ non soluere, vt exigitur: quia si loquitur Soto de nimio rigore, id est, de iniusto vectigali, tunc licitum esse eludere citra mendacium, de quo non dubitamos: si de iusto loquitur, sicut est rigidum, sed iustum pretium, debetur antequã petatur, stante prædicta consuetudine, secundum supradictos. Et ita censeo tenendum, quamuis Metymna Salmantin.& cum eo Instructorium conscient. *in fine. d. c.* 186. teneat opiniõnẽ Soti vbi sup. sed eam improbat Vega late *vbi supra.*

17 Non tamen tenetur venditor deferre gabellam ad domum gabellarij, sed tantum eam notam facere in termino quinque dierum, vt in dicta lege 120. *del Quaderno*, ibi: *Sean tenidos de se lo hazer saber, o le pagar el alcauala de ello dentro de cinco dias primeros siguientes*: & obseruant Nauarra *vbi supra*,& Vega *d. Casu* 655 *in fine.*

18 Non † etiam obstant fundamenta prioris partis: & non quidem primum de legib. 19 & 20 *tit.* 17 *lib.* 9. *nou. Collect.* Reg. quoniam, etsi hæ leges præscribant tempora gabellarijs, intra quæ debeant gabellas petere, ita, vt vlterius eas petere non possint: nihilominus non liberant debitores earum à denunciatione, & certioratione, quã ipsi tenentur facere gabellarijs intra præd. quinque dies, ea *d. l.* 120. *del Quaderno*, quæ hodie est 31. *tit.* 19. *lib* 9. *nou collect* Reg. vnde cum *d lex.* 19 *tit.* 17. *eod lib.* 9. quæ antea erat *lex.* 129. *del Quaderno*, sit ordine posterior *d lege* 120. quamuis in eodem volumine sit posita, videtur intelligenda iuxta priorem, nempe *d legem* 120. hoc est, quando venditores, vel permutantes denunciauerint, & certiorauerint gabellarios: *De la venta, o trueque que ouieren hecho, para que ellos lo sepan, y puedan pedir, y cobrar el alcauala, que se les deuiere: porque entonces si no la pidierẽ dẽtro de los terminos de la dicha ley* 129 *merito, que despues no la puedã pedir por su negligẽtia: y porque concessa cõdicion las leyes del Quaderno le dan, y conceden la peticion de la alcauala. Y en este caso, no la pidiendo en tiempo dicho, no estara obligado el vendidor, o permutante en iusticia, ni en conciẽcia a pagarla despues de aquel tiempo, porque cumplio cõ manifestarla en tiempo, y el al cauallero estaua obligado a pedirla en tiempo: y no la pidiendo en el, no la puede pedir despues, ni el dendor esta obligado a pagarla argumento a correlatiuis, que en este caso corre bien.*

19 *Pero quando el vendedor, o permutante no la manifesto dentro del termino, que era obligado, y el al cauallero no supo la tal venta, ni trueco, aunque fuesse fecha en publico, como le ha de corre prescripcion de tan breue tiẽpo, teniendo ignorancia de la deuda. Y aun se puede presumir fraude del que hizo la venta, o trueque, de que por no pagar el alcauala, no lo manifesto al cogedor, o al cauallero, como era obligado a hazerlo, y con mala fee, por ningun tiempo se prescribe conforme a la regola de derecho.*

20 Quod † si dicatis ob generalitatem *d legis* 129. praxim eam accipi, ille indistincte, & generaliter, siue venditor, vel permutator denunciauerit gabellario venditionem, vel permutationem, siue non, vt voluit Lassarte, *dicto capite* 18 *num* 68. Respondebimus, esto, quod ita esset, nihilominus venditorem, vel permutatorem ex capite damni dati

21 ob omissionem culposam d. denunciationis teneri ad restitutionem gabellæ, quia tenebatur, vel soluere debitam pecuniam publicano, vel saltem creditori ignoranti debitum notum id facere, ut, uel creditor sentiat debitum, uel ad soluendũ dilationem concedat, cum interim creditore ignorante, pecunia en iniusto retineatur: si quidem ignorans inuoluntarius sit, & est uenditor, qui non denunciat publicanis venditionem, culpose damnum ei infert, circa rem sibi debitam, cum teneatur uenditionem ipsis notam facere intra præd. quinque dies, & publicanus ob ignorantiam eius debitũ petere omiserit, quæ ignorantia in dubio præsumitur iuxta alteram iuris regulam: ita cum iudicio obseruauit D. Couarru. *vbi supra*,& de mente eorum, qui eius opinionem sequuntur, quos supra retulimus: & quidquid sit, mihi persuatum esse non potest, *d legem* 129. *del Quaderno*, procedere posse, nisi quando debitor gabellæ venditionem, uel permutationem notam fecerit gabellarijs, aut alijs collectoribus, iuxta formam *d legis*. 120. alias secus, ex rationibus, de quibus supra.

22 Ad secundum fundamentum partis contrariæ de lege pœnali, quod non obliget ad restitutionem, dupliciter respondemus. Primò, magis communem sententiam esse in contrarium, *vt per Anton. de Corduba dicta quæst. 95 in responsione ad secundum dubium*: & hæc est communis doctrina Doct. vt contra Nauarr. affirmat, eam sequutos, Ludouic. Lopez *in 1. par. Instruct. conscientię, c. 186. de tribut. vectigal &c in versic. sed iam in dubium*: ibi *tertio dicimus, pag. 439. col. 1.* & comprobat latissime ad oculum loquens in terminis legum gabellarum: *y de los portazgos, Alfons. à Castro, libro 1. de lege pœnali, capit. 1. in vers. 2. eadem Conclus. colum. mihi 138.* dicens contrariam esse falsam doctrinam, & errorem continere, vt diximus supra *in quæstione præcedenti*.

23 Secundò respondeo, quod † lex pure pœnalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuerit imposita, vt probat Castro *de potest. legis pœnal. lib. 1. capit. 10. per totum*, & eum seq. Nauarr. *in cap. fraternitas, 12. q. 2. num. 28 cum sequent.* & nos *libro 2 Canonic. quæstionum, cap. 17. nu. 12.* sed iusta gabella, & tributum debentur in foro conscientiæ: vt cum receptissima sententia

24 ita probauimus supra. † Imò nascitur obligatio soluendi eam à iure naturali, quamuis quota sit de iure positiuo, & obligatio soluendi iustum tributum à iure diuino procedat, vt probat Castro *dicto lib. 1. cap. 1. in dicto vers. 2. ex eadem*, & Beya *Casu 13 in princip.* Ergo obligatio hæc nõ tollitur p impositionem pœnę, sed immò augetur.

Hinc est, quod in his rebus, quæ à prouincia in prouinciam transmittuntur, si nullum vectigal sit pro earum trãsmissionem institutum, nec debitum, sed tantum pœna sit statuta aduersus transmittentes res venditas, hæc pœna in iudicio interiori conscientiæ exigenda non est: nec necesse nõ soluenda ante sententiam, vt cum Medina *in dicta regula, Peccatum, 2 p. relect. §. 5. in fine*.

26 Nunc autem † supradicta nostra principalis sentẽtia, & magis recepta, sic comprobata ampliatur, vt procedat, non dum durante tempore gabellarijs cõcesso à prædictis leg. Regijs ad petendas gabellas, sed etiam illo legitimo tempore transacto; nam quamuis præscriptione munitus sit, qui illam non soluerit, quo ad forum exterius, vt ab eo gabella peti non possit propter legalem temporis præscriptionem, iuxta d. leges *19. & 20. titulo 17. libro 9 noua collect. Reg.* nihilominus tamen, in foro animæ ad restitutionem gabellę tenebitur, ex rationibus, de quibus supra: sunt enim in culpa omittendo prædictam denunciationem, quam gabellarijs facere tenebatur, ac proinde in mala fide: non igitur ex eo commodum reportare debet, cum ea vera gabella debita sit in conscientia, ipseq. venditionem seu permutationem notam facere tenebatur, cessante consuetudi-

27 ne contraria. † Neque obstat, quod *prædictæ leges 19. & 20.* nuncupatim præscriptionem gabellarum inducant, & sic denegent actionem ad eas petendas post transactum illud legale tempus, quia procedunt, & debent intelligi, data bona fide præscribentis, vel saltem facta præd. denunciatione, *vt supra dicebamus*, & in terminis ita tenet Ioseph. Angles *in suis florib. Theolog. quæst. in quæst. quis de restitutione sit liber, in 4 dubio, in 8 difficul. Concl. 2. pag. mihi 187 cum sequen.* vbi inquit, quod qui est malæ fidei possessor, in conscientia ad restitutionem tenetur, quia agit contra conscientiam læsam, & ædificat ad gehennam; omne enim quod non est ex fide, peccatum est, cap. fin. de præscript. cum simil. & quod hinc est, vt licet non detur actio emptori decepto intra dimidiam, tenetur tamen venditor ad restitutionem, quia retinendo agit contra conscientiam: & idem est iudicium de possessore malæ fidei, qui legis auctoritate se tuetur, & de domino non soluente stipendium famulo intra annum legis auctoritate; & de non soluente vectigal propter negligentiam quæstoris, iuxta legem Regiam, tenetur enim in conscientia soluere, licet, quibus facienda est solutio, ad petendum in iudicio actionem non habeant: hæc ille, quem refert, & sequitur Lassarte, *dicto c. 18 num 72.* & ita procul dubio censeo esse tenendum: tametsi Palat. Rub. *in repetitione cap. per vestras, in fine totius operis. de donat. inter vir. & vxor.* hanc quæstionem non resoluerit: & super ea cogitandum reliquerit D. Azeued. *in d. l. 19. num. 3. & 4.* & quamuis Didac. Perez *in l. 2. in glos. le fiziere adulterio, in versic ex qua inferri potest. pag. 304. ad fin. cum sequent.* velit in hoc contrarium. Præsupponit tamen consuetudinem esse, vt non nisi petenti gabellario debeantur, quam quidem verum est non vigere, vt prædiximus.

28 Hinc cõstat † minus benè loquutum fuisse Angles in loco proxime citato, quam in priori prænarrato, in quo affirmauit secundum consuetudinem Hispanicam, nullum teneri vectigalia soluere, donec à quæstoribus exigatur, & quod vendentes proprias merces in foro, nec quæstorem vectigalis quærere, nec venditionem manifestare tenentur, siquidem præassertа consuetudo non est certa, idẽ

29 quemet auctor tenuit, † in cõscientia teneri venditorẽ soluere gabellam non solutam propter negligentiam quęstoris, licet in iudicio actionem quæstor non habeat. Et præterea, licet verum sit, quod mercator non teneatur deferre ad domum exactoris gabellam, tenetur tamen venditionem et notam facere intra quinque dies, vt expressè cauetur *in dicta l. 120 del Quaderno*, & in terminis per eam ita tenet Cordoua, & Nauarra *vbi supra, num. 234.* & Vega *d. lib. 5. Casu 655 ad fin. y en dezir lo contrario Angles, se engano claramente, y hablo contra la dicha l. 120. del Quaderno, que el no cita alli: la qual no habla en todas las ventas, y trueques indistintamente aora se hagan public. a. o secretamente.*

Vna cosa es sin duda en que se deue en conciencia el alcaual, aunque nunca se pida, scilicet quando se vende o trueca oculta y fraudalosamente o se palia la venta o trueque, poniendo le otro nombre de contrato o de donacion, porque no se sepa y entienda la venta o trueque verdadero, fingiendo y simulando otra cosa por no pagar alcauala. Porque en este caso, y en los semeiantes todos los Autores arriba citados, nemine discrepante, *concluyen, y resueluen, que se de el alcauala, portazgos, y diezmos de mar:* igitur, dolus, & fraus nemini patrocinãtur, & plus valere debet quod agitur, quam quod simulate concipitur, & nemo ex suo delicto commodum reportare debet, iuxta regulas iuris vulgaris: & tamen etiam in terminis Castro *lib. 1. de lege pœnali c. 10. in vers. 2. ex eadem Conclusione, col. mihi 6. 8. cum seq.* & diximus quoque supra in *quæst. præcedenti*.

30 Nostra † vero præfata superior, & principalis sententia sicut præmisimus, ampliata, limitatur primò, vt non procedat, vbi consuetudine legitime præscripta obtentum fuerit contra leges Regias, quod venditionis denunciatio, aut permutationis non sit necessario facienda publicanis, & quod hæc gabella, vel vectigalia eis non soluantur, nisi, vel donec fuerint petita: tunc namque in animæ iudicio non tenebitur quis ad gabellæ vel vectigalium solutionẽ ante publicanorum petitionẽ, dummodo nulla in hoc intercesserit fraus, dolus, aut simulatio, ad hoc vt occulta sit venditio, vel permutatio, aut, vt publicanos lateat mercium transmissio, vt in terminis licet sub verbo forte assis, tenet D. Couarr. *vbi supra, circa finẽ d. num 5 in versic ceterum, & D. Soto lib. 4. de iustitia & iure q. 6 art. 4. & Ledesmius vbi supra f. 219. col. 2. Conclu. 1. & 4. & Magister Aragon ubi supra, in secunda Con-*

31 *clus.* † Vbi quod si conueniat quæstor, & quærat an aliquid vendiderit, tenetur dicere verum, nec potest id celare: & Couarru. sequuntur Corduba *ubi supra,* ibi *Porque aunque aya ley si la costrumbre legitima del Reino es la contrario esto es lo que vale*: & D. Azeuedo *ubi supra,* & Vega *dicto Casu 655. vers. empero,* & Instructorium conscientiæ *ubi supra*.

32 Verum, † vt prædiximus, solus Regnis circa alcaualæ solutionem non est contraria eisdem legib. Regijs consuetudo saltem vniuersalis, forsasse namque in aliqua eorum parte, vel partibus subsistet contraria consuetudo, quæ vbi fuerit, seruanda est, ut ais [illegible] Regiæ vigent, & observantur in praxi [illegible] ita [illegible] fuerunt sublatæ, vt inquit Lassarte *ubi supra num. 43.* [illegible] peccati mortalis, & restitutionis *iuxta supra dicta*.

Qu b.

33 Quibus etiam † fit, vt opinio Nauarr. *in Manuali, cap 17. num. 202. ad finem*, dum censet, quod quando publicanus petit ab aliquo, vt iuret, an vendiderit, & quantum vendiderit, vt inde cum ilet, quantum tributi debeat, non tenetur iurare, idque in onus suæ conscientiæ recipere, sed satis esse, si dicat, se paratum esse soluere, quæcumque publicanus probauerit ipsum debere, vera quidem minime sit, sed potius friuolum, hoc sane est, & contrarium prædict. l. g. b. his de rebus ita iuris, vt recte inquit Molina Theolog. *d. 2. parte, de iustitia & iure, disputatione 674. column. 875. ibidem* etiam quod Nauarr. & c. resoluens, quod sic interrogatus, cogetur in foro exteriori soluere quantum publicanus petierit, esto publicanus id non probet, nisi subuteiurando affirmet, quæ, & quanto pretio ea vendiderit: immo quod si legem fuerit transgressus, non manifestando illas tempore congruo, eas amittet, aut in aliam pœnam lege statutam incidet, & contra Nauarr. tenent etiam Cordou. *sua Summa de casos de conciencia, quæstio. 95 in Instruct. conscientiæ, 2. parte, capite 37. columna 282.* & cum eo Emanuel Rodrig *in sua Summa 2. to. c. 73. nu. 4.*

34 Secundo † limitatur præd. nostra sententia affirmatiua, & communis, vt non procedat: *Quando el arrendador, o fiel, o cogedor, que ouiere de cobrar las alcaualas, no ouiere hecho pregonar publicamente por las plaças, y mercados, y otros lugares a costumbrados, como es arrendador, fiel, o cogedor, y donde mora, y posa*, iuxta formam d. l. 120. del Quaderno, hodie l. 31 tit. 19. libro 9. nouæ collect. Reg. *Porque la misma le y de tal manera obliga a los uendedores a manifestarles sus uentas para que cobren de ellos el alcauala: que primero obliga al arrendador, fiel, o cogedor, a que haga la dicha diligencia. Porque los uendedores no se puedan escusar de pagar las alcaualas, que deuen, y para que uayan a se lo hazer saber en la dicha casa que sennalare: y manda, que hecho el pregon, los uendedores se an obligados donde en adelante a hazerles saber lo que ouieren uendido o ue diren.* Ergo a contrario sensu, diligentia præd. omissa, poterunt bene se excusare venditores a solutione gabellæ. Præterea, ablatiuus ille absolutus *Hecho el pregon*, inducit conditionem, iuxta *l. a testatore*, & ibi glossa, & Doctores, *ff de condit. & demonstration.* Ergo ante prædictam præconium, venditores ad soluendam gabellam non tenentur.

35 † Sed hoc velim intelligas quando venditor id ignoraret: si enim sciret, licet non esset præconizatum, teneretur quidem in conscientia notam facere venditionem gabellario, iuxta iuris regul. quæ habet, quod qui certus est, amplius certiorari non debet: cessat namque, iam tunc, tum finalis praeconij fiendi, de quo in d. l. 120. & forus conscientiæ est amicus veritatis.

36 Tertio limitatur † eo casu, quo notam faceret venditor, vel permutator gabellario venditionem, vel permutationem, & tamen gabella non fuerit petita vllo tempore: Tunc enim cum venditor fecerit, atque adimpleuerit, quod tenebatur iuxta dict. *l. 120 de Quaderno*, & gabellarius sciens, & prudens non exigat gabellam ab eo, tutum habet caussam se reputandi tutum in conscientia venditor, vel permutans, ex quo tacita remissio inducta videtur interim, quod non petitur, aut saltem id ita soluto accedat, quod in hac specie nulla videtur superesse obligatio restituendi, si quidem gabellarius certioratus gabellam non exigit: & ita demum fit ei concessa gabella, si certioratus eam petierit intra præfixa tempora ab eisdem ll. his vero transactis, venditor, aut permutator, nulla lege eam soluere tenetur, si tamen debito tempore petatur, soluenda erit proculdubio.

37 Quarto, limitanda † videtur eadem sententia principalis, quoties venditio facta fuerit coram tabellione publico del numero, vel loci iuxta formā *l. 101. Quaderno de las alcaualas*, hodie l. 30 titulo 17. libro 9 collect. Reg. quæ cauetur: *Que porque los recaudadores de las alcaualas no reciban danno en la ocultacion de las uentas, y trueques de los bienes rayzes, todas las uentas, trueques, y enagenamientos de los bienes rayzes passen, y se hagan ante los dichos escriuanos, y estos sean obligados a dar copia de las dichas uentas, y trueques a los arrendadores, de las dichas alcaualas, cada uez que los arrendadores, y fieles, y cogedores de la dicha renta se la demandaren, na a uez cada mes, so cier tas penas, y en la forma alli contenidas. luego por este camino pueden tambien saber los ... y cobrar los dichas alcaualas, con entera noticia y fee publica de escrituras, que basta para que tegan ellos obligacion de pedirlas, si quisieren, y tambien, y ansi como si el vendedor, y el que haze el trueque se lo auisara, y notificara por su persona si u escriuano luego si no lo pidieren, sibi impute, aunque el uendedor no les auise, pues tienen buen auiso, y meior con las copias, que si la parte les auisara:* & vltima mora nocet: neque obstat: *si se dixere, que la dicha ley 120. del Quaderno, que manda, y obliga al uendedor auise al alcaualero, y le haga saber la uenta dentro de cierto tiempo, es mas nueua en orden, que la dicha l. 101. Porque a esto se responde, que no parece que se requiere lo uno, y lo otro copulatiuamente, sino que basta qualquiera cosa de ellas, en quanto a quedar libre el uendedor en conciencia, sine se le pidiere el alcauala: porque las leyes del Quaderno, procuran proueer de remedios competentes, para que no se oculten las uentas, y trueques, y no se defrauden las alcaualas, y por qualquier uia que se remedie esto, cessa la præsumpcion de fraude, y se consigue el fin que se pretende*

38 Quinto temperanda † quoque videtur eadem principalis sententia, quando gabellarius, (etiam si sibi venditor, vel permutans notam non fecerit venditionem, vel permutationem, prout tenebatur) eam aliàs certo sciuit, & tamen gabellam non petijt, nec adhuc petit. cum enim præd. denunciatio a venditore facienda, gabellario, requiratur in eum tantum finem, ut sciat eam gabellarius, & gabellam petere possit, quid interest, quod ei nota non fiat a uenditore, si aliàs habet eius notitiam gabellarius, idque sciat uenditor, ob idque desinat eam eidem notam facere? utroque enim casu eadem ratio militare uidetur, nempe, ut gabellam petere possit gabellarius, saltem in conscientia, in qua sola ueritas attenditur: ergo si gabellarius eam non petat, sibi imputet, tunc omnique post præscriptionem: uidetur teneri in conscientia uenditorem gabellam soluere, quando uenditionem notam non fecerit gabellario, prout tenetur, ad hoc, ut id sciat, & petere possit gabellam. Ceterum si absque præd. denunciatione, aliàs sibi nota sit, uel præscita, non tenetur et uenditor in foro conscientiæ gabellam soluere, nisi legitimo tempore ab eo exigatur.

39 Sed uidetur, † quod hæc limitatio uera quidem non sit, quia non forma requiritur a legib. Regijs, ut nota fiat uenditio, uel permutatio per uenditorem, uel permutantem gabellario, non quidem ad simplicem scientiam tantum, sed etiam ad hoc, ut ipse gabellam petere teneatur, & sibi cuntat obligatio, & tempus eam petendi; ergo cum hæc forma non fuerit obseruata, quia uenditor eam notam minime fecerit gabellario, prout tenebatur, qua nuis ipse aliàs eam sciuerit, in culpa esse uidetur uenditor omittens facere præd. denunciationem, ob idque non omnino liber remanere uidetur in conscientia.

40 † Præsertim, quod regula iuris, quæ habet, eum, qui certus est, certiorari amplius non oportere, procedit, quando denunciatio solum requiritur ad simplicem scientiam: secus si præter hoc requiratur aliquid amplius faciendum: ut contingit in denunciatione facienda ab emptore uenditori de lite mota, ut eum defendat, & liberet, tunc enim non sufficit quod uenditor sciat litem motam, nisi denunciationes sibi fiat, iuxta communem opinionem, quam aduximus, & sequuti sumus *in tractatu de iuramento confirmat 1. parte, cap 61 num 3. & 4.* & in terminis, & quibus, contra limitationem præfatam tenet D. Couarru. *in d. regula, Peccatum 2 par relec. § 1. num 5. ibi. Igitur tenetur uenditor in iudicio interiori animæ soluere pecuniā lege institutam debitā etiā publicano sciēti, & ignoranti denunciare uēditionē factam fuisse* &c. ¶ Nos tamen tamē limitationem illis præsertim uerior est, & tenenda meo iudicio in foro animæ, quo soluere illam non debet, nisi amplius requiritur, quam quod de ueritate fiat certior, nec præd. denunciatio ad aliquid aliud requisita videtur, nisi vt

vt gabellario conftet de contractu, ex quo debetur gabella vt illam petere poffit. Præterea, omnia modo proxime adducta contra hanc quintam limitationem tantum procedere videntur, quo ad forum externum, non verò quo ad interius animæ, in quo ea ceffant: folum fupereft authoritas Couarru. contraria, quæ profectò maxima eft, ceterum eius bona venia fit dictum, quod in tranfitu, & perfunctorie loquutus eft, quantum ad publicanum fcientem fine examine, & difcuffione negotij: Vera igitur eft eius fententia principalis, nempe, quo ad publicanum ignorantem contractum, vt etiam in confcientia fit facienda præd. denunciatio, aut foluenda gabella: fecus verò videtur dicendum in publicano fcienti, nifi ab eo gabella petatur.

Sextò fuperiorem noftram principalem fententiam limitat quodam cafu D. Azeued. *in d. l. 19 nu. 3. tit 17. libro 9 nouæ collect. Reg.* nempe, quoties lapfo termino, *d. l. 19.* venditor mortuus eft, eiufq. hæres eft in bona fide, nihil de hoc fciens, & lapfus fuit terminus d. legis, tunc enim in dubitanter credit, non deberi gabellam in confcientia. Quę fententia iure probari & teneri non poteft.

42 Septimò † limitatur ex Soto *vbi fupra,* quoties res, quæ vendita fuit, non eft grandis pretij, & fic in rebus minutis, quæ opinio propter paruitatem materiæ fuftineri poteft, quamuis eam improbent Nauar. *lib. 3. de reft. c. 1. num. 233.* & Vega *d. lib 5 Cafu 655 in verf. Tambien enfeuam diziendo que Soto en esto habla de gratia* quia nullam reddit rationem, & quia vix affignari poteft, quod fit grande præiudicium, & fic femper remaneret fcrupulus: fed nihilominus hæc limitatio probari poteft, data, vt prędixi, paruitate materiæ: aliàs fecus, fecundum Areg. *vbi fupra, pag. 234. col 3.* vbi hoc limitat, quando tantum effet nocumentum fubfequutum ex illa parui pretij venditione rerum, vt ratione damni illati teneantur omnes ad reftitutionẽ, ac fi magni pretij vendidiffent, ficuti dici folet de illis, qui fingulos razemos accipientes totam vineam deuaftarunt, ex quo grauiffimum damnum domino fuit fubfequutũ: eamdem limitationem loquens in moderate fraudante fequitur Molina Theologus, *in 3. parte de iuft. & iure, difputat. 674 colum. 878.*

43 Octauò † obferuãdum erit, quod etfi iuxta *legem 120. del quaderno, hodie l. 31 tit. 19 hoc libro 9.* emptor in fubfidium, id eft, eo cafu, quo vẽditor prædictam denunciationem omiferit, teneatur admonere exactorem de prædicta venditione, non tamen emptor hoc omittens, teneretur in confcientia gabellam, nec pœnam foluere: ficq. fupetiora limitantur in emptore, quia eius refpectu *d. lex* eft omninò pœnalis, cum ipfe gabellam minime eo iure debeat, fed venditor, præter quam in pœnam, fi omiferit facere prædictam admonitionem gabellario, vt in terminis recte probauit Nauarra *vbi fupra, num. 273.* dicens, quod ita fe habet confuetudo, & quod fane admodum onerofa effet illa lex, fi in confcientia obligaret quemlibet emptorẽ ad quærendos exactores, quibus denunciaret.

44 Nonò † limitatur prælata principalis fententia in portorijs, & alijs tributis Regijs publicis, earum rerum quæ quis portat, vel vendit ad fuam, vel fuæ familiæ neceffitatem extremam, vel magnam: tunc namque gabellam, nec alia tributa foluere tenetur in confcientia, vt docet Caiet. *in Summa, verbo, vectigal, in princip. Soto de iuftit. & iure, lib. 3. q 6 art vltimo Angles in Summa, verbo, pedagium, § 3. num 6. Nauar in Manuali Confeff. capit 17 num. 202. Siluest. verbo Gabella, 3. pag. 5 Armilla Aurea, verbo Gabella, § 2. Pedraza in 7. præcepto q. 26. Magister, Beya, in refponfione ad Cafum 13. & Nauarr. d. lib. 3. capit. 1. num. 235. y en portagos.* Idem probat, *lex. 3. tit 7 parte 5. & lex vniuerfi. C. de vectigal.* & fequitur Vega *d. lib. 5. Cafu 656. in verf nota,* vbi id late probat, etiam fi pauper vendat immobilia, contra Nauarram *vbi fupra,* nec confuetudo contraria valet, *fecundum Angel. in Summa, verbo, pedagium. 3.*

45 Contrarium † tamen in hoc tenet, & probat Sanct. Antonin. *in 2. parte fuæ Summæ, capite 14.* quod eft verius, & quotidianus vfus comprobat: quia confuetudo poteft inducere id omne, quod lex, *cap fin. de Confuet l 2. C. quæ fit longa confuet.* & certum eft, hoc lege ftatui poffe, nempe, vt de his foluatur gabella, aliudue tributum, vt etiam dicit idem Antonin & Nauarr. *d. c. 17, num. 202.* & tenet Aragon *vbi fupra in verf funt etiam aliquæ res:* ibi: ceterum, dicens, quod confuetudo totius fere Chriftiani orbis tenet contrarium, & quod ita de facto fæpè videmus poni tributum, quod vulgo vocatur *Sifa,* circa carnes, vinum, pifces, &c. & non eft damnandum: quia vix poteft reperiri commodior via ad fuccurrendum publicis neceffitatibus, vt recte docet Medina, quem ibi refert. Nec videtur negandum, quod ex caufa vrgenti, & valde neceffaria Reipublicæ fupra huiufcemodi poffit imponi tributum, *vt bene Gabriel in 4. diftinct. 15 quæft. 5. artic. 2. Siluest. uerbo Gabella, quaftione 5. cum alijs pluribus.* & tenet etiam Lodouic. Lopez *vbi fupra pag. 440.* qui hoc probat contra priores: quod ego firmo quo ad noftram gabellam, hoc eft, alcaualarum, quia leges gabellariæ, & hunc cafum comprehendũt in fua generali, & vniuerfali decifione: in nulla namque earum inuenitur hic cafus exceptus, aut immunis a folutione gabellæ: tum etiam, quia vfus communis, & vniuerfalis indiftincte hoc iam proculdubio recepit, & ita eft tenendum, quidquid alij contendant, confuetudinem in his non valere, quos refert Nauarr. *vbi fupra, num 237.*

46 Decimò, † non procedit principalis fententia, de qua agimus, in ceteris tributis præter alcaualam: *Como et el peaie, pafo por lo puente, y partazgo:* hæc enim non tenentur viatores foluere, nifi petantur, quia duriffimum effet obligare aduenas ad fciendum huiufmodi ftatuta: *Saluo fi hauiesse ley, o costumbre de ello, so pena de tenerlo perdido.* ita Cardona *d. Cafu 95. in refpõfione ad fecũdũ dubium ibi: Y agora* & Medina Salmanticenf. *in fua prima fecundæ,* & Ludouic. Lopez, *d cafu 186. uerfic. fed defcendendo, pag.*
47 *439 colum. 2.* † vbi idem cenfet de tributis per talũ, hoc
48 eft, *de puertos fecos.* † Quod etiam procedit in ceteris vectigalibus, & gabellis impofitis contra importantes vel exportantes inferentes, vel extrahentes merces vetitas, vel permiffas cum folutione vectigalis, in Regnum, vel Vrbes, vel ab eis, *ut tenet Angles, Nauarr. Beya, & plerique ex fupra citatis pro priori parte principali,* quorum opinio in his tributis faluari, & teneri poteft, nõ vero in gabella iuftè debita ex venditione, vel permutatione, iuxta præd. *leg. del Quaderno de las alcaualas.*

49 Quinimo addit Ludouico Lopez *ubi fupra, pag fequenti,* cum Driedone, Cordona, & Victoria, quod quia his tẽporibus tributa, & impofitiones portoriorum, id eft, *portazgos,* plerumque contingit carere iuftitia, eo quod deficiunt cauffæ ad fuam iuftificationem requifitæ, vt refert Siluest. *uerbo, Gabella. 3 q 2 & 3.* Idcirco, non tam facile funt in confcientia damnandi huiufmodi portoria defraudantes: maximè, fi cum pauperes fint, per dominos, vel populos adiguntur ad foluendum tantumdem, ac diuites: quia Ius Ciuile, & Canonicum reprobat exactiones pro
50 exportatione rerum ad vfus domi neceffarios: † quare, non funt culpandi hi, fi caufa redimendi fuam vexationẽ fe occultauerint, diuertendo ab itinere: non enim (inquit) ob id audet eos damnare, licet hoc facere, hoc eft fe occultare, vel diuertere à via, fi quis non fit ita iuftitia, ut permiffum, contra Victoriam, quinimo hoc non licere tectius cenfet Alphonf. à Caftro *in pofteriori loco fupra relato.* fed quod potius teneantur ad reftitutionem.

SVMMARIA.

1 *Reges an iure poffint iura exigendi gabellas, & pedagia, aliaq. huiufmodi diftrahere & alicui populo, vel priuato concedere; & numeris fequentibus, pars affirmatiua eligitur*

2 *Rex non poteft bona, & res Regiæ dignitatis alienare, quia ipfa potius funt Regni, quam Regis, declaratur numero 10.*

3 *Domini temporales cum rigore exigunt gabellas: Rex verò folet fe cum populis cõponere, nihilominus tamen prædicti domini temporales illud iure facere poffunt, ut in nu 22.*

4 *Cap fuper quibufdam, § præterea, de verbor fign habet locum in gabellis, ut in num 5.*

6 Primile

6 *Priuilegium colligendi gabellas concessum a Principe non potest reuocari, quia transiuit in vim pacti, vel conuentionis.*

7 *Princeps ius quæsitum ex contractu etiam in spe, absque iusta caussa tollere non potest: secus in priuilegijs gratiosis, vt in num. 8 & 9.*

11 *Princeps potest caussa remunerationis rem aliquam ad dignitatem Regiam pertinentem donationis titulo in aliquem transferre qui de Republica sit bene meritus.*

12 *Gabellarum iura, aliaq. publica vectigalia, atque puniendi aliquem sanguinis pœna excepta, intelliguntur in alienatione Ciuitatis, vel Castri a Rege facta, nisi in ea hæc iura exprimantur, & tūc adhuc suprema iurisdictio, & quod ad Regem appelletur, exceptum intelligitur.*

13 *Dominus opidi superiorem in temporalibus recognoscens cū iuribus Regalibus, non potest iura illa Regalia alienare.*

14 *Ius exigendi gabellas alicui concessum a Principe, non potest absque concedentis licentia alteri vendi; fallit, vt in num. 15. nec transit ad singularem successorem, vt in num. 20. nisi vt ibi.*

16 *Ius, & priuilegium colligendi gabellas concessum a Principe nobili, transfertur ad filios, vel hæredes.*

17 *Legatum purum debetur hæredi legatarij.*

18 *Ius patronorum alicui in testamēto relictum, transit ad hæredes, non tamen ad filium non hæredem, nec ad filiam dotatam exclusam a successione per statutum, vt in num. 19. sed ad bonorum possessorem transit, ut ibidem.*

21 *Princeps minimè potest concedere suam supremam iurisdictionem, nec donare claues Imperij, &c.*

22 *Reges, & Principes habent potestatem a iure concedendi priuilegia priuatis, aut uniuersitatibus vectigalium ob benemerita, & seruitia, vel pretio, aut aliàs ex iusta caussa.*

L. 16. tit. 10. lib. 5. nouæ collect. Reg. intellectus, & an habeat locum in gabellis a Rege concessis alicui domino temporali.

QVAESTIO IV.

An Rex iure possit gabellas, & cetera iura Regalia distrahere?

1 QVæro Quartò, an † *iure possint Reges nostri iura hæc exigendi gabellas, & pedagia, aliaq. huiusmodi distrahere, & alicui populo, uel priuato concedere?*

2 Videtur † namque prima inspectione id minimè locū habere, cum Rex nō possit alienare bona, & res Regiæ dignitatis, quia ipsa potius sunt Regni, quam Regis, vt notant late Abb. & ceteri, *in c. intellecto, de iureiur. Hostiens. & Felin. in c. dilecti de maior. & obed. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in cap. per uestras, a. notab §. 1. num 40. de donat. inter vir. & uxor* Regia lex. 1. tit. 17. & 4. tit. 15. *pag.* 2. quas adducit D. Couar. *in c. quamuis pactum. §. 2. num. 4. de pact. in 6.* est communis, vt plures allegans, affirmat Menoch. *de succ. creat. §. 26. num. 82.* qui *num. 39.* addit, quod ipsemet Rex debet reuocare a se distracta non obstante iuramento de non reuocando, maxime si prius iurauit non alienare, & Azeued. *in l. 1. nu. 47. cum. seq. tit. 15. lib. 4. nouæ coll. Reg.* & alij plures.

3 Accedit, † & secundò, quia domini, quibus hæc iura, vel tributum vendūtur, ad rigorem exigunt, vt decimum quoque nonnum exactissime exposcant, cum tamen Rex vix vnquam vigesimom percipiat, vt inquit Dominic. a Soto, *lib. 3. de iust. & iure. q. 6. art. 7. ad finem uersic. ceterū ibi adde, quod domini*, vbi etiam, quod quamuis decima sit Regi consignata, tamen nisi vbi vrgens Regni necessitas illud postularet, nimis graue esset, tributum hoc ad rigorem exigere: quod quidem Rex sancte animaduertens de huiusmodi quota solet cum Regno componere, ac pacisci, vt remissior fiat pensio, ac tolerabilior, quod tamen inferiores domini non faciunt: hunc insuper, inquit, & aliud accedit damnum, quod cum leges exigendi hoc tributum, si Regij tantum quæstores existerent, tolerabiles sint, reliqua tamen quæstorū turba in fraudem populi illis abutitur.

4 His † tamen non obstantibus, contrarium est verius, & in praxi tenendum, prout videmus introductum, & passim fieri, nempe posse Reges nostros iura gabellarum pedagia, & cetera vectigalia priuatis priuilegio cōcedere, atque alienare, ex textu *in c. super quibusdam, §. Preterea, de uerb. signif.* cuius verba sunt hæc:

Preterea, cū pedagia, guidagia, salinaria, tibi legatus interdixerit memoratus, authoritate Apostolica duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparēt, Imperatorum, uel Regum, uel Lateranensis Concilij largitione concessa, uel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius exstat memoria, introducta, &c.

5 Et † quamuis textus ille nuncupatiue non loquatur in gabellis, & sic in nostra alcauala, idem tamen virtualiter conijcitur, & continetur in eisdem: siquidem omnia hæc sunt vectigalia, iuraq. Regia, nec quin ad ea exigenda aliquid iure interest: & in terminis ita tenent Bart, & DD. *in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de public. & uectigal* & plures allegans Bertachin *de Gabell. 1 parte, 9. quæstio nu. 23. uol. 11. tract. diuers. Doctorum, fol. 20. in antiquis*, sequitur Auil's *in cap. 13. Prat. in gloss alcaualas num. 3.* Lassarte alios allegans *de decim. uend. in præfat. num. 27.* & Girond. *de Gabell. 1. par. num. 9.* estq. optima lex Regia pro hac parte, in l. 1. tit. 11. lib. 6. nou. col. Reg. ibi: *No atiendo priuilegio, ni cartas de los Reyes, de donde nos uenimos, ni de nos, porque pudiessen tomarlo:* & iterum ibi: *Non teniendo cartas o priuilegio porque lo puedan tomar*, vbi D. Azeu. *super eisdem uerbis, num. 6. & 7.* id expresse notat plures DD. allegans.

6 Quinimo † huiusmodi priuilegium colligendi gabellas concessum a Principe, non potest reuocari, quia transiuit in vim pacti, vel conuentionis, *ut in l. quod semel, ubi Bar. ff. de decret. ab ordin. fac. & in reg. decet concessum. de reg. iur. in 6. ubi gloss. uerb mansurum*, & nuncupatim Bertac. *ubi sup. num. 24.* idem concludens in priuilegio, ne teneatur quis ad collectas secundum Bart. *in d. l. quod semel, & in l. omnes populi, num. 30. ff de iust. & iure*, & alios quos citat, refert, & sequitur Auiles *ubi supra, num 4.* necnon,
7 & Girond. dicens communem, cuius hæc est ratio: † quoniam Princeps ius quæsitum ex contractu etiam in spe, absque caussa publica tollere non potest, *iuxta late tradita per D. Molin. lib. 3. de Hispan. primog. cap. 3. num. 16. cum seq. Girond. ubi supra, num. 11. cum sequent.*

8 Nec † contra supradicta in vers. *quinimo, num. 6.* dum resoluimus, Principem non posse reuocare priuilegium colligendi gabellas a se concessum, obstat, quod alias dici solet, Principem priuilegium a se subdito concessum moderare, tollere, & reuocare posse, iuxta text. & ibi Innoc. *in cap. in nostra, de iniur. gloss. in d. reg. decet. de regul. iur. in 6. Abb. & communiter DD. in cap. nouit. de iudic. super gloss. in uerbo, quicunque Angel in l. Antiochensium, ff. de priuil. credit Felin in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 48. de Constit. Alex. cons. 216. lib. 1. num. 18. Soc. cons. 87. libro 3.* quorum sententia communi omnium iudicio recepta videtur, *secundum Couar lib. 3. uar. resol. cap. 6 nu. 1. & alios*: quod facere potest Princeps etiam sine caussa, vt cū Bosso & alijs prosequitur Girond. *ubi supra, num. 15. cum seq.*
9 † hoc enim secundum ipsum *ibi, nu. 17.* procedit in priuilegijs gratiosis: ea namq; Princeps reuocare potest; secus verò est in priuilegijs quæ transierunt in vim contractus, & conuentionis, vt præmisimus, nempe ex causa onerosa propter seruitia impensa, vel pretium: hæc enim reuocari non possunt, quia non potest Princeps tollere ea, quæ sūt iuris gentiū, prout sunt contractus, *l. ex hoc iure, ff de iust. & iure*, sine caussa legitima, iuxta communem opinionem a nobis tractatam in repetitione *l. nemo potest, num. 71 ff de leg. 1.* & tunc soluto pretio, siue bono cambio, vt ibidem probauimus, *num. 73.* denique quia priuilegiū concessum per Principem, quod transiuit in vim contractus, vt puta pretio mediante, vel ob seruitia per generalem clausulam, non obstantibus, &c. non censetur derogatum, nimo et absque iusta caussa Princeps derogare non potest, vt post alios plures resoluimus *ubi sup nu. 175.* estq. verissimū, iurisq. naturali cōforme, *ut in l. 1 ff de pact. & in c. 1. & 2. de pact.* & probat latissime cū alijs Dec. *resp 41. n. 5. cū seq uol 2.*

His

10 His † sic resolutis, reliquum est, vt respondeamus fundamentis contrarijs supraiactis *in princip. quæstionis*, & quidem non obstat Primum, nempe quod Rex non possit alienare bona, & res ipsius Regiæ dignitatis: hoc namque intelligendum est, vbi alienatio tenderet in maximum præiudicium Regni; secus si in modicum; tunc enim valeret quidem iure huiusmodi alienatio secundum Abb. & communem *in d. c. intellecto*, sequitur, plures referens D. Couar. *in cap. quamuis pactum. 2. p. §. 2. sub num. 4. de pact. in 6.* & est vera, & communis, vt plures referens affirmat Menoch. *d. §. 26. num. 83.* & Azeued. *in d. l. 1. num. 48.*

11 Similiter † etiā potest, caussa remunerationis rem aliquam ad dignitatem Regiam pertinentem donationis titulo in aliquem transferre, qui de ipsa Republica sit bene meritus (quo iure supremi Principes Ecclesiastici, & temporales vtuntur sæpè in benemeritos Ecclesiæ vniuersalis Christianæ Religionis, atque humanæ Reipublicæ) argumento textus optimi *in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tutor.*

12 Hinc † etiam obtinet *lex 9. tit. 4. p. 5.* qua cauetur, quod si Rex aliquam Ciuitatem, vel aliquod Castrum Regiæ dignitatis nulla ex caussa alienauerit, excepta intelligantur iura exigendi gabellas, publica vectigalia, atque puniendi aliquem sanguinis pœna, nisi hæc iura expressa fuerint, atque tunc adhuc suprema iurisdictio, & quod ad Regem appelletur excepium intelligitur, secundum Couarru.

13 vbi supra, versiculo, sic etiam; † vbi addit, quod si quis superiorem in temporalibus recognoscens habeat villam, vel ciuitatem cum iuribus Regalibus, non poterit iura illa Regia alienare, vt respondet Socin. *consil. 7. volum. 3.*

14 Similiter † etiam ius exigendi gabellas alicui cōcessum a Principe, non potest sine concedentis licentia alteri vendi, vt voluit Bart. licet non firmet pedes, *in l. diem, in fine princ. nu. 5. ff. de aqua pluuia arcend.* sed est verum, vt probat, & tenet Bertach. *de Gabell. 1. p. 14 q num. 39 cum seq.* & hæc opinio est firmiter tenenda, *vt per Addit. Barbat. & Alex. super Bart. & secundum Girond. in d. 1. par. de Gabell num. 61. cum seqq.*

15 Limitatur † tamen hæc opinio, quando concessum est alicui hoc ius colligendi gabellas, & simul pro se, vel alio cuicumque voluerit concedere, vel si concessio facta fuisset pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque: tunc enim intelligeretur, etiam de successore particulari, & sic de emptore, ac proinde ad alienationem non esset necessaria alia licentia Principis *secundum Bertach. vbi sup. nu-*

16 *mero 40.* † Licet enim priuilegium, & ius exigendis gabellas a Principe alicui nobili concessum transferatur ad filios, vel hæredes, vt voluit Bal. *in l. vnica, §. excepto, nu. 6.*

17 *C. de caduc. tollend.* † Et legatum purum debeatur hæredi legatarij, vt inquit Bald. *in l. si aula, in lectura antiqua. C. de iure delib. & in alijs locis a Bertach. de Gabell. 1. par. 19 quæst & Girond d. 1. p. num. 53.* vbi idem probant. † Et

18 ius patronatum alicui in testamento relictum, transit ad hæredes, iuxta gloss. *in l. si operarum, verbo, dandam, ff de oper. liber. Bald. in c. decedenti, colu. 2. qui feuda dare poss. & in l. vnica C. de ius voc. gloss. & Archid. in cap. cōsiderandū. 16. q 7.* & voluit Innoc. *in c. 1. de iure patr.* quos referunt, & sequuntur, *vbi sup Bertach & Girond. num 54.* sed Innoc. potius hoc voluit *in rubr. num. 4. eodem tit. de iure patron.* sed est alia similis *gloss. in Clement. fin. de iur. patron.* quas sequitur Ias. alios referens *in l. si ita scripto, § fin num. 5. ff de lib. & posth.* vbi eius Additio. dicit esse communem opinionem, & eam appellat ordinariam, plures allegans, idem Ias. *in l. 1. num 71. ff de leg. 1.*

19 Ad † filium autem non hæredem, item, & ad filiam dotatam exclusam a successione per statutum, non transit ius patronatus Ecclesiæ, *secundum Feder. de Senis, consil. 139. Item filius:* sed ad bonorum possessorem transit, idem Federic. *cons. 217 Si opinio Ioannis, &c.* quem sequitur in

20 vtroque Bertach. *vbi supra.* † Non tamen transiret ad singularem successorem huiusmodi priuilegium exigendi gabellas, ac proinde alteri concedi non potest, sine Principis licentia, nisi in concessione adiectū fuisset, pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscūque, secūdū supra dictos.

21 Similiter † non obstant tradita per Afflict. *in c. Prætor, gl. 1. num. 3.* quia fatemur verum esse, principem minimè posse concedere suam supremam iurisdictionem, nec donare claues Imperij, seu Regni, nec viscera Imperij euiscerare, quia esset homicida suæ dignitatis: non tamen inde aliquid deducitur, quod contradicat decisioni nostræ quæstionis principalis, cum alienatio iuris percipiendi gabellas, & vectigalia aliquorum opidorum, vel quarumdam Ciuitatum, non sit huiusmodi, vtpote, remanentibus Regi alijs redditibus Regalibus, ex quibus viuere possit, & conseruare suam Regiam dignitatem.

Ad illud, quod adduximus ex Dom. de Soto, respondemus, non inde sequi, vllo modo restringi Regibus, atque Principibus potestatem, & facultatem, quam a iure habēt concedendi priuilegia vectigalium priuatis, aut vniuersitatibus ob bene merita, & seruitia, vel pretio, aut alias ex iusta caussa: at, quod Domini inferiores similia priuilegia habentes, & eorum exactores cum rigore, vsque ad decimam illa iura exigitur, nihil probatur, cum re vera id face-

22 re possint, † (sicut Princeps poterat) vtendo iure omnimodo sibi a Rege concesso, dummodo vltra decimam nō exigant. Licet igitur Rex sua liberalitate, & beneficio omnius decima plerumque percipiat; poterit nihilominus dominus inferior in suo territorio, vbi ius habet a Rege exigend, sibi in perpetuum hanc decimam, eam integrā exigere: gratia igitur in hoc facta a Rege in suo Regno, alijs dominis, id ius habentibus ab eo, non præiudicat, vt aduersus Sotum *vbi supra*, tenet, & probat Antonius a Cordoua in sua Summa, quæstione 115. dicens, ita fuisse pronunciatum in Regali Cancellaria, & Consilio supremo.

23 † Secus tamen erit, secundum ipsum ibi, quando domini inferiores non haberent dominium integrum iuris percipiendi gabellas: sed tantum ius quoddam exigendi sibi ex illis aliquam nummorum quantitatem, vel omne, quod reddiderint gabellæ talis opidi: tunc enim ipsi nō possūt *Subir, ni abaxar las alcaualas*, secūdum ipsum vbi supra, & bene: sed nihilominus opinionem Soti, de qua supra aduersus Cordub. sequuntur, & defendunt Frater Ludouic. Lopez. & Emanoel Rodriq. ab eo relatus *in sua Summa, secundo tomo, cap. 72. num. 7. ex lege 16. titulo 10. libro 5. nou. collection. Reg.* vbi cauetur: *Que las personas a quien el Rey huuiere hecho merced de Martiniegas y yantares, escriuanias, portazgos, y otros pedidos, y tributos, se entiende, que aquellos a quien se hizieron las tales mercedes, las ayan de aquellas personas, y al tiempo, y en la manera que su Magestad las auia de auer. y que las tales personas las ayan, segun antiguamente se acostumbro.* De quo etiam agit Sasoo *de iustitia, & iure pagina 444. in fine, cum sequentibus*, ad quem, & ad Ludouic. Lopez se refert simpliciter Azeued. *in l. 1. sub numero 151. titulo 17. hoc libro 9.* Sed illa l. Regia parum aut nihil profecto viget pro hac secunda sententia, si quidem ipse nuncupatim non loquitur in gabellis: & præterea, vt patet ex eius narratione, agit quo ad terminos, & formam solutionis dictorum iurium, & iuxta priuilegia Regia, quæ habent nonnullæ Ciuitates, Opida, & loca in quibus aliquæ personæ: *Son francas, y otros deuen ser prendados pro ellos ciertos bienes suyos: y sobre estas cosas cae luego la decision de la dicha ley arriba referida: nempe, que las personas a quien el Rey huuiere hecho merced de los dichos derechos, las ayan de aquellas personas, y al tyempo, y en la manera que su Magestad las auia de auer, y segun antiguamente se acostumbro: mas no habla esta ley en alcaualas, ni respeto del quanto se ha de cobrar por razon de ellas. Con todo esso parece, que su razon general en alguna manera fauorece esta segunda opinion.* Quid igitur est tenendum in proposito? Ego in primis censeo attendendum esse tenorem instrumenti venditionis, aut concessionis iuris percipiendi gabellas, a Rege celebrati, ipsumque omnino esse obseruandum ad vnguem circa quantitatem quæ percipienda sit nomine, & iure gabellarum: quod si hoc non constet ex illo instrumento, & Rex vendat, vel cōcedat idem ius, quod ipse habet ad illas gabellas percipiendas, & leuādas: credendum profecto, quod is priuatus illas habeat, ex titulo emptionis pre...

lati-

er, procedat prior opinio, Cordubæ si verò priuilegio ob benemerita, & seruitia Regi impensa, secunda Soti, & reliquorum, in qua specie loqui videtur, quamuis non in gabellis d. lex Regia: Et quamuis priuilegium ob benemerita, & seruitia censeatur etiã titulus onerosus, ac proinde æquiparetur titulo emptionis & vẽditionis: nihilominus tamen habet in se quidquam gratiæ, quæ tertio nocere non debet, vel saltem interpretari debet, quo ad executionem ipsius muneris, & ad instar, & formam antiquam, qua Regia Maiestas ea iura habitura erat, *argu. d. legis Regiæ.16.*

S V M M A R I A.

1 *Præscribi an possit ius exigendi gabellas contra Regem? & numeris sequent. pars negatiua probatur, num. 6. cum sequent.*

2 *Immemorialis consuetudo habet vim priuilegij ad præscribenda iura Regalia, & in num. 3. vbi num. 4. quod in hac præscriptione immemoriali, non requiritur scientia, & patientia Principis: immo sufficit in proposito loco immemorialis præscriptionis possessio 40. ann cum titulo. & cum scientia, & patientia Principis, vel suorum officialium, vt in d. num. 4.*

7 *Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas. completa ante decisionem legis 2. tit 15. lib. 4 coll. Reg an censeatur sublata ab eadem lege? & numeris sequentib*

8 *Consuetudo futura licet per legem impediri possit, ius tamẽ acquisitum ex præscriptione perfecta, & iam completa, tolli non potest.*

9 *Regalia tempore etiam immemoriali quæri non possunt.*

10 *Domini temporales, nisi titulum legitimum percipiendi gabellas ostenderint, non possunt eas præscribere etiam tempore immemoriali: vt hic, & in duobus num seqq.*

13 Portazgos, peages, rodas, y castillerias, *præscriptione quæri possunt, non vero gabellæ.*

14 *L. 1 tit 11. lib 6. noua collect Reg. & l. 1. ad finem, titu. 15. lib 4. nou. collect. Reg quæ videtur contrariæ, intellectus, & concordia, & num. 15.*

16 *Tertiæ Regiæ concessæ nostris Regibus a Summis Pontificibus, præscribi possunt contra Regem ab alijs dominis particularibus tempore immemoriali, & num. 20.*

17 *Ea, quæ sunt de patrimonio Regis, quæ ei non debentur in signum, & recognitionem supremæ potestatis, & subiectionis (exceptis gabellis) tempore immemoriali præscribi possunt.*

18 El seruicio, y montazgo, *tempore immemoriali præscribi potest.*

19 *Immemorialis præscriptio, vel consuetudo, data incapacitate, non iuuat.*

21 *Decima Ecclesiastica cũ allegatione tituli habiti ante Concilium Lateranense ĩprobata immemoriali per laicos præscribi possunt.*

22 *Priuilegia non soluendi gabellam, quæ valeant, & quæ non?*

23 *Allegatio contra solutionem gabellæ, quod eo loci a principio Regibus non fuerit concessa, non prodest.*

24 *Immemorialis consuetudo, vel præscriptio non soluendi gabellam introducta cum scientia, & patientia Regis, vel suorum Auditorum, an sit valida?*

25 *Consuetudo non soluendi gabellam de aliqua re certa, ex qua nunquam ea consueuit solui, an excuset?*

QVAESTIO V.

An ius exigendi gabellas posit consuetudine immemoriali præscribi contra Regem.

1 QVæro quinto, † *an ius exigẽdi gabellas hoc est, las alcaualas, possit acquiri sine præscribi contra Regẽ vsu, & cõsuetudine, vel præscriptione immemoriali, sicut acquiritur cõcessione et priuilegio Regis, ut in quæstione præcedẽti.*

2 Et profectò hæc quæstio, attento iure communi, indubia videtur, ex textu *in cap. super quibusdam, §. Præterea, de verb. significat.* vbi expressè decidutur, quod pedagia, guidagia, & salinaria, acquirũtur largitione, hoc est, priuilegio Imperatorum, vel Regum, vel Lateranens. Concilij, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cuius non exstat memoria introducta. Ex quo textu veluti in hoc expresso communiter Doctores deducunt, consuetudinem immemorialẽ habere vim priuilegij, adducẽtes altũ textũ in idẽ nempe, *legem 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æstiua,* de quo plura adduximus, & congessimus *libro 3 practicar. quæstion. 14. num. 70. cum sequent.* & profectò non solum nititur hæc prima opinio pro decisione nostræ quæstionis principalis, illo communi diuerbio deducto ex d. *§. Præterea:* verum etiam litera illius text. & principalis eius decisio illi fauet; quamuis enim non loquatur nuncupatim in Gabellis, de quibus nos hic agimus, idem videtur in eis dicendum, cum nulla maior ratio possit assignari in illis, quam in istis, vtraque enim eadem iura videntur, & sunt Regalia, & nihilominus priuilegio Regum, & consuetudine immemoriali acquiruntur.

3 Secundò, † hæc eadem pars affirmatiua iure quoque nostro Regio probari videtur, scilicet, in l. 1. titulo 11. *De las impositiones, tributos, y portazgos, libro 6. noua collect. Reg. ibi: No teniendo cartas, o priuilegios, porque lo pueda tomar, o no lo auiendo ganado per vso de tanto tiempo, que se pueda ganar, segun derecho.* Ecce legem expressam loquentem: *En portazgos, peages, y rodas, y castillerias,* quæ sunt iura Regalia, consonantem ad literam cum dicto *§. Præterea,* vel saltem relatiuè: Igitur, &c. vbi Azeued. *a nu. 6. cum sequent.* vsque in finem legis, cum alijs, quos citat in casu illius textus hanc partẽ expressè probat, & optime Inan. Cephal. ab eo allegatus, *consil. 129. nu. 3. cum sequentibus,* necnon, & Decian. *respons. 41. numero 3. 101. 103. & 106. volumin. 2.* & Nauarrus *consilio 1. titulo de Constit.* addit Azeued. *vbi supra, numero 10.* nos referens, cum magis cõmuni sententia, non requiri in huiusmodi præscriptio-

4 ne immemoriali scientiã, & patientiam Principis, † Immo & sufficere in proposito loco immemorialem præscriptionem quadraginta annorum, cum titulo, scientia, & patientia Principis: & quod in casibus, in quibus hæc requiritur, sufficit quod officiales, & procuratores Regis id sciant, vt ei præiudicetur, iuxta nostram sententiam, & aliorum, quos ibi citat, iametsi in proprijs terminis nostræ quæstionis requiri scientiam, & patientiam Principis, probet Bertach. statim citandus.

5 Sed, † & in terminis proprijs nostræ quæstionis, nempè, non solum in iure colligendi pedagia, sed etiam gabellas, quod possit quæri præscriptione, vel consuetudine immemoriali, sicut priuilegio, ex præd. cap. *super quibusdam, §. præterea,* tenet, & probat post alios plures, quos citat Firmian. Bertach. *de Gabell 1. parte, princip. num. 26. cum sequentib.* quem refert, & sequitur Aviles *in cap. 13. Prat. in gloss alcauala numero 5.* & tandem probat, distinctionem Baldi, quæ est huiusmodi, nempe, quod si iste, qui percepit vectigalia incipit à priuilegio, aut priuilegium est solemne, & sufficit solum priuilegium, quia inducit quidquid oportet; aut priuilegium dat caussam præscribendi propter aliquem iustum errorem, & tunc vtrumque requiritur copulatiuè, scilicet, priuilegium, & præscriptio, siue cõsuetudo, & sufficit tunc tempus quadraginta annorũ Si autem incipit a consuetudine, & nõ est ibi aliquod priuilegium, tunc huiusmodi iura Regalia non præscribuntur, insio Principe, nisi tanto tempore, cuius contrarij memoria non extet: sed eo sciente, & patiente sufficit tempus quadraginta annorum, quasi Princeps tacitè, tunc prohibitionem suã videatur remisisse: quam distinctionẽ in effectu sequitur Azeued. *vbi supra,* sed non loquitur nũcupatim in Gabellis: sed in pedagijs, & ceteris, de quibus in *d. cap super quibusdam. §. Præterea, & in d. l. 1. tit. 11. lib. 6. noua collection Reg.*

6 His tamen † non obstantibus in terminis nuncupatim nostræ quæstionis, nempe in præscriptione Gabellarum, hoc est: *El derecho de prescribir las alcaualas contra el Rey.*

el Rey, tenendum est proculdubio contrarium in iudican
do, & consulendo: immo quod hæc regalia (quidquid de
ceteris supradictis iure communi, & Regio decisum sit,
vidimus, in quibus ea procedunt mero iure, licet Aueo-
dan. *in secunda parte, capite 4. Præt. num. 27.* aliud velit)
scilicet, *Las alcaualas del Rey*, nullo vnquam tempore etiã
immemoriali, ab alijs contra Reges nostros præscriban-
tur, aut acquiri possint, etiam data eius scientia, & pa-
tientia, & consuetudine immemoriali, vt ad litteram ha-
bemus longam legem hoc decidentem, nempe, *l. 2. titu-
lo 15. de las præscriptiones, libro 3. nouæ collection. Reg.*
cuius ratio est, quam assignat eademmet lex in finalibus
verbis, ibi: *Por ser como es iniusta (scilicet, la costum-
bre immemorial en cõtrario) y sin razon, y dannosa al bien,
y pro comun de mis subditos, por el gran danno que ellos del-
lo reciben.*
7 Sunt † tñ qui subtiliter dicãt, & punctuent, hoc proce-
dere in præscriptione immemoriali nõ impleta tẽpore te-
stamenti, *De la Reyna donna Ysabel, y del Rey don Fernan-
do, que prohibierõ esta prescripcion, y de la data de la dicha
ley segunda, que fue a diez de Nouiembre de mil y quinien-*
8 *tos y quatro annos*: † secus si immemorialis fuisset antea
completa: quia licet consuetudo futura impediri possit,
ius tamen acquisitum ex præscriptione perfecta, & iam
completa, tolli non potest, secundum Paul. de Castro,
*consilio 293. in antiquis, incip. Viso puncto columna 2. ver-
sicul. nec obstat*: quem sequitur Balbus *de præscription. 5.
parte, quintæ pareis principalis, quæstione 7. numero 3.* At
quod d. lex 2. loquatur in præscriptione immemoriali
nondum completa, ex eo deducunt, quod eadem lex eam
interrumpat, vt patet ea ea, ibi: *E interrumpimos la di-
cha prescription*: & ibi: *Y la auemos por interrumpi-
da, &c.*
Sed hæc punctuatio, atque assertio vera mihi non vi-
detur, ex littera d. l. 2. & ibi: *Por auer cogido, y lleuado, &c.*
iunctis illis verbis: *Por qualquier tiempo, aunque fusse im-
memorial*: quibus iunctis, omnis præscriptio præterita
9 etiam immemorialis, tollitur, si qua fuisset † atque quod
hoc fieri possit, in specie nostra videtur indubium: tum,
quia alia lex antiquior, scilicet, prima illius tituli 15. Re-
gis Alphonsi XI. anno 1386. lata, loquitur, esse leges, qui-
bus cauetur, *Que las cosas del Reyno no se puedan ganar
por tiempo*: & est lex 6. *titulo 29. par. 3.* Nun igitur suffi-
ciebat, nec valida erat præscriptio immemorialis perci-
piendi gabellas contra Regem, etiam ante tempus testa-
menti, *de la Reyna donna Ysabel*, completa, ac proinde
potuit postea eius prædictæ, l. 2. ita declarari, & interrum-
pi prædicta asserta immemorialis præscriptio: tum etiam,
quia cum exter memoria temporis, quo primum ab his
Regnis concessæ fuerunt gabellæ, nempè, Regi Alphon-
so XI. anno 1342. vt constat ex Chronicis Hispaniæ,
supra alia quæstione a nobis adductis, quibus credendum
est, vt probauimus *lib. 3. practic. quæstion. 13. numero 13.*
non potest dici, nec probari vere immemorialis, a dicto
anno 1342. vsque ad datam dictæ l. 2. nempe, anno 1504.
præsertim cum hæc immemorialis esset antea legibus Re-
gijs in Regalibus prohibita, & ea iustissimis caussis, de
quibus *in d. l. 2.* cassata, & interrupta: *Por se en preiuyzio
de los subditos, y bien publico destos Reynos, iniusta, y sin ra-
zon, y dannosa al bien, y pro comun de los subditos, por el
gran danno que ellos de ello reciben.* Quamuis igitur ab il-
la lege interumpatur, id est, & fit ex caussis iustis præce-
dentibus: quibus etiam si iam completa esset, declaratur
cassa, & interrupta, præsertim cum dici non valeat imme-
morialis ex supradictis, quamuis vt talis allegetur, & pro-
10 bari nitatur. † Fit igitur ex supradictis, quod tamdiu do-
mini vasallorum huius Regni, vel alij, habebũt gabellas,
quamdiu Rex Castellæ voluerit tolerare, nisi titulũ osten-
dant legitimum, tolerantia namque nostri Regis ex iustis
caussis eum mouentibus: *Y las turbaciones, y mouimien-
tos destos Reynos en tiempos passados*, in caussa fuerunt, vt
multi ex supradictis dominis, gabellas perciperent in suis
dominijs, & nonnulli etiam, Rege hoc ignorante, vsque
dum ipsi Reges Hispaniæ tolerantiã ipsam interrupẽrũt
per præfatam legem 2. quo facto, domini ipsi iam non
possunt ipsas percipere, sine Regis fine, ideoque coacti
fuerunt ostendere titulũm, si quem habebant sufficientem,
eas percipiendi, & non ostendentes fuerunt condemnati,
vt eas dimitterent, vel emerent, si vellent iusto pretio,
prout aliqui domini inferiores tunc fecerunt, vt constat
ex Auend. *lib. 1. cap. 1. præt. num. 29. & 30. & Azeued. in
l. 2 in princ.*
11 Nulla † igitur præscriptio, siue consuetudo immemo-
rialis allegata, & probata ab his dominis inferioribus per-
cipiendi gabellas Regias, tribuet ipsis possessionem, titu-
lum, aut ius ad gabellas has percipiendas, vt decidit
d. lex 2. & per eam tenent Auendan. *in 2. parte. capit. 4.
præt. numero 20. & 27.* & Azeued. *vbi supra, num. 2.* &
12 Parlador. *lib. 2 rerum quotid. cap. 3. numero 15.* † Quod
etiam probatur ex *l. 1. in fine titulo 15. d. lib. 4. Nouæ Colle-
ctionis Regiæ* ibi: *Y assi mismo lo que las leyes dizen, que las
cosas del Rey no se puedan ganar por tiempo* (scilicet im-
memoriali, nec alio) *se entienda de los pechos, y tributos a
nos deuidos*. quæ lex est præfati Regis Alphonsi Vndeci-
mi anno 1386. & Philippi II. anno 1566. & sic postquam
ab his Regnis fuerunt concessæ alcaualæ præd. Regi Al-
phonso XI. merito igitur, quod præscriptione, aut con-
suetudine etiam immemoriali præscribi postea non potue-
sint, siquidem iam quidem ante ipsam completam, si qua
introduci potuit (quod negamus) fuit sublata, & inter-
rupta ab eodem Rege Alphonso. Quod autem Rex id
potuerit disponere, & facere, constat ex eadem l. 1. *in de-
cisione præcedents*, dum decidit, *que la iuredicione ciuil, y
criminal, se puede adquirir, y prascribir contra el Rey, y su
Corona Real por possession immemorial, prouandose segun,
y como, y con las calidades que la ley de Toro requiere:*
postea hoc tempera, & moderatur, *con tanto que el dicho
tiempo de la dicha prascription no sea interrumpido, ni de-
Staiado por nos, o por nuestro mandado, o otros en nuestro
nombre, natural, o ciuilmente.* Eamdem sententiam
quam fundamus ex *d. l. 1. in fine, & l. 2. tit. 15. lib. 4.* pro-
bat etiam Azeued. *ibidem, numero 41. cum seqq.* alios
plures authores citans. Pro qua est quoque *lex 6. titu. 29.
parte 3. in versic. E aun decimos*. Eamq; iure etiam iure
probat loquens in gabellis, & in omnibus iuribus, & tri-
butis Regalibus Greg. Lopez *ibidem, in gloss. Tributos*: &
Didac Perez *in l. fin. titulo 13 lib. 3. Ordinam col. 1247.* &
esse certissimam, atque ex *d. l. 2. titulo 15. lib. 4. Nouæ Col-
lect. Reg.* probatam, refert post alios, quos citat Lasarte,
de decim. vendit. cap. 19. numero 6. & Gisond. *de Gabell.
in 1. parte in princip. numero 43* necnon, & Molina Theo-
log. *in 1. parte. de iust. & iure, disputatione 75 in versic. in
Regno Castellæ col. 457.*
13 Non † obstant modo adducta pro prima parte: quia
ea omnia iure communi optime procedebant, insuper, &
iure nostro Regio in ceteris tributis, de quibus loquitur
d. l. 1. titulo 11. lib 6 nouæ Collect. Reg. nempè, *en portaz-
gos peages, rodas, y castillerias*, non vero in gabellis, hoc
est, *en alcaualas*. quæ nullo tempore etiam immemoriali
præscribuntur, *vt in d. l. 2. titulo 15. libro 4 nouæ Collectio-
nis Regiæ, cum ceteris supra allegatis pro 2. parte.* Et licet
Auendan. *in 2. parte cap. 4. præt. numero 27.* idem dicat
esse, *en los portazgos que en alcaualas* loquitur in hoc
contra expressam dispositionem *d. l. 1. titu. 11.* quæ deci-
dit, *que los portazgos, &c. se pueden ganar por vso de tan
to tiempo que se puedan ganar segun derecho.* Sed enim
hanc distinctionem iurium, & tributorum, faciunt verba
supra relata *d. l. 1 ad finẽ titul. 15. lib. 4. Nouæ Collectionis*
14 *Regiæ ibi. † Y assimismo lo que las leyes dizen, que las co-
sas del Rey, no se puedan ganar por tiempo, se entienda
de los pechos, y tributos a nos deuidos*, cum generaliter lo-
quatur in tributis Regi debitis, quod etiam probauit
prius d. l. 6. titulo 29 par. 3. in versic. *E aun dezimos: por
que los portazgos, peages, &c.* de quibus in d. l. 1. titulo
11. tributa sunt Regi debita. Ergo nihil vincunt supra
dictæ duæ leges Regiæ modo citatæ contrariæ [illegible]
que *l. 1. titul. 11. lib. 6.* probat, hæc posse præscribi [illegible]
a iure requisito, quod est immemoriale, vt [illegible]

rauet . vero lex l. 1. titulo 15. libro 4. noua Collectio Reg. contrarium generaliter probat, dum loquitur in tributis Regi debitis: & ibi nuncupatim Azeued. numero 41. loquitur in pedagijs Regi debitis: Quomodo igitur sunt intelligenda?

15 Ipse censeo verba generalia † præcitata d. l. 1. titulo 15. libro 4. esse intelligenda de illis tributis, quæ domini vasallorum prætendunt extorquere à vasallis, Regi Castellæ debitis in recognitionem vniuersalis dominij, puta, la moneda forera que se suele cobrar por el Rey de siete en siete annos. o las alcaualas que estan especialmente expressadas in dicta l. 2. titulo 15. libro 4. pare que no se puedan prescribir por ningun tiempo, aunque sea immemorial, vel alia, de quibus in cap. 1. quæ sint Regal. & in l. competit, C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum: hæc namque sunt impræscriptibilia contra Regem, vt in d. l. 6. titulo 29. parte 3. non verò loquitur, nec locum habet d. l. 1. titulo 5. de alijs, vt in terminis d. l. 6. probat, & tenet Auendan. in d. 2. parte cap. 4. prætor. numero 20. quod etiam insinuant verba d. l. 1. titulo 15. ibi: De los pechos, y tributos a nos deuidos, hoc est, de illis tributis, quæ non possunt tempore acquiri, prout sunt ea, quæ in signum recognitionis vniuersalis dominij Regi debentur, nempe, la moneda forera, & similia: & ita eam l. intelligit Domin. Couarr. in regulat possessor. 2. parte §. 2. sub numero 7. versic. Secunda rerum species, de regul. iur. in 6. nempè, de his tributis, quæ Principi debentur in signum, & recognitionem supremæ potestatis, & subiectionis. eodem modo dicit esse intelligendum Azeued. ibidem numero 44. vbi refert, esse hanc communem opinionem ex Pirro relato per Villalobos in suo ærario communium opinion. littera P.

Ceterum los peages, portazgos, y rodas, y castillerias, non sunt huiusmodi, ideoq; possunt tempore immemoriali præscribi, vt in d. l. 1. titulo 11. libro 6. Nouæ Collectionis Regiæ, & ibi late Azeued. & in l. 9. titulo 6. libro 3. eiusdem Nouæ Collectionis Regiæ, ibi: Portazgos, y Almoxarifazgos, y estantos, &c. iunctis verbis statim sequentibus eiusdem l. ibi: Que no tienen titulo, o prescripcion immemorial, para que de recho las puedan lleuar. quamuis Azeued. in d. l. 1. titulo 15. numero 41. vt prædiximus verba illius l. pechos, y tributos, quæ præscribi prohibentur, ibi exemplificet in pedagijs, censens, ea esse imprescriptibilia: hoc namque verum non est, siquidem præscribi posse tempore à iure requisito, hoc est immemoriali decidit d. l. 1. titulo 11. lib. 6. Nouæ Collectionis Regiæ, cuius meminisse oportebat Azeuedo, ne contrarium in his pedagijs diceret in dicta l. 1. tit. 15. num. 41. de quibus nuncupatim non loquitur d. l. 1. tit. 15. Ergò stare non prohibetur, quod in eis disponit d. l. 1. tit. 11. nempe, esse præscriptibilia tempore à iure requisito, vel permisso, hoc est immemoriali, sicut cetera iura in eadem l. Regia contenta, præsertim cum idem expressè cautum sit iure communi, nempè, in cap. super quibusdam. §. præterea, de verb. signif. cum simil.

16 Ex quibus omnibus iam clare deduci potest, † deceptum etiam fuisse Auendan. d. cap. 4. numero 21. & 27. dum censet, tertias Regibus nostris competentes ex concessione Summorum Pontificum, non posse præscribi ab alijs tempore etiam immemoriali, quia inter iura Regalia computantur iure nostro Regio: licet enim sint huiusmodi, & in patrimonio Regis incorporata, vt statim dicemus: non tamen eidem sunt reseruata in signum recognitionis, & subiectionis vniuersalis dominij: & non omnia iura Regalia sunt imprescriptibilia: sed alcaualæ, & ea, quæ sibi competunt, & sunt debita in signum dominij vniuersalis, & recognitionem supremæ potestatis, iuxta præcedentem communem resolutionem, & doctrinam: quare has tertias posse ab alijs præscribi tempore immemoriali probat expressè l. 1. titulo 21. lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ, tam in præfatione quam in decisione, in illa, ibi: Cerca de las dichas tercias, y dos nouenos, nos fundamos, y tenemos fundada nuestra intencion contra qualesquier personas, assi Ecclesiasticas, como seglares, que nos tengan, non muestren tener legitimo titulo, e prescription immemorial. In hac vero, ibi: No teniendo y nostrando, y prouando tener legitimo titulo, o prascription immemorial, las dexen, &c. Cum enim sint de patrimonio Regis, vt eadem l. prædixerat, ibi: De nuestro patrimonio Real en que està an metidas, e incorporadas las dichas tertias, & sic alienabilia præscribi possunt tempore immemoriali, vt in eadem lege cauetur (quamuis secus sit en las alcaualas, quia nuncupatim, & in indiuiduo per d. l. 2. titulo 15. libro 4. con-
17 trarium præcipitur; † ea namque, quæ sunt de patrimonio Regis, quæ ei non debentur in signum, & recognitionem supremæ potestatis, & subiectionis (exceptis solis alcaualis) tempore immemoriali præscribuntur, vt in d. cap. super quibusdam, § præterea, de verbor. signific. latissimè Balb. de præscriptionib. 2. parte, quintæ partis, principal. quæstione 3. communis secundum Jason. in l. Imperium numero 20. ff. de iurisdict. omnium iud. c. Domin. Couarru. in regula, possessor, 1. par. § 2. sub numero 8. versicul. Tertia species, de regul. iur. in 6. Menchaca de successio creat. §. 26. nu. 84. Azeued. in d. l. 1. titulo 15. sub numero 67. cum sequentibus Quibus fit, vt nostram hanc deductionem meritò teneat contra Auendam, ipsum improbet Azeued. in d. l. 1. titul. 15. numero 71. quam etiam sequitur Girond. de Gabell. 1. part. in princip. numero 49. cum sequentibus. Idem probantes in iure percipiendi, el seruicio, y montazgo:
18 † quod quidem immemoriali tempore præscribitur, vt in l. 16. titulo, 27. libr. 9. Nouæ Collectionis Regiæ: & in salinis, vt hæc eadem immemoriali tempore præscribantur, vt tenet Gregorius Lopez, versicul. Rentas, in l. 6. titulo 29. parte 3. per l. 2. titulo 13. libro sexto, Noua Collect. Reg.

Nec supradictis obstat, quod laici sunt incapaces iuris percipiendi has decimas, vulgo dichas, tertias, priuilegio Apostolico Regi concessi, nisi allegaretur titulus habitus ante Concilium Lateranense, tunc namque probata immemoriali consuetudine, possent laici decimas percipere, vt resoluimus supra, lib. 1. Practic. quæstion. 16. per totam:
19 † Ergo absque prædictus titulo, laici sunt incapaces, eas percipiendi, & data incapacitate, immemorialis præscriptio, vel consuetudo non iuuat, vt in cap. 2. & ibi Ioan. And. de præb. lib. 6. cum simil. & ita dicebat Montalu. in Repertor. legum Partitæ versic decimo, quod laici ex Regis concessione sunt incapaces percipiendi has tertias: Ergo eas percipere non possunt ex præscriptione immemoriali.

20 Respondemus † namque Primo, quod cum hæ decimæ vulgò dictæ, Tercias, iam priuilegio Apostolico Regibus Hispaniæ sint concessæ, & in patrimonium ipsorum redactæ, vt in d. l. 1. titulo 21. libro Nouæ Collectionis Regiæ, & sic exierint à patrimonio Ecclesiarum, reputantur vt cetera patrimonialia Regum: ac proinde ab ipsis possunt liberè in laicos transferri, & per ipsos laicos possideri, ac percipi quocumque titulo legitimo, ac proinde sunt capaces ipsarum tertiarum, quamuis quidem ceteras decimas, quæ in dominio Ecclesiarum sunt, & remanserunt pro sustentatione ministrorum ipsarum deputata, possidere, aut percipere non possint absque priuilegio Apostolico concesso ante Concilium Lateranense, vt probauimus cum alijs d. libro 1. Practicar. quæstion. 15. sic est tenendum contra Montaluum in Repertorio Legum Ordinamenti, litera R. post verbum, item promissit Rex Henricus IIII in additione magna, incip. Item Rex Ioannes II ad finem. quem refert Lalaxte, de decim. vendit. capite decimonono, numero vigesimonono, & Palatium Rub. de eo dubitantem: Ergo & præscribi per laicum possunt prædictæ tertiæ tempore immemoriali, vt meritò disposuit d. l. 1. titulo 21. lib. Nouæ Collect. Reg.

21 Secundo † respondemus, quod allegando titulum habitum ante Concilium generale Lateranense, & probata immemoriali possessione percipiendi decimas, laici sunt capaces ipsarum, etiam quod non sint tertiæ supradictæ, vt resoluimus d. quæst. 16. per totam. Relinquitur ergo ex supradictis, præscribi posse à laicis tertias Regias, esseque capaces ipsarum præscriptione immemoriali, per supradicta.

22 Similiter † etiam priuilegium concessum non soluendi gabellam, seu alcaualam, nec etiam vsus, aut consuetudo immemorialis valet, nec excusat, eam soluere debentem: *sino fuere estando la tal franqueza assentada en los libros Reales de lo saluado, y sobre escrito de los Contadores mayores, de su Magestad vt cauetur in l. 1. titulo decimooctauo, hoc lib. 6. nou. Collect. Reg. per totam.* quã legẽ in ordine 4. in quaterno gabellarũ in hoc citauit, & rectè adduxit Auiles, *vbi supra, nu.* 4. & Girond. *de Gabell. 1. parte, in prin. nu. 47.* & Lassarte, *de decim vend. c. 19. nu 4. cum seq.* qui *num. 5. ad finem,* refert ex Menchi. *de success. creat. §. 10. num. 25. & §. 26. numero 140.* firmam validamq. esse prohibitionem præscriptionis *d. l. 1.* ex cuius verbis excluditur immemorialis consuetudo, nec ea sufficit, quamuis alias ipsa vim priuilegii expressi, & sufficientis soleat habere: cum tamen aliud in casu *d. l. 5.* requiratur vltra priuilegium, nempe, quod sit scriptum *en los libros Reales de lo saluado, y sobreescrito de los Contadores maiores de su Magestad.* quod supplere non potest consuetudo, siue præscriptio immemorialis, vt rectè probat Auend. *in 2. parte, cap. 4 prat. num. 27. post Greg. Lop. in l. 6. verbo Tributos, titulo 29. parte 3. & Lassarte, vbi supra, num. 6.* vbi hoc verum intelligit in gabella, seu alcauala, de qua agimus nam reliqua tributa facilius præscribuntur, *vt in capit. super quibusdam, §. præterea, de verbor signific.* & bene aduertit Olanus *in Antinom iuris litera P. num. 49. in fine.* In quo tenenda est distinctio, quam supra hac quæstione adduximus, *num. 15.*

23 Nec etiam proderit allegare, † quod numquam eo loci, in quo exigitur gabella, talis decima soluta, & exacta fuerit, non tamquam consuetudine præscripta, non obstet d. l. Regia, sed tamquam Regibus Castellæ, & Legionis in eo loco a principio non concessa: hoc namque falsum esse conicitur ab historia supra in alia quæstione relata, ex qua constat, omnia loca, omnesq. Villas, & Ciuitates horum Regnorum Castellæ, & Legionis, hanc decimam cõcessisse Regi Alphonso XI. Quicumque ergo locus, aut quæcumque particularis persona se liberum, & exemptum a solutione huius gabellæ esse contendant, priuilegium scriptum in Regalibus libris *de lo saluado,* & subscriptum a suis calculatoribus maioribus ostendere debet, alias namque ab ea non liberabitur, etiam probata immemoriali possessione, consuetudine, aut præscriptione, iuxta expressam, & principalem decisionem *d. l. 4. del quaderno, hodie d. l. 1. titulo 18. lib. 9. noua Collect. Regiæ,* vbi expresse etiã cauetur, *que niguna ni alguna ciudad, villa, ni lugar, se escusen de pagar las alcaualas por vso, ni costumbre, aunque sea immemorial, ni por otra razon, ni priuilegio alguno, saluo si las tales mercedes, y franquezas, fueren assentadas, en los libros de lo saluado, de su Magestad, y sobreescritas de sus Contadores mayores,* ita etiam & probat Lassarte, *de decim. vendit. d. cap. 19. num. 7.* Et rectè.

24 Quinimo † dubito de limitatione d. l. assignata a Gironda *de Gabell. 8 parte, numero 16. in fine,* licet eum sequatur Azeued. *in dict. l. 1. numero 26.* dum censet, quod si immemorialis hæc consuetudo, cum scientia, & patientia Regis fuerit introducta, vel suorum Auditorum, seruanda erit, nam cum priuilegium ipsum non sufficiat: *siue fuere estando escrito en los libros de lo saluado de su Magestad, y sobre escrito por sus Contadores mayores, como puede guardarse la tal costumbre, aunque sea in memorial, e introduzida consciencia, y paciencia del Rey, o de suis Oydores, pues falta lo demas que se requiere por la dicha ley, que es estar assentanda la franqueza en los libros de lo saluado de su Magestad, y sobre escrita de sus Contadores mayores, y la sciencia, y paciencia del Rey, y mucho menos de suos Oydores ninguna cosa iustifica, ni basta para escusarse ninguno de pagar alcauala, pues no basta en esta materia para adquirir vno derecho, ni possession contra su Magestad, aunque sea de tiempo memorial, vt in l. 2. titulo 15. libro 4. Noua Collect. Regia.* Illa namque patientia Regis non inducit consensum, nec priuilegium sufficiens in futurum, tum quod processit potius ex quadam naturali obliuione, & leuitate præ multitudine negotiorum, & incuria suorum officialium, quam ex mera voluntate indulgendi simile priuilegium; tum etiam, quia etsi vlnò, nec ex proposito id concessisset, non sufficeret, nisi esset adscriptũ in libris Regijs: *De lo saluado, y sobre escrito de sus Contadores meyores,* vt cauetur *in d. l. 1. ad finem tit. 18. lib. 9.*

25 Dubitari tamen potest, † *vtrum, si consuetudo non soluendi gabellam, non ad personam, nec locum referatur, sed tantum ad rem quandam particularem, de cuius venditione nunquam consueuit solui alcauala, talis consuetudo realis, non verò personalis, vel localis excuset in particulari à solutione gabellæ, exemptionemq. præbeat?* Et non excusare, præstat argumentum ab identitate rationis *d. l. 1. tit. 18. lib. 9.* Si enim consuetudo immemorialis non soluendi alcaualam non excusat personam ipsam, quæ nobilior est multo re vendita, minus excusare debet consuetudo rem ipsam. Secundò, quia si huiusmodi consuetudo realis da qua agimus, excusare deberet, id esset ratione specialis priuilegii, & exemptionis ipsi rei à legibus Regiis gabellatiis *sub tit. 17. huius lib. 9.* concessi, vbi *in l. 34.* cum pluribus sequentibus, & in *titulo* 18. quibusdam rebus conceditur nuncupatim, vt ex venditione ipsarum gabella non soluatur: sed non est ita, quia ibi non reperitur hic casus consuetudinis non soluendi alcaualam ex venditione alicuius rei particularis exceptus: ergo non valet prædicta consuetudo, nec excusabit à solutione alcaualæ.

Nihilominus tamen contrarium verius esse censeo, & tenendum in praxi: quia etsi casus hic non reperiatur expressus, aut exceptus a nostris legibus contentis *sub d. titulo 17. & 18 hoc lib. 9.* reperitur tamen expresse decisus *in l. 2. in versiculo. De qualquier carga de greda, in fine titulo 21. eodem lib. 9.* Et hoc sufficit: fuit enim condita illa lex à nostro Rege Philippo II. quinto die Iunii, anno 1566. vbi agens *de los derechos del almoxarifazgo,* disponit, & præcipit: *Que de las cargas de greda no han de pagar alcauala, porque no se acostumbra a pagar:* ergo habemus intentum, quia exempla non arctant regulam, *l. damni infecti stipulatio pertinet, in singulibus verbis, ff. de damno infecto.* & quando ratio expressa est in dispositione, in ea comprehẽdi intelliguntur omnes casus, qui ipsi rationi conueniunt, non quidem per viam extensionis, sed sicut genus comprehendit suas species, vt probauimos *libro 3. Practicarum Quæstionum, quæst. 17 num. 80.* Accedat *l. 9. titulo 18. libro 9. Noua Collect. Regia,* ibi: *Y adonde huuiere costumbre de cobrar la dicha alcauala, &c.* Loquitur: *De los Comendadores de Santiago, Alcantara, y Calatraua.* ergo à contrario sensu: *Adonde no la huuiere, &c.*

26 Quæ decisio † iustificari etiam potest: quia si valet consuetudo, vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, nec eius aliqua portio Deo, & eius ministris, vt pote de fœno, herbis, vel oleo, & similibus, modo ex aliis redditibus supersit iusta sacerdotum sustentatio: idemq. est in consuetudine non soluendi decimas minutas, nempè caseorum, ouilis lanæ, vel etiam animalium, & fructuum minutorũ, vt cum aliis resoluimus *lib. 2. Canonicarum Quæstionum, cap. 21. num. 40.* a fortiori debet valere consuetudo, quæ habet, vt ex venditione certæ cuiusdam rei non soluatur alcauala, præsertim, cum lege prædicta Regia ita expresse cautum sit.

SVMMARIA.

1 *Gabella, hoc est alcauala, an sit odiosa, vel fauorabilis.*

2 *Gabella, quæ ex contractu debetur, iuri gentium refragatur.*

3 *Gabella, quatenus respicit contractus, & personas, a quibus soluenda erit, est odiosa, & strictè interpretanda, & num. 5. & 7. sed contrarium probat Parlador. vt in num. 6. distinguitur, nu. 8.*

4 Omnis recessus a iure communi est odiosus.
9 Reuerentia, quæ a liberti patronis debetur, ex parte patroni continet fauorem, & ideo proroganda ad hæredes extraneos patroni, ex parte vero liberti continet odium, & ideo restringenda, vt hæredes extraneos liberti non comprehendat.
10 In dubio contra gabellam est iudicandum.
11 In dubio contra fiscum respondent non delinquit, sed intelligi debet quando fiscus agit de lucro captando: priuatus uero de damno euitando, ut in nu. 13.
12 In dubio contra Commune loci iudicandum.
14 Dubia quæstio in proposito fisci, ut contra eum in dubio sit iudicandum intelligitur, uel respectu iuris, quia sunt plures opiniones, et respectu probationis, uel in casu l. inter pares, ff. de re iudic. & cap. finali eodem titulo.
15 De gabellæ debito constito aut ut fraus detegatur, fauendū est gabellæ, & fisco.
16 Gabellæ solutio quatenus respicit personam Regis, quod sit fauorabilis constat in pluribus ex legibus del quaderno de las alcaualas, quarum nonnulla referuntur nu. 7.

QVAESTIO VI.

An alcauala sit odiosa, vel fauorabilis censenda.

1 QVæro Sextò: † An gabella, hoc est, el alcauala, sit odiosa, uel fauorabilis censenda? Si enim odiosa est, strictè in ea erit procedendum: si verò fauorabilis, amplianda, fauoribusq. adiuuanda: Prodeunt igitur hæc quæstio, & resolutio, quæ in ea erit sumenda, multum in praxi pro intellectu penè totius materiæ huius gabellarum tractatus, & præsertim plurium quæstionum infra examinandarum.

Et videtur prima inspectione, gabellam, seu alcaualam odiosam esse, ac proinde strictè in ea esse procedendum;
2 † Primò, quia gabella, quæ ex contractu debetur, iuri gentium refragatur, ita Bald. in l. contractus num. 2. C. de fide instrum. Cum enim seruitus quædam sit, & potè contra natural. in libertatem contractuum, qui eo iure inuenti sunt, ut in l. ex hoc iure, de iust. & iure, sicuti hominum seruitutes contra ius naturale, ille de iure, eo enim iure omnes homines liberi nascebantur, l. ius autem gentium Instit. de iure natur. gen. & ciuili l. manumissiones, ff. de iust. & iure, benè sequitur, quod gabella iuri gentium refragari dicatur.
3 Secundò, quia † gabella, seu alcauala nostra, quatenus respicit contractus, & personas, a quibus solui debet, odiosa est, in hoc, scilicet sensu, vt strictè, & proprie sit interpretanda sit, quia cum onerosa sit, & iuri gentium ac communi refragetur, minimè enim iusta pietas rerum respectu decimæ Regi soluendæ, ratione contractus, venditionis, vel permutationis celebrati, & tanto minus gaudet in effectu, pretio rei suæ venditor, vel permutator mutuus, cum vere mallet integro gaudere, cum sit dominus integer rei suæ distractæ, non mirum, si ex hac parte odium contineat,
4 ac proinde sit restringenda. † Omnis enim recessus a iure communi est odiosus, iuxta communem sententiam plurimorum Doctorum, quos ad hoc citat Tiraq. in præfatione de retractu lignag. num. 62.
5 Quibus ob. vt hanc primam partem, † nempe, quod gabella, hoc est alcauala sit odiosa censenda, ac proinde strictè in ea procedendum, tenuerunt communiter DD. & in primis voluit Bald. ubi supra, dum dicit, statutum Ciuitatis imponens gabellam, strictè esse intelligendum; quem refert, & sequitur Bertach. de Gabell. 1. parte, num. 18. in princip. uolum. 14. tract. diuers. Doct. & sentit tenuit Abb. consil. 83. num. 2. lib. 2. Philipp. Corneus, consil. 181. littera Q. n. 16. uol. 2. & consil. 199 nu 17. lib. 1. Iaf. in l. fructus, nu. 17. ad finem, ff. soluto matri. Tiraquel in tractatu de retractu lignag. §. 1. gl. 1. nu. 12. idem in leg. connubial. glos. 5. nu. 29. Aegidius Bossius in sua practica titulo de Vectigal. nu. 10. & 11. Didac. Perez in rubrica titulo 2. lib. 8 Ordinamenti pag. 33. in fine, cum sequentibus columnis, Matienc. in l. 2. titulo 3. lib. 5. noua Collect. Reg. glos. 2. nu. 2. Octauian. Cacher. in decis. Pedemont. 1. nu. 7. & communis sententia secundum Laffarte, de decim. vend. vbi supra, nu. 31.
6 Verum Ioan. † Parlador, aduocatus quondam Pintianus, vir quidem perdoctus, in suo lib. 1. rerum quotid. cap. 3. num. 10. in princip. agens ex proteilo de hac nostra quæstione, etsi illorum opinio, in casu, de quo agunt, verum esse censeat, nequaquam tamen ad nostras leges Regias protrahendam esse opinatur: ipsi namque loquuntur in vectigalibus & statutis municipalibus, nonnisi statuta vere odio laborare manifestum est. Nostræ vero leges Regiæ, de alcauala agentes, non statutorum, sed iuris communis naturam sortiuntur, vt notat Palat. Rub. Introductione rubrica de donat. inter virum, & vxorem, num. 8. Ergo tale odium eas non tangit. Resolutè igitur Parlador, contrariam sententiam, nempe, has nostras gabellarias leges odiosas non esse, quia vectigalia à iure communi introducta, non sunt odiosa, sed fauorabilia, vt in l. 1. ff. de loc. public. fruen. vbi dicitur Interdictum hoc publicæ vtilitatis causa propositum palam est, tuetur enim vectigalia, &c. At quod alcauala contineat publicam vtilitatem, palam est, vt constat ex adductis à nobis supra quæst. 2. per totam: & demum, ne ius deficientibus cogatur Regia Maiestas grauioribus tributis subditos onerare, vt inquit l. 1. tit. 28. par. 3. hanc opinionem Parladorij sequitur, & latè comprobat Gutierr. de Gabell. 5. parte, nu. 2. cum sequentibus, dicens, nulli esse dubium, veram esse hodie, & defendendam, quandoquidem in totius vniuersi, & Christianæ religionis fauorem conuertatur gabella, & ad defensionem fidei, per ea quæ tradit Montalu. in l. 50. tit. 6 par. 1. gl. verbo. Franquezas, vers. sed tributum, & caussa rationis eius iudicis cieuerit.
7 Sed obseruo, † non ob id, quod gabella iusta sit, & ex publicis, & necessarijs causis adhuc durantibus, immo, & indies crescentibus introducta, ac proinde publicam admodum contineat vtilitatem horum Regnorum, fauorabilis iudicanda sit, cum in pacto fuerit etiam initio principio ex parte gabellam soluere debentium contineat odium, & rigorem, ac patrimoniorum suorum aliquam diminutionem, quamuis alio respectu tunc temporis excludi queat odii consideratio propter gratuitam illam, & spontaneam populi concessionem, de qua supra quæst. 2. nihilominus tamen patrimonia remanent adhuc grauata hoc onere soluendi gabellam. quid igitur dicendum, & tenendum est in hoc passu?
8 Mihi pro vera resolutione huius quæstionis, † & concordia opinionum, videtur ita distinguendum: quod gabella, seu alcauala, de qua in nostris legibus Regijs, quatenus respicit contractus & personas, a quibus solui debet, odiosa sit in hoc, scilicet, vt strictè ac propriè sit interpretemur, quia cum onerosa sit, & iuri gentium, & communi refragetur, vt probauimus, & tenet præterea decisio Pedemont. vbi supra, constat esse stricti iuris, & in hac confide ratione strictè procedi, accipienda, & obseruanda est communis sententia DD. primo loco supra adducta; quatenus vero gabella seu alcauala respicit Regis personam, eiusq. fiscum, cui ipsa debetur, & in cuius fauorem concessa fuit, fauorabilis dici debet, atque est. Et in hoc sensu accipienda est secunda opinio præfata contraria Modernorum.
9 Sic etiam videmus, † quod reuerentia, quæ a libertis patronis debetur, ex parte patroni continet fauorem, & ideo proroganda ad hæredes extraneos patroni, ex parte vero liberti continet odium, & ideo restringenda, vt hæredes, & extraneos liberti non comprehendat, iuxta gloss. communiter approbatam, de qua per Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 11. num. 3. vbi & alias exemplis hoc continuat, & secundum Laffarte, vbi supra, sub dicto numero 31. qui in terminis gabellæ prædicta distinctionē prius appr. cum, &

tenuit, quæ meo iudicio vera est, & tenenda, & cum ea trā
sire videtur Azeued. in l. 1. nu. 21 tit. 27 hoc lib 9.
10 Ex cuius † quidem distinctionis [illegible] brodedu-
citur, quod in dubio contra gabellam, & si contra alcaua
lam [illegible] secundum Bart. in l si pupillus in prin
cip nu. 3 ff ad leg Falcidiam, tenet, quod vbi concurrunt
in eodem actu [illegible] caussæ, inspiciēda est, quæ minuit gabel-
lam, Ancharr. consil 264. Præmittend. in, Angel. consil. 9.
Corneus d. consi. 199 colum. 4 in vers Et facit pro prædictis,
vol. 1 & consil. 106 littera D. & consil. 194 littera H lib. 4.
Iason in l. 1. num 7 ff si ex noxal. caus. agatur. Decius con-
sil 457. nu 5. quos sequitur Crauet. consil. 231. in fine de-
cis Pedemont supra citata, num. 5. & Lallarie, vbi supra,
nu. 31 ibi: itaque si gabella.
11 Nec mirum id † videri debet, cum pro regula iuris ha-
beamus, eum non delinquere, qui in dubiis quæstionibus
contra Fiscum faciliè respondent, vt in l. non puto, 10. ff. de
12 iure fisci, & ibi glossa, & Doctores. † Idem est contra com
mune loci secundum Bonifac. in tractatu malef. in princip.
13 numero 5. fol mihi 224 † Verum debet intelligi, quando
Fiscus agit de lucro capiando, & priua us de damno euit-
tando (vt contingere videtur in exactione gabellæ) secū
dum Doctores in proprio loco est communis, & magis
communis sententia, secundum Anto. de Fran. de pignor.
2 parte, membro 4 numero 118: testatur etiam communē
Anton. Gomez. in l. 9 Tauri, num. 25. refert plures eos se-
quutus, loquens in pœna Beccius consil. 52 num. 19.
14 Dubia † autem quæstio in proposito d. l. non puto, in-
telligitur vel respectu iuris, quia sunt plures opiniones,
vel probationes, vel in casu l. inter pares, ff. de re iudic. &
c fin eodem titulo secundum Roder. Suarez in proœmio le-
gum fori ad finem.
15 Ex secūdo † autem membro præfatæ distinctionis dedu
citur, quod constito de debito gabellæ aut vt fraus aliqua
detegatur, de eius solutione, & doli detectione agatur, fa-
uendum est gabellæ, & fisco, cum fiscalis ratio, & militi-
bus, & priuatis, ipsisq. templis, & cunctæ Reipublicæ vti-
lis, & necessaria sit, vt in Authent. de mandat. Princip §.
publicorum, col. 3, quo fit, vt omnes leges quaterni gabel-
larum, quæ hominum fraudibus in vectigalium conserua
tionem diligenter occurrunt, & alcaualam mentur, æquis-
simæ sint, & ut fauorabiles animabus subditorum, & Re
gio patrimonio sustinendæ: & ita intelligenda est d. l. 1. ff.
de loc publ. fruend in verbis prænarrandis.
16 Quod † autem gabellæ solutio, quatenus respicit Regis
personam, eiusq. fiscum, sit fauorabilis, vt prædiximus,
ex pluribus comprobari potest, quæ ex legibus del quader
no de las alcaualas euidenter constant, in quibus ma-
teria hæc soluendi alcaualam Regi, eiusq. fisco ex om-
nibus venditionibus, & permutationibus hominum
pluribus fauoribus condecoratur atque soluitur, præter re
gulas iuris communis, quas si sigillatim referendi nunc es-
sent, prolixum videretur, & nihil vtilitatis afferret, præ-
terquam, quod haud necessarium foret, dum sufficiat ad
comprobationem supradictorum inspicere ipsasmet le-
ges.
Nihilominus tamen duo, vel tria hic breuiter subiiciā,
ex quibus interim lector id satis intelliget: & primo conti-
dero casum l. 120. del quaderno, hodie l. 31 titulo 19. hoc lib.
9. Nouæ Collectionis Regiæ, de qua supra egimus, quæst. 2.
qua cauetur: Que el vendedor, y comprador, sean obligados
a denunciar, y hazer saber al alcaualero dentro de ciertos
dias la vēta, y trueque de que se deue alcauala, y pagarla,
declarādo por granado, y por menudo, &c. so pena del doblo
nō. n. sufficit publicè cōtrahere, & bona fide, vt satisfactū
sit legi: sed requiritur denunciatio prædicta, sub pœna du-
pli: at hoc valde fauorabile est fisco, eoq. tendit, vt de-
sidia, & negligentia exactorum, non noceat Regi, eiusq.
fisco, nec venditoribus, & permutantibus prosit. Duplici
ergo onere hi grauantur, nempè, vt venditiones à se fa-
ctas exactoribus, siue publicanis intra quintum diem de-
nuncient, notamque faciant, aut alcaualam soluant
intra præd. terminum. Quinimo emptores ipsi eamdem
notificationem facere tenentur intra triduum sub ea-
dem pœna, licet respectu contrahentium gabella sit odio-
sa, cum tamen respectu Regis, eiusq. fisci, sit res fauorabi
lis, meritò istæc omnes introducta, & iustissimè decreta
sunt, quoties gabella debetur.

Secundò comprobatur ex pluribus specialibus, quæ eis
dē legibus del quaderno de las alcaualas introducta sunt,
circum iudicialem exactionem [illegible] procedendi, hoc
est, in ordine iudiciali, en pleytos de rentas Reales, præter
aliarum caussarum ordinem, quæ patent ex toto titulo 7.
del orden iudicial en pleytos de rentas Reales, hoc libro 9.
præcipuè a lege 4. cum sequentibus, eiusdem tituli, quæ lon
gum, & laboriosum esset enumerare.

Tertio idem manifeste deducitur ex quamplurimis le-
gibus tit. 8. de las rentas Reales, y que ninguna persona las
vsurpe, ni haga por donde vengan a valer menos: ibi enim
maximis pœnis afficiuntur delinquentes contra Regem &
fiscum, in hac materia redituum Regalium, & contra vsur
pantes, & defraudantes hæc iura.

S V M M A R I A.

31 *Gabella ex contractu puro emptionis, & venditionis statim debetur, licet dominij translatio, vel ius percipiendi fructus dilata sint in aliquod tempus, & præsens gabellarius eam habebit, non vero futurus illo tempore, vt in numero 30.*

32 *Gabella ex contractu venditionis habita fide de pretio celebrato statim debetur, nullo interusurio medij temporis venditori soluto, nec soluendo, nec venditor liberabitur in hac specie cedendo actionem gabellario vsque ad quantitatem decimæ contra emptorem, vt in num 32.*

33 *Gabella ex venditione census redimibilis super meis bonis impositi in fauorem tertij statim debetur, & peti potest.*

34 *Gabella ex censu emphyteutico redimibili statim debetur, & peti potest antequam redimatur, sed verius, & tenendum est contrarium, vt hic.*

35 *Gabella non debetur ex re in censum perpetuum irredimibilem concessa.*

36 *Gabella tamen debebitur in præcedenti specie, si postea ex partium consensu redimatur talis census, & debebitur gabellario illius temporis.*

QVAESTIO VII.

An à tempore venditionis, vel traditionis alcauala debeatur, & peti possit?

1 QVæro Septimò: † *A quo tempore incipiat deberi gabella, hoc est el alcauala, an à tempore celebrati contractus traditionis, vel pretij soluti, hoc est, an ex sola venditione debeatur gabella, an etiam requiratur traditio.*

Et videtur Primò dicendum, tam iure communi, quam Regio, gabellam debitam pro venditione rerum, non nisi cum traditæ fuerint, vel pro traditis iure habitæ deberi,
2 aut peti posse iure communi, † quia traditione rei venditę perficitur venditio, *vt in l. 1. iuncta glossa, verbo, Perfectam, C. de iure fisci, lib* 10. de qua late egimus in nostro tractatu de iuramento confirmat. 3. par. cap. 15. sub num. 23. vers. quarto, & text. etiam in l. si quis alienam, ff. de act. empt. vbi iuncta gloss. 1. deciditur, quod si aliquis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres domino rei extiterit, cogitur implere venditionem tradendo rem.

3 Hinc † est quod si emptor astringeretur ad soluendum pretium intra duos menses à tempore contractus, non currit tempus, nisi a die traditionis rei venditæ, vt per Bart. Bald. Angel. Paul. & Ias. in l. si cui legetur, in princip. ff. de legat. 1. Tiraq. de retractatu Lignag. § 1. glo. 2. num. 41. cum seqq. & glo. 10. num. 108. per l. tali stipulatione, in princip. ff. de iure dot. † Vbi promissio dotis soluendæ anno proximo, intelligitur non quidem de anno proximo à die promissionis, sed à die nuptiarum annum esse numerandum concordat l. 12. tit. 11. par. 4. de quo Tiraquel. vbi supra, & Anton. Gomez. in l. 70. Tauri, num. 16. col. 3. illius numeri in princip. & quod ante traditionẽ venditio non sit perfecta, probatur ex decisione *l. quoties, C. de rei vendic.* vbi in re duobus vendita, præfertur ille, cui primo tradita fuit.

Secundo, quia cum ipsamet venditio respectu contrahentium ante traditionem firma quidem non sit, cum re integra ante traditionem contrahentes possint a conuentione discedere, *vt ff. & C. quando liceat ab emptione discedere*, merito; vtique gabellæ obligatio ante traditionem firma, & incommutabilis non sit, cum huiusmodi non maneat ipsa venditio, quæ est caussa efficiens, & productiua obligationis gabellæ.

Tertiò, & in terminis nostræ quæstionis, iure communi attento, hanc partem probauit Bald. *consil. 243. incip. Tempore, & consil. 253. incip. Licet ista allegationes, lib. 4.* vbi late, & scienter hoc disputat; quem refert Tiraquel. *de retractu lingag. § 1. glossa 2. nu. 46.* & Pelaez *de maiorat. 4. par. q. 24. num. 4.*

5 Iure Regio eadem prima pars, nempe, quod ex sola venditione, & ante traditionem non debeatur gabella, probari videtur ex lege 116. *del quaderno de las alcaualas*, ibi: *Para las acabar de vender, y entregar en otra parte* & statim, ibi: *O se vendiere, y entregare fuera del lugar de lo lo saco hasta vn mes*, quæ lex hodie est *l. 20. tit. 10. hoc lib. 9.* idem probatur *l. 105. del quadern.* ibi: *Y si en el lugar de sennorio se vendieren, y entregaren*, quæ est hodie *lex 17. tit. 17. hoc lib 9.*

Secundo, quia clare consideratur traditio rei venditæ, ad hoc, vt in vno vel altero loco gabella debeatur, *in l. 73. quaterni, hodie l. 18. titulo 12. hoc lib 9. & in l. 112. hodie l. 5. tit. 17. hoc lib. 9.* dum igitur d. leges obuiare intendunt fraudibus, quæ facilè ex traditione contingere possent, satis tacitè innuunt, & necessarium esse traditionem ad hoc, vt gabella debeatur; aliàs namque si sola venditio sufficeret, quorsum leges prælatæ agerent de obuiando fraudibus, quæ extrahendo rem de vno loco ad alium, ad traditionem faciendam occurrere possent, atque contingere? Taciti autem, & expressi idem est iudicium, *l. cum quid, ff. si cert. petat.*

Nec supradictis obstat *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* ibi: *Los vendedores paguen el alcauala*, & ibi: *De todo el precio porque vendieren, &c.* quia verbum, *vendieren*, in ea lege positum, intelligi debet cum effectu, *l. fin. § docere, ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi eximat, & in cap. perlatum, de clerico non resid.* & non dicitur res vendi cum effectu ante traditionem, *vt in § vendita, Inst. de rer. diuis. & in cap. cum Ioan. in princip. de fide instrum. Tiraquel. de retractu lignag. § 1 gloss. 2. num. 44. & gloss. 10. num. 110.*

Secundo respondetur, quod quamuis d. l. 1. traditionis non meminerit, non tamen ideo probat, traditionem nõ requiri: quia tantum decidit, quod venditores soluant gabellam, & ab eis exigatur decima pars pretij, quo res vendita fuerit, immò recipere videtur eamdem iuris interpretationem, nempe; sequuta traditione, & sic ex venditione perfecta: an enim non tradita res, nec pretium soluitur de quo debet solui gabella, nunquid ex nummis proprijs vẽditoris? Minime, esset enim hoc absurdum nimis, & valde onerosum; cum tantum lex dicat: *De cada diez vno de todo el precio porque vendieren:* At precio non soluto, nec re tradita, non dicetur solui gabella de pretio, sed de alijs pecunijs. Ergo præsupponere, atque innuere videtur hæc lex, quod ante rei traditionem, & pretij numerationem, gabella non debeatur, nec soluenda sit.

Nec etiam obstat, si aliquis obiciat *l. 112. del quaderno de las alcaualas, hodie l. 5. tit. 17. lib. 9. Nouæ Collect. Regiæ*, quatenus regulat *el pagar el alcauala por la entegra, vẽdiendo se la cosa en vn lugar, y entregãdose en otro en las vẽtas solamente de las cosas muebles, y se mouentes*; Ergo secus est in immobilibus, & sic in his contrarium decidere videtur, argumẽto *l. cũ prætor, ff. de iudic. cum simul.* præcipuè cũ *lex 101. del quaderno, hodie l. 9. 10. & 11. d. titulo*, loquẽtes in rebus immobilibus venditis, non faciant mentionẽ traditionis, nec de ea loquantur, sed hoc vnum disponũt, quod soluatur gabella, vbi sita sunt bona immobilia: Cum igitur diuersæ leges sint stabilitæ, atque latæ super solutione gabellæ rerum mobilium, & se mouentium, ex vna parte, & immobilium ex altera, diuersum ius voluerunt inducere in hoc inter bona mobilia, seq. mouentia; atque immobilia. Sed hoc non obstante, dici potest, in immobilibus etiam requiri traditionem, ad hoc, vt debeatur gabella, sicut in mobilibus, & se mouentibus, quia licet hæ leges postremo allegatæ nihil dicant de traditione immobilium, nec etiam decidant, vt soluatur gabella de solo contractu venditionis immobilium, nec in loco contractus, non tamen potest congrua ratio differentiæ assignari in hoc inter prædicta bona: cum ius, & obligatio soluendi gabellam sit idem, & in vtrisque bonis militet eadem ratio: ergo, & idem ius statui debet in eisdem, *l. illud, cum simul ff. ad leg. Aquil.*

Accedit alia consideratio assumpta ex eadem l. 112. dum enim dicit: *Que se pague el alcauala do estan la cosa vendida*: idem sentire videtur, ac si diceret: *Donde se entregare*, quia bona immobilia alibi tradi nõ possunt nisi vbi sita sũt

siue verè, siue per actum fictum traditio fiat. Ideoq; caueo do lea, quod soluatur gabella, vbi bona immobilia sita sunt, vt sa fiat secundum naturalem rationem caoete, vt soluatur gabella, vbi ita itio fuerit facta, quao doquidem alibi tradi non possunt; nec opus fuit alia expressione, cũ tacitè necessario hoc insit, quinimo superfluè, & minus aptè similis expressio traditionis fieret.

6 Denique, † cum iure communi, quando ex sola conuentione debeatur gabella, soluatur in loco ipsius côuentionis, & contractus, *Abb. & Felin. in cap. fin. de foro compet. & cum d. l.* 101. hoc innouauerit, cauendo, solui gabellã rerũ immobilium venditarum in loco vbi ipse sitæ sunt, & sic, vbi necessario tradendæ erant, videtur legem hanc, quo ad solutionem gabellæ huiusmodi rerum, ad plus respexisse, quam ad conuentionem ipsam, nempè, ad res ipsas immobiles, & traditionem ipsarum, potius ergo videtur fouere ea lex hanc partem, quam ei contradicere.

Et ne etiam auctoritate careamus in hac parte, eã probarunt, & tenent duo Regnicolæ non contemnendæ auctoritatis: nempè Montalo. *in l.* 61. *glossa vnica, ad finem tit. 5. par. 5.* & D. Castellus *in l. 70. Tauri, in glos. Y el alcauala in addit.* necnon, & nouissimè Villabolos *in ærario commu. opinion littera E nu 3 in fine.*

7 Et retenta hac opinione, † idem dicendum esset in contractu permutationis, & cambij, vt in ipso quoque traditio vera, vel per actum fictum requiratur, ad hoc, vt gabella debeatur, & peti possit, præsertimè attento iure communi; tum, quia est côtractus innominatus, (vt des, vbi ex verbo, dare, obligatur contrahens ad domini) translationem, *vt in l. 5. ff. de rerum permut.* quæ translatio fieri non potest absque traditione; tum etiam, quia sine implemento, & traditione permutatio iure communi non producebat actionem, nec eam habebat alter, qui ex sua parte non adimpleuerat, *l. ex placito, C. de rerum permutat.* quã uis iure nostro Regio aliud sit, vt alibi docuimus.

8 Quod autem prædiximus, † videri requiri traditionem rei venditæ, ad hoc, vt debeatur, & peti possit gabella, intell genduin est (vt supra quoque monuimus) *O otra cosa que sea auida por entrega:* veluti si ius, vel actio venderetur, *vt in tit. C. de hæredit. vel act. vendit.* † Tunc enim ces-
9
sio pro traditione habetur; idem quando venditur sors, euentus dubius, vel iactus retis, † & denique in omni-
10
bus iuribus incorporalibus venditis, *glossa in l. fin C. quando fisc vel priuat. & in l. finali in princip. in glossa verbo, portionib ff. de donat Bart & Bald. in l 1. C. de actionib. &*
11 *obligat.* † Similiter etiam, quando res venderetur periculum emptoris ante traditionem, *l. cum emptor, ff. de rescind. vẽdit. l fin C. de peric. & commod. rei vend.* quia tunc habetur res pro tradita ex illa conuentione, *vt in d. l. cum em-*
12 *ptor, in fine.* † Similiter, pro traditione habetur, si venditor, qui recepit iam precium, vel habuit fidem de eo, noller rem tradere, quia huiusmodi vẽditor est in mora, quia etiam debet vsuras, de quibus *in l curabit, cum materia, C de action. emption & l. Iulianus, §. ex vendito, ff. codem titulo*, & in præiudicium morosi vẽditoris habetur res pro
13 tradita. † Cum enim per alium stat, quo minus quid fiat, pro facto habetur in eius præiudicium, iuxta quamplurima iura, & nonnullos auctores, quæ in hoc congerit Tiraquel. *de retractu lignag. §. 15. gloss. 2. numero 7.* & non habetur pro obstaculo, quod debitor gabellæ, sibimet imponat, argumentũ *l. si bona fides, ff. de noxal.* nec illud quod ipse remouere potest, *l. qui potest, ff. de reg. iur.*
14 *cap. finali, de elect.* † Et conditio habetur pro completa, cum stat per eum, qui eam implere potest, *l. Labeo scri-*
15 *bit, ff. de contrah. emptione.* † Denique traditio non est necessaria in venditione facta in fauorem Ecclesiæ, vel Reipublicæ, quia in eas statim, celebrato contractu, transfertur dominium absque traditione, *vt in l. inter diuinum, C. de Sacrosanct. Eccles.* & sic in reliquis similibus casibus.

16 Superioribus † tamen in hac quæstione adductis non obstantibus: contrarium verius est, atque in praxi proculdubio tenendum: immo quod ex tempore contractus mutuo consensu celebrati & perfecti, etiam ante rei venditæ traditionem, & pretij solutionem debeatur, & peti possit gabella, idq; sequentibus fundamentis.

Primo, quoniam emptio, & venditio solo consensu perficitur, non quia iuris gentium sit, vt videbatur innuere *l. 1. §. fin. ff. de contrah. empt.* sed quia ita iure gentium, vsuq; receptum fuit, vt cum de re, & pretio purè conuenisset, emptio, & venditio essentialiter intelligeretur esse perfecta, quamuis nec traditio rei, nec solutio pretij subsequeretur, *vt in princip. Instit. de empt. & vendit. iuncto princip. Instit. de oblig. quæ ex consensu nascuntur; & in §. perficiuntur, Instit. de donat l. 1. ff. de rerum permut. & in l. 2. de contrah empt. l. 1. 2. 6. 7 & 8. tit. 5. parte 5. Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. gloss. 2 numero 41.* est communis Doctorum sententia, vt ex alijs affirmat LaSarte, *de decim. vend. cap. 3. num. 6.* vbi quod pretij numeratio, & rei venditæ traditio, quæ in venditionibus fieri solent, & debent, non ad substantiam contractus, sed ad executionem pertinent, id quod & cæteri fatentur.

17 Accedat, quod si hic ageremus, & lex ea onus alcaualæ imponens loqueretur de alienatione, merito vt traditio requireretur: sed cum non dicat, gabellam deberi ea alienatione rerum, sed ex contractu venditionis, constat non requiri, nec expectari debere traditionem ad debitum, & petitionem gabellæ: sed satis esse, quod venditio mutuo cõsensu celebrata sit, tam etsi, nec solutio pretij, aut traditio intercesserit, ex regula iuris aptissima, & significatione verborum in proposito tradita, & explicata *in l. alienatum, in princip. ff. de verb signific.* vbi ita scribitur: *alienatum non propriè dicitur quod adhuc in dominio venditoris manens; venditum tamen certè dicetur:* ex quibus verbis tam clarè constat, id propriè esse venditum, quod etiam maoet in dominio venditoris, quia res non fuit tradita.

18 Est namque triplex perfectio emptionis, & venditionis. Vno modo, ex quo non possint discedere contrahentes, *vt in l sicut ab initio, C. de action. & obligat.* secundum quem modum emptio etiam conditionalis, est perfecta. Secundo modo, quando est purè quo ad periculum. Tertio modo, quando res traditur, tunc enim dicitur plus perfici adhuc, siue impleri, *ita gloss. in l 1 verbo, Post perfectã. C. de pericul. & commod. rei vend.* similis in *princip. gloss. 1. Instit. de emption & vendition.* & vtrobiq; communiter Doctor. & late per Matth. de Afflict. *decis. Neapolitan. 280. per totam*, & Domin. Couarru. *in Practicis Quæst. cap. 3 sub numero 6.* vbi ampliat, ut etiam in rebus venditis ad mensuram, ante mensuram adhibitam, obligatio perfecta sit ad huoc effectum, ut non sit locus pœnitẽtiæ.

Cum igitur nostræ leges Regiæ gabellarum simpliciter de venditoribus loquantur, simplicem actum venditionis requirunt, ut debito gabellæ locus sit, ut o terminis respondet Modern. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. nu. 40. in fine*, ubi secus esse dicit in iuribus, & oneribus feudalibus, quia hæc principaliter respiciunt translationem seu dictæ mutationem vasalli, *Io. Garsia de expens. & melior. cap. 18.* quos refert, & sequitur LaSarte *de decim. vendit. c. 3. nu. 8 & iterum c. 14. nu. 13.*

Fit igitur ex his, quod sola venditio, mutuo consensu celebrata, sufficit ad hoc, ut gabella debeatur, licet solutio pretij, vel traditio rei venditæ non intercesserit, cum hic sit primus perfectionis modus ipsius contractus emptionis,
19 & venditionis. † Et est perfectio essentiæ, ut scientissimè probat Francisc. Aret. *in l. si fideiussor §. meminisse, colum. 2. vers super 2. ff. de legat. 1.* quem refert, & sequitur Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gl. 2. nu. 48.* & de hoc modo perfectionis solum loquuntur leges nostræ Regiæ gabellarũ: non vero de cæteris duobus, quia, ut prædiximus, rei vẽditæ traditio, & pretii conuentio solutio non tam venditionis essẽtia, & perfectio est, quam eius executio: hinc cessant propè omnia fundamenta contrariæ partis, cũ ipsa procedat quo ad alios actus, & effectus iuris, in quibus requiritur traditio: nõ tamẽ sine ea venditio præcedẽs est nulla, sed potius ualida, & efficax, quo ad sui pfectionẽ, & uariorum

lorem, respectu aliorum effectuum, ut gabella debeatur.
20 Sic etiam † procedit communis sententia Doctorum, quæ habet, emphyteutam vendentem emphyteusim sine consensu domini in commissum non cadere, nisi traditione sequuta, vt eam latè probat & sequitur, profeßus esse communem Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, nu 94.* eſtq. communior, vt plures allegans, resoluit Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glossa 2. num. 43. Iulius Clarus lib. 4. recept. Sent. §. emphyteusis, quæst. 13.* Lex namque finalis *C. de iure emphyt.* quæ præd. pœnam imponit, potius respicit alienationis effectum, quam venditionis, vt constat ex ipsa, paulo post princip. *ibi: alienare, vel ius emphyteuticum in aliū transferre.* Neque obstat, quod inferius eadem *lex in vers. Minime,* loquatur, per verbum, *vendere vel ius emphyteuticum transferre,* quia debet intelligi de alienatione iuxta præcedentia, & subiectam materiam, hoc est, de venditione, per quam transfertur dominium, *vt in d. l. alienatum, ff. de verbor. significat.* quorum ratio in promptu est: nam per nudam venditionem absque traditione, non præiudicatur domino emphyteusis, cum ipsa ad alium possessorem nondum transierit, sed tunc demum, cum domi-
21 nium traditione transfertur. † Idem obtinet in feudi alienatione, nempè, vt feudatarius non cadat in commissum ex sola venditione sine traditione, vt plures allegans resoluit Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glossa 2. nu. 45.* quam refert, licet corrupte Laffar. *vbi supra, d. cap. 3. sub num. 7. ad finem.*
22 Secundo, eadem verior, & recepta sententia probatur argumento tex. *in l. sciendum in fine, cum l. sequenti, ff. de adilit. edicto,* vbi actio redhibitoria, quæ ratione contractus datur (sicut, & gabella debetur) statim competit ex die venditionis, nec rei traditio exspectatur: cum enim actio datur ratione alicuius actus, tempus actionis ex die
23 illius actus computatur, *l. ait lex, ff. ad leg. Aquil.* † Hinc est etiam, vt terminus nouem dierum à iure nostro Regio datus ad retrahendum rem iure sanguinis, &c. computetur ex die venditionis, non verò à die traditionis rei venditæ, vel pretij soluti, cum leges Regiæ, de hoc agentes, simpliciter de venditione loquantur (sicut leges gabellarum) quod in Francia maiori ex parte obseruatur, iure optimo, secundum Tiraq. *vbi supra, num. 48.* & iterum, *§. 1. glossa 10. num. 111. cum seqq.* sequitur Montalu. *in l. 13. glossa magna versic. Item quæro à quo tempore. tit. 10. lib. 3. Fori leg.* & cum communiori sententia resoluit Matienc. *in l. 7. glossa 6 num 3. tit. 11. lib. 5. Nouę Collectionis Reg.* & cum eo Laffar. *de decim. vendit. cap. 3. sub numero 4. & nos latè lib. 2. Tract. quæst. 152. per totam.* & post nos sequitur Molin. *de iustit. & iure, 2. par. Disputatione 337. column. 503. versic. ex eadem definitione.*
24 Et in similibus terminis iure communi attento, hanc 2. par. probat Mafuer. *in sua pract. tit. de retractu. col. vltim. in versic. Item pone emptor, versic. Quid de domino:* nempè, quod dominus potest petere laudemia ex similitudi venditione ante traditionem, etiam si lis sit inter emptorem, & venditorem super traditione rei: sufficit enim (ait ille) rem esse venditam, *l. 1. & 2. C. de resc ind. vendit.* immò vero Stephan. Bertrand. *consil. 119. Viso casu. lib. 1.* respondet; in hac specie deberi laudemia, etiamsi contrahentes ante traditionem discesserint à contractu: (hoc tamen verum intelligo, vt primum dicemus, quando ex interuallo fit discessus; secus si in continenti) & supradictus refert, & sequitur Tiraquel. *d. gl. 2. num. 48.* licet enim emptor non sit dominus rei empta ante traditionem, competit tamen ei actio ad rem sibi tradendam, & dominium in se transferendum, si venditor erat dominus, *l. ex empto in princip. ff. de actione empt.* & *l. in conuentionalibus in fine ff. de verb. obligat.*
25 Sed, & iure nostro Regio eadem secunda sententia verior, & tenenda probatur uel maximè *in l. 1. titul. 17 hoc lib. 9. Nouę Collectionis Regiæ,* in illis verbis: *Los vendedores,* & ibi: *De todo el pretio porque vendieren, &c.* ex quibus deducitur manifestè, quod hæc alcauala non ratione traditionis rei venditæ, uel pretij soluti, debetur, & soluenda est, sed ratione contractus venditionis: nec potest suppleri, & intelligi hoc uerbum, sequuta traditione, uel pretij solutione, quasi requisita pro vltima perfectione eiusdem contractus, vt pro parte contraria argumentabamur: Nam præterquam, quod lex illa hoc non dicit, cum tamen si esset de substantia, id exprimere debuisset, cum contineat primam, & præcipuam regulam generalem in hac materia gabellarum, circa obligationem præcisam soluendi decimam: ac proinde nec nos dicere debemus iuxta *l. non distinguemus, ff. de arbit. l. de pretio, ff. de public. in rē action. cum simılib.* substantia, & essentia venditionis, ipsiusq. prima perfectio consistit in conuentione, & celebratione ipsius, simulatque de pretio conuenitur inter partes, ante traditionem: traditio autem ipsa, vel pretij solutio), quamuis sit alia perfectio, magis tamen spectat ad exsecutionem venditionis, quam ad ipsius essentiam.

Coadiuuatur hoc fundamentum ex l. 10. *in fine, ibi: Por no ser acabada la pagā, titul. 17. hoc lib. 9.* vbi deciditur, propter pretium non solutum exactionem gabellæ non retardari; id quod resoluit & tenet Auendan. *respons. 29. ex princ. Laffar de decim. c. 3. num. 5. & iterum cap. 6. num. 27.* vnde iam cessat reliquum fundamentum supra adductum pro contraria parte, nempe, gabellam esse soluendam de ipso pretio rei venditæ, iuxta mentem *d. l. 1.* non verò de alijs nummis venditoris: nam nec *d. l. 1.* hoc dicit, nec aliquod inconueniens sequitur, quod venditor ex alijs suis nummis soluere debeat gabellam, cum scire debeat, & statim, quod celebrata sit ab eo venditio, teneri ad solutionem gabellæ, iuxta leges huius libri: Ergo ipse videat, quomodo vendat.

Secundo eadem nostra, & verissima sententia iure Regio probatur manifestè *in l. 3. ibi: Despues del otorgamiento, y fecha de la venta, tit. 19. hoc lib. 9.* vbi quinque dies ad solutionem gabellæ assignati numerantur à tempore contractus, non verò à re traditione, vel pretij solutione, vt perspicuè ibi habetur, & asserit Molina *vbi supra, col. 503. versi. ex hac.*

Et non solum hæc sententia iuribus & legibus Regiis probatur, sed etiam ab auctoribus Regnicolis, & Consiliis nostris tenetur, & defenditur, eam probat Auend. *d. respons. 29. per totum,* & late Laffari. *d. c. 3. num. 2. cum omnibus seqq.* vbi, quod proculdubio verior, & tenenda est contra Montalu. & cæteros sequaces: & iterum incidenter *c. 6. num. 24. & c. 18. num 34.* & Gnond. *de Gabell. 5. par. §. vnico, num. 1. dicens,* hoc affirmare omnes à se præcitatos auctores; & Azeu. multipliciter amplians, & limitans *in d. l. 1. num. 82. cum sequentil. tit. 17 hoc lib. 9.* necnon, & nouissimè Molina Theolog. *de iust. & iure, 2. par. Disput. 337. col. 502. versic. quia ergo.*

Ex qua communi, & receptiori sententia, plures effectus deducuntur, quos enumerant, referunt, & sequuntur Laffar. Azeued. & Molin. *vbi supra in numeris, & versiculis sequentibus,* in quibus scicodum, an, cui, & in quo loco, & quando gabella debeatur, semper attenditur tempus celebratæ venditionis, non vero eius traditionis, *vt ibi late per ipsos.*

Modo non nocent leges Regiæ pro contraria parte supra expensæ: quia ipsæ non probant, nec tacite innuunt absolutè, nec pro regula requiri traditionem rei venditæ, aut pretii solutionem, ad hoc, vt gabella debeatur, & exigi possit, cum loquantur in casibus particularibus, in quibus ob diuersitatem locorum prætenditur ex traditione tribui ius quo ad gabellam alicui loco, vel gabellario in præiudicium alterius; merito igitur, vt leges præfatæ in eisdem casibus decidant, cui debeat solui gabella: At vero nos agimus in nostra quæstione principali, an regulariter gabella statim debeatur, & peti possit, celebrato contractu venditionis mutuo consensu ante traditionem rei, & pretii solutionem, & sic ea non expectata, vel postea in quo nostræ leges Regiæ pro hac secunda parte veriori clarè per modum regulæ, & præcepti disponunt, gabellam deberi, & soluendam esse à venditoribus, vsque ad decimam partem pretii venditionis, nulla facta mentione traditionis, aut solutionis pretii: Ergo sic prout

iacent, sunt intelligendæ, cum aliæ leges pro priori parte citatæ non loquantur in hac specie, sed in alijs diuersis: & ex his remanet satis probata & clara secunda sententia præfata, & communis, quam sequimur.

28 Vnde † fit etiam, vt si tempore nundinarum factus fuerit contractus, & non traditio, non cessabit priuilegium, l. 1. C. de nundin. concessum nundinis, cum iam ex contractu astricti sint contrahentes ad ipsum implendum, licet implementum factum fuerit post nundinas, argum l. 3. §. scio ff. de minor ita Bald. in d. l. 1. Bertach. de Gabell. in 2. membro § quintæ partis, nu. 19. Tiraq. d § 1 gl. 2. nu 5. idem dicendum est in venditione facta in nundinis sub conditione, quæ postea nundinis transactis perficeretur. Gabella namque illius venditionis non est soluenda, quia adhuc nundinarum priuilegium locum habet, propter conditionis retrotractionem, iuxta regul. l. potior, §. 1. & l. creditor, §. si prius. ff. qui pot in pign hab secundum Bald. versic si uero, vbi supra, sequitur plures alleg. Ignat. Salzed in addit. ad Bernar Diaz de Lug in regul 116. in versic. ex quo, & Lassarte, de decim. vendit c. 5. sub nu. 10. versic. quinimo, & Gironda de Gabell 6. par nu. 16.

29 Similiter, † si contractus emptionis, & venditionis sit purus, sed dominij translatio, vel ius percipiendi fructus dilata sint in aliquod tempus, statim debetur gabella, vt nunccupatum tenet Bar in l. fancimus, in fine, per illum tex. & ibi quoque Io. de Plates, circa med C. de Consulib. lib. 12.

30 † Ex quo ipse infert, quod gabella non pro gabellarium ea habebit, non vero, qui erit tempore, in quo effectus venditionis dilatus fuit, quos refert & sequitur Tiraq. d § 1. glos. 10 nu 115. Ant. Gom. de qual contract. nu. 30 col. 2 illius num. & Girond de Gabell 6. p. nu. 3. cum seqq. ita que iudicatum fuisse asserit Iosephus Ludou. decis. Perus 114 & sequitur Lassarte, cap. 6 nu. 2. & Azeued. in d l. 1. num. 94. tit 17. lib. 8. Quando enim finis habet necessariam consequentiam ad principium, semper inspiciendum est principium, l 3. § si quis cum minore, & ibi communis doctrina, ff. de minor.

31 Idem est dicendum, quando † venditio sit habita fide de pretio, nempe, in qua conuenit inter partes, quod eius solutio fiat certo, vel certis quibusdam temporibus: Licet enim in hac specie pluribus rationibus, & auctoritate præterea Alex. Rod. Suar. & Parl. quos refert, & sequitur lib. 3. rer quot c 3. nu. 48 in disputando defendi subtiliter possit, gabellam peti non posse, antequam dies solutionis euentus aduenerit: nihilominus tamen, vt ex supradictis patet, verius est, & in praxi proculdubio tenendum, quod gabella in hoc casu statim celebrata venditione, peti, & exigi possit, termino solutionis minimè expectato, nec aliquo interusurio medij temporis venditori a gabellario soluto, & præcipuè ex frequentata l. 3. tit. 19. hoc lib. 9. quæ generaliter iubet, vt statim intra quinque dies post venditionem celebratam gabella soluatur, quæ quidem lex minimè patitur, declarationem, & restrictionem Parla, nempe, vt intelligatur, nisi habita fide de pretio, venditio facta sit, tunc namque putat, non solum quantum diem expectandum, sed & etiam, qui pretij solutioni ex conuentione partium adiectus sit: ac pro inde limitatio prædicta Parla, falsa prorsus est, vtpote, contra generalitatem illius legis, & contra cetera supra adducta pro 2. par. veriori communi, & tenenda in quæstione nostra principali. Quibus manifestum fit, tenendum idem esse in venditione celebrata habita fide de pretio ad certum tempus, vel in plures terminos, nempe, vt statim gabella peti atque exigi valeat, nullo interusurio medij temporis venditori soluto, vt dicebam, vt cum Auen. resp. 29. hoc tenente latissime probat, tenet atque defendit, & iudicauit Lassarte, de decim. vend. c. 6. nu 23. & nu seqq. & Girood. de Gab. 4. p. §. 1. nu. 1. cum seq. & Azeued. in d l. 1. num. 94. tit. 17. hoc libro 9. vbi affirmat, se vidisse hanc opinionem secutam Regia sententia in Senatu Regio patrimonij, & ite decisum, nullo interusurio medij temporis venditori per gabellarium soluto, aut soluendo: quam etiam bene probat l. 10. in fine tit. 17. hodie 9. dum ibi præcipitur: Que los escriuanos no dexé delas copias de las ventas, y trueques, en caso que digan que estan embargadas las cartas por no ser acabada la paga, ni en otra manera luego, non debet curari de pretij solutione.

32 † Quib. etiam fit, vt venditor in hac specie, qui non dum sine sua culpa exigit, non liberetur cedendo actioné gabellario vsque ad quantitatem decimæ contra emptoré, vt recte in nostra alcauala contra Modern. Paris. in simili in Consuet. Paris. 1. p. tit. 1. §. 23 nu. 4. in fi. probat Lassarte, d. c. 6. nu 28.

33 Denique ex superioribus † probanda venit alia doctrina cómunis, & in praxi quotidie obseruata, quæ habet, quod ex venditione census redimibilis super meis bonis impositi in fauorem alterius tertij, gabella statim debetur, & peti potest, quia vera, & perfecta venditio est, vt cum alijs probat Lassarte, de decim. ven c 10. nu 4. cum seq. post Auen. d. resp. 20. & etiam Felician. de Censib. lib. 2. c. fin. nu 1. Giron. de gabel. 5. p §. 1. nu 1. & Azeu. in d. l. 1. num. 98. de quo prima alia quæstione principali latius agemus.

34 Sic etiam videbatur † dicendú, quod ex censu emphyteutico redimibili statim debeatur, & peti possit gabella, ante q̃ redimatur ex supradictis, né pe, quádo aliquis cócedit ré suam immobilem alteri sub censu aliquo quotannis soluédo redimibili, quoniá videtur statim perfecta venditio, vt in terminis tenet, & probat Auen. d. resp 29. Nihilominus tñ verius est, attẽdéda in præmissa specie no posse statim peti, nec exigi gabellá, sed tunc demũ, cũ redemptio fit, & tũc pertinet, & debetur gabellario existenti tempore, quo ipse census emphyteuticus redimitur: nulla namq; contrahitur venditio statim in datione huius census emphyteutis, quia cócedens remanet cum dominio directo eiosdé rei, & solum transfert dominium vtile in emphyteutam, & in recognitioné directi reseruandi annua sibi pensio soluitur, donec redimatur, iuxta l. 1. C. de iure emph. Interim ergo, q non redimitur nó interuenit pretiú, & ita non potest dici emptio, vt in §. pretium, Instit. de emp. & uend. vt expresse docet Modern. Paris. in Consuet. Paris tit. 1. §. 23. q. 16. n. 56. sed potius est pactú quoddá nudum rei data traditione vestitú, iuxta l. in traditione, ff. de pact. & l fi. C. de rer. perm. qué tex. ad hoc allegat D. Sot. li 6. de iust. et iure. q. 5. art. 1. in prin. Ergo ex hoc contractu nó debetur, nec potest peti gabella, quousq census ille, vel annua pensio redimibilis, redimatur, eusq. capitale soluatur, quo facto ipsa debetur, & peti potest, pertinet que ad gabellarium, qui illus etiam temporis gabellas conductas habeat, non vero ad eum, qui tempore concessionis rei ad censum emphyteuticum existebat gabellarius. Ita late & bene probat Lassarte, de dec. vend cap. 10. num. 51. cum seq. affirmans, hanc esse quotidianam, & communem praxim, in pluribus huius Regni locis obseruatam, tamq. amplectitur, & vbique locorum eam obseruandam esse existimat, quia 10 iustissima iuris ratione fundatur, & Molina Theol. de iust. & iure 2. p. Disp 382. vers. idem Lassarte, vbi quod est ipsissima veritas, ideo affirmat, & sequitur Giroo. de Gabel. 5.

35 p. §. 1. nu. 2. & 3. & Azc. in d. l. 1. nu. 103. † quam gabellá quæ secundum supradicta debetur, soluet concedens rem in emphyteutam, non vero eam accipiens, & redimens censum.

36 † Quod si res in censum perpetuum irredimibilem concederetur, nulla prorsus gabella deberetur vllo tempore, ex supradictis, nisi postea ex partium consensu redimatur talis census, tunc namque gabella deberetur gabellario illius temporis secund. Lassarte, vbi supra, nu. 56. sequitur Azeu. ubi sup. nu. 107. De quibus etiam latius agemus prima alia quæstione principali.

SVMMARIA.

1 *Gabella non debetur ex contractu conditionali dum pendet conditio, sed demum ea existente, & tunc ea debetur primo gabellario, ut hic intellige, & declara, ut in nu. 8. cum seqq.*

2 *Pendente conditione, neuter contrahentium fas est, altero inuito, a contractu discedere.*

3 *Gabella non debetur ex contractu conditionali, si ante impletam conditionem ab eo mutuo consensu partes discesserint, quod procedit etiam si ante pendente conditione, traditio rei uendita emptori fiat, ut in nu. 4.*

5 Gabella

5 *Gabella nulla debetur deficiente conditione venditioni apposita, etiamsi conditio potestatiua sit, & num. 11.*
6 *Gabella non debetur ex venditione conditionali, etiamsi steterit per vnũ ex contrahentibus, quo minus conditio non*
impleatur, & nu 7 quomodo hoc intelligatur.
8 *Gabella ex contractu sub conditione casuali, vel mixta, aut potestatiua celebrato, conditione impleta, cui gabellario debeatur, & nu seqq.*
9 *Conditio potestatiua non retrotrahitur ad tempus celebrati contractus.*
12 *Gabella an debeatur, vel non, ab immuni, & exempto ab eius solutione: tempus contractus sub conditione casuali, vel mixta celebrati inspiciendum est, non verò tempus impleta conditionis limitatur nu 13. quod procedit, quando venditio conditionalis celebrata fuit, secus si tantum promissio de vendendo, vt in num. 14.*
15 *Gabella fructuum alicuius fundi, vel vineæ venditorum, quando, & cui gabellario debeatur?*
16 *Gabella herbarum, cui gabellario debeatur. & numero 17, & 18.*
19 *Gironda opinio circa gabellam ex herbis venditis declaratur.*
20 *Quinque dies a lege Regia assignati ad notam faciendam venditionem, & gabellã soluendam gabellario, non currunt in vẽditione cõditionali, donec conditio casualis, vel mixta adimpleatur etiam si traditio rei venditę interim conditione pendente fiat. vt in nu. 21.*
22 *Ex venditione modali perfecta, statim debetur gabella, ac de pura.*

QVAESTIO. VIII.

An ex venditione conditionali debeatur gabella?

1 QVÆRO: *An ex venditione conditionali debeatur Ga*
bella? Et quidem dum pendet conditio, certum est ga
bellam non deberi, sed demum ea existente, & tunc qui-
dem ea debetur primo gabellario, hoc est, loci, & tempo-
ris in quo fuit celebratus contractus conditionalis, non
verò ei, qui gabellarius est tempore, & loco conditionis ex
sistentis: Hæc est communis opinio, secundum Ant. Go.
de qual. contract. 2. tomo. nu. 30. col. 2. illius num in ver. ter-
tius effectus, & tenent omnes secundum Tiraq. *de retrac.*
lign. § 1 glos. 2. num. 23. & glos. 10. num. 46. idem probat
Parl. *rer. quot. lib. 1. cap. 3. § 3 num. 25.* & late Lass. *de deci.*
vend. c. 5. num. 1. & 10. vbi quod hæc est vera, & commu-
nis DD. resolutio, quam etiam sequitur, plures allegans
Girond. de *de Gabell. 6 par. in princip. num. 1. cum seq.* vbi
num. 10. quod est tenenda in iudicando, & consulendo, se-
quitur etiam eam Azeued. *in l. 1. num 96. & 97. tit. 17. hoc*
lib 9. & dicens esse communem Molina Theolog. *de iust.*
& iure, 2. pag. Disput. 337. col. 507. versic. vbi cum Bal. &
2 *col. 506 vers. quando autem.* † Vbi quod quamuis penden-
te conditione neutri contrahentium fas sit altero inuito
ab eo contractu discedere, vt cum glossis, & communi af-
firmat Lass. *vbi supra, d. num. 1.* sitq. eo ipso ius in spe fisco
3 quæsitum ad id tributum, † nihilominus si ante conditio
nem impletam contrahentes mutuo consensu dissoluant
contractũ, gabella non debetur, vt recte Lassar. affirmat,
& probat ibid. *num. 6.* Non enim in his Regnis est conces
sum, neque debetur hoc tributum gabellæ, nisi ex pura, ac
perfecta venditione, aut permutatione, At verò condi-
tionalis venditio pendente conditione non est pura, nec
perfecta. Vnde si mutuo consensu contrahentium pendẽ-
te adhuc conditione dissoluatur, merito quod gabella ex
ea non debeatur, quia nunquam fuit perfecta venditio:
4 † quod procedit etiamsi in eadem specie traditio rei ven-
tæ pendente conditione emptori fiat, atque ideo translа-
tum esset dominium meum: adhuc namque si contrahen
tes pendente conditione, ab ea venditione mutuo consen
su discedant, gabella ab ea non debetur, vt probant Lass.
d. c. 5. num. 4. & Molina *vbi sup. col. 507. ibi quo fit.*

5 Deficiente † autem conditione venditioni apposita ga
bella non debetur, vt probat Lassar. *de decim. vend. d. c. 5.*
num. 7. quod procedit, etiamsi conditio potestatiua fuerit, vt
6 aduertit ibid. Lass. *d. c. 5 num. 7.* † Vbi etiam, quod si sub
quacumque alia conditione venditio contracta sit, & per
eum, cuius fortasse interest, conditionem non impleri, fa-
ctum fuerit, quo minus impleatur, quamuis, quo ad alte-
rum contrahentem attinet, pro impleta habeatur condi-
tio, ex reg. *l. iure ciuili, ff. de cond. & demonstr.* non ita erit
quo ad gabellarium, quia regula prædictæ legis locum
non habet in iure tertij, vt recte censuit Modern. Paris. *in*
7 *Consuet. Paris. tit. 1. § 23. num. 16.* † Quod ita intelligen-
dum esse bene affirmat, Lassar. modo ille contrahens, quo
ad quam, solum locutum præd. reg. hoc est, quo ad quem
conditio habetur pro impleta, vti noluerit iure suo quia il
lo non vtente, minime dici poterit purificata venditio, &
conditio impleta; secus verò, si ille contrahens iure suo
vtens, fecerit vt venditio procedat, quasi impleta conditio
foret, ex reg. *d. l. iure ciuili.* Tunc namque poterit quoque
& fiscus gabellariusve decimum suam petere, quia tam
verum est, & perfectam, & puram venditionẽ esse in effe-
8 cto, cum pro tali iure habeatur. † Limitatur ẽn præfata
communis assertio, vt procedat, quando venditio con-
tracta est sub conditione casuali, vel mixta: tunc autem
merito, vt impleta conditione gabella debeatur primo ga
bellario, non vero secundo, quia adimpleta conditio retro
trahitur ad tempus venditionis, *l. qui balneum, § amplius,*
& l. qui prior, in princ. ff. qui potior, in pign. hab. cum simil.
secus tamen erit, si conditio venditioni adiecta potestati-
ua sit, quia tunc adimpleta hac conditione, gabella vlti-
mo, hoc est, existenti tempore conditionis impletæ gabel
9 lario debebitur, non verò primo, † quia conditio potesta-
tiua nõ retrotrahitur, iuxta communem doctrinam Bart.
l. si filiusfamil ff. de verb oblig. quam referunt, & sequun-
tur Ant. Gom. *ubi sup d num. 10.* & D. Couar. *Pract. qq. c.*
39 num. 3. uers. tertio est, & optime Menoch. alios alle-
gans *cons. 96. num 24. cum seq. uol. 10.* Ac proinde cessabit
ille effectus in fauorem primi gabellarij, vel domini, ani-
maduersus, vt animaduertunt, & tenent Ant. Gom. *d. nu.*
30. uers. limita tũ. & Molina *vbi supra col. 507. ad finẽ, &*
10 *col. seq* † Quod quidẽ sublimitat D. Couar. *ubi sup.* vt nõ
procedat ista limitatio in conditione potestatiua, quæ in-
uito eo, in cuius potestate est, impleri potest, quoniam hæc
etiam retrotrahitur, *l. qui balneum, § amplius, ff. qui po-*
tior in pign. hab., Ergo in ea quoque conditione potestati-
ua procedet text *in l. necessario, uers. quod si pendente con-*
ditione, ff de peric. & commod. rei uend. qui loquitur in
conditione casuali, vel mixta, cum vtraque retrotraha-
tur.

Nihilominus tamen Lass. *ubi sup. d. c. 5. num. 13.* falsam
esse affirmat communem supra d. Bar. limitationem, etiã
restrictam, *ut per Couar ubi sup.* & verissime dicendum exi
stimat, quemcumque conditionalem contractum sub qua
cumque conditione casuali, mixta, vel potestatiua conce-
ptum, ea impleta, ad tempus contractus retrotrahi, vide-
riq. à principio iure celebratum, *ut ibid.* & duob. q. seq. la
te nititur probare. Ego vero communem præfatam limi-
tationem sequi malo, restrictam, & sublimitatam, *ut sup.*
contra Lass. tum, quia communis est, ac proinde sequen-
da in iudicando, & consulendo; tum etiam, quia quam-
uis Lass. satisfacere nitatur, *l. quidam cum filium, § ult. ff.*
de uerb. obligat. cui communis innititur, non tamen suffi-
cienter satisfacit *d. § amplius.* Vnde illa limitatio, vt eam
Cou. restringit, aperte colligitur secundum Molinam *ubi*
supra.
11 Illud † tamẽ proculdubio obseruandũ, est in nostra spe
cie huius quæstionis principalis, quod deficiente conditio
ne, sub qua fuit celebrata venditio, non debetur gabella,
sicut quando pendet conditio, quia nulla tunc est em-
ptio, sicut nec valida est stipulatio, *d. l. necessario, in princ.*
l. pecuniã, uers proinde, & ibi notant DD. ff si cert. pet. & in
terminis ita tenent Paul. Castr. *in l. 1. nu. 5. C quando lic ab*
emptione disced. & Tiraq. *de retractu linag. glos. 2. num.*
23. Ant. Gom. *tomo 1. var. resol. c. 11. num. 3. uers. tertius effe-*
ctus,

ctus, Matien. in l. 7. tit. 11. glos. 6. num. 32. lib. 5. noua. Collect. Reg. & Parla. vbi sup. num. 35. quos refert, & sequitur Lass. *vbi supra, num. 1.*

12 Obseruo † etiam, quod si conditio casualis, vel mixta, sub qua venditio celebrata fuerit ab eo, qui tunc temporis gabellæ solutioni subiectus erat, adimpleatur tempore quo ipse venditor iam immunis a solutione gabellæ reperitur, proculdubio illam soluere tenebitur ex communi doctrina de qua supra in principio huius quæstionis. Idemq. erit conuerso, si tempore contractus immunis esset, & cũ conditio impletur tributarius reperiatur; etenim tempus contractus erit inspiciendum, ac proinde gabellam non debebit; non verò tempus conditionis impletæ, vt in terminis, vtrumque probat exemplificans hunc vltimum casum in eo, qui primam coronam, & beneficium habens, postea vxorem duxit, *Lass. d. c. 1. nu. 31.* vbi in conditione protestatiua, idem esse censet, nempe, vt inspiciatur tempus contractus. Sed contrarium in hoc vltimo est tenendum, cum communi limitatione, de qua sup. cum sua sublimitatione: quia conditio potestatiua, quæ impleri non potest, inuito altero contrahentium, non retrotrahitur ad tempus contractus, sed tantum illa, quæ impleri potest inuito altero contrahentium, vt prædiximus cum Couar. & Molina contra eum de Lass. Ergo iuxta hoc, vel non debebitur gabella in prima specie primi casus, in secundo verò debebitur, & e conuerso in secundo casu, qui constitui dictatur supra ibi *idemq. erit.*

13 Limitatur † tamen præcedens modo obseruatio, quando conditio est talis, quæ si adesset tempore celebrati contractus, efficeret venditorem liberum a solutione gabellæ, illum, quoque immunem redderet, esto tempore venditionis immunis non esset, quam conditionem sub qua venditio collata est DD intrinsecam vocant *in l. fin. post gl. ibi, ff. de stipul. seru.* veluti, si ita laicus vendidisset; vendo tibi fundum si ad sacerdotij gradum ascendero; vel si cum essem primæ tonsuræ, dixi, vendo tibi fundum, si tale beneficium curatum, aut simplex adipiscar; tunc namque adimpleta etiam prædicta conditione, gabella non debetur: quoniam licet attendendum sit principium, & non tempus impletæ conditionis, ut non semel docuimus, sed quia adimpleta conditione retrotrahitur contractus ad tempus quo fuit initus, quasi tũc pure, præsenteq. ea conditione fuerit celebratus, eadem conditio retrotrahi censetur ad idem tempus, quasi tunc fuerit præsens, eaq. de causa immunem illum tunc reddit a tributo illo, hoc est gabella, quasi iam tunc ordinib. sacris esset initiatus, *ut ex d. l. fin.* & alijs iurib. doctè probat vbi sup. Lass. *d. c. 5. num. 32 cum seq.* & sequitur Molina, *vbi sup. d. col. 508. in vers. admonuerim:* hoc verum esse intelligens, dummodo eiusmodi conditio apposita non sit in fraudem, ne tributum illud soluatur, *vt in d. l. fi.* probatur, & idẽ Lass. affirmat.

14 Secundò † limitatur eadem præcedens obseruatio, vt procedat, quando venditio conditionalis intercessit, factaq. & celebrata fuit: secus verò, si nulla venditio principio facta fuit, sed promissio tantũ de vendendo in euentum, quod pretium fundi empti non solueretur eius venditori in pecunia numerata vsque ad certum tempus designatum, nempe, quod eidem vendet annuum redditum redimibilem vsque ad quantitatem pretij super eodem fundo, & alijs bonis immobilibus pro solutione d. pretij; Si n. tempore, quo hæc promissio cõditionalis de vendendo celebrata fuit, promittens erat laicus, gabellæ subiectus, & tempore, quo fuit adimpleta prædicta conditio esset clericus sacris initiatus, vel beneficiatus, profectò nullam debebit gabellam neutri gabellario; licet enim videbatur prima facie principium esse attendendum, a quo habet necessariam consequẽtiam finis, hoc est tẽpus adimpletæ cõditionis, iuxta reg. eãd. *d. l. 3. §. si quis cũ minor, ff. de minor.* duo tamẽ in hac specie concurrunt, quib. excluditur, & perimitur præfata reg. Primũ est, quod nulla fuerit vẽditio celebrata, sed tantũ promissio de vendendo, de qua non debetur gabella, sed de ipsa tantũ vẽditione purè celebrata, vt in hoc tractatu non semel diximus, & dicemus; At tẽpore venditionis clericus erat iã in sacris, vel beneficiatus, ergo gabellam ex ea minime debet. Secundum est: quia in quacumque promissione de iure inesse intelligitur tacita conditio, & hęc clausula rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentib. estq. verissimum, & receptum iuxta a nobis tradita *in tractatu de Iuram. confir. in 1. pag. c. 29. num. 6. & c. 71. num. 6.* Ergo licet attenta prima conuentione, si idem status duraret, deberetur gabella ex venditione celebrata sub conditione, ea adimpleta: attamen si tempore adimpletæ conditionis mutatus est status venditoris, quia effectus reperiatur immunis à solutione gabellæ, eam non debet, multoq. minus cum nulla venditio celebrata fuisset, sed tantum promissio conditionalis de vendendo: nec obstat quod fuit constitutum in ea certum pretium, quo vendi debebat, & imponi dicti annui reditus redimibiles in euentum d. conditionis, quo videbatur, idem esse promissionem de vendendo, quam ipsa venditio: nam primo respondeo, pretium prædictum non inducere venditionem, nec aliquid operari in proposito, quia tacite inerat, cum sit legale pręcisum, nempe, ad rationem quatuordecim pro singulis millarib. Secundo quod nihilominus nulla interuenit a principio venditio, sed promissio de vendendo, ex qua promissione nulla debetur gabella, sed tantum ex ipsa venditione acto aliàs vt patet ex legibus Regijs gabellarum. Tertio, quod d. promissio, vt prædiximus, intelligitur, rebus sic stantibus, &c. Ex quibus verissima redditur hæc secunda limitatio, & secundum eam obtinui in praxi.

15 Ex priori † resolutione circa venditionem sub conditione casuali, vel mixta celebratam, vt ex ea non debeatur gabella statim, sed post impletam conditionem: deducitur, idem resoluendum esse in venditione fructuum alicuius fundi, vel vineæ pro certo pretio, quia venditio illa iure conditionalis censetur, *l. debitor, § verisimile, ff. de cõtrah. empt. l. 11. tit. 5. pag. 5.* quia re ipsa illa conditio inest, si fructus nascantur, *ut in l. interdum, ff. de uerb. oblig. & l. 1. in fine, ff. de condit. & demonstr. ubi DD* Vnde decima non debebitur, hoc est, alcauala, donec fructus nati sint, & sic tacita conditio impleatur, debebitur tamen ijs gabellarijs, qui erant tempore conuentionis, non vero existentibus tempore natiuitatis fructuum, & sic conditionis impletæ, præterquam si venditio fructuum futurorum anni sequentis fiat præsenti anno in fraudem gabbellarij, qui illo anno sequẽti futurus est, & vt minori summa gabellæ debito satisfiat, *ita etiam Lassar de decim. uend. cap. 5. nu. 19. & 20. sequitur Molina ubi sup. col. 508. ad fi.* idq. probat l. 104. *del quaderno de las alcaualas* hodie *l. 11. tit. 17. que lib. 9.* dum inquit: *Que los arrendadores que fueren de las alcaualas de las yeruas de Maestrazgo de Calatraua, han de recebir, y recaudar el alcauala de las yeruas de aquel anno, o annos en que entraren los ganados: puesto que se cumpla el dicho anno, o temporada que los ganados han de eruaiar en el otro anno siguiente, &c.* quarum legũ hanc esse existimat veram rationem, & intellectũ Lass. *de decim. uend. c. 5. nu. 20.* iunctis ijs, quæ dixerat *c. 5. nu. 10.*

Ego vero hoc procedere intelligerem iuxta terminos *d. l. 11.* nempe, in fructib. singulorum annorũ, hoc est, vt alcauala venditionis herbæ vnius anni debeatur gabellario, *de aquel anno, o annos en que entraren los dichos ganados a pastarla:* non vero gabellario illius anni sequentis in quo impletur, *el dicho anno, o temporada que los ganados han de eruaiar en el otro anno siguiente, v. g. vendense las yeruas de un anno, o temporada en que se han de pastar, que es desde S. Miguel de Setiembre, o todos Santos de un anno, hasta el mes de Abril o Mayo del anno siguiente: la alcauala de la uenta destas yeruas, se deue, y ha de cobrar el alcaualero de aquel anno, o annos en que entraren los dichos ganados, y no el alcaualero que fuere del anno siguiente, y esto porque el contrato començo en el anno antes, quando entraron a pastar los dichos ganados: y el alcaualero de las yeruas del anno siguiente lleuara el alcauala de la yerua del inuernadero que entraren los ganados adelante en su*

17 *anno a pastar la yerua.* † *Pero pongamos por caso que arrendaron ũde la yerua de una dehessa por dos, o tres, o mas annos, juntamente en una escritura, o contrato; por uentu-*

ser

pertenecera el alcauala de todos estos annos al arrendador que era el primero anno en que se hizo el contratso, aunque despues aya diuersos arrẽdadores de la alcauala de las yeruas en los annos siguiensdes Parece que si conforme a la dotrina arriba referida de Lassarte, y Molina: mas a mi lo contrario me pare parece, y tengo, aunque cesse todo fraude, Lo primero, porque es muy ordinario, y vsado arrendarse yeruas, o de hessus de vasto por muchos annos, y en ellos auer diuersos arrendadores de la alcauala dellos (porque si fuessen siempre vnos mismos, o si se cogiessen las alcaualas de aquellos annos para vn mismo duenno, nono auria duda ni difficulsad) y seria cosa muy iniusta quel arrendador del alcauala de las yeruas del primero anno llenasse el alcauala de los annos siguiẽtes de las yeruas q̃ no nasẽ en su anno, y quitasse a los arrẽdadores del alcauala delos dichos annos siguientes en cuyo tiempo nacẽ, y se criam, y pastam Lo segundo, por la misma l. 12 carriba citada, pues manda que los arrendadores de las alcaualas de las yeruas ayam de recebir y recaudar el alcauala de las yeruas del dicho Maestrazgo de aquel anno, o annos en que entrarem los dichos ganados; luego a contrario sensu, los arrendadores de los annos siguientes han de auer, y cobrar el alcauala de las yeruas dellos en que entrarem los dichos ganados, pues no entran en el anno, y tiempo del arrendamienso del primero arrendador de las dichas alcaualas si no en el suyo de los annos siguientes.

18 Sic. † non video, quomodo intellectus, siue ratio Lass. *ad d. l. 104. del quaderno. & d. l. 1 s*, assignata cõstet ex littera earumdem legũ, neque quod ibi fiat prælatio, nec vlla distinctio gabellariorum, temporis contractus, & temporis adimpletæ tacitæ conditionis, nisi eas inducamus, vt prædixi, quo consensu ex venditione herbarũ, vel aliorum fructuum fundi, vel vineæ in plures annos simul facta, censeo gabellam deberi singulis gabellarijs, cuiusque anni respectiue; v.g. vt si primi, secundui, vel alterius anni existat vnus gabellarius, ad illum quippe pertinebit gabella fructuum illorum annorum, ad alios verò diuersos gabellarios gabella fructuum reliquorum annorum; quia in his cessat ratio retrotractionis ad tempus contractus venditionis, de qua supra, quis singulis annis responderet debet qualibet retrotractio d. tacitæ conditionis, si fructus nascantur, nempe, cuilibet anno natiuitas fructuum illius anni; non vero natiuitas fructuum posteriorum annorum, venditioni priori; quod. n. supra in principio huius quæst. resoluimus, gabellam venditionis conditionalis, verificata conditione gabellario temporis contractus, debitam esse ex vi retrotractionis, non vero gabellario existenti tempore adimpletæ conditionis, id quidem verum est, & procedit in venditione vna, vnius eiusdemq. rei: ceterum in venditione fructuum plurium annorum, quamuis in ea sit tacita conditio, si fructus nascantur singulis annis; si tamen, cum hæc venditio sit fructuum plurium annorum diuersorum, tot videntur esse venditiones quot fructus, & anni, ac proinde merito gabella cuiusque anni spectabit ad gabellarium illius anni, natis fructib. non vero ad gabellarium præcedentis permaxime, cum l. 13. eiusdem tituli 17. & lib. 9 dicat, *Que se aya de demandar el alcauala de las yeruas por el arrendador a quien pertenece, y la demande hasta fin del anno de la salida de los ganados por lo qual parece se dara entender, que en aquel propio anno de la entrada del ganado a eruagar se deuẽga el alcauala*, & quia si aliud diceremus, esset in manu venditoris herbarum, vel aliorum fructuum præiudicare dominis, & conductorib. futuris gabellarum, eosq. suo iure defraudare, vendendo herbas, vel alios fructus in plures annos simul, quod esse non debet, etiamsi absque fraude id fieret, sed vt sibi consulat, ratione magni præiudicij prædictis dominis, & gabellarijs futuris inde resultantis, quod si id fiat, tenendum est quo ad gabellæ solutionem, quod prædiximus, quia tot sunt contractus, quot sunt res contentæ, & deductæ in ipso contractu, licet sub vnica conceptione verborum exprimantur, *text. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig. cum alijs cumulatis per Ant. Go. 2. tomo uar. resol. c. 11. de qual. cõtract. n. 16.* quod patet in proposito, quia vnica tantum venditio esset, & hæc annua, non deberetur nisi vnica tantum gabella pro omnib. annis, atque hæc illi conductori gabellarum, qui erat tempore contractus, *iuxta tradita per Ant. Gome. vbi sup. vers. 44. uers. secũdus effectus*; At nemo negabit in nostra specie singulis annis deberi gabellã pretij; Ergo sunt plures venditiones, quod ex eo etiã, vel maxime confirmatur; quia iuxta nostram *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* gabella debetur ex pretio venditionis; sed quolibet anno venditionis assignatur diuersum pretium, etsi eiusdem quantitatis; ergo quolibet anno incipit deberi noua gabella, ac per cõ-

19 sequens soluenda est gabellario illiusmet anni. † Quidquid Giron. *de Gabell. 8. p. num. 23.* existimat contrarium, nempe, vt gabella ex herbis venditis tantum debeatur, quoties tempore venditionis herba est iam demonstrata; secus verò alias ex *c. 16. De los nueuos apuntamientos*, ibi: *Despues de estar mostrados los dichos frutos, &c.* idemq. ibi intelligit Giron. in castaneis, glandibus, & alijs fructibus terra, vt ex eorum venditione debeatur gabella, si tũc temporis erant fructus demonstrati; aliter enim esset locatio, & non venditio, vt late aduertit Ripa, *de peste, titu. de priuil. contract. caus. pest. num. 46. cum seq.* & sequitur hanc opinionem Azeo. *in d. l. 13. num. 1. & 2.* nisi aliud de consuetudine antiqua etiã receptum, & declaratum sit; nam tunc seruabitur. Ego verò censeo singulis annis deberi gabellam herbarum, & ceterorum fructuum futurorum, prout vidi probari in patria mea. Nec obstat *c. 16. punctuationum*, non enim dicit *Que de los otros annos del arrendamiento no se de alcauala, ni se trata de ellos, sino del alcauala de los frutos mostrados que le deua, aunque las escrituras digan que son arrendamientos, siendo como son ventas*. Seruanda igitur erit consuetudo in hoc, si fructib. non demonstratis.

20 Vlterius † prosequendo materiam venditionis conditionali obseruandum est, quinque dies a *l. 3. tit. 19. hoc lib. 9.* præfinitos ad gabellæ solutionem, non currerent venditione conditionali, donec cõditio, casualis, vel mixta impleatur; aliàs enim si intra eos dies conditio non adimpleretur, gabella ante perfectionem venditionis deberetur, & solueretur, vt aliàs arguit Iurisconsultus *in l. stali ff. de iure dot.* nec verificarentur verba *d. l. 31. ibi; Despues de fecha la uenta*, ita & bene Lass. *de decim. uen. c. 5. num. 2.* Idem in termino nouem dierum ad retrahendam rem patrimonij, & auorum consanguineis, concesso a tempore conditionis impletæ, resoluimos cum veriore, & receptiori sententia *supra lib. 2. practic. qq. 153. num. 31.*

21 Et † procedit illhæc obseruatio, etiamsi statim cum venditio sub conditione celebratur res uendita tradatur emptori: Etenim licet Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 18.* & iterum *glos. 10. num. 52. cum seq.* quod sup. de retractu uenditionis conditionalis diximus, tẽperet quando processum fuit ad traditionem rei, quia ea huiusmodi uenditione conditionali secuta traditione ante impletam cõditionem, transfertur dominium, *l. dotis fructum, § ult. cum statim seq. ff de iure dot.* & ita tunc statim currat tempus retrahendi, nihilominus tamen respectu gabellæ, de qua agimus, nihil interest, an tradita res sit ante conditionis implementum, nec ne; adhuc namque gabella non debetur, nisi ex uenditione perfecta, quousque conditio adimpleatur, & venditio sit perfecta, atque purificata, & quamuis dominium rei alienetur, non ideò perfecta venditio magis purificatur, nec perficitur, vt patet ex *l. necessario, uers quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei uend. & l. 2. § si sub conditione, ff. pro empt.* vt in terminis bene aduertit, & probat Lass. *d. c. 5 num. 4.* Cui addo, non esse veram illam limitationem, & modificationem Tiraq. in materia retractus nisi tantũ, quando constaret per traditionẽ voluisse recedere partes, a cõditione pmissa, ut, cũ alias late probauimus *lib. 2. pract. q. 153. nu. 4. uers. nunc uero.*

22 Quæ autem dicta sunt in hac quæstione de uenditione conditionali sub conditione casuali uel mixta non procedunt in uenditione sub modo celebrata, hæc namque pura, & perfecta est, & ab illa differt, ut in simili legato probat text. *in l. libertas, § hac scriptura, ff. de manum. test.* ac

proinde

proinde ex venditione modali, statim ac de re, & pretio eo modo conuentum sit, debebitur gabella, quam ex pura, & non qualificata venditione. Ratio differentiæ est; quia cõditio factum suspendit, & interim non nascitur actio, nec obligatio, *l. legata sub conditione, ff. de condit. & demonst. l. cedere diem. ff. de verb. signif.* modus autem dispositionem, & contractum purum qualificat, ita vt statim obligatio siue efficax actio detur, præstita cautione de modo implendo *l. demonstratio falsa, §. fin. & l. si cui, ff. de cond. & demonstr. DD. communiter, in l. quibus diebus, §. Thermilus ff. de cond. & demonstr. & alibi sæpissime.* Ex quibus hanc obseruationem, & differentiam in terminis gabellæ, de quibus agimus, tenet Lass. *d. c. 5. num. 9.* & sequitur Molin. *vbi supra col. 507. versic. non vero.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella ex venditione nulla non debetur, & soluta repeti potest.*

2 *Lex, statutum, vel consuetudo de contractu agent, nempe, ut ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo.*

3 *Quod fit contra legem, est nullum, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea quæ inde sequuntur, nam deficiente substantia, deficit substantiandum, eod. num 3.*

4 *Venditio rei, quæ non est in commercio hominum, hominis liberi scienter loci sacri, & religiosi, ac cuiusque rei inalienabilis nulla est.*

5 *Contractus bonæ fidei est nullus, quoties dolus venditoris ei dedit caussam.*

6 *Gabella non debetur ex contractu bonæ fidei, cui dedit caussam dolus venditoris, sed contra num. 9. secus in contractibus stricti iuris, præterquam in foro conscientiæ, ut in num. 7 nisi is, qui dolum passus est, voluerit stare contractui bonæ fidei, quia tunc contractus valet, & tunc et gabella debebitur gabellario eius temporis, quo dolum passus declarauerit, se velle stare contractui, ut in num 8.*

9 *Gabellam debet venditor, etiamsi eius dolus dederit caussam contractui, & num. 13. & 16.*

10 *Dolum passus cogitur declarare, an velit stare contractui, vel eum rescindere.*

11 *Gabellam debet venditor ex contractu nullo, propter metum, vel simulationem ab eo illatam.*

12 *Turpitudinem propriam, nec agendo, nec excipiendo licet allegare, nisi lata sententia super nullitate, sed vide numero 13.*

14 *Gabella debetur ex venditione facta in fraudem, quia venditio tenet.*

15 *Gabella debetur ex parte permutantis, dolum adhibentis, qui dederit caussam contractui, secus ex parte dolum passi, nisi permutationi voluerit stare.*

17 *Gabella integra debetur ex contractu, cui incidit dolus, licet ei caussam non dederit.*

18 *Gabella rei propriæ ignoranter empta non debetur, quia est nulla.*

19 *Venditio est nulla ob defectum substantialium huius contractus.*

20 *Gabella non debetur ex venditione conditionali, deficiente conditione.*

21 *Gabella non debetur ex contractu nullo: secus ex valido, ut in exemplis hic positis.*

Venditio facta ab uxore solita negotiari, vidente, & permittente marito, est valida.

22 *Gabella an debeatur ex venditione sepulchri a laico factæ? & num seqq. præcipue num. 26.*

23 *Sepulchri iura extraneis cedi non possunt.*

24 *Sepulchri iura quo ad usum bene possunt a laicis possideri, & aliis cedi; secus quo ad proprietatem, & num 25.*

26 *Praxis communis refertur circa alienationem ab Ecclesiis, earumq. prælatis sepulchrorum, capellarum, & arcuum in ipsis Ecclesiis pro defunctis sepeliendis.*

27 *Gabella debebitur ex vniuersitate rerum temporalium, quibus annexa sunt sepulchra, capellæ, vel ius patronatus.*

28 *Gabella debetur ex toto pretio, quo hæreditas vendita est, etiamsi in ea Regaliæ quædam sint, quæ immunitate alias fungantur non soluendi gabellam.*

29 *Gabella debetur ex venditione sepulchri facti non interueniente Episcopi auctoritate: secus alias, vt in num. 30.*

Q V AE S T I O IX.

An ex venditione nulla debeatur gabella.

1 QVæro: † *An ex venditione nulla debeatur gabella, hoc est nostra alcauala?* Et in hoc communis resolutio est pro parte negatiua, scilicet, quod ex venditione nulla, non debeatur gabella, *vt supra resoluimus in quæstione proxime præced. nu. 11* vbi plures hoc tenẽtes citauimus: & præterea etiam Giron. *de Gabell. 5. par. num. 25. cum seqq. post Tiraq.* & ab eo relatos *de vtroq. retractu, tit. 1. §. 1. gl. 2. nu. 7.* Pallad. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 3. num. 33.* & Azeu. *in l. 1 num. 70. tit. 18. hoc lib 9.* vbi quod si soluta est, repeti potest, *vt per Tiraquel. de retractu conuention. §. 5 glos. 2 num. 6.*

2 Cuius ratio est: quia lex, statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe, vt ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo, *l. 4. §. condemnatum & ibi DD. ff. de re iud. l. 1. §. hæc autem, ff. quod quisque iur. & ibi glos. & DD. l. non putauit, §. non quantis. ff. de bon. possessione contra tabulas, cum simil.* & proprie loquendo non potest dici venditio illa, quæ nulla est, iuxta glossam *in l. 1. verbo contractus, C. ne liceat habit. lib.*

3 *11. Lassar. post alios, de decim. vendit. c. 14. num. 2.* † Quod enim fit contra legem, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea, quæ inde sequuntur, hoc est, quo ad gabellam, est etiam nullum, *DD. in l. non dubium, per tex. ibi C. de legib.* & deficiente substantia, deficit substantiandum, *l. in venditionibus, vers. inde quæritur, ff. de contrah. empt. l. 10. tit. 5. par. 5.*

4 Exempla † venditionis nullæ, ex qua gabella non debetur, sunt, velut si res vendita non erat in commercio hominum, *ut in l. si in emptione, § omnium, ff. de contrah. empt. ibi, quas vero natura, vel gentium ius, vel mores Ciuitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio est, liberũ enim hominem scienter emere non possum.* Idẽ est in vẽditione loci sacri, & religiosi, ac deníque cuiusque rei iure inalienabilis, *§. fin. Inst. de empt. & vend. l. 15. tit. 5. parte 5.* quis aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus est, actio ex empto comperati, iuxta distinctionem textus *in l. 4. cum duobus sequentibus, ff. de contrahend. empt. Anton. Gomez secundo tomo capitulo 2 numero 52.*

5 Et † quibus deduci videtur, quod quando contractus bonæ fidei est nullus (vtpote quia ei dedit causam dolus venditoris, iuxta communem resolutionem, de qua per glos. Bart. & communiter Doctores *in l. eleganter, ff. de dolo l. si dolo, & ibi gloss. C. de rescind. vẽdit. & ibi communiter Doctores, glos. Abb. & communiter DD. in cap. cum dilecti de empt. & vendit. Couar. in Regula possessor, 2. parte. §. 6. num. 6. de reg. iur. in 6 Medina de restit. quæst. 33 Conrad. de Contract. in Summar. ad quæstionem 57. dicto 14. vna cum 1. & 2. ibi subiunctis, & Aluar. Velasc. de iure emph. quæst. 5 numero 9. Syluest. in Summa verbo, culpa, q. 7 Angel. verbo, dolus num 9 est communis, vt per D. Molinam late 2. par. de iust. & iure disputatione 349. columna 29. & eumdem disputatione 350. colum. 5?? versiculo. His ita constitutis, & Padilla in l. transactione fiuit, num. 5. C. de transact.*

6 Gabella † ex eo contractu non debebitur, secundum Lassari. *de decim. vendit. capit. 14 numero 56.* qui est supplendus loqui in contractibus bonæ fidei, in quibus dolus dedit eis caussam contrahendi, ac proinde [illegible] do celebratus, est nullus, *iuxta prædictam communem resolutionem*, & cum sit nullus, [illegible] gabella.

7 † Secus in contractibus stricti iuris [illegible] caus-

caussam contractui, validus est, *ut plerique ex Doctorib. prædictis, & alii profitentur:* & in foro exteriori probat Molina, *ubi supra, columna 596. uersic. quinta Conclusio, in secundo loco citatus*, licens, secus esse in foro conscientiæ, quia in eo nullus est, sed cum loquamur in terminis gabellæ, quæ debetur ex contractu venditionis, & permutationis, q bonæ fidei sunt, *vt in §. actionũ. Inst. de action.* cõsequitur nõ deberi gabellã, ex contractu dante illi caussam dolo, vt tenet Lassart. *d. numero 56.* hoc verum intelligens *numero 57.* nisi is qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc venditio est rata ex resolutis per

8 Did. Iac. Perez *in rubrica titulo 2. libro 8 Ordin. pag. 30.* † Et in hac specie gabella debebitur gabellario existenti tempore, quo circumuentus, se stare contractui declarauerit, quia tũc incipit esse effi ax venditio, quę prius nulla erat, non vero gabellario, qui erat tempore cõtractus, *ita Lassart. in d. numero 57. quem sequitur Azeued. in l. 1. num. 148. titulo 17. hoc libro 9.*

9 Mihi † tamen in specie principali prædicta, nempe, cõtractus bonæ fidei, cui dedit caussam dolus vt ex eo venditor, vel permutans, ut decipiens, teneatur soluere gabellam, verior, & tenenda videtur, prout etiam arbitratur eam probans Molina, *vbi supra, & præsertim colum. 594. vers. petes, d. disputatione 352.* loquens in venditore decipiente, ex eo, quia fraus, & dolus nemini patrocinatur, & quia ex parte ipsius venditoris decipientis validus est contractus, illumq. obligat si deceptus velit stare contractui, satisq. est ex parte venditoris, contractum esse validum, vt fiscus ab eo gabellam comparauerit, eamq. exigere valeat, quod ius semel quæsitum, nõ amittit, tametsi postea deceptus nolit stare contractui propter dolum venditoris, iuxta regulam *ius nostrum, de reg. iur. in 6.* Quamuis enim contractus bonæ fidei dolo tactus, dante caussam contractui, sit nullus in fauorem dolum passi, vt habet præfata communis, respectu tamen dolosi claudicat contractus in suum odium, & sic valet, contra regulas iuris communis, *l. Iulianus, §. si à pupillo, ff. de action. empt. l. nõ ideo minus, C. de procurat.* vt in terminis etiam Padilla *vbi supra, d. num. 5. in vers. claudicat igitur:* vbi etiam,

10 quod cogetur dolum passus declarare, † an velit contractui stare, vel potius eum rescindere, *vt in d. l. Iulianus, §. si quis colludente,* quod ibi in fine Bart. notauit.

11 Accedat † insuper pro hac nostra sententia contra Lassart. quia idem met auctor *d. capit. 14. numero 64.* in eadem specie, nempè, quando venditio est nulla propter dolum venditoris, quinimò, vel propter metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, licet decimam tunc non deberi palam esse, repetat: fatetur tamen, quod si gabellarius decimam petat à venditore, fundatam habebit intentionem suam ex prædicta venditione de facto procedente; nec audiendum esse venditorem contra gabellarium agentem, allegantem venditionem nullam esse ex dolo, metu, vel simulatione, quia allegaret suam turpitudinem suam, quod neque agendo, neque excipiendo licitum cui-

12 que est, † cum nemini debeat delictum suum patrocinari; *l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. l. transactione, cum ibi notatis, C. de transaction. cum similibus*, nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus: tunc inquit poterit vẽditor propriam turpitudinem ab alio iam detectam allegare contra gabellariũ decimam petentem, quia tali casu liquido constat non debitum esse, & quod secus erit, si eam suam turpitudinem etiã ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, repetens ab illo, ut indebitam decimam, quam soluisset semel, quia iam sciens indebitam esse, soluerit. Eo igitur, quomodo Lassart. in his uerbis fatetur, & probat, nostrã sententiam contra suam priorem, de qua supra egimus,

13 & sic sibimet contrarius uidetur in hoc. † At quod deinde *d. numero 64.* loquitur (ut præmisimus) uno solo casu indebitam esse prædictam gabellam, nempe, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus uenditionis nullus esse fuerit declaratus, uerum esse non credimus, sed asserimus etiam post præd. senten-

tiam peti posse, ac soluendam esse præcipiendum, quoniã ex parte venditoris valida quidem fuit ab initio venditio, quo ad hoc, quod vel fiscus gabellam comparauerit, vel quod ius quæsitum semel non amittit, quidquid deceptus postea nolit stare contractui propter dolum venditoris, etiam si super nullitate, sententia ad petitionem decepti postea lata fuerit: ipsa namque inter partes ius faciet non vero tertio, qui est fiscus, nocebit, nihil impediente, quod turpitudo iã iam detecta, vel non: siquidem ex parte decipientis validus fuit statim contractus hic, quod sufficit ad debitum gabellæ, quamuis postea nullum esse declaretur, cum ab initio fuerit validè ius quæsitum fisco pro sua gabella. Faciunt tradita per Paciador. *lib. 1. rerum quotid.*

14 *capite 3. §. 3. num. 36. & 37.* † vbi quod venditio facta in fraudẽ, tenet, ac proinde ex ea gabella debetur, quidquid hoc intelligendum esse dicat Lassart. iuxta suam resolutionem.

15 Ex † quibus omnibus idem probandum venit in permutatione, dolo dante caussam huic contractui, nempè, vt respectu dolosi teneat permutatio, ac proinde ex sua parte teneatur soluere gabellam, non vero permutans deceptus, emptor vero, si deceptus regulariter gabellam non debet, sed decipiens: vt prędiximus, nisi adhuc permutationi voluerit stare, iuxta *supra dicta num. 8.*

16 Fit † igitur ex supradictis ueriorem uideri, atque esse, & tenendam nostram, & Molinę sententiam aduersus Lassart. ac proinde gabellam a uenditore, uel permutante decipiente debitã ab initio, propter ualiditatem contractus, ex sua parte gabellario tunc temporis existenti, deberi, non uero ei, qui talis erat tempore celebrati contractus, si forte alius existebat.

17 Quod † si dolus non dederit caussam contractui, sed illi incidit, puta alter emptiturus erat rem, sed non tanto pretio; quo casu contractus ualidus est, sed datur actio decepto, etiamsi non ultra dimidiam iusti pretij deceptus sit, iuxta communem resolutionem Doctorum, de qua per DD. *vbi supra*, tunc quidem procul dubio gabella debetur integra, nec gabellarius tenebitur remittere, aut restituere de gabella debita ratione primi contractus, & hoc ratione doli uenditoris, ut nuncupatim tenet Molina, *d. disput. 352. col. 595. vers. Petes.*

18 Similiter † emptio rei propriæ, uel ignoranter celebrata, non ualet, ac proinde ex ea gabella non debetur, *l. suæ rei, ff. de contrah. empt. l. 8. tit. 5. p. 5.*

19 Erit † præterea uenditio nulla ob defectum substantialium huius contractus, *l. pacta conuenta, & ibi glos. uerbo, ex pretio, ff. de contr. empt. & in l. si duos, & in l. in uenditionibus, ff. eodem tit.*

20 Nec † non si uenditio sub aliqua conditione suspensiua celebretur, eaq. deficiat, tunc enim uenditio nulla erit, & gabella ex ea non debetur, ut resoluimus *sup. in q. 8. proximè præcedenti, num. 11.*

Alia plura exempla uenditionis nullæ congerit Anton. Gomez *ubi supra.*

21 In † summa, pro regula obseruandum est, quod ex uenditione iure ualida, debetur gabella; si uerò uenditio ex sa iure non subsistat, minimè, nempe lege, uel natura prohibente, siue ratione rei uenditæ, ut in prædictis casibus; siue ex defectu solemnitatis, *sut in l. lex quæ tutores, C. de administr. tut.* siue ex defectu auctoritatis, ut in uenditione facta per uxorẽ, sine licentia uiri; siue propter incapacitatem personæ, ut in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est; siue ex fraude in legem commissa; siue propter simulationem, quibus casibus est uenditio, ut latius prosequitur Tiraquel. *de vtroque retractu, tit. 1. §. 1. glos. 2. num. 5. cum sequentibus*, & Lassart. *d. cap. 14. num. 3. cum sequentibus*, vbi idem tenet, quando propter dolum dantem caussam uenditioni, uenditio non subsistat; sed in hoc contrarium probauimus *num. 9. 13. & 16.* Sed quod de uenditione per uxorem nuptam dixi, intelligi debet, præterquam si talis uxor sit solita negotiari, uidente, & permittente marito, quia tunc ualida erit uẽditio, ac per consequens ex ea gabella debebitur, ita in terminis uoluit Azeued. *in d. l. 1. num. 69. tit. 17. hoc lib. 9.* & quod de uen-

ditione

ditione facta ab vxore sine licentia viri non debeatur gabella, probat bene Girond. *de Gabell. 9. par. in prin nu. 23. & 24.* nisi a marito fuerit approbatus talis contractus.

22 Ex superioribus † ex facto consultus Parlador. *lib. 1. rerum quotid cap. 3 §. 3. num.* 35. respondit, quod cum laicus quidam, sepulchrum quod in æde sacra habebat pretio vendidisset, vectigal non deberi, quia nullus esset contractus, iure Pontificio, Ciuili, Regioq. refragantibus, *capit. abolendæ de sepult l locum, C. de religiof. & sumpt. fun. l. 1. tituloq; 13. par.* 1. Sepulchrum igitur auctoritate Episcopi constructum vendi, seu pignorari non potest, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, *vt in d. l.* 1. vbi Greg. Lopez *in glossa, uender*, inquit, simoniacas esse eas pactiones, quæ fieri solent cum clericis, vel religiosis, vt pro capella aliquod pretium, vel aliquid annuum eisdem præstetur, quia cum hæc religiosa sint, non potest pro eis aliquid temporale præstari: quod verum, atque iuridicum est, quamuis frequenter male obseruari, vel etiam palliari solitum sit, secundum D. Molinam, *lib 2. de Hisp.*
23 *primogen. cap. 24. num.* 40. † sed nec iura sepulchrorum extraneis cedi possunt, *l. quia perinde §. 1. ff. ad Trebellian. Ioan Faber, in §. colum. ult. Instit. de acquis per arrogat.* præterquam ad hæredem extraneum, *l. uel quæ, in princip. ibi: qualescumque sint, ff. de relig. & sumpt fun. l. ius sepulchri, C. eod. tit. Tiraquel de retractu lignag. §. 26 gl 1. nu.*
24 52. † Sed contra hæc responsum Parlador. insurgit Lassar. *ubi sup d. cap. 14 num.* 5. dicens, quod ex eo inquiunt d. iura sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra, vel religiosa, in nullius bonis est; atque ideo commercium eius haberi nequit: At hoc procedit, quo ad proprietatẽ
25 sepulchri dumtaxat, † secus, quo ad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc, vt nullus præter eũ sepeliri possit eo loci, vt cum alijs probat Abb. *in d. capit. abolendæ, num.* 5. & Siluest. *in Summa, uerbo, sepultura, nu.* 3. & Anchar. *conf. 113. num.* 3. Ius enim hoc utẽdi proprietatem rei non lædit, argumento eorum, quæ aliàs resoluit Paul. de Castro *in l 4 nu. 2 ff. de seruit.* & alij DD. Et quia vsus de quo per Abb. & Siluest. non est propriè accipiendus, vt seruitus formalis esse intelligatur, de qua Instit. *de usu, & habit.* nulla enim seruitus esse potest in his rebus, quæ in nullius bonis sunt, *ut in l. 1. & ibi DD. ff. de usu, & habit.* quã legẽ expresse in re sacra, & religiosa exẽplificat Longoualius *in repet. l. Imperium, 4. par. fol. 54. ff. de iurisd. omnium iudic.* Sed accipiendus est potius pro facultate, & commoditate vtendi, quæ differt a vera seruitute vsus. Si igitur hæc facultas vtendi capella, & loco sacro in persona laici esse potest, quia a re ipsa sacra distinguitur, & secernitur, atque differt: ergo in alium transferri, & cedi potest pro pecunia, absque labe simoniæ, & venditio valet, &
26 ex ea debetur gabella. † Accedit praxis communis, iuxta quam ab Ecclesijs, eiusq. prælatis more antiquo hæc facultas, & ius sepeliendi in eo loco licite, vt creditur, & absque labe simoniæ laicis venditur, eo quod non quid sacrum aut religiosum veneat, sed ius quoddam honorificum, & temporale illic potius, quam alibi sepeliendi, vt explicat Dominicus a Soto *lib. 9. de iust & iure, quæst. 7. art. 1. in responsione ad tertium argumentum.* Similiter, & Capellæ, atque Altaria, & arcæ, quot diepretio annuaq. pensione perpetua, & sepulturæ laicis conceduntur, vt videmus: ergo & ab ipsis laicis alijs cedi, vendiq. possunt, sicut gratis concedi. Cum igitur hæ venditiones communiter fiant, & pro validis reputentur, atque habeantur, gabella ex eis a laicis vendentibus debebitur, prout censet contra Parlador. Lassar.

Nihilominus tamen Ecclesiæ censuræ ac correctioni superiori subijcio, dum diximus a laicis fieri posse præfatas venditiones licite, & absque simonia: quinimmò vix posse in praxi obtineri censeo, vt ex præfata venditione soluatur gabella, cum negari non possit, quin illa facultas, vsus, & commoditas vtendi capella, vel sepulchro, in quo vendi no cõsistere prætenditur, ita sacris rebus, & religiosis adhæreat, vt re ipsa vnum ab alio secerni, aut separari non possit. Vnde nil mirum, vt quod præcipuũ est cõsideretur, nec gabella nõ debeatur, qui a magis dignũ attrahit ad se minus dignum. Et præterea, quando in vno actu duæ rationes, vel caussæ concurrunt, inspicienda est ea quæ minuit gabellam, quia in dubio contra gabellam est iudicandum, vt resoluimus *supra quæst. 5 nu.* 10. Ex quibus defendi potest opinio Parlad. a qua, vt ipse postea inquit, in secunda editione, immeritò, nulloq. iure discessit Lassarte *vbi supra.*

27 Vno † tamen casu posset procedere opinio Lassart. contraria, nempe in venditione vniuersali rerum temporaliũ quibus inhæret, vel annexa est Capella, vel sepulchrum sub quodam pretio. Itaque sub ipsa vniuersitate bonorum venditæ transirent in consequentiam iura sepulchrorum sicut, & alias ius patronatus potest alienari inter viuos titulo vniuersali, *text in capitu. ex literis, de iure patron. cum similibus*, tunc enim de toto pretio deberetur gabella, quia non venditur, nec vendi potest, quod spirituale est, sed transit sub vniuersitate vendita in quadam consequentia, & vniuersitas, quæ venditur expectanda est, nõ singulæ res in ea contentæ, *l. in modicis, ff. de contrahen. emptione, l. 1. ff. de fundo dot l quædam, ff. de acquir. rerum*
28 *domin. & d. cap. ex litteris, de iure patron.* † Vnde hæreditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quæ immunitate alias fungãtur, nihilominus integra decima ex toto pretio debetur, vt in terminis probat Parlador. *lib 1. rer. quotid. c. 3. §. 2. num. 26. & 27. supra Lassart. de decim. vend. c. 9 num.* 39.

29 Similiter, & in venditione sepulchri facti, non interueniente Episcopi auctoritate, hoc namque potest vendi, atque alienari, quamuis enim, iure ciuili considerato, alienari non possit, quia eo ipso, quod quis inferebat mortuum in sepulchrum, locum religiosum efficiebat, *l. 2 cũ similibus, C. de relig. & sumpt. fun.* cum tamen hoc de iure Canonico non procedat, nisi auctoritate Episcopi ad huiusmodi vsum sepulchri locus deputatus sit, iuxta tex. *in cap. ad hæc, de religiof. domib.* vbi communiter scribentes id notant, *gl in cap. in Ecclesiastico, verbo, si terram, 13. quæst. 2. & ibi DD Innocent. & Scribentes, in d. c abolendæ, de sepult. late Dec. in cap. quanto, nu 9. de iudic. post Felin. ibidem num. 4. D.* Molina *vbi supra, num.* 39. Cessante tamen prout cessat de iure Canonico prædicta ratio iuris ciuilis, cessare debet, & eius prædicta dispositio, vt resoluit Felin. *vbi supra*, & Gregor. Lopez in *d l. 1. in gloss. uerbo, uender*, quod verissimum videtur Molinæ *ubi supra num.* 39. reiecta opinione Fabri, & aliorum, qui contrarium absque iuridica ratione censuerunt. Cum igitur sepulchrum, factum absque auctoritate Episcopi, vendi atque alienari possit, *vt resoluimus*, consequitur, vt ex eius venditione alcauala debeatur.

30 Secus autem erit dicendum in sepulchro constructo cũ auctoritate Episcopi; hoc namque cum vendi nec pignorari possit, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, iuxta tex. *in cap. quæsta, & in cap. postquam, 13. quæst. 2. & in d. l. 1. & ibi Greg. Lop.* & late probat Molin. *vbi supra, num.* 40. quidquid nimis subtiliter, & pene Philosophando distinguere velit in hoc Lassart. *vbi supra*, consequens est, vt gabella in hac specie, si de facto venditio fiat, non debeatur, rationibus a nobis supra consideratis pro hac parte.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex uenditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta? & numeris seqq.*

2 *Gabella non debetur ex uenditionis uel permutationis contractu, quando partes in continenti ab eo recedunt. secus si ex interuallo, & an tune noua alia gabella debeatur ex distractu? num. 3. & num. 4.*

5 *Gabella an debeatur ex augmento contractus ex internallo adiecto.*

6 *Gabella debetur ex venditione pure celebrata, etiam si ante traditionem partes ab ea mutuo consensu discedant, Et a fortiori, si recedant post traditionem, ut hic, & in num. 7. & 8.*

9 *Gabella an, & quando debeatur, quoties recte celebrata uenditione pretium, aut traditio rei remittitur*

10 Gabel-

10 Gabella non debetur quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoriæ, vel adiectionis in diem in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositis: secus si ex interuallo appositum fuerit, vt in numero 11. Item quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis, vt in numero 12. & quid si pactum illud longo tempore concluditur num. 13. vbi quid de fructib. interim perceptis?

14 Gabella an debeatur ex vẽditione in huncmodum celebrata, nẽpe, vt si emptori displicuerit inempta sit, vel distracta sit ad beneplacitum emptoris, si tamen postea emptori non placuerit? & numeris seqq.

15 Vẽditio celebrata, si placuerit, vel nisi displicuerit, arbitrio boni viri commissa intelligitur, & iuxta id iudicandum, an debeatur gabella, vel non, limitatur in casu posito? num. 21.

16 Gabella debebitur in præmissa specie, si resolutio fieret etiã iusta caussa post terminum in contractu, vel iure assignatum.

17 Terminus ad displicendum in re debitoria, quando à partibus non assignatur in contractu, vel post incontinenti, est sexaginta dierum, quem terminum partes sua conuentione immutare, & perpetuum efficere possunt, vt in num. 18 Sed si res morbosa, vel vitiosa sit, nihilominus termino displicentiæ non adiecto in conuentione intra sex menses fieri potest, vt in num. 19.

20 Venditione rei ita celebrata: Si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset placere die sequenti.

22 Gabella debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo: ex reuenditione autem prædicta alia gabella non debebitur, vt in numero 23 nisi prædicta reuenditio fieret nullo apposito pacto de retrouendendo, vt in numero 24.

25 Gabella debetur ex vẽditione facta cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneatur in ea præferre primum venditorem ceteris emptoribus.

26 Gabella duplex debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo intra certũ tẽpus, si postea prorogetur per partes illa terminus, & transacto primo, termino intra tamen prorogatum reuendatur.

27 Gabella an debeatur ex venditione cum pacto de retrouendendo verbis directis concepto, vt in exemplo de quo hic resoluitur affirmatiue, num. 29.

29 Gabella debetur ex venditione iuris pacti de retrouendendo in venditione appositi in fauorẽ tertij, pretio facta, tresque gabellæ in hac specie debebuntur, re redempta per illum tertiũ. Prima ex venditione ipsa principali; Alia ex venditione seu cessione dicti pacti; Tertia ex redemptione & numero 30. cui incumbat onus soluendi hanc tertiam gabellam?

QVAESTIO X.

An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella?

1 QVærto Decimo: † An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella? Et quia in hoc articulo DD. nostri maxime variant, atque nimis cõfuse, & diffuse procedunt, ita, vt pene non intelligatur, aut memoria retineatur, qd tenendũ sit in iure, & in praxi, vt constat ex late adductis, & congestis per Tiraquel. de retractu conuent §.6 glos. 2. num. 4. cum seqq. & ex alijs notioribus, vt hæc materia omnibus deinceps clarescat, notaq. fiat, sublatis nubibus, eam claro, illustriq. stylo exponam, procedendo per casus sigillatim.

2 Primus † casus est, quando partes celebrato contractu emptionis, & venditionis, vel permutationis, simpliciter, & absolute statim incontinẽti, hoc est, antequam ad alia diuertant, ab eo mutuo consensu recedunt, & tunc quidem non debetur gabella ex contractu, nec distractu: secus si ex interuallo, quia ius semel fisco quæsitum ab eo auferri per partes non potest, Bald in l. si constante col. 2 per illum text. C. de donation. ante nupt. Doctores omnes in l. ab emptione, ff. de pact. secundum Mod. Paris. in consuetud. Paris. titulo 1. §. 13 glos. 5. numero 11. & voluit idem §. 22. numero 10 Et hæc est communis sententia, & resolutio secundum Anton. Gomez. qui alios allegat, 2. tomo variar. resolut. cap 2 de emptione, & venditione, nu. 31. sequitur plures allegans Tiraquel. de retractu conuention §. 6 gloss. 2. nu. 10. vbi id verum intelligit, etiam si ante traditionem rei venditæ partes discesserint a contractu, nisi incontinenti discedant, sequitur etiam Arias Pinel. in l. 2. in 2. par. cap. 3. num. 36 colum. 2. illius numeri, C. de rescind. vend. Menchaca de success. creat. §. 25. num. 5. Didac. Perez in l. 2. titulo 7. lib. 5 Ordinam pag. 196. uersic. sed dubium est. Parlador. libro 1. rerum quotid. capite 3. §. 4 num. 2. 5. & 6. estq. vera, & communis resolutio secundum Ioseph. Ludou decis. Perus. 113. quem ad hoc refert, & sequitur Lassart. de decim. vendit. capit. 14. num. 7 cum seqq. malè tamen hic auctor inquit, gabellam deberi ex venditione, a qua partes incontinenti re integra discedunt, cum neque id uerum sit, nec commonis, & vera resolutio, quam ipse citat, id habeat: sed potius contrarium, nisi cum ex interuallo partes a venditione discesserint, vt constat ex omnibus Doctoribus de hoc agentibus. Distinctio igitur prædicta uera, & communis est, atque tenenda, vt & contra Lassart. ubi supra, censet Ioan Garsia in tract. de expensis, & melior. capite 18. nu. 48. in additionibus nouis. Est etiam communis secundum Molinam Theolog. qui eam sequitur in 2. p. de iust. & iure disputatione 373. colum. 772. vers. quando contractus, & iuxta eam intelligenda est opinio Vegæ lib. 5 sua Summa Casu 632. in princip alias erit falsa. Similiter, & Auend. resp. 20. nu. 1. ibi fiscus, & Azeu. in l. 1. nu 86. tit. 17. hoc lib. 9. dũ tenẽt, quod licet partes pœnituerint venditionis post, eam perfectam debetur gabella, intelligendi sunt, quando pœnitentia est ex interuallo: secus si incontinenti antequam ad actus extraneos partes diuertant, iuxta prædictam veram & communem resolutionem.

3 Quinimò, † quando partes ex interuallo à venditione discedunt, postquam ad traditionem rei, uel pretij solutionem transijssent, si resolutio fiat per actum priori dissimilem, nempe, reddendo venditori rem a se venditam, & emptori tam traditam diuerso pretio: quia non iam priorem venditionem resoluisse, quam nouam contraxisse uidentur, ex l. 1. & 2. ff. de rescind. vendit. alia noua gabella, quasi ex altera noua venditione debebitur, & soluenda erit, iuxta pretium secundo loco definitum; secus, si actus priori similis retro agens venditionem intercesserit, iuxta l. 1. C. quando lic. ab emptione disced. quia tunc unica tantũ gabella ex præcedenti contractu soluenda est, ut post alios probarunt Parlador. num 6 & Lassar. 8. vbi supra, nec nõ & Molina Theolog. 2 p de iust. & iure disp. 373. col. 775.

4 uers. dubium. † Quæ distinctio procedit in ea venditione, quæ nec omninò perfecta est omni perfectione, nec omninò in ea res est integra, ueluti, cum ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditione rei, uel solutione pretij: secus uerò, si utrumque factum sit, quia tũc noua est secunda venditio, manente prima, ac proinde quando traditio rei est facta, & pretium solutum, quomodocumque, & quibuscumque uerbis contrahentes distraxerint, nouam alcaualam debebit reuenditor, ex traditis per Modern. Paris. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. num. 19. & 20. & in terminis ex eis ita tenet Lassar. d. capit. 14. num. 9. & Molina, col. 775. in uersic. illud, ubi quod hæc secunda gabella erit soluenda gabellario, ac domino, qui fuerit tempore secundi contractus; & iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Anton. Gom. Tiraq. Molina, & ceteri DD. supra citati, tenẽtes indistinctè ex resolutione, & discessu a contractu, hoc est, a distractu non deberi gabellã, & quæ tradit in materia feudali Peguera de feud. uers 1. ampliat. 15. num. 89.

5 Quod † si contractus ille non dissoluatur omnino, sed ex interuallo, uel pretium mutuo consensu augeatur, aut minuatur, uel merx pro eodem pretio augeatur: recessum

quidem

quidem censetur a priori emptione, & facta noua, quatenus hæc posterior a priori diuersa est, & gabella augumenti pretij debebitur, non vero gabellarius aliquid restituere, aut remittere tenebitur, si pretium prius ex interuallo diminueretur de gabella prioris contractus, qui ad eam totam a principio ius plenum acquisierat, cui præiudicare non potuit variatio in contractu ex interuallo effecta, ita & rectè censuit Molina *ubi supra, d. columna 772 ad finē uersic. quod si contractus, & colum seq.* cuius in hoc sententiam probo: modo eam intelligamus, quoties uariatio prædicta interuenit ante traditionem rei, uel pretij solutionem, vt credo fuisse de mente eiusdem auctoris, & innuitur in eius verbis *in uersicul. ubi additur* ibi: *req. integra, iuncto uers. subsequenti:* ibi: *quo loco obserua.* Et ideo merito tenet, non deberi tunc nouam gabellam, eo quod contractus esset idem aliquantulum uariatus: secus tamen esse uidetur, si hæc uariatio post traditionem rei, uel solutionē pretij intercesserit, quia iā tunc uidetur nouus contractus. Nihilominus tamen adhuc idem uidetur probandum, & in hac specie quod in primo, nempè, ante traditionem rei, vel solutionem pretij, scilicet, ut in utroque procedat sententia Molinæ, ea ratione, quod potius uidetur additio noua priori contractui, quam nouus in totum contractus.

Ex superioribus deducitur, minimè habere locum in nostra materia gabellarum Conclusiones, quas latè cum suis ampliationibus, & limitationibus, probat, & prosequitur Modern. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glos. 1. numer. 32 cum seqq & prius §. 13. glos. 5. num. 12. cum sequentibus.*

6 Prima † enim Conclusio erat, ante realem traditionem fundi licere pœnitere, siue distrahere, ut nulla iura debeantur, neque de contractu, neque de distractu. Quam Conclusionem ibi ampliat quattuor modis, & limitat uno modo.

Secunda Conclusio erat; post realem traditionem fundi, non licere pœnitere etiam ante, quando minus præueniat, nisi in ipso traditionis actu, uel incontinenti sequuta sit retraditio, & pœnitentia, quia traditio facta non uidetur, quæ nullo spacio stetit, uel nisi emptor traditione accepta intra modicum tempus fefellerit, aut solum uerterit decepto uenditore.

Hæ enim Conclusiones Moderni Paris. quod in sua materia, quam ibi agit, rectè procedere possent; in nostra tamen minime sic simpliciter locum habent; sed omnino prorsus reducendæ sunt ad præfatas communes resolutiones, & distinctiones; nempe, quod gabella, hoc est, alcauala in his nostris Regnis debeatur, & peti possit ex solo contractu ualido ante traditionem; nisi incontinenti per partes ante quam ad extraneos actus diuertant, ab eo discedatur; secus si ex interuallo, quia tunc, vel una, uel duplex gabella debebitur, iuxta præcedentem resolutionem.

7 Similiter, in hac nostra materia ex prædictis non procedit resolutio eiusdem Moderni Paris. *d. §. 13. glos. 5 num. 15. & 17.* tenentis, etiam ficta traditione intercedente, posse contrahentes liberè discedere, dummodo patronus non præuenerit, uel emptor non cœperit possidere, uel frui, &c. contrarium namque respectu gabellæ tenendum est; prout tenent omnes Scribentes *in l. ab emptione. ff. de pact.* & alij, quos refert idem Mod. Paris. *d. num. 15.* & Firman. *de Gabell. 5. p. 8. partis, q. 14.* Nam iuxta receptissimam sententiam supra relatam, partes ex interuallo recedere non possunt a uenditione in præiudicium iuris, seu gabellæ tertio, uel fisco quæsiti, uel quæsitæ; sed tantum incontinenti,

8 † quod si ante partium pœnitentiam gabellarius in iudicio præuenerit, petēdo gabellam, proculdubio ea debetur, licet postea partes a contractu resilierint, quia iam dici non potest res integra, ut cōstat ex Mod. Paris. *ubi sup.* cōtra Tiraquel. *de Constitut. poss. par. 1. num. 9. & p. 5. lim. 7. num. 41.*

9 Quod si † rectè celebrata uenditione pretium remiserit uenditor, uel emptor rem; uidetur supradicto modo distinguendum, ut si quidem incontinenti id fiat, gabella non debeatur, si uero ex interuallo, debeatur.

Mihi tamen hac in specie ita tenenda uidetur optima distinctio circa retractum in materia feudali tradita per Modern. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 13. numero 5 tota,* vt quod ipse dixit, & decidit in iure vtriusque retractus, eiusdem rationibus tenendum sit, & practicandum quo ad gabellam, & distinctio prædicta est huiusmodi.

Quod, quando feudo vendito certo pretio, remittitur ipsum pretium ex interuallo, valet venditio, quacumque ex caussa fiat remissio, *ut in l. sit sibi habitationē. ff. locati,* ac per consequens locus sit vtrique retractui (atque ita in nostra specie gabella debeatur) & proinde quo ad retractum integrum pretium erit refundendum, etiamsi venditor pure liberaliter donauerit emptori pretium, quia de donatione pretij nihil ad rem.

Si vero incontinenti, subdistinguendum sit: aut caussa puræ, & liberalis donationis remittitur; aut ex alia caussa. Primo casu non est venditio feudi, sed vera donatio, *l. cum in uenditione, ff. de contrah. empt.* & cessat vterque retractus, & ita in omnibus iudicandum sicut de feudo donato (nec etiam hac in specie debetur gabella.) Quod ita demum procedit, si constiterit de caussa puræ, & liberalis donationis, seu verisimiliter appareat, donatorem non habuisse animum vendendi feudum, ita quod pretium non est appositum caussa venditionis; sed caussa donationis forte æstimandæ, iuxta dictam *l. cum in uenditione:* secus si constat quod non habuit animum donandi feudum, sed eius pretium: feudum autem vendere voluit, tunc enim manet venditio feudi, quamuis incontinenti pretium donationis caussa remiserit, quia non cadit donatio, nisi super pretio, quod frequenter, inquit, euenire potest: veluti si donator nolit excludere propinquos suos à retractu, sed pretiū donare vult emptori: igitur hoc casu locū habebunt omnia iura feudalia, sicut in vera venditione; addo ego: & debebitur gabella multoq. fortius, si in eius fraudem præd. remissio facta fuerit.

Secundo vero casu, quando, scilicet, ex alia caussa, quā puræ, & liberalis donationis remissio pretij incontinenti fit, manet venditio, & in omnibus idem iudicandū, quod de feudo vendito, est āsi remissio fuerit incontinenti facta omnex caussa debiti, sed ad antidota ex caussa simplicis remunerationis, quia huiusmodi remissio magis est genus permutationis, q̄ donationis, *l. sed & si lege, §. consuluit. uers. plane, ff. de pet. hered. cū similib.* (ac per cōsequēs debebitur gabella in hac specie) pro qua distinctione est optimus textus *in l. si sponsus, uersiculo circa uenditionem, ff. de donat. inter uirum & uxorem,* vbi Iurisconsultus similiter distinguit in venditione facta à marito vxori, vt inspiciatur eius animus, an fuerit donandi, vel vendendi, & ita censeo iudicandum in nostra materia quo ad gabellam, prout in terminis Mod. Paris. sequutus, eius considerationi consensit Lassart *de decim. d. capit. 14. num. 6.* tametsi Tiraquel. *de retractu conuention. § 1. gloss. 14. num. 123.* distinctionem Mod. Paris. improbare videatur, sed opinionem Modern. Paris. & Lassart. sequitur Molina Theolog. 2. *parte, de iustit. & iur. disputatione 373. col. 773. uers. sic obiter.*

10 Secundus casus † principalis nostræ quæstionis est, quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoriæ, vel addictionis in diem, in ipsa venditione, vel incontinenti, verbis directis apposito, veluti si dicatur si intra tantum temporis non solueris, res sit inempta; vel, si intra tale tempus alius meliorem conditionē attulerit, res sit inēpta, *ut in titulis, ff. de lege commiss. & ff. de in diem adiectione,* vel in alio quocunque pacto resolutiuo, vt in specie, *l. 3. ff. de contra. empt.* Et hac in specie vera, & communis resolutio Doctorū est, gabellam non deberi, & si soluta fuerit, repetendam esse a gabellario, quia licet a principio pura venditio sit, supradicta *iuxta l. a. ff. de in diem addict.* ac proinde necessario statim nascitur obligatio ex eo contractu, *vt in princip. Instit. de emptio. & uendit.* & consequenter statim quoque gabellæ obligatio fisco quæratur vtrumque tamen ius iam quæsitum partibus, quam fisco resolubile est, sub conditione illa, si pretium in termino non soluatur, vel si alius meliorem conditionem

ditionem attulerit, & sic dependenter ex eo, quod id non sequeretur, ita vt si pacti conditio non committatur, persistit venditio, & gabella irreuocabiliter debeatur: si verò pacti conditio adimpleatur, vt quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditori, ac proinde rem inemptam fieri velit, *iuxta d. l. 2. ff. de in diem addict. & l. 38. titulo 5. pag. 5.* hic venditio illa pura resoluitur, ac si a principio conditionaliter fuisset contracta, & apposita conditio deficeret, quo casu proculdubio est, gabellam non deberi. *vt supra resoluimus quæstione 8.* Ergo neque ex hac debebitur: sicut non debetur laudemium in simili specie in feudalibus, vt fecit iudicari Moder. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 55 glos. 1. nu. 162.* & resoluit *in tit. 1. §. 23. nu. 9.* de quo etiam agit Tiraq. *de retract. conuen. §. 6. glos. 1.*

Et quod gabel a quoque non debeatur in nostris terminis, tenet Petr. de Bellaper. & Paul. Castr. *colum. 2. in l. fin. §. sed quia C. communia de leg. & alij Doctores*, quos refert Anton. Gom. *in 2. tomo variar. resolut. capit. 2. de empti. & vendit. numer. 31.* (licet eos non sequatur) addens, quod si forte gabella fuit soluta facto contractu, postea eo resoluto, potest repeti tanquam indebitè soluta secundum eosdem auctores, est communis secund. Parlad. *libro 1. rerum quotid. cap. 3. §. 4. num. 7.* vbi quod nemo est, qui ab hac sententia dissentiat nisi Ant. Gomez, *vbi supra*, sequitur Matienc. *in l. 7. tit. 11. glos. 3. numero 21. libro 5. Nou. Collect. Reg.* hanc etiam sequitur & late probat, & communem esse profitetur Lasart. *de decim. vendit. capit. 14. numero 20 cum sequentibus*, necnon, & Molina, Theolog. *de iust. & iure disp. 378. colum. 809. in versic. tota autem difficultas*, qui etiam improbant Ant. Gom *ubi supra.* contrarium tenentem, & Menchac. *lib. 1. controuers. vsu frequen. c. 1. nu. 21.* eorumq. fundamentis satisfaciunt.

11 Limitatur † tamen primò hæc vera, & communis sententia, quando pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem, appositum fuisset ex post facto, hoc est, ex interuallo, tunc enim cum semel in commutabiliter ius quæsitum sit fisco ad gabellam; noua contrahentium voluntate, aut pacto, in eius præiudicium auferri non potest, aut controuerti ex regula, *id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & constat ex prædictis, & volunt præcitati auctores præcipuè Lasar. *num. 18.* & Mol *col. 809 in princ. uers. idem.*

12 Limitatur Secundò, † quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis; licet enim, & in hac specie Moder. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 23 nu. 15.* in proposito consuetudinis suæ in feudalib. æquiparet casum directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directa apposita in illis pactis, & casum obliquæ resolutionis, per verba mere obliqua pacto adiecta, dummodo retro ad non causam redeatur venditio, & resoluatur non ex noua causa, sed ex necessitate, & causa veteri ipso cõtractu existentis vt vtroque casu nulla iura vtilia patrono debeantur, & soluta repeti possint, etiam si medio tempore ad traditionem realem, & translationem dominij ipso iure non reuertibilis processum fuisset, nihilominus tamen, in nostra specie, & materia alcaualæ, aliud iudicandum censeo, quando non ipso iure, & verbis directis pacto adiectis, sed per verba obliqua fit rescissio venditionis per sententiam, vel via actionis, aut exceptionis, nempè, vt debeatur quidem gabella, & ideo ea soluta, minime sit repetitioni locus, cum in hoc casu venditio semper maneat ipso iure, & valida sit, vt tenent hic omnes, & constat ex traditis per Dom. Couarr. *lib. 3. variar. resolut. capit 8. num. 1.* & Menach. *lib. 3 Controuers. vsu frequent. cap. 69.* Ergo ex ea debetur gabella, cum ad hoc solum legibus nostris Regijs cõsideretur, & inspiciatur simplex actus, veræ, & validæ venditionis, quamuis postea non duret ex voluntate contrahentium, dummodo ipso iure non sit resoluta, quamuis ex veteri caussa ipsi cõtractui existenti venditio rescindatur, & in terminis ita rectè tenet Lasarte *dicto cap. 14. num. 29.* & Girond. *ubi supra, numero 29.* & Molina, *vbi supra, colum. 808. ad fin.* vbi quod in hoc communiter DD. conueniunt.

13 Tertia limitatio † colligi potest ex eodem Moderno Paris. *d. §. 55 glos. 1. num. 163. cum sequentibus*, dum late nititur probare, leges illas de in diem addictionem, & cõmissoriam, locum tantum habere, quando pacta illa modico tempore concluduntur, vt exemplum ponit *in l. 1. ff. de in diem addict.* prout plurimum contingit, non autem, quando in multos annos protrahũtur, quod rarissimum, & insolitum est, leges namque referuntur ad ea, quæ frequenius accidũt, *l. nã ad ea. ff. de legib.* quid. n. absurdius, quam emptorem longo tempore verum dominum, & vasallum, vel censuarium fuisse, & pacifice possedisse, & tamen de re, quæ tot annos manum mutauit nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si receperit, restituere teneri? Ergo idem videtur dicendum respectu gabellæ soluendæ: Fac enim fundum venditum mille, receptis quingentis, ea lege, vt nisi emptor intra decennium reliquum persoluat, res sit inempta, lapso decennio, persolutione non facta, venditor restitutis quingentis fundũ recuperat, cur gabellam iam solutam recuperabit, cum tanto tempore venditio durauerit, & in dominio emptoris fuerit? Nihilominus tamen cum venditio ex caussa, & pacto ab initio inexistenti, pro infecta habeatur, etiam tecto quo ad fructus, qui restitui debẽt, *l. item quod. & l. Imperator. in principio ff. de in diem addict. l. lege in fundo, ff. de leg. commiss.* quamuis pro rata pretij soluti æquum sit emptorem ius meum, & possessorem suos fructus facere, *l. vltima in fine, de fundo dotali. Bald. in l. si traditio, quæstio vndecima, C. de action. empti.* & alios referens Modern. Paris. *vbi supra, d. §. 55. gloss. 1. num. 166. in principio;* Nil mirum, si nulla gabella debeatur, & soluta repeti possit, cum defecta conditione, venditio habeatur, ac si a principio facta, nec celebrata fuisset, ac proinde cessant tam eius omnes effectus, sicut in venditione conditionali supra cum communi resoluimus. Neque quod pro rata pretij soluti fructus lucretur emptor, quidquam in proposito facit, cum id potius de æquitate, & per modum eius, quod licite interest, potius statutum sit, quam quod ex vi venditionis a principio resolutæ, saltem virtualiter ratione pacti directi id sustineri queat; Nec etiam quod longum tempus effluxerit, quidquam interest, cum hoc ex vi pacti conuenti contingat, eademq. iuris ratio militet in modico, vel longo tempore, quia magis, & minus non differũt in genere, *l. finali, ff. de fundo instructo*, præter quam, quod tempus no solet esse modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, præcipue contra voluntatem partium, quorum actus non debent operari vltra eorum intentionem, vt de vtroque sunt iura vulgaria. Denique conuentio, vt in perpetuum redhibitio fiat, valet, *l. quod si nolit, §. si quid ita, ibi: si uero conuenerit. ff. de ædilit. edicto.* Quinimò, ex eodem textu, si dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori, quandocumque ab eo discedere, perpetuo quilibet eorum potest pœnitere, iuxta gloss. *in cap. illos uos, uerbo. annos, de pignor. Bald. in l. a. §. ultimo, ff. qui satisd. cogant Cremens Singul. 11. Domin. Couarr. lib. 1. uariarum resolution capit 9 num. 1.* qui *numero 4.* hoc verum intelligit æ præscript. 10. uel 20. annorũ, secus de præscriptione 30 annorum. Fateor tamen in pacto legis *commissoriæ*, huoc discursum procedere posse, licet per raro, longum tẽporis interuallum ei adijci soleat. In pacto autem adiectio nis in diem, minime, quia hoc prope semper breui tempore solet concludi.

14 Ex præcedenti † secundo casu, quem modo explicuimus deducitur in casu *l. 3. ff. de contrahend. emptione*, proculdubio non deberi gabellam, nempe, si res ita distracta sit, vt si displicuisset, inempta esset, quia resolutior hæc emptio sub prædicta conditione, hoc est, data empturis displicentia, quamuis non sit res sub conditione distracta, vt in *d. l. 3.* quæ resolutio operatur, vt inempta, uideatur esse à principio, ac proinde gabella non debeatur, quia sine culpa uenditoris casu resoluitur contractus. Idem erit, si quis uendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, sive est, a contento: si enim postea uenditio emptori displiceat, gabella ex eo non debebitur, sive intelligimus cum uen-

C ditionem

ditionem conditionalem esse, vt in specie textus *in §. emptio. Instit. de emptione, & venditione*, iuxta tradita *supra, quæstione 6. versiculo, hac tamen communis*: siue sub conditione resolui censeamus, iuxta *d. l. 3. & ea quæ modo prædiximus*: Est enim differentia inter illam venditionem, si Titius (verbi gratia) intra certum diem tibi placuerit erit tibi emptus aureis tot, quia est conditionalis, *vt in d. §. emptio*; & hanc venditionem: vendo tibi hanc rem, ita vt si tibi displicuerit, inempta sit, quia nō est conditionalis, sed pura: resolutio tamen est conditionalis, *vt in d. l. 3. ff. de contrahenda emptione. ita gl. & Doctores, in d. §. emptio.* & in vtraque specie data displicentia emptoris, non debetur gabella, *vt prædiximus*, & probatur præterea ex doctrina Baldi *consilio 415. Illa solemnitas, libro 2.* vbi tenet, quod si tempore contractus fuit actum de eo resoluendo, resolutio, quæ fit postea, non est propriè resolutio, sed executio ipsius contractus, *per l. 3. § si ab ignoto, ff. de manumiss. & l. 1. in fine, ff. de rebus eorum*, idem Bald. *consilio 164. Maritus numero 1. versiculo dicositiam, libro 5.* in ea sententia, vt quamdiu res vendita, aut data in solutum lui potest, ex pacto apposito in contractu, non debeatur gabella, quæ ex statuto iubetur solui ob contractum, cum non sit pleno iure translata, *l. manu fata §. nemo ff. de contrahenda empt.* quem refert, & sequitur Tiraquel. *de retractu conuent. §. 6. glos. 2. nu. 5. ad finem.*

Verum pro expeditiori intelligentia huius doctrinæ ob
15 seruandum est in proposito, eam venditionem, si † placuerit, vel nisi displicuerit, arbitrio boni viri commissam intelligi, vt docet Bart. *consil. 166. numero 2. & consilio 168. numero 3. ex l. si quis arbitratu, num. 7. & ibi Socin. nu. 32. ff. de verb. oblig.* idē Bar. *in l. 1. nu. 51. C. de SS. Eccl. Abb. in c. 1. nu. 22. ad finem, de iudic.* probat Lassart. *de decim. vendit. capite 14. num. 30.* & plures allegans Menoch. *de arbit. iudic. libro 1. quæst. 8. nume. 7. cum sequentibus*, ita vt si absque vlla ratione discesserit emptor a venditione, & venditor consenserit, non tam ex vi pacti præcedentis, quam ex nouo mutuo vtriusque partis consensu, & mera voluntate, resoluta videatur venditio, argumento *l. cum emptor, ff. de rescindenda vendit.* ac proinde fisco non præiudicabit, quo ad gabellam, quare ipsa debebitur, vt rectè probat Lassart. *ubi supra*, Quinimò, si hoc contingeret, re iam tradita, & pretio soluto, de huiusmodi resolutione voluntaria, tamquam ex noua venditione, deberetur altera gabella, tunc enim resolutio prælata non est executio prioris cōtractus, si quidem absque causa fit:
16 sed potius nouus contractus. † Idem esset, si resolutio fieret etiam iusta causa, & ratione post terminum in contractu assignatum, vel à iure, intra quem displicere deberet emptori, illo namque lapso, venditio firma mansit, atque omnino perfecta, & absoluta, & facultas displicendi finita fuit per moram, hoc est, lapsu prædicti termini, Bar. *in l. hæc venditio, in principio, ff. de contrahen. empt. Anton. Gomez. in 2. tomo variarum resolution. cap. 2. numero 19. Molina Theolog. de iustitia, & iure, 3. par. disputatione 337.*
17 *col. 509. vers. Tertium.* † Terminus autem iuris ad displicendum in redhibitoria actione, quando a partibus in cōtractum, vel post incontinenti non apponitur, est intra sexaginta dies, *vt l. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ædilit. edicto*, quem text. dicit singularem, & vnicum Iason, *in l. Prætor ait, la primera, §. si neque, nu. 3. ff. de iureiur. Soc. nu. 11. & Ias. nu. 24. in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. Ant. Gom. vbi supra nu. 19. ad finē gl. in c. illo vos, verbo annos, de pignor. Ro. sing. 713. & 776. & Petrus de Rabena sing. 788.*
18 Quod † tempus redhibitoriæ actionis, partes sua conuentione immutare, & perpetuum reddere possunt, *vt in d. §. si quid ita, versiculo, si vero conuenerit, vt docent Ias. in d. l. si quis arbitratu, num. 24. Sacin. sen. consil. vltimo, in fine, lib. 3. Socin. iun. consil. 145. num. 52. lib. 1. Cagnol. in l. 2. nu. 78. C. de pact. inter empt. & vendit. Domin. Couarru. lib. 1. variarum resolut. cap. 9. num. 4.* & hos referens Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. q. 22. num. 11.*
19 Sed † vt obiter dicam, ille text. de præfato termino sexaginta dierum, intelligendus iudicio est, quotiescumque res non est morbosa, vel vitiosa, sed emptori non placet alia causa (iuxta tamen arbitrium boni viri, vt prædiximus) quam ea quæ citra pactum poterat agere redhibitoria, vel quanto minoris, quia si esset talis causa morbi, vel vitij, benè posset agi intra terminum ordinarium sex mensium, & anni respectiuè, non obstāte illo textu, quia quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius odium retorqueri, vt in regula iuris vulgari. Ita probat Cæpolla *ibidem, num. 12. & 16. & in l. ædiles, num. 15. ff. eodem tit.* & Menoch. *vbi supra, num. 13.* denique Cæpol. *d. num. 16.* intelligit illum textum, respectu eius, quod interest, vt ita facto tempore duorum mensium peti non possit, neque etiam pretium, quando res vendita non est morbosa, sed si ipsa morbosa sit, vel vitiosa, benè potest agi ad pretium, restituta re, etiam si sint elapsi sexaginta dies.
20 Quod † si venditio alicuius rei, non vt præmisimus, si placuerit, vel nisi displicuerit, celebrata fuerit, sed hoc modo, si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset, placere die sequenti, vt post Mathesil. probauit Alber. *in l. remittit.* argumento text. illius, loquentis in iuramento decisorio delato à parte parti, *ff. de iureiur.* quos refert, & sequitur Gregor. Lopez *in l. 8. glos. fin. titulo 11. parte 3.* dicens, ita vidisse pronunciari in simili quæstione, in qua post similem oblationem elapsi erant multi dies, sequitur etiam Lassart. *de decim. vend. cap. 11. num. 30. ad finem.*
21 Verum † superiora (quibus resoluimus, eam venditionem, si placuerit, vel nisi displicuerit, arbitrio boni viri cōmissam intelligi, ac proinde gabellam deberi, si absque vlla ratione discesserit emptor ab emptione) non procedūt, quando verba contractus circa resolutionem ipsius, meram, absolutam, & liberam voluntatem important, ad hoc, vt prædicta displicentia sit ad libitum: tunc enim, licet displicentia sit absque ratione, hoc est, irrationabilis, expressa tamen, & executioni tradita intra terminum à partibus assignatum, vel aliàs intra sexaginta dies iuxta *d. l. quod si nolit, §. si quid ita venierit. ff. de ædilit. edicto* non debebitur gabella, siue is contractus conditionalis iudicetur, vel purus cum pacto resolutiuo, vtroque enim casu, data prædicta displicentia, ex mente, & voluntate partium à principio in pactum deducta, annullatur venditio, atque pro non facta habetur, ac proinde nulla gabella debebitur, quamuis res fuerit tradita, & pretium solutum sub prædicta conditione suspensiua, vel pacto resolutiuo: Mens namque expressa, quæ in contractibus, & vltimis voluntatibus semper attendenda est, *l. Celsus. §. 1. ff. de contrah. emptione in l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat.* non fuit vendendi, nec emendi, tempus displicuisset, non obstante, quod pretium solutum fuerit, veluti pignus, vel in euentum, quod res vendita placeret emptori, & res vendita, quod tradita fuerit ad probationem, placeat ne, vel displiceat, *l. si ex plagis, §. quidam, ff. ad leg. Aquil.* & omnis actus non debet operari vltra intentionem agentium, *l. non omnis, cum simil. ff. si cert. petat.* At quod ex venditione conditionali, deficiente conditione, uel sub pacto resolutiuo, uerbis directis ipso iure celebrata, ueluti legis commissoriæ, adiectionis in diem, uel si tibi displicuerit, res sit inempta, non debeatur gabella resoluta uenditione tempore debito, iam supra suo loco probauimus.
22 Tertius † casus principalis est, quando res uenditur cū pacto de retrouendendo, iuxta terminos *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* & tunc proculdubio dicendum est, gabellam semel ex huiusmodi uenditione deberi, & solutam repeti non posse, quoniam uenditio illa prima fuit pura, & perfecta, nihil impediente pacto de retrouendendo apposito, quare ius semel ex ea uenditione quæsitum, non amittitur resolutione postea contractus ui pacti de re
23 trouendendo adiecti. † Ex reuenditione autem prædicta alia gabella non debetur, quoniam illa non est secunda uenditio, sed resolutio primæ, idq. ui executionis pacti de illa dissoluenda appositi in prima uenditione, antequam illa perficeretur. Ita tenet alios allegans Tiraquel. *de retractu conuention. §. 6. glos. 2. num. 15.* & Mol. Paril. *in Consuetud. Paris. titulo 1. § 21. quæstione 3. numero 12.*

15. &

n. & 40. & §. 13. quæst 8. nu. 26. & titulo. 2. §. 55 glos. 1. quæst 4. num 17 cum sequentibus. Anton. Gomez. in 2 tomo variar resol cap 2 de emptione, & vendit. sub nu. 31. & in l 70. Tauri. num. 40. Arias Pinel. in l. 2. 2 par cap 1. num 16 C de rescind. vendit. ubi dicit minorē, & receptiorem, *l. de rescind. vendit. Matienc. in l 7 titulo 11. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. glos. 3 num 14 Parlad lib 1. rer quotid. cap 1. § 4. num 5*, & sequitur eos referens plures Mod. Parisf. *Lassart de decim. vendit. c. 14. num. 36. cum seq* & nouissime Molina Theolog. *1. par. de iust & iure disp. 374. col 782. in vers dubium est*, ubi quod DD. communiter in hoc consentiunt, & in vers. *maius dubium est:* & Gutiérr. *de Gab. 3 p in princ. nu. 40. Azeued. in l. 1. nu 99. tit. 17 lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ*. Quidquid aliàs distinguat Peguer. *in sua repetitione feud. fol 34. nu. 6.* in laudemio venditionis rei feudalis, vel emphyteuticariæ, an pactum redemptionis sit ad modicum tempus, vt tunc ex ea venditione laudemium non debeatur: aut verò ad longum tempus, & tunc ipsa debeatur, quocumque enim modo fiat venditio cum prædicto pacto, gabella statim debetur, quia venditio pura est atque perfecta: & quod ex venditione cum pacto de retrouendendo debeatur laudemium, iudicauit Senatus Pedemontanus contra opinionem multorum, quos refert Boerius *decis. 182. num 29. & decis 234. in fine*, secundum Anton. Thesaur. *decis. Pedemon 75. num. 2. & 3.* latè agit, an debeatur alterum laudemium ex reuenditione facta postmodum. Aponte *in tract. de Laudemijs. quæst. 37 per totam.*

24 Quod † si post venditionem semel vtrumque perfectã mercis, ac pretij traditione, nullo apposito pacto de retrouendendo, conuenirent postea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censeretur noua omnino venditio, deberetur q. ex ea noua, & distincta gabella gabellario existenti tempore secundæ venditionis, vt probat Molina *vbi supra. col. 783. in princip.*

Vbi quod si tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda venditio, distinctaq. gabella pro illa deberetur, *secundum Lassar. vbi supra, nu 41.* Et rectè.

25 Quod † si venditio, principio fieret, non quidem cum pacto de retrouendendo, sed cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneretur præferre primum venditorem ceteris emptoribus, tunc altro, postea vi illius pacti reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primo vendita fuit, debetur gabella distincta gabellario existenti tempore reuenditionis, quoniam hæc non est resolutio primi contractus, sed noua venditio, *ita Molina. vbi supra, in vers. obseruat etiam post Molin vbi supra, nu. 42. cum Mod. Paris.*

26 Sed † si venditio facta esset cum pacto de retrouendendo vsque ad sex annos, verbi gratia, & ante quã illi complerentur, prorogatio temporis de consensu partium fiat velut vsq; ad alios sex annos, aliudve tempus, transactisq. prioribus ita annis intra alios sex redemptio fiat, debebitur alia distincta gabella, vt cũ Moder. Paris. & Tiraquel. tenet, & probat Lassar, *vbi supra, num. 43.* & Molina. *etiam vbi supra, ad fin. d. col. 783.*

27 Maxim è † tamen controuersum est apud iuris prudentes, vtrum superiora procedant in pacto de retrouendendo verbis directis concepto, nempè, cum dictum fuerit, vt oblato pretio emptori à venditore intra tale tempus, res sit inempta, necne? Videtur namque tunc non requiri traditionem rei ad translationem dominij, sicut, nec quando apponitur pactũ legis commissoriæ, vel adiectionis in diẽ, verbis directis, vt iure probare nituntur, & constanter affirmãt Paul. de Cast. & alij plures, quos refert, & sequitur D. Couar. *lib. 3. vers. resol. c 8 sub nu 2. in versic verum, & in hac specie*, dicens esse fortè de iure veriorem, & communiorẽ ex testimonio Ias. *cons. 128 nu. 4 lib. 4* & Tiraq. qui eam sequitur *de retractu conuention tit 1. gl. 7. nu. 15.* quibus adstipulatur tex. insignis, *in l uoluntate. § vlt. mo. ff. quibus modis pign. vel hypotec. solu.* cui non potest congruè responderi secundum Couar. *vbi supra.* Quod si hoc ita absolutè verum est, inde sequitur, gabellam nullam deberi ex huiusmodi pacto de retrouendẽdo verbis directis adiecto, cum absque traditione oblato pretio resoluatur venditio, argumento eorum, quæ supradicta sunt in secundo casu circa pactum l. commissoriæ, & adiectionis in diem.

Rursus sunt alij quamplures authores probantes etiam tunc, nẽpè, in pacto de retrouendẽdo, verbis directis concepto, requiri traditionem ad dominij translationem: & quod sic ex obligatione sola pretij, stante prædicto pacto eo modo concepto, non trãsferatur dominium, sicut nec quando hoc pactum de retrouendendo, verbis obliquis concipitur, quo casu certum est, aut saltem verius, & receptius, traditionem requiri ad translationem dominij, quãdo venditor virtute huius pacti vult rem suam rehabere, vt patet ex Tiraquel *vbi supra, nu. 12.* vbi communem profitetur, plures citans, tametsi Paul. de Castro, & alij, ab eo præcitati, *num. 7. cum sequentibus*, aliud velint adhuc in hac specie, sed quod prædiximus cum communi proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est secundum Cumanum *in l. 1. ff. de donat.* & frequentiori Doctorum sententia probatum, secundum Couarr. *vbi supra, d. nu 2 per totũ* Et quod hoc procedat, etiam si pactũ de retrouendẽdo fiat verbis directis, tenet Bart. *in d. l. 1. numero 10. ff. de donat.* estq. communis, aut saltem magis recepta *secundum Couar. supra*, licet priorem, vt iure libi veriorem probet, *vt prædiximus*. Quod si hæc secunda opinio magis communis tenenda est, profectò iuxta eam videtur gabellam deberi ex prima venditione cum prædicto pacto de retrouendẽdo verbis directis celebrata, licet alia gabella non debeatur ex ipsa reuenditione, sicut resoluimus in venditione cum pacto de retrouendẽdo verbis obliquis adiecto, celebrata.

Sed si quo ad nostram materiam gabellarum aliqua iniuria fieri potest in translatione dominij ipso iure, uel per retraditionem in proposito huius pacti de retrouendendo uerbis directis appositi: profectò indubium uidetur, nullam tunc gabellam deberi, etiam si opinionem Bart. præcedentem magis communem sequamur, quam in hac materia amplectitur Lassart. *de decim. vendit. cap 14 sub nu. 36.* quia ut cumque sit, ea tantum obtinet quo ad dominium directum, & directam in rem actionem: si quidem utile dominium, & utilis in rem actio, absque traditione competit uenditori ex pacto reuẽditionis etiam iusta cõmunem formam obliquè concepto, ex textu. singulari *in l si cum venderet. ff de pignor. actio.* ubi Paulus de Castro hoc obseruauit, & cumgunt, atque probant alij plures, quos refert, & sequitur, dicens esse magis communem D. Couar. *vbi supra, num. 3.* Ergo cum dominium saltem utile transeat in hac specie sine traditione, si ad hoc solum attendendum esset, nec in præsenti quæstione deberetur gabella, proculdubio nec quando pactum de retrouẽdendo adiectum fuisset uerbis obliquis, quod esset cõtra communem resolutionẽ supra positã in principio huius tertij casus.

28 Quid † tenendum? Ego censeo non esse attendendum in proposito nostro, ad intendum, an debeatur gabella, uel ne, ex prima uenditione facta cum pacto de retrouendendo ad dominij translationem ipso iure factam, uel per traditionem, seu solùm an id, ac uenditio a principio pura, & perfecta fuerit, sinsq. numeris absoluta, non obstante pacto de retrouendendo: cum leges nostræ Regiæ gabellarum tantum loquantur de uenditionibus huiusmodi: Hinc fit, ut cum uenditio facta cum pacto de retrouendendo, siue uerbis obliquis, siue directis, a principio utroque casu ualida sit, atq. efficax, ac proinde emptor interim fruatur fructibus, nec eos teneatur restituere postea medio tempore perceptos, nisi a tempore pretij soluti, uel oblati per eum qui rem, *vt in l 2. C. de pact. inter empt. & vendit & ibi glos ordinaria & communiter DD l. 41. artic. 5. part. 5. Anton Gomez 2. tomo variar resolution. cap. 2. de emptione, & venditione nu. 27.* debeatur statim gabella. Nec ad rem pertinet, quod oblato pretio a uenditore res habeatur pro in empta, & sic, quod prima uenditio uideatur resoluta, quando huiusmodi pactum de retrouendendo uerbis directis conceptum fuit, iuxta uerba

iacent, sunt intelligendæ, cum aliæ leges pro priori parte citatæ non loquantur in hac specie, sed in alijs diuersis: & eis his remanet satis probata & clara secunda sententia præfata, & communis, quam sequimur.

28 Vnde † fit etiam, vt si tempore nundinarum factus fuerit contractus, & non traditio, non cessabit priuilegium, *l. 1. C. de nundin.* concessum nundinis, cum iam ex contractu astricti sint contrahentes ad ipsum implendum, licet implementum factum fuerit post nundinas, *argum l. 3. §. scio ff. de minor ita Bald. in d. l. 1. Bertach. de Gabell. in 2. membro 8 quintæ partis, nu. 19. Tiraq d § 1 gl. 2. nu 5.* idem dicendum est in venditione facta in nundinis sub conditione, quæ postea nundinis transactis perficeretur. Gabella namque illius venditionis non est soluenda, quia adhuc nundinarum priuilegium locum habet, propter conditionis retrotractionem, iuxta regul. *l potior, §. 1. & l creditor, §. si prius. ff. qui pot. in pign hab secundum Bald. versic si uero, vbi supra,* sequuntur plures alleg. à Ignat. Salzed *in addit. ad Bernar Diaz de Lug in regul 116. in versic. ex quo,* & Lassarte, *de decim vendit c. 5. sub nu. 10. versic. quinimo,* & Gironda. *de Gabell 6. par. nu 16.*

29 Similiter, † si contractus emptionis, & venditionis sit purus, sed dominij translatio, vel ius percipiendi fructus dilata sint in aliquod tempus, statim debetur gabella, vt nuncupatim tenet Bar *in l sancimus, in fine,* per illum tex. & ibi quoque Io. de Platea, *circa med C. de Consulib. lib. 12.*

30 † Ex quo ipse infert, quod præsens emptor gabellarum ea habebit, non vero, qui erit tempore, in quo effectus venditionis dilatus fuit, quos refert & sequitur Tiraq. *d § 1. glos. 10 nu 115.* Ant. Gom. *de qual contract. nu. 30 col. 2 illius num.* & Girond *de Gabell 6. p. nu 13. cum seqq.* sicque iudicatum fuisse asserit Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 114* & sequitur Lassarte, *cap. 6 nu. 2.* & Azeued. *in d l. 1. num. 94. tit 17. lib. 8.* Quando enim finis habet necessariam consequentiam ad principium, semper inspiciendum est principium, *l 3. § si quis cum minore, & ibi communis doctrina, ff. de minor.*

Idem est dicendum, quãdo † venditio fit habita fide de
31 pretio, nempe, in qua conuenit inter partes, quod eius solutum fiat certo, vel certis quibusdam temporibus: Licet enim in hac specie pluribus rationibus, & auctoritate præterea Alex. Rod. Suar. & Parl. quos refert, & sequitur *lib 1. rer quot c 3. nu. 48* in disputando defendi subtiliter possit, gabellam peti non posse, antequam dies solutionis conuentus aduenerit: nihilominus tamen, vt ex supradictis patet, verius est, & in praxi procul dubio tenendum, quod gabella in hoc casu statim celebrata venditione, peti, & exigi possit, termino solutionis minimè expectato, nec aliquo interusurio medij temporis venditori a gabellario soluto, & præcipuè ex sæpe cnata *l. 31. tit. 19. hoc lib. 9.* quæ generaliter iubet, vt statim intra quinque dies post venditionem celebratam gabella soluatur, quæ quidem lex immunè patitur, declarationem, & restrictionem Parla. nempe, vt intelligatur, nisi habita fide de pretio, venditio facta sit, tunc namque putat, non solum pretium diem expectandum, sed & eum, qui pretij solutioni ex conuentione partium adiectus sit: ac proinde limitatio prædicta Parla. falsa prorsus est, vtpote, contra generalitatem illius legis, & contra cetera supra adducta pro 2. par. veriori cõmuni, & tenenda in quæstione nostra principali. Quibus manifestum fit, tenendum idem esse in venditione celebrata habita fide de pretio ad certum tempus, vel in plures terminos, nempe, vt statim gabella peti atque exigi valeat, nullo interusurio medij temporis venditori soluto, vt dicebam, vt cum Auen. *resp. 29.* hoc tenenti latissime probat, tenet atque defendit, & iudicauit Lassarte, *de decim. vend. c. 6. nu. 23. & nu seqq.* & Girond. *de Gab. 4. p. §. 1. nu. 1. cum seq.* & Azeued. *in d l 1. num 94. tit. 17. hoc libro 9.* vbi affirmat, se vidisse hanc opinionem sententiam Regia sententia in Senatu Regio patrimonij, & sic decisum, nullo interusurio medij temporis venditori per gabellarium soluto, aut soluendo: quam etiam bene probat *l. 10. in fine tit. 17. hodie 9.* dum ibi præcipitur: *Que los escriuanos no dexẽ delas copias de las ventas, y trueques, en caso que digam que estam embargadas las cartas por no ser acabada la paga, ni en otra manera luego,* non debet curari de pretij solu-
32 tione. † Quibus etiam fit, vt venditor in hac specie, qui nondum sine sua culpa exigit, non liberetur cedendo actionẽ gabellario vsque ad quantitatem decimæ contra emptorẽ, vt recte in nostra alcauala contra Modern. Paris. in simili *in Consuet. Paris. 1. p. tit. 1. §. 23 nu. 4. in fi.* probat Lassarte, *d. c. 6. nu 28.*

33 Denique ex superiorib. † probanda venit alia doctrina cõmunis, & in praxi quotidie obseruata, quæ habet, quod ex venditione census redimibilis super meis bonis impositi in fauorem alterius tertij, gabella statim debetur, & peti potest, quia vera, & perfecta venditio est, vt cum alijs probat Lassarte, *de decim. ven c 10. nu 4. cum seq. post Auen. d. resp. 20.* & etiam Felician. *de Censib. lib. 2. c. fin nu 5.* Giron. *de gabel. 5. p. §. 1. nu 1.* & Azeu. *in d. l. 1. num. 98.* de quo in prima alia quæstione principali latius agemus.

34 Sic etiã videbatur † dicendũ, quod ex censu emphyteutico redimibili statim debeatur, & peti possit gabella, ante quàm redimatur ex supradictis, nẽpe, quãdo aliquis cõcedit rẽ suam immobilem alteri sub censu aliquo quotannis soluẽdo redimibili, quoniã videtur statim perfecta venditio, vt in terminis tenet, & probat Auen. *d. resp 29.* Nihilominus tñ verius est, atq. tenẽdũ in præmissa specie nõ posse statim peti, nec exigi gabellã, sed tunc demũ, cũ redemptio fit, & tũc pertinet, & debetur gabellario existenti tempore, quo ipse census emphyteuticus redimitur: nulla namq. cõtrahitur venditio statim in datione huius census emphyteutis, quia cõcedens remanet cum dominio directo eiusdẽ rei, & solum transfert dominium vtile in emphyteutam, & in recognitionẽ directi reseruandi annua sibi pensio soluitur, donec redimatur, iuxta *l. 1. C. de iure emph.* Interim ergo, quod non redimitur nõ interuenit pretiũ, & ita non potest dici emptio, *ut in §. pretium, instit. de emp. & uend.* vt expresse docet Modern. Paris. *in Consuet. Paris tit. 1. §. 23. q 16. n. 56.* sed potius est pactũ quoddã nudum rei datæ traditione vestitũ, *iuxta l. in traditione, ff. de pact. & l fi. C. de rer. perm.* quẽ tex. ad hoc allegat D. Sot. *li 6. de iust. et iure, q. 5. art. 1 in prin.* Ergo ex hoc contractu nõ debetur, nec potest peti gabella, quousq census ille, vel annua pensio redimibilis, redimatur, eiusq. capitale soluatur, quo facto ipsa debetur, & peti potest, pertinetque ad gabellarium, qui illius etiam temporis gabellas conductas habeat, non vero ad eum, qui tempore concessionis rei ad censum emphyteuticum existebat gabellarius. Ita late & bene probat Lassarte, *de dec. vend cap. 10. num. 51. cum seq.* affirmans, hanc esse quotidianam, & communem praxim, in plurib. huius Regni locis obseruatam, eamq. amplectitur, & vbique locorum eam obseruandam esse existimat, quia in iustissima iuris ratione fundatur, & Molina Theol. *de iust. & iure 2. p. Disp 382. vers. idem Lassarte,* vbi quod est ipsissima veritas, ideo affirmat, & sequitur Giron. *de Gabel. 5.*
35 *p. §. 1. nu. 2. & 3.* & Aze. *in d. l. 1. nu. 103.* † quam gabellã quæ secundum supradicta debetur, soluet concedens rem in emphyteusim, non vero eam accipiens, & redimens cen-
36 sum. † Quod si res in censum perpetuum irredimibilem concederetur, nulla prorsus gabella deberetur vllo tempore, ex supradictis, nisi postea ex partium consensu redimatur talis census, tunc namque gabella deberetur gabellario illius temporis secund. Lassarte, *vbi supra, nu. 56.* sequitur Azeu. *ubi sup. nu. 107.* De quibus etiam latius agemus prima alia quæstione principali.

S V M M A R I A.

1 *Gabella non debetur ex contractu conditionali dum pendet conditio, sed demum ea exsistente, & tunc ea debetur primo gabellario, ut hic, intellige, & declara, ut in nu. 8. cum seqq.*

2 *Pendente conditione, neuter contrahentium fas est, altero inuito, a contractu discedere.*

3 *Gabella non debetur ex contractu conditionali, si ante impletam conditionem ab eo mutuo consensu partes discesserint, quod procedit etiam si ante pendente conditione, traditio rei uendita emptori fiat, ut in nu. 4.*

5 *Gabella nulla debetur deficiente conditione venditioni apposita, etiamsi conditio potestatiua sit, & num. 11.*

6 *Gabella non debetur ex venditione conditionali, etiamsi steterit per vnũ ex contrahentibus, quo minus conditio non impleatur, & nu 7 quomodo hoc intelligatur.*

8 *Gabella ex contractu sub conditione casuali, vel mixta, aut potestatiua celebrato, conditione impleta, cui gabellario debeatur, & nu seqq.*

9 *Conditio potestatiua non retrotrahitur ad tempus celebrati contractus.*

12 *Gabella an debeatur, vel non, ab immuni, & exempto ab eius solutione: tempus contractus sub conditione casuali, vel mixta celebrati inspiciendum est, non verò tempus impletæ conditionis, limitatur nu. 13. quod procedit, quando venditio conditionalis celebrata fuit, secus si tantum promissio de vendendo, vt in num. 14.*

15 *Gabella fructuum alicuius fundi, vel vineæ venditorum, quando, & cui gabellario debeatur?*

16 *Gabella herbarum, cui gabellario debeatur. & numero 17, & 18.*

19 *Gironda opinio circa gabellam ex herbis venditis declaratur.*

20 *Quinque dies a lege Regia assignati ad notam faciendam venditionem, & gabellã soluendam gabellario, non currunt in venditione cõditionali, donec conditio casualis, vel mixta adimpleatur etiam si traditio rei venditæ interim conditione pendente fiat. vt in nu. 21.*

22 *Ex venditione modali perfecta, statim debetur gabella, ac de pura.*

QVAESTIO. VIII.

An ex venditione conditionali debeatur gabella?

1 QVÆRO: *An ex venditione conditionali debeatur Gabella?* Et quidem dum pendet conditio, certum est gabellam non deberi, sed demum ea existente, & tunc quidem ea debetur primo gabellario, hoc est, loci, & temporis in quo fuit celebratus contractus conditionalis, non verò ei, qui gabellarius est tempore, & loco conditionis existentis: Hæc est communis opinio, secundum Ant. Go. *de qual contract. 2. tomo. nu. 30. col. 2. illius num in ver. tertius effectus*, & tenent omnes secundum Tiraq *de retrac. lign. § 1 glos. 2. num. 23. & glos. 10. num. 46.* idem probat Parl. *rer. quot. lib. 1. cap. 3. § 3 num. 25.* & late Lass. *de deci. vend. c. 5. num. 1. & 10.* vbi quod hæc est vera, & communis DD. resolutio, quam etiam sequitur, plures allegans Girond de *de Gabell. 6 par. in princip. num. 1. cum seq.* vbi *num.* 10. quod est tenenda in iudicando, & consulendo, sequitur etiam eam Azeued. *in l. 1 num 96 & 97. tit. 17. hoc lib. 9.* & dicens esse communem Molina Theolog. *de iust. & iure, 2. pag. Disput. 337. col. 507. versic. vbi eum Bal. &*
2 *col. 506 vers. quando autem.* † Vbi quod quamuis pendente conditione neutri contrahentium fas sit altero inuito ab eo contractu discedere, vt cum glossis, & communi affirmat Lass. *vbi supra, d num. 1*, sitq. eo ipso ius in spe fisco
3 quæsitum ad id tributum, † nihilominus si ante conditionem impletam contrahentes mutuo consensu dissoluant contractũ, gabella non debetur, vt recte Lassat. affirmat, & probat ibid. *num. 6.* Non enim in his Regnis est concessum, neque debetur hoc tributum gabellæ, nisi ex pura, ac perfecta venditione, aut permutatione; At verò conditionalis venditio pendente conditione non est pura, nec perfecta. Vnde si mutuo consensu contrahentium pendẽte adhuc conditione dissoluatur, merito quod gabella ex ea non debeatur, quia nunquam fuit perfecta venditio:
4 † quod procedit etiamsi in eadem specie traditio rei venditæ pendente conditione emptori fiat, atque ideo translatum esset dominium meum: adhuc namque si contrahentes pendente conditione, ab ea venditione mutuo consensu discedant, gabella ab ea non debetur, vt probant Lass. *d. c. 5. num. 4.* & Molina *vbi sup. col. 507. ibi quo sit.*

5 Deficiente † autem conditione venditioni apposita gabella non debetur, vt probat Lassar. *de decim. vend. d. c. 5. num. 7.* quod procedit, etiamsi conditio potestatiua fuerit, vt
6 aduertit ibid. Lass. *d. c. 5 num. 7.* † Vbi etiam. quod si sub quacumque alia conditione venditio contracta sit, & per eum, cuius fortasse interest, conditionem non impleri, factum fuerit, quo minus impleatur, quamuis, quo ad alterum contrahentem attinet, pro impleta habeatur conditio, ex reg. *l. iure ciuili, ff. de cond. & demonstr.* non ita erit quo ad gabellarium, quia regula prædictæ legis locum non habet in iure tertij, vt recte censuit Modern. Paris. *in*
7 *Consuet. Paris. tit. 1. § 23. num. 16.* † Quod ita intelligendum esse bene affirmat, Lassar. modo ille contrahens, quo ad quam, solum locutum præd. reg. hoc est, quo ad quem conditio habetur pro impleta, vti noluerit iure suo quia illo non vtente, minime dici poterit purificata venditio, & conditio impleta; secus verò, si ille contrahens iure suo vtens, fecerit vt venditio procedat, quasi impleta conditio foret, ex reg. *d l. iure ciuili.* Tunc namque poterit quoque & fiscus gabellariusve decimum suam petere, quia iam verum est, & perfectam, & puram venditionẽ esse in effe-
8 ctu, cum pro tali iure habeatur. † Limitatur tñ præfata communis assertio, vt procedat, quando venditio contracta est sub conditione casuali, vel mixta: tunc autem merito, vt impleta conditione gabella debeatur primo gabellario, non vero secundo, quia adimpleta conditio retrotrahitur ad tempus venditionis, *l. qui balneum, § amplius, & l. qui prior, in princ. ff. qui potior in pign. hab cum simil.* secus tamen erit, si conditio venditioni adiecta potestatiua sit, quia tunc adimpleta hac conditione, gabella vltimo, hoc est, existenti tempore conditionis impletæ gabel-
9 lario debebitur, non verò primo, † quia conditio potestatiua nõ retrotrahitur, iuxta communem doctrinam Bart. *l. si filiusfamil ff. de verb oblig.* quam referunt, & sequuntur Ant. Gom. *ubi sup d num.* 10. & D. Couar. *Pract. qq. c. 39 num. 3. uers. tertio est*, & optime Menoch. alios allegans *cons. 96 num. 24 cum seq. uol.* 10. Ac proinde cessabit ille effectus in fauorem primi gabellarij, vel domini, animaduersus, vt animaduertunt, & tenent Ant. Gom. *d. nu. 30. uers limita tñ.* & Molina *vbi supra col. 507. ad finẽ, &*
10 *col. seq* † Quod quidẽ sublimitat D. Couar. *ubi sup.* vt nõ procedat illa limitatio in conditione potestatiua, quæ inuito eo, in cuius potestate est, impleri potest, quoniam hæc etiam retrotrahitur, *l. qui balneum, § amplius, ff. qui potior in pign. hab.*, Ergo in ea quoque conditione potestatiua procedet text *in l necessario, uers. quod si pendente conditione, ff de peric. & commod. rei uend.* qui loquitur in conditione casuali, vel mixta, cum vtraque retrotrahatur.

Nihilominus tamen Lass. *ubi sup. d c. 5. num. 13.* falsam esse affirmat communem suprad. Bar. limitationem, etiã restrictam, *ut per Couar ubi sup.* & verissime dicendum existimat, quemcumque conditionalem contractum sub quacumque conditione casuali, mixta, vel potestatiua conceptum, ea impleta, ad tempus contractus retrotrahi, videriq. à principio iure celebratum, *ut ibid.* & duob. n. seq. latenititur probare. Ego vero communem præfatam limitationem sequi malo, restrictam, & sublimitatam, *ut sup.* contra Lassarum, quia communis est, ac proinde sequenda in iudicando, & consulendo; tum etiam, quia quamuis Lass. satisfacere nitatur, *l. quidam cum filium, § ult. ff. de uerb. obligat.* cui communis innititur, non tamen sufficienter satisfacit *d. § amplius.* Vnde illa limitatio, vt eam Cou. restringit, aperte colligitur secundum Molinam *ubi supra.*

11 Illud ítamẽ proculdubio obseruendũ, est in nostra specie huius quæstionis principalis, quod deficiente conditione, sub qua fuit celebrata venditio, non debetur gabella, sicuti quando pendet conditio, quia nulla tunc est emptio, sicut nec valida est stipulatio, *d. l. necessario, in princ. l. pecuniã, uers. proinde, & ibi notant DD. ff si cert. pet.* & in terminis ita tenent Paul. Castr. *in l. 1. nu 5. C quando lic ab emptione disced.* & Tiraq. *de retractu linag. glos. 2. num. 23.* Ant. Gom. *tomo utr. resol. c. 11. num. 3 uers. tertius effe-*

ctus,

ctus, Matien. in l. 7. tit. 11. glos. 6. num. 32. lib. 5. noua. Collect. Reg. & Parla. vbi sup. num. 35. quos refert, & sequitur Lass. vbi supra, num. 1.

12 Obseruo † etiam, quod si conditio casualis, vel mixta, sub qua venditio celebrata fuerit ab eo, qui tunc temporis gabellæ solutioni subiectus erat, adimpleatur tempore quo ipse venditor iam immunis a solutione gabellæ reperitur, proculdubio illam soluere tenebitur ex communi doctrina de qua supra in principio huius quæstionis. Idemq. erit conuerso, si tempore contractus immunis esset, & cũ conditio impletur tributarius reperiatur; etenim tempus contractus erit inspiciendum, ac proinde gabellam non debebit; non verò tempus conditionis impletæ, vt in terminis, vtrumque probat exemplificans hunc vltimum casum in eo, qui primam coronam, & beneficium habens, postea vxorem duxit, Lass. d. c. 1. nu. 31. vbi in conditione protestatiua, idem esse censet, nempe, vt inspiciatur tempus contractus. Sed contrarium in hoc vltimo est tenendum, cum communi limitatione, de qua sup. cum sua sublimitatione: quia conditio potestatiua, quæ impleri non potest, inuito altero contrahentium, non retrotrahitur ad tempus contractus, sed tantum illa, quæ impleri potest inuito altero contrahentium, vt prædiximus cum Couar. & Molina contra eum de Lass. Ergo iuxta hoc, vel non debebitur gabella in prima specie primi casus, in secundo verò debebitur, & e conuerso in secundo casu, qui constitui dictatur supra ibi: *idemq. erit.*

13 Limitatur † tamen præcedens modo obseruatio, quando conditio est talis, quę si adesset tempore celebrati contractus, efficeret venditorem liberum a solutione gabellæ, illum, quoque immunem redderet, esto tempore venditionis immunis non esset, quam conditionem sub qua venditio collata est DD intrinsecam vocant *in l. fin. post gl. ibi, ff. de stipul. seru.* veluti, si ita laicus uendidisset; uendo tibi fundum si ad sacerdotij gradum ascendero; uel si cum essem primæ tonsuræ, dixit; uendo tibi fundum, si tale beneficium curatum, aut simplex adipiscar; tunc namque adimpleta etiam prædicta conditione, gabella non debetur: quoniam licet attendendum sit principium, & non tempus impletæ conditionis, ut non semel docuimus, sed quia adimpleta conditione retrotrahitur contractus ad tempus quo fuit initus, quasi tũc pote, præsentiq. ea conditione fuerit celebratus, eadem conditio retrotrahi censetur ad idem tempus, quasi tunc fuerit præsens, eaq. de causa immunem illum tunc reddit a tributo illo, hoc est gabella, quasi iam tunc ordinib. sacris esset initiatus, *ut ex d. l. fin.* & alijs iurib. doctè probat vbi sup. Lass. *d. c. 5. num. 32. cum seq.* & sequitur Molina, *vbi sup. d. col. 508. in vers. admonuerim:* hoc verum esse intelligens, dummodo eiusmodi conditio apposita non sit in fraudem, ne tributum illud soluatur, *vt in d. l. fi.* probatur, & idẽ Lass. affirmat.

14 Secundò † limitatur eadem præcedens obseruatio, vt procedat, quando venditio conditionalis intercessit, factaq. & celebrata fuit: secus verò, si nulla venditio principio facta fuit, sed promissio tantũ de vendendo in euentum, quod pretium fundi empti non solueretur eius venditori in pecunia numerata vsque ad certum tempus designatum, nempe, quod eidem vendet annuum redditum redimibilem vsque ad quantitatem pretij super eodem fundo, & alijs bonis immobilibus pro solutione d. pretij; Si. n. tempore, quo hæc promissio cõditionalis de vendendo celebrata fuit, promittens erat laicus, gabellæ subiectus, & tempore, quo fuit adimpleta prædicta conditio esset clericus sacris initiatus, vel beneficiatus, profectò nullam debebit gabellam neutri gabellario; licet enim videbatur prima facie principium esse attendendum, a quo habet necessariam consequẽtiam finis, hoc est tẽpus adimpletæ cõditionis, iuxta reg. cãd. *d. l. 3. §. si quis cũ minor. ff. de minor.* duo tamẽ in hac specie conueniunt, quib. excluditur, & perimitur præfata reg. Primũ est, quod nulla fuerit vẽditio celebrata, sed tantũ promissio de vendendo, de qua non debetur gabella, sed de ipsa tantũ vẽditione purè

16 celebrata, vt in hoc tractato non semel diximus, & dicemus; At tẽpore venditionis clericus erat iã in sacris, vel beneficiatus, ergo gabellam ex ea minime debet. Secundum est: quia in quacumque promissione de iure inesse intelligitur tacita conditio, & hęc clausula e rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentib. estq. verissimum, & receptum iuxta a nobis tradita *in tractatu de Iurum. confir. in 1. pag. c. 29. num. 6. & c. 71. num. 6.* Ergo licet attenta prima conuentione, si idem status duraret, deberetur gabella ex venditione celebrata sub conditione, ea adimpleta: attamen si tempore adimpletæ conditionis mutatus est status venditoris, quia effectus reperiatur immunis à solutione gabellæ, eam non debet, multoq minus cum nulla venditio celebrata fuisset, sed tantum promissio conditionalis de vendendo: nec obstat quod fuit constitutum in ea certum pretium, quo vendi debebat, & imponi dicti annui redditus redimibiles in euentum d. conditionis, quo videbatur, idem esse promissionem de vendendo, quã ipsa venditio: nam primo respondeo, pretium prædictum non inducere venditionem, nec aliquid operari in proposito, quia tacite inerat, cum sit legale præcisum, nempe, ad rationem quatuordecim pro singulis milliarib. Secundo quod nihilominus nulla interuenit a principio venditio, sed promissio de vendendo, ex qua promissione nulla debetur gabella, sed tantum ex ipsa venditione actuali, vt patet ex legibus Regijs gabellarum. Tertio, quod d. promissio, vt prædiximus, intelligitur, rebus sic stantibus, &c. Ex quibus verissima redditur hæc secunda limitatio, & secundum eam obtinui in praxi.

15 Ex priori † resolutione circa venditionem sub conditione casuali, vel mixta celebratam, vt ex ea non debeatur gabella statim, sed post impletam conditionem: deducitur, idem resoluendum esse in venditione fructuum alicuius fundi, vel vineæ pro certo pretio, quia venditio illa iure conditionalis censetur, *l. debitor, § verisimile, ff. de cõtrah. empt. l. 11. tit. 5. pag. 5.* quia re ipsa illa conditio inest, si fructus nascantur, *ut in l. interdum, ff. de uerb. oblig. & l. 1. in fine, ff. de condit. & demonstr. ubi DD.* Vnde decima non debebitur, hoc est, alcauala, donec fructus nati sint, & sic tacita conditio impleatur, debebitur tamen ijs gabellarijs, qui erant tempore conuentionis, non vero existentibus tempore natiuitatis fructuum, & sic conditionis impletę, preterquam si venditio fructuum futurorum anni sequentis fiat præsenti anno in fraudem gabbellarij, qui illo anno sequẽti futurus est, & vt minori summa gabellæ debito satisfiat, *ita etiam Lassar. de decim. uend. cap. 5. nu. 19. & 20. sequitur Molina ubi sup. col. 508. ad fi.* Idq. probant l. 104. *del quaderno de las alcaualas* hodie *l. 12. tit. 17. de lib. 9.* dum inquit: *Que los arrendadores que fueren de las alcaualas de las yeruas de Maestrazgo de Calatraua, han de recebir, y recaudar el alcauala de las yeruas de aquel anno, o annos en que entrarem los ganados: puesto que se cumpla el dicho anno, o temporada que los ganados han de eruatar en el otro anno siguiente, &c.* quarum legũ hanc esse existimat veram rationem, & intellectũ Lass. *de decim. uend. c. 5. nu. 20.* in dictis ijs, quæ dixerat *c. 5. nu. 20.*

Ego vero hoc procedere intelligerem iuxta terminos *d. l. 11.* nempe, in fructib. singulorum annorũ, hoc est, vt alcauala venditionis herbæ vnius anni debeatur gabellario, *de aquel anno, o annos en que entrarem los dichos ganados a pastarla:* non vero gabellario illius anni sequentis in quo impletur, *el dicho anno, o temporada que los ganados han de eruatar en el otro anno siguiento, v. g. vendense las yeruas de un anno, o temporada en que se han de pastar, que es desde S. Miguel de Setiembre, o todos Santos de un anno, hasta el mes de Abriel o Mayo del anno siguiente: la alcauala de la uenta destas yeruas, se deue, y ha de cobrar el alcaualero de aquel anno, o annos en que entraren los dichos ganados, y no el alcaualero que fuere del anno siguiente, y esto porque el contrato comento en el anno antes, quando entraron pastar los dichos ganados: y el alcaualero de las yeruas del anno siguiente lleuara el alcauala de la yerua del inuernadero que entrarem los ganados adelante en su*

17 *anno a pastar la yerua.* † *Pero pongamos por caso que arrendaron ude la yerua de una dehessa por dos, o tres, o mas annos, iuntamente en una escritura, o contrato; por uentu-*

ser

pertenecera el alcauala de todos estos annos al arrendador que era el primero anno en que se hizo el contratto, aunque despues aya diuersos arrẽdadores de la alcauala de las yeruas en los annos siguientes Parece que si conforme a la dotrina arriba referida de Lassarte, y Molina: mas a mi lo contrario me pare parece, y tengo, aunque cesse todo fraude, Lo primero, porque es muy ordinario, y vsado arrendarse yeruas, o dehessas de pasto por muchos annos, y en ellos auer diuersos arrendadores de la alcauala dellos (porque si fuessen siempre vnos mismos, o si se cogiessen las alcaualas de aquellos annos para vn mismo duenno, no no auria duda ni difficultad) y seria cosa muy iniusta quel arrendador del alcauala de las yeruas del primero anno lleuasse el alcauala de los annos siguiẽtes de las yeruas q̃ no nasẽ en su anno, y quitasse a los arrẽdadores del alcauala de los dichos annos siguientes en cuyo tiempo nacẽ, y se criam, y pastam Lo segundo, por la misma l. 12 arriba citada, pues manda que los arrendadores de las alcaualas de las yeruas ayam de recebir y recaudar el alcauala de las yeruas del dicho Maestrazgo de aquel anno, o annos en que entrarem los dichos ganados; luego a contrario sensu, los arrendadores de los annos siguientes han de auer, y cobrar el alcauala de las yeruas dellos en que entrarem los dichos ganados, pues no entran en el anno, y tiempo del arrendamiento del primero arrendador de las dichas alcaualas si no en el suyo de los annos siguientes.

18 Sic † non video, quomodo intellectus, siue ratio Lass. *ad d. l. 104. del quaderno, & d. l. 12.* assignata cõsteteat litteta earumdem legũ, neque quod ibi fiat prælatio, nec vlla distinctio gabellariorum, temporis contractus, & temporis adimpletæ tacitæ conditionis, nisi eas inducamus, vt prædiat, quo cõnsensu ex venditione herbarũ, vel aliorum fructuum fundi, vel vineæ in plures annos simul factæ, censeo gabellam deberi singulis gabellarijs, cuiusque anni respectiue; v.g. vt si primi, secundus, vel alterius anni existat vnus gabellarius, ad illum quippe pertinebit gabella fructuum illorum anno tuto, ad alios verò diuersos gabellarios gabella fructuum reliquorum annorum; quia in his cessat ratio retrotractionis ad tempus contractus venditionis, de qua supra, quia singulis annis respondere debet qualibet retrotractio d. tacitæ conditionis, si fructus nascantur, nempe, cuilibet anno natiuitas fructuum illius anni; non vero natiuitas fructuum posteriorum annorum, venditioni priori; quod.n. supra in principio huius quæst. resoluimus, gabellam venditionis conditionalis, verificata conditione gabellario temporis contractus, debitam esse ex vi retrotractionis, non vero gabellario existenti tempore adimpletæ conditionis, id quidem verum est, & procedit in venditione vna, vnius eiusdemq. rei: ceterum in venditione fructuum plurium annorum, quamuis in ea sit tacita conditio, si fructus nascantur singulis annis; attamen, cum hæc venditio sit fructuum plurium annorum diuersorum, tot videntur esse venditiones quot fructus, & anni, ac proinde merito gabella cuiusque anni spectabit ad gabellarium illius anni, natis fructib. non vero ad gabellarium præcedentis permaxime, cum l. 13. eiusdem *tituli 17. & lib. 9* dicat, *Que se aya de demandar el alcauala de las yeruas por el arrendador a quien pertenece, y la demande hasta fin del anno de la salida de los ganados por lo qual parece se dara entender, que en aquel propio anno de la entrada del ganado a eruagar se deniega el alcauala*, & quia si aliud diceremus, esset in manu venditoris herbarum, vel aliorum fructuum præiudicare dominis, & conductorib. futuris gabellarum, eosq. suo iure defraudare, vendendo herbas, vel alios fructus in plures annos simul, quod esse non debet, etiamsi absque fraude id fieret, sed vt sibi consulat, ratione magni præiudicij prædictis dominis, & gabellarijs futuris inde resultantis, quod si id fiat, tenendum est quo ad gabellæ solutionem; quod prædiximus, quia tot sunt contractus, quot sunt res contentæ, & deductæ in ipso contractu, licet sub vnica conceptione verborum exprimantur, *text. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig. cum alijs cumulatis per Ant. Go. 2. tomo uar. resol. c. 11. de qual. cõtract. n. 16.* quod patet in proposito, quia vnica tantum venditio esset, & hæc annua, non deberetur nisi vnica tantum gabella pro omnib. annis, atque hęc illi conductori gabellarum, qui erat tempore contractus, *iuxta tradita per Ant. Gome. vbi sup. vers. 44. uers. secũdus effectus*; At nemo negabit in nostra specie singulis annis deberi gabellã pretij; Ergo sunt plures venditiones, quod ex eo etiã, vel maxime confirmatur: quia iuxta nostram *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* gabella debetur ex pretio venditionis; sed quolibet anno vẽditionis assignatur diuersum pretium, etsi eiusdem quantitatis; ergo quolibet anno incipit deberi noua gabella, ac per cõ

19 sequens soluenda est gabellario illius met anni. † Quidquid Giron. *de Gabell. 8. p. num. 23.* existimat contrarium, nempe, vt gabella ex herbis venditis tantum debeatur, quoties tempore venditionis herba est iam demonstrata; secus verò alias ex *c. 26. De los nueuos apuntamientos*, ibi: *Despues de estar mostrados los dichos frutos, &c.* idemq. ibi intelligit Giron. in castaneis, glandibus, & alijs fructibus terræ, vt ex earum venditione debeatur gabella, si tũc temporis erant fructus demonstrati; aliter enim esset locatio, & non venditio, vt late aduertit Ripa, *de peste, titu. de priuil. contract. caus. pest. num. 46. cum seq.* & sequitur hanc opinionem Azeu. *in d. l. 13. num. 1. & 2.* nisi aliud de consuetudine antiqua citate receptum, & declaratum sit; nam tunc seruabitur. Ego verò censeo singulis annis deberi gabellam herbarum, & ceterorum fructuum futurorum, prout vidi probari in patria mea. Nec obstat *c. 26. punctuationum*, non enim dicit *Que de los otros annos del arrendamiento no se de alcauala, ni trata de ellos, sino del alcauala de los frutos mostrados que se deua, aunque las escrituras digan que son arrendamientos, siendo como son ventas.* Seruanda igitur erit consuetudo in hoc, si fructib. non demonstratis.

20 Vlterius † prosequendo materiam venditionis conditionalis obseruandum est, quinque dies a *l. 3. tit. 19. hoc lib. 9.* præfinitos ad gabellæ solutionem, non currere in venditione conditionali, donec cõditio casualis, vel mixta impleatur; aliàs enim si intra eos dies conditio non adimpletetur, gabella ante perfectionem venditionis deberetur, & solueretur, vt aliàs arguit Iurisconsultus *in l. tali ff. de iure dot.* nec verificarentur verba *d. l. 31.* ibi; *Despues de fecha la uenta*, ita & bene Lass. *de decim. uen. c. 5. num. 2.* Idem in termino nouem dierum ad retrahendam rem patrimonij, & auorum consanguineis, concesso a tempore conditionis impletæ, resoluimus cum veriore, & receptiori sententia *supra lib. 2. practic. qq. 153. num. 31.*

21 Et † procedit ista hæc obseruatio, etiamsi statim cum venditio sub conditione celebratur res uendita tradatur emptori: Etenim licet Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 28.* & iterum *glos. 10. num. 52. cum seq.* quod sup. de retractu uenditionis conditionalis diximus, tẽperet quando processum fuit ad traditionem rei, quia ea huiusmodi uenditione conditionali secuta traditione ante impletam cõditionem, transfertur dominium, *l. dotis fructum, § ult. cum statim seq. ff de iure dot.* & ita tunc statim curret tempus retrahendi, nihilominus tamen respectu gabellæ, de qua agimus, nihil interest, an tradita res sit ante conditionis implementum, nec ne; adhuc namque gabella non debetur, nisi ex uenditione perfecta, quousque conditio adimpleatur, & venditio sit perfecta, atque purificata, & quamuis dominium rei alienetur, non ideò perfecta venditio magis purificatur, nec perficitur, vt patet ex *l. necessario, uers quod si pendente, ff. de peric. & commod. rei uend. & l. 2. § si sub conditione, ff. pro empt.* vt in terminis bene aduertit, & probat Lass. *d. c. 5 num. 4.* Cui addo, non esse veram illam limitationem, & modificationem Tiraq. in materia retractus nisi tantũ, quando constaret per traditionẽ voluisse recedere partes, a cõditione pmissa, ut, cũ alijs late probauimus *lib. 2. pract. q. 153. nu. 4. uersi. nunc uero.*

22 Quæ autem dicta sunt in hac quæstione de uenditione conditionali sub conditione casuali uel mixta non procedunt in uenditione sub modo celebrata, hæc namque pura, & perfecta est, & ab illa differt, ut in simili legato probat text. *in l. libertas, §. hac scriptura, ff. de manum. test.* ac

proinde

proinde ex venditione modali, statim ac de re, & pretio eo modo conuentum sit, debebitur gabella, quam ex pura, & non qualificata venditione. Ratio differentiæ est: quia cōditio factum suspendit, & interim non nascitur actio, nec obligatio, *l. legata sub conditione, ff. de condit. & demonst. l. cedere diem, ff. de verb. signif.* modus autem dispositionem, & contractum purum qualificat, ita vt statim obligatum siue efficax actio detur, præstita cautione de modo implendo, *l. demonstratio falsa, §. fin. & l. si cui, ff. de cond. & demonstr. DD. communiter, in l. quibus diebus, §. Thermulus ff. de cond. & demonstr. & alibi sæpissime.* Ex quibus hanc obseruationem, & differentiam in terminis gabellæ, de quibus agimus, tenet Lall. *d. c. 5. num. 9.* & sequitur Molin. *vbi supra col. 507. uersic. non uero.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella ex uenditione nulla non debetur, & soluta repeti potest.*

2 *Lex, statutum, uel consuetudo de contractu agens, nempe, ut ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu ualido, non uero de nullo.*

3 *Quod fit contra legem, est nullum, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea, quæ inde sequuntur, nam deficiente substantia, deficit substantiandum, eod. num. 3.*

4 *Venditio rei, quæ non est in commercio hominum, hominis liberi scienter loci sacri, & religiosi, ac cuiusque rei inalienabilis nulla est.*

5 *Contractus bonæ fidei est nullus, quoties dolus uenditoris ei dedit caussam.*

6 *Gabella non debetur ex contractu bonæ fidei, cui dedit caussam dolus uenditoris, sed contra num. 9. secus in contractibus stricti iuris, præterquam in foro conscientiæ, ut in num. 7 nisi is, qui dolum passus est, uoluerit stare contractui bonæ fidei, quia tunc contractus valet, & tunc ēt gabella debebitur gabellario eius temporis, quo dolum passus declarauerit, se uelle stare contractui, ut in num. 8.*

9 *Gabellam debet uenditor, etiamsi eius dolus dederit caussam contractui, & num. 13. & 16.*

10 *Dolum passus cogitur declarare, an uelit stare contractui, uel eum rescindere.*

11 *Gabellam debet uenditor ex contractu nullo, propter metum, uel simulationem ab eo illatam.*

12 *Turpitudinem propriam, nec agendo, nec excipiendo licet allegare, nisi lata sententia super nullitate, sed uide numero 13.*

14 *Gabella debetur ex uenditione facta in fraudem, quia uenditio tenet.*

15 *Gabella debetur ex parte permutantis, dolum adhibentis, qui dederit caussam contractui, secus ex parte dolum passi, nisi permutationi uoluerit stare.*

17 *Gabella integra debetur ex contractu, cui incidit dolus, licet ei caussam non dederit.*

18 *Gabella rei propriæ ignoranter empta non debetur, quia est nulla.*

19 *Venditio est nulla ob defectum substantialium huius contractus.*

20 *Gabella non debetur ex uenditione conditionali, deficiente conditione.*

21 *Gabella non debetur ex contractu nullo: secus ex ualido, ut in exemplis hic positis.*

Venditio facta ab uxore solita negotiari, uidente, & permittente marito, est ualida.

22 *Gabella an debeatur ex uenditione sepulchri a laico facta? & num. seqq. præcipue, num. 26.*

23 *Sepulchri iura extraneis cedi non possunt.*

24 *Sepulchri iura quo ad usum bene possunt a laicis possideri, & alijs cedi, secus quo ad proprietatem, & num. 25.*

26 *Praxis communis refertur circa alienationem ab Ecclesijs, earumq. prælatis sepulchrorum, capellarum, & arcuum in ipsis Ecclesijs pro defunctis sepeliendis.*

27 *Gabella debebitur ex uniuersitate rerum temporalium, quibus annexa sunt sepulchra, capella, uel ius patronatus.*

28 *Gabella debetur ex toto pretio, quo hæreditas vendita est, etiāsi in ea Regalia quædam sint, quæ immunitate alias funguntur non soluendi gabellam.*

29 *Gabella debetur ex venditione sepulchri facti non interueniente Episcopi auctoritate: secus alias, vt in num. 30.*

QVAESTIO IX.

An ex venditione nulla debeatur gabella.

1 QVæro: † *An ex venditione nulla debeatur gabella, hoc est nostra alcauala?* Et in hoc communis resolutio est pro parte negatiua, scilicet, quod ex venditione nulla, non debeatur gabella, *vt supra resoluimus in quæstione proxime præced. nu. 11.* vbi plures hoc tenētes citauimus: & præterea etiam Giron. *de Gabell. 5. par. num. 25. cum seqq. post Tiraq.* & ab eo relatos *de vtroq. retractu, tit. 1. §. 1. gl. 2. nu. 7.* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 3. num. 34.* & Azeu. *in l. 1. num. 70. tit. 18. hoc lib. 9.* vbi quod si soluta est, repeti potest, *vt per Tiraquel. de retractu conuention. §. 5. glos. 2. num. 6.*

2 Cuius ratio est: quia lex, statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe, vt ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo, *l. 4. §. condemnatum & ibi DD. ff. de re iud. l. 1. §. hac autem, ff. quod quisque iur. & ibi glos. & DD. l. non putauit, §. non quauis, ff. de bon. possessione contra tabulas, cum simil.* & proprie loquendo non potest dici venditio illa, quæ nulla est, iuxta glossam in *l. 1. verbo contractus, C. ne liceat habit. lib. 11. Lassar. post alios, de decim. uendit. c. 14. num. 2.*

3 † Quod enim fit contra legem, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea, quæ inde sequuntur, hoc est, quo ad gabellam, est etiam nullum, *DD. in l. non dubium, per tex. ibi C. de legib.* & deficiente substantia, deficit substantiandum, *l. in venditionibus, uers. inde quæritur, ff. de contrah. empt. l. 10. tit. 5. par. 5.*

4 Exempla † venditionis nullæ, ex qua gabella non debetur, sunt, veluti si res vendita non erat in commercio hominum, *ut in l. si in emptione, § omnium, ff. de contrah. empt. ibi, quas uero natura, uel gentium ius, uel mores Ciuitatis commercio exemerunt, earum nulla uenditio est, liberū enim hominem scienter emere non possum.* Idē est in venditione loci sacri, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, *§. fin. Inst. de empt. & uend. l. 15. tit. 5. parte 5.* quis aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus est, actio ex empto competat, iuxta distinctionem textus *in l. 4. cum duobus sequentibus, ff. de contrahend. empt. Anton. Gomez secundo tomo capitulo 2. numero 57.*

5 Ex † quibus deduci videtur, quod quando contractus bonæ fidei est nullus (vtpote quia ei dedit causam dolus venditoris, iuxta communem resolutionem, de qua per glos. Bart. & communiter Doctores *in l. eleganter, ff. de dolo l. si dolo, & ibi glossa, C. de rescind. vēdit. & ibi communiter Doctores, glos. Abb. & communiter DD. in cap. cum dilecti de empt. & vendit. Couar. in Regula possessor, 2. parte §. 6. num. 6. de reg. iur. in 6. Medina de restit. quæst. 33. Conrad. de Contract. in Summar. ad quæstionem 57. dicto 14. vna cum 1. & 2. ibi subiunctis, & Aluar. Vulasc. de iure empb. quæst. 5. numero 9. Siluest. in Summa verbo, culpa, q. 7. Angel. verbo, dolus num. 9. est communis, vt per D. Molinam late 2. par. de iust. & iure disputatione 359. columna, 29. & eumdem disputatione 35... colum. ... versiculo. His ita constitutis, & Padilla in l. transactione ... num. 5. C. de transact.*

6 Gabella † ex eo contractu non debebitur, secundum Lassari. *de decim. vendit. capit. 14. numero 56.* qui est supplendus loqui in contractibus bonæ fidei, in quibus dolus dedit eis caussam contrahendi, ac proinde contractus ... ita celebratus, est nullus, *iuxta prædictam communem resolutionem*, & cum sit nullus, ex eo non debetur gabella.

7 † Secus in contractibus stricti iuris ... quibus dolus ... caus-

caussam cōtractui, validus est, *ut plerique ex Doctorib. prædictis, & alii profitentur:* & in foro exteriori probat Molina *ubi sup. columna 596. versic. quinta Conclusio, in secundo loco citatus*, licens, secus esse in foro conscientiæ, quia in eo nullus est, sed cum loquamur in terminis gabellæ, quæ debetur ex contractu venditionis, & permutationis, qui bonæ fidei sunt, *vt in §. actionū. Inst. de action.* cōsequitur nō deberi gabellā, ex contractu dante illi caussam dolo, vt tenet Lassart *d. numero 56.* hoc verum intelligens *numero 57.* nisi is qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc venditio est rata ea resolutis per
8 Didac. Perez *in rubrica titulo 2. libro 8 Ordin. pag. 30.* † Et in hac specie gabella debebitur gabellario existenti tempore, quo circumuentus, se stare contractui declarauerit, quia tūc incipit esse effi ax venditio, quę prius nulla erat, non vero gabellario, qui erat tempore cōtractus, *ita Lassart. in d. numero 57. quem sequitur Azeued. in l. 1. num. 148. titulo 17. hoc libro 9.*

9 Mihi † tamen in specie principali prædicta, nempe, cōtractus bonæ fidei, cui dedit caussam dolus vt ex eo venditor, vel permutator, sit decipiens, teneatur soluere gabellam, verior, & tenenda videtur, prout etiam arbitratur eam probans Molina, *vbi supra, & præsertim colum. 594. vers. petes, d. disputatione 352.* loquens in venditore decipiente, ex eo, quod fraus, & dolus nemini patrocinatur, & quia ex parte ipsius venditoris decipientis validus est contractus, illumq. obligat si deceptus velit stare contractui, satisq. est ex parte venditoris, contractum esse validum, vt fiscus ab eo gabellam comparauerit, eam q. exigere valeat, quod ius semel quæsitum, nō amittit, tametsi postea deceptus nolit stare contractui propter dolum venditoris, iuxta regulam *ius nostrum, de reg. iur. in 6.* Quamuis enim contractus bonæ fidei dolo factus, dante caussam contractui, sit nullus in fauorem dolum passi, vt habet præfata communis, respectu tamen dolosi claudicat contractus in suum odium, & sic valet, contra regulas iuris communis, *l. Julianus, §. si a pupillo, ff. de action. empt. l. non ideo minus, C. de procurat.* vt in terminis etiam Padilla *vbi supra, d. num. 5. in vers. claudicat: igitur* ubi etiam,
10 quod cogeret dolum passus declarare, † an velit contractui stare, vel potius eum rescindere, *vt in d. l. Julianus, §. si quis colludente*, quem ibi in hoc Bart. notauit.

11 Accedat † insuper pro hac nostra sententia contra Lassart. quia idemmet auctor *d. capit. 14. numero 64.* in eadem specie, nempè, quando venditio est nulla propter dolum venditoris, quinimò, vel propter metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, licet decimam tunc non deberi palam esse, repetat: fatetur tamen, quod si gabellarius decimam petat a venditore, fundatam habebit intentionem suam ex prædicta venditione de facto præcedente; nec audiendum esse venditorem contra gabellarium agentem, allegantem venditionem nullam esse ex dolo, metu, vel simulatione, quia allegaret turpitudinem suam, quod neque agendo, neque excipiendo licitum cui-
12 que est, † cum nemini debeat delictum suum patrocinari; *l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. l. transactione, cum ibi notatis, C. de transaction. cum similibus*, nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus: nam tunc inquit poterit vēditor propriam turpitudinem ab alio iam detectam allegare contra gabellariū decimam petentem, quia tali casu liquido constat indebitum esse, & quod secus erit, si eam suam turpitudinem etiā ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, repetens ab illo, vt indebitam decimam, quam soluisset semel, quia iam sciens indebitam esse, soluerit. En igitur, quomodo Lassart. in his verbis fatetur, & probat, nostrā sententiam contra suam priorem, de qua supra egimus,
13 & sic sibimet contrarius uidetur in hoc. † At quod deinde *d. numero 64.* inquit (ut præmisimus) uno solo casu indebitam esse prædictam gabellam, nempe, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus uenditionis nullus esse fuerit declaratus, uerum esse non credimus, sed asserimus etiam post præd. sententiam peti posse, ac soluendam esse præcipiendum, quoniā ex parte venditoris valida quidem fuit ab initio venditio, quo ad hoc, quod vel fiscus gabellam eo comparauerit, vel quod ius quæsitum semel non amittit, quidquid deceptus postea nolit stare contractui propter dolum venditoris, etiam si super nullitate, sententia ad petitionem decepti postea lata fuerit: ipsa namque inter partes ius faciet non vero tertio, qui est fiscus, nocebit, nihil impediente, quod turpitudo sit iam detecta, vel non: siquidem ex parte decipientis validus fuit statim contractus hic, quod sufficit ad debitum gabellæ, quamuis postea nullum esse declaretur, eum ab initio fuerit validè ius quæsitum fisco pro sua gabella. Faciunt tradita per Paciador. *lib. 1. rerum quotid.*
14 *capite 3. §. 3. num. 36. & 37.* † vbi quod venditio facta in fraudē, tenet, ac proinde ex ea gabella debetur, quidquid hoc intelligendum esse dicat Lassart. iuxta suam resolutionem.

15 Ex † quibus omnibus idem probandum venit in permutatione, dolo dante caussam huic contractui, nempè, vt respectu dolosi teneat permutatio, ac proinde ex sua parte teneatur soluere gabellam, non vero permutans deceptus, emptor vero, si deceptus regulariter gabellam non debet, sed decipiens: vt pręfiximus, nisi adhuc permutationi voluerit stare, iuxta *supra dicta num. 8.*

16 Fit † igitur ex supradictis uerinrem uideri, atque esse, & tenendam nostram, & Molinę sententiam aduersus Lassart. ac proinde gabellam a uenditore, uel permutante decipiente debitā ab initio, propter ualiditatem contractus, ex sua parte gabellar. tunc temporis existenti, deberi, non uero ei, qui talis erat tempore celebrati contractus, si forte alius existebat.

17 Quod † si dolus non dederit caussam contractui, sed illi incidit, quia alias empturus erat rem, sed non tanto pretio, quo casu contractus ualidus est, sed datur actio decepto, etiamsi non ultra dimidiam iusti pretij deceptus sit, iuxta communem resolutionem Doctorum, de qua per DD. *vbi supra*, tunc quidem proculdubio gabella debetur integra, nec gabellarius tenebitur remittere, aut restituere de gabella debita ratione primi contractus, & hoc ratione doli uenditoris, ut nuncupatim tenet Molina, *d. disput. 352. col. 595. vers. Petes.*

18 Similiter † emptio rei propriæ, uel ignoranter celebrata, non ualet, ac proinde ex ea gabella non debetur, *l. suæ rei, ff. de contrah. empt. l. 8. tit. 5 p 5.*

19 Erit † præterea uenditio nulla ob defectum substantialium huius contractus, *l. pacta conuenta, & ibi glos. uerbo, ex pretio, ff. de contr. empt. & in l. si duos, & in l. in uenditionibus, ff. eodem tit.*

20 Nec † non si uenditio sub aliqua conditione suspensiua celebretur, eaq. deficiat, tunc enim uenditio nulla erit, & gabella ex ea non debetur, ut resoluimus *sup. in q. 8. proximè præcedenti, num. 11.*

Alia plura exempla uenditionis nullæ congerit Anton. Gomez *ubi supra.*

21 In † summa, pro regula obseruandum est, quod ex uenditione iure ualida, debetur gabella; si uerò uenditio ex sa iure non subsistat, maximè, nempe lege, uel natura prohibente, siue ratione rei uenditæ, ut in prædictis casibus; siue ex defectu solemnitatis, *ut in l. lex quæ tutores, C. de administr. tut.* siue ex defectu auctoritatis, ut in uenditione facta per uxorē, sine licentia uiri; siue propter incapacitatem personæ, ut in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est; siue ex fraude in legem commissa; siue propter simulationem, quibus casibus est uenditio, ut latius prosequitur Tiraquel. *de vtroque retractu, tit. 1. §. 1. glos. 2. num. 5. cum sequentibus*, & Lassart. *d. cap. 14. num. 3. cum sequentibus*, vbi idem tenet, quando propter dolum dantem caussam uenditioni, uenditio non subsistat; sed in hoc contrarium probauimus *num. 9. 13. & 16.* Sed quod de uenditione per uxorem nuptam dixi, intelligi debet, præterquam si talis uxor sit solita negotiari, uidente, & permittente marito, quia tunc ualida erit uēditio, ac per consequens ex ea gabella debebitur, ita in terminis uoluit Azeued. *in d. l. 1. num. 69. tit. 17. hoc lib. 9.* & quod de uen-

dittione

ditione facta ab uxore sine licentia viri non debetur gabella, probat bene Girond. *de Gabell. 9. par. in prin. nu. 23. & 24.* nisi a marito fuerit approbatus talis contractus.

21 Ex superioribus † ex facto consultus Parlador. *lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. 3. num. 35.* respondit, quod cum laicus quidam, sepulchrum quod in æde sacra habebat pretio vendidisset, vectigal non deberi, quia nullus esset contractus, iure Pontificio, Ciuili, Regioq. refragantibus, *capit. abolendæ de sepult. l. locum, C. de religios. & sumpt. fun. l. 1. tituloq. 13. par. 1.* Sepulchrum igitur auctoritate Episcopi constructum vendi, seu pignorari non potest, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, *vt in d. l. 1.* vbi Greg. Lopez *in glossa, vender,* inquit, simoniacas esse eas pactiones, quæ fieri solent cum clericis, vel religiosis, vt pro capella aliquod pretium, vel aliquid annuum eisdem præstetur, quia cum hæc religiosa sint, non potest pro eis aliquid temporale præstari: quod verum, atque iuridicum est, quamuis frequenter male obseruari, vel etiam palliari solitum sit, secundum D. Molinam, *lib. 2. de Hisp.*

23 *primogen. cap. 24. num. 40.* † sed nec iura sepulchrorum extraneis cedi possunt, *l. quia perinde §. 1. ff. ad Trebellian. Ioan. Faber, in §. colum. ult. Instit. de acquis. per arrogat.* licet transeant ad hæredem extraneum, *l. uel quæ. in princip. ibi: qualescumque sint, ff. de relig. & sumpt. fun. l. ius sepulchri, C. eod. tit. Tiraquel. de retractu lignag. §. 26. gl. 1. nu.*

24 52. † Sed contra hoc responsum Parlador. insurgit Lassar. *ubi sup. d. cap. 14. num. 5.* dicens, quod ex eo inquiunt d. iura sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra, vel religiosa, in nullius bonis est; atque ideo commercium eius haberi nequit: At hoc procedit, quo ad proprietatē

25 sepulchri dumtaxat, † secus, quo ad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc, vt nullus præter eū sepeliri possit eo loci, vt cum alijs probat Abb. *in d. capit. abolendæ, num. 5.* & Siluest. *in Summa, uerbo, sepultura, nu. 3.* & Auchar. *cons. 113. num. 3.* Ius enim hoc utēdi proprietatem rei non lædit, argumento eorum, quæ aliàs resoluit Paul. de Castro *in l. 4. nu. 2. ff. de seruit.* & alij DD. Et quia vsus de quo per Abb. & Siluest. non est propriè accipiendus, vt seruitus formalis esse intelligatur, de qua Instit. *de usu, & habit.* nulla enim seruitus esse potest in his rebus, quæ in nullius bonis sunt, *ut in l. 1. & ibi DD. ff. de usu, & habit.* quā legē expresse in re sacra, & religiosa exēplificat Loognualius *in repet. l. Imperium, 4. par. fol. 54. ff. de iurisd. omnium iudic.* Sed accipiendus est potius pro facultate, & commoditate vtendi, quæ differt a vera seruitute vsus. Si igitur hæc facultas vtendi capella, & loco sacro in personam laici esse potest, quia a re ipsa sacra distinguitur, & secernitur, atque differt: ergo in alium transferri, & cedi potest pro pecunia, absque labe simoniæ, & venditio valet, &

26 ex ea debetur gabella. † Accedit praxis communis, iuxta quam ab Ecclesijs, eiusq. prælatis more antiquo hæc facultas, & ius sepeliendi in eo loco licite, vt creditur, & absque labe simoniæ laicis venduntur, eo quod non quid sacrum aut religiosum veneat, sed ius quoddam honorificum, & temporale illic potius, quam alibi sepeliendi, vt explicat Dominicus a Soto *lib. 9. de iust. & iure, quæst. 7. art. 1. in responsione ad tertium argumentum.* Similiter, & Capellæ, atque Altaria, & arcæ, quot die pretio annuaq. pensione perpetua, & sepulturæ laicis conceduntur, vt videmus: ergo & ab ipsis laicis alijs cedi, vendiq. possunt, sicut gratis concedi. Cum igitur hæ venditiones communiter fiant, & pro validis reputentur, atque habeantur, gabella ex eis a laicis vendentibus debebitur, prout censet contra Parlador. Lassar.

Nihilominus tamen Ecclesiæ censuræ ac correctioni superiora subijcio, dum diximus a laicis fieri posse præfatas venditiones licite, & absque simonia: quinimmò vix posse in praxi obuiari censeo, vt ex præfata venditione soluatur gabella, cum negari non possit, quin illa facultas, vsus, & commoditas vtendi capella, vel sepulchro, in quo vendi ius cōsistere prætenditur, ita sacris rebus, & religiosis adhæreat, vt re ipsa vnum ab alio secerni, aut separari non possit. Vnde nil mirum, vt quod præcipuū est cōsideretur, ne q. gabella nō debeatur, quia magis dignū attrahit ad se minus dignum. Et præterea, quando in vno actu duæ rationes, vel caussæ concurrunt, inspicienda est ea quæ minuit gabellam, quia in dubio contra gabellam est iudicandum, vt resoluimus *supra quæst. 5. nu. 10.* Ex quibus defendi potest opinio Parlad. a qua, vt ipse postea inquit, in secunda editione, immeritò, nulloq. iure discessit Lassarte *vbi supra.*

27 Vno † tamen casu posset procedere opinio Lassart. contraria, nempe in venditione vniuersali rerum temporaliū quibus inhæret, vel annexa est Capella, vel sepulchrum sub quodam pretio. Itaque sub ipsa vniuersitate bonorum vendita transirent in consequentiam iura sepulchrorum sicut, & alias ius patronatus potest alienari inter viuos titulo vniuersali, *text. in capitu. ex literis, de iure patron. cum similibus,* tunc enim de toto pretio deberetur gabella, quia non venditur, nec vendi potest, quod spirituale est, sed transit sub vniuersitate venditæ in quandam consequentia, & vniuersitas, quæ venditur expectanda est, nō singulæ res in ea contentæ, *l. in modicis. ff. de contrahen. emptione. l. 1. ff. de fundo dot. l. quadam. ff. de acquir. rerum*

28 *domin. & d. cap. ex litteris, de iure patron.* † Vnde hæreditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quæ immonitate aliqua fungātur, nihilominus integra decima ex toto pretio debetur, vt in terminis probat Parlador. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 2. num. 26. & 27. supra Laßart. de decim. vend. c. 9. num. 39.*

29 Similiter, & in venditione sepulchri facti, non interueniente Episcopi auctoritate, hoc namque potest vendi, atque alienari; quamuis enim, iure ciuili considerato, alienari non possit, quia eo ipso, quod quis inferebat mortuum in sepulchrum, locum religiosum efficiebat, *l. 2. cū similibus, C. de relig. & sumpt. fun.* cum tamen hoc de iure Canonico non procedat, nisi auctoritate Episcopi ad huiusmodi vsum sepulchri locus deputatus sit, iuxta tex. *in cap. ad hæc, de religios. domib.* vbi communiter scribentes id notant, *gl. in cap. in Ecclesiastico, verbo, si terram, 13. quæst. 2. & ibi DD. Innocent. & Scribentes, in d. c. abolendæ, de sepult. late Dec. in cap. quanto, nu. 9. de iudic. post Felin. ibidem num. 4. D. Molina vbi supra, num. 39.* Cessante tamen prout cessat de iure Canonico prædicta ratio iuris ciuilis, cessare debet, & eius prædicta dispositio, vt resoluit Felin. *vbi supra,* & Gregor. Lopez *in d. l. 1. in gloss. uerbo, uender,* quod verissimum videtur Molina *ubi supra num. 39.* reiecta opinione Fabri, & aliorum, qui contrarium absque iuridica ratione censuerunt. Cum igitur sepulchrum, factum absque auctoritate Episcopi, vendi atque alienari possit, *vt resoluimus,* consequitur, vt ex eius venditione alcauala debeatur.

30 Secus autem erit dicendum in sepulchro constructo cū auctoritate Episcopi; hoc namque cum vendi nec pignorari possit, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, iuxta tex. *in cap. quæsta, & in cap. postquam, 13. quæst. 2. & in d. l. 1. & ibi Greg. Lop.* & late probat Molin. *vbi supra, num. 40.* quidquid nimis subtiliter, & pene Philosophico modo distinguere velit in hoc Lassart. *vbi supra,* consequens est, vt gabella in hac specie, si de facto venditio fiat, non debeatur, rationibus a nobis supra consideratis pro hac parte.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex uenditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta? & numeris seqq.*

2 *Gabella non debetur ex uenditionis uel permutationis contractu, quando partes in continenti ab eo recedunt. secus si ex interuallo. & an tunc noua alia gabella debeatur ex distractu? num. 3. & num. 4.*

5 *Gabella an debeatur ex augmento contractus ex interuallo adiecto.*

6 *Gabella debetur ex venditione pure celebrata, etiam si ante traditionem partes ab ea mutuo consensu discedant. Et a fortiori, si recedant post traditionem, ut hic, & in nu. 7. & 8.*

9 *Gabella an, & quando debeatur, quoties recte celebrata uenditione pretium, aut traditio rei remittitur.*

10 Gabel-

10 *Gabella non debetur quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoria, vel adiectionis in diem in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositis: secus si ex interuallo appositum fuerit. vt in numero 11. Item quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis, vt in numero 12. & quid si pactum illud longo tempore concluditur num. 13. vbi quid de fructib. interim perceptis?*

14 *Gabella na debetur ex venditione in huncmodum celebrata, scilicet, vt si emptori displicuerit inempta sit, vel distracta sit ad beneplacitum emptoris, si tamen postea emptori non placuerit? & numeris seqq.*

15 *Venditio celebrata, si placuerit, vel nisi displicuerit, arbitrio boni viri commissa intelligitur, & iuxta id iudicandum, an debeatur gabella, vel non, limitatur in casu posito? num. 21.*

16 *Gabella debebitur in præmissa specie, si resolutio fieret etiã iusta caussa post terminum in contractu, vel iure assignatum.*

17 *Terminus ad displicendum in re debitoria, quando à partibus non assignatur in contractu, vel post incontinenti, est sexaginta dierum, quem terminum partes sua conuentione immutare, & perpetuum efficere possunt, vt in num. 18 Sed si res morbosa, vel vitiosa sit, nihilominus termino displicentiæ non adiecto in conuentione intra sex menses fieri potest, vt in num. 19.*

20 *Venditione rei ita celebrata: Si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset placere die sequenti.*

22 *Gabella debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo, ex reuenditione autem prædicta alia gabella non debebitur, vt in numero 23 nisi prædicta reuenditio fieret nullo apposito pacto de retrouendendo, vt in numero 24.*

25 *Gabella debetur ex venditione facta cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneatur in ea præferre primum venditorem ceteris emptoribus.*

26 *Gabella duplex debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo intra certũ tẽpus, si postea prorogetur per partes illa terminus, & transacto primo termino intra tamen prorogatum reuendatur.*

27 *Gabella an debeatur ex venditione cum pacto de retrouendendo verbis directis concepto, vt in exemplo de quo hic resoluitur affirmatiue, num 29.*

29 *Gabella debetur ex venditione iuris pacti de retrouendendo in venditione appositi in fauorẽ tertij, pretio facta, tresque gabellæ in hac specie debebuntur, re redempta per illum tertiũ Prima ex venditione ipsa principali; Alia ex venditione seu cessione dicti pacti; Tertia ex redemptione & numero 30 cui incumbat onus soluendi hanc tertiam gabellam?*

QVAESTIO X.

An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella?

1 QVæro Decimo: † *An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella?* Et quia in hoc articulo DD. nostri maxime variant, atque nimis cõfuse, & diffuse procedunt, ita, vt pene non intelligatur, aut memoria retineatur, quid tenendũ sit in iure, & in praxi, vt constat ex late adductis, & congestis per Tiraquel. *de retractu conuent §.6 glos. 2. num. 4. cum seqq.* & ex alijs iunioribus, vt hæc materia omnibus deinceps clarescat, notaq. fiat, sublatis nubibus, eam claro, illustriq. stylo exponam, procedendo per casus sigillatim.

2 Primus † casus est, quando partes celebrato contractu emptionis, & venditionis, vel permutationis, simpliciter, & absoluta statim incontinẽti, hoc est, antequam ad alia diuertant, ab eo mutuo consensu recedunt, & tunc quidem non debetur gabella ex contractu, nec distractu: secus si ex interuallo, quia ius semel fisco quæsitum ab eo auferri per partes non potest, *Bald in l. si constante colum 2 per illum text. C de donation. ante nupt. Doctores omnes in l ab emptione, ff. de pact secundum Mod. Paris. in consuetud. Paris. titulo 1. §. 13 glos. 5 numero 11.* & voluit idem *§. 22. numero 10* Et hæc est communis sententia, & resolutio secundum Anton. Gomez. qui alios allegat, 2. *tomo variar. resolut. cap. 2 de emptione, & venditione, nu. 31.* sequitur plures allegans Tiraquel. *de retractu conuention §.6 gloss. 2. nu. 10.* vbi id verum intelligit, etiam si ante traditionem rei venditæ partes discesserint a contractu, nisi incontinenti discedant, sequitur etiam Arias Pinel. *in l. 2. in 2. par. cap. 3. num. 36 colum. 2. illius numeri, C. de rescind vend Menchu. de success creat. §. 25. num. 5. Didac. Perez in l. 2. titulo 7. lib. 5 Ordinam pag 196. uersic. sed dubium est. Parlador. libro 1. rerum quotid capite 3. §. 4 num. 2. 5. & 6* et seq. vera, & communis resolutio secundum Iosephi Ludou *decis Perus 113.* quem ad hoc refert, & sequitur Lassart. *de decim. vendit. capit. 14. num. 7 cum seqq.* malè tamen hic auctor inquit, gabellam deberi ex venditione, a qua partes incontinenti re integra discedunt, cum neque id uerum sit, nec communis, & vera resolutio, quam ipse citat, id habeat: sed potius contrarium, nisi cum ex interuallo partes a uenditione discesserint, vt constat ex omnibus Doctoribus de hoc agẽtibus. Distinctio igitur prædicta uera, & communis est, atque tenenda, vt & contra Lassart. *ubi supra,* censet Ioan Garsia *in tract de expensis, & melior. capite 18. nu 48. in additionibus nouis.* Est etiam communis secundum Molinam Theolog. qui eam sequitur *in 2. p. de iust. & iure, disputatione 373. colum. 774. vers. quando contractus*, & iuxta eam intelligenda est opinio Vegæ *lib. 5 suæ Summæ Casu 632. in princip* aliàs erit falsa. Similiter, & Auend. *resp. 20, nu. 1. ibi: fiscus,* & Azeu. *in l. 1. nu 86 tit. 17. hoc lib. 9.* dũ tenẽt, quod licet partes pœnituerint uenditionis post, eam perfectam debetur gabella, intelligendi sunt, quando pœnitentia est ex interuallo: secus si incontinenti ante quam ad actus extraneos partes diuertant, iuxta prædictam veram & communem resolutionem.

3 Quinimò, † quando partes ex interuallo à uenditione discedunt, postquam ad traditionem rei, uel pretij solutionem transiissent, si resolutio fiat per actum priori dissimilem, nempe, reddendo uenditori rem a se uenditam, & emptori iam traditam diuerso pretio: quia non tam priorem uenditionem resoluisse, quam nouam contraxisse uidentur, *ex l 1. & 2. ff de rescind. vendit.* alia noua gabella, quasi ex altera noua uenditione debebitur, & soluenda erit, iuxta pretium secundo loco definitum; secus, si actus priori similis retro agens uenditionem intercesserit, *iuxta l 1. C. quando lic. ab emptione disced.* quia tunc unica tantũ gabella ex præcedenti contractu soluenda est, ut post alios probarunt Parlador. *num 6* & Lassar. *8. vbi supra,* nec nõ & Molina Theolog. *2 p de iust. & iure, disp. 373. col. 775. uers. dubium.* † Quæ distinctio procedit in ea uenditione, quæ nec omninò perfecta est omni perfectione, nec omninò in ea res est integra, ueluti, cum ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditione rei, uel solutione pretij: secus uerò, si utrumque factum sit, quia tũc uera est secunda uenditio, manente prima, ac proinde quando traditio rei est facta, & pretium solutum, quomodocumque, & quibuscumque uerbis contrahentes distraxerint, nouam alcaualam debebit reuenditor, ex traditis per Modern. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. num. 19. & 20.* & in terminis ex eis ita tenet Lassar. *d capit. 14. num. 9.* & Molina, *col. 775. in uersic. illud,* ubi quod hæc secunda gabella erit soluenda gabellario, ac domino, qui fuerit tempore secundi contractus; & iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Anton. Gom. Tiraq. Molina, & ceteri DD. supra citati, tenẽtes indistinctè ex resolutione, & discessu a contractu, hoc est, a distractu non deberi gabellã, & quæ tradit in materia feudali Pegueta *de feud. uers 1. ampliat. 15. num. 89.*

5 Quod † si contractus ille non dissoluatur omnino, sed ex interuallo, uel pretium mutuo consensu augeatur, aut minuatur, uel merx pro eodem pretio augeatur: recessum

quidem

quidem censetur a priori emptione, & facta noua, quatenus hæc posterior a priori diuersa est, & gabella augmenti pretij debebitur, non vero gabellarius aliquid restituere, aut remittere tenebitur, si pretium prius ex interuallo diminueretur de gabella prioris contractus, qui ad eam totam a principio ius plenum acquisierat, cui præiudicare non potuit variatio in contractu ex interuallo effecta, ita & rectè censuit Molina *ubi supra, d. columna 772 ad finē uersic. quod si contractus, & colum seq.* cuius in hoc sententiam probo: modo eam intelligamus, quoties uariatio prædicta interuenit ante traditionem rei, uel pretij solutionem, vt credo fuisse de mente eiusdem auctoris, & innuitur in eius verbis *in uersicul. ubi additur* ibi: *req. integra, iuncto uers subsequenti:* ibi: *quo loco obserua.* Et ideo merito tenet, non deberi tunc nouam gabellam, eo quod contractus esset idem aliquantulum uariatus: secus tamen esse uidetur, si hæc uariatio post traditionem rei, uel solutionē pretij intercesserit, quia iā tunc uidetur nouus contractus. Nihilominus tamen adhuc idem uidetur probandum, & in hac specie quod in priori, nempé, ante traditionem rei, vel solutionem pretij, scilicet, ut in utroque procedat sententia Molinæ, utpote, quod potius uideatur additio noua priori contractui, quam nouus in totum contractus.

Ex superioribus deducitur, minimè habere locum in nostra materia gabellarum Conclusiones, quas latè cum suis ampliationibus, & limitationibus, probat, & prosequitur Modern. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glos. 1. numer. 32 cum seqq & prius §. 13. glos. 5. num. 12. cum sequentibus.*

6 Prima † enim Conclusio erat, ante realem traditionem fundi licere pœnitere, siue distrahere, ut nulla iura debeātur, neque de contractu, neque de distractu. Quam Conclusionem ibi ampliat quattuor modis, & limitat uno modo.

Secunda Conclusio erat; post realem traditionem fundi, non licere pœnitere etiam ante, quando minus præueniat, nisi in ipso traditionis actu, uel incontinenti sequuta sit retraditio, & pœnitentia, quia traditio facta non uidetur, quæ nullo spacio stetit, uel nisi emptor traditione accepta intra modicum tempus fefellerit, aut solum uerterit decepto uenditore.

Hæ enim Conclusiones Moderni Paris. quod in sua materia, quam ibi agit, recte procedere possent; in nostra tamen minime sic simpliciter locum habent; sed omnino prorsus reducendæ sunt ad præfatas communes resolutiones, & distinctiones; nempe, quod gabella, hoc est, alcauala in his nostris Regnis debeatur, & peti possit ex solo contractu ualido ante traditionem; nisi incontinēti per partes ante quam ad extraneos actus diuertant, ab eo discedatur; secus si ex interuallo, quia tunc, vel una, uel duplex gabella debebitur, iuxta præcedentem resolutionem.

7 Similiter, in hac nostra materia ex prædictis non procedit resolutio eiusdem Moderni Paris. *d. §. 13. glos. 5 num. 15. & 17.* tenentis, etiam ficta traditione intercedente, posse contrahentes liberè discedere, dummodo patronus non præuenerit, uel emptor non cœperit possidere, uel frui, &c. contrarium namque respectu gabellæ tenendum est; prout tenent omnes Scribentes *in l. ab emptione, ff. de pact.* & alij, quos refert idem Mod. Paris. *d. num.* 15. & Firmian. *de Gabell. 3. p. 8. partis, q.* 14. Nam iuxta receptissimam sententiam supra relatam, partes ex interuallo recedere non possunt a uenditione in præiudicium iuris, seu gabellæ iam fisco quæsiti, uel quæsitæ; sed tantum incontinenti,

8 † quod si ante partium pœnitentiam gabellarius in iudicio præuenerit, petēdo gabellam, proculdubio ea debetur, licet postea partes a contractu resilierint, quia iam dici non potest res integra, ut cōstat ex Mod. Paris. *ubi sup.* cōtra Tiraquel. *de Constitut. poss. par. 1. num. 9. & p. 5. lim 7. num. 41.*

9 Quod si † rectè celebrata uenditione pretium remiserit uenditor, uel emptor rem; uidetur supradicto modo distinguendum, ut si quidem incontinenti id fiat, gabella non debeatur, si uero ex interuallo, debeatur.

Mihi tamen hac in specie ita tenenda uidetur optima distinctio circa retractum in materia feudali tradita per Modern. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1 §. 13. numero 5 [illegible]*, vt quod ipse dixit, & decidit in iure vtriusque retractus, eisdem rationibus tenendum sit, & practicandum quo ad gabellam, & distinctio prædicta est huiusmodi.

Quod, quando feudo vendito certo pretio, remittitur ipsum pretium ex interuallo, valet venditio, quacumque ex caussa fiat remissio, *ut in l. sit sibi habitationē. ff locati*, ac per consequens locus sit vtrique retractui (atque ita in nostra specie gabella debeatur) & proinde quo ad retractum integrum pretium erit refundendum, etiamsi venditor pure liberaliter donauerit emptori pretium, quia de donatione pretij nihil ad rem.

Si vero incontinenti, subdistinguendum sit: aut caussa puræ, & liberalis donationis remittitur; aut ex alia caussa. Primo casu non est venditio feudi, sed vera donatio, *l. cum in uenditione, ff. de contr. eh. empt.* & cessat vterque retractus: & ita in omnibus iudicandum sicut de feudo donato (nec etiam hac in specie debetur gabella.) Quod ita demum procedit, si constiterit de caussa puræ, & liberalis donationis, seu verisimiliter appareat, donatorem non habuisse animum vendendi feudum, ita quod pretium non est appositum caussa venditionis, sed caussa donationis forte æstimandæ, iuxta dictam *l. cum in uenditione:* secus si constat quod non habuit animum donandi feudum, sed eius pretium, feudum autem vendere voluit, tunc enim manet venditio feudi, quamuis incontinenter pretium donationis caussa remiserit, quia non cadit donatio, nisi super pretio, quod frequenter, inquit, euenire potest: veluti si donator nolit excludere propinquos suos à retractu, sed pretiū donare vult emptori: igitur hoc casu locū habebunt omnia iura feudalia, sicut in vera venditione; addo ego: & debebitur gabella multoq. fortius, si in eius fraudem præd. remissio facta fuerit.

Secundo vero casu, quando, scilicet, ex alia caussa, quā puræ, & liberalis donationis remissio pretij incontinenti fit, manet venditio, & in omnibus idem iudicandū, quod de feudo vendito, etiāsi remissio foret incontinenti facta non ex caussa debiti, sed ad antidota ex caussa simplicis remunerationis, qa huiusmodi remissio magis est genus permutationis, q̄ donationis, *l. sed & si lege, §. consuluit, uers. plane, ff. de pet. hered cū similib.* (ac per cōsequēs debebitur gabella in hac specie) pro qua distinctione est optimus textus *in l. si sponsus, uersiculo circa uenditionem, ff. de donat. inter uirum & uxorem*, vbi Iurisconsultus similiter distinguit in venditione facta à marito vxori, vt inspiciatur eius animus, an fuerit donandi, vel vendendi, & ita censeo iudicandum in nostra materia quo ad gabellam, prout in terminis Mod. Paris. sequitur, eius considerationi consentit Lassart *de decim. d. capit. 14. num. 6.* tametsi Tiraquel. *de retractu conuention. § 1. gloss. 14. num.* 123. distinctionem Mod. Paris. improbare videatur, sed opinionem Modern. Paris. & Lassart. sequitur Molina Theolog. 2. *parte, de iustit. & iur. disputatione 373. col. 773. uers. sic obiter.*

10 Secundus casus † principalis nostræ quæstionis est, quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoriæ, vel addictionis in diem, in ipsa venditione, vel incontinenti, verbis directis apposito, veluti si dicatur si intra tantum temporis non solueris, res sit inempta; vel, si intra tale tempus alius meliorem conditionē attulerit, res sit inēpta, *ut in titulis, ff de lege commiss. & ff. de in diem adiectione*, vel in alio quocunque pacto resolutiuo, vt in specie, *l. 3. ff de contra. empt.* Et hac in specie vera, & communis resolutio Doctorū est, gabellam non deberi, & si soluta fuerit, repetendam esse a gabellario, quia licet a principio pura venditio sit, supradicta *iuxta l. 2. ff. de in diem addict.* ac proinde necessario statim nascitur obligatio ex eo contractu, *vt in princip. Instit. de emptio. & uendit.* & consequenter statim quoque gabellæ obligatio fisco quæratur vtrumque tamen iustam quæsitum partibus, quam fisco resolubile est, sub conditione illa, si pretium in termino non soluatur, vel si alius meliorem conditionem

ditionem attulerit, & sic dependenter ex eo, quod id non sequeretur, ita vt si pacti conditio non committatur, persistit venditio, & gabella irreuocabiliter debeatur: si verò pacti conditio adimpleatur, vt quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditum, ac proinde rem inemptam fieri velit, *iuxta d. l. 2. ff. de in diem addict. & l. 38 titulo 5. pag. 5.* hic venditio illa pura resoluitur, ac si à principio conditionaliter fuisset contracta, & apposita conditio deficeret, quo casu proculdubio est, gabellam non deberi *vt supra resoluimus quæstione* 8. Ergo neque ex hac debebitur: sicut non debetur laudemium in simili specie in feudalibus, vt fecit iudicari Moder. Parif. *in Consuet. Parif. tit. 2. §. 55 gloſ. 1. nu. 162.* & resoluit *in tit. 1. §. 23. nu. 9.* de quo etiam agit Tiraq. *de retract. conuen. §. 6. gloſ. 2.*

Et quod gabel a quoque non debeatur in nostris terminis, tenet Petr. de Bellaper. & Paul. Castr. *colum. 2. in l. fin. §. sed quia, C. communia de leg. & alij Doctores*, quos refert Anton. Gom. *in 2. tomo variar. resolut. capit. 2. de empti. & vendit. numer.* 31. (licet eos non sequatur) addens, quod licet de iure gabella fuit soluta facto contractu, postea eo resoluto, potest repeti tanquam indebitè soluta secundum eosdem auctores, est communis secund. Parlad. *libro 1. rerum quotid. cap. 3. §. 4. num.* 7. vbi quod nemo est, qui ab hac sententia dissentiat nisi Ant. Gomez, *vbi supra*, sequitur Matienc. *in l. 7. tit. 11. gloſ. 3. numero* 21. *libro 5. Nou. Collect. Reg.* tranc etiam sequitur & late probat, & communem esse profitetur Lasſ. *de decim. vendit. capit. 14. numero* 20 *cum sequentibus*, necnon, & Molina, Theo log. *de iuſt. & iure diſp. 378 colum.* 809. *in verſic. tota autem difficultas*, qui etiam improbant Ant. Gom *ubi supra*, contrarium tenentem, & Menchac. *lib. 3. controuerſ. vſu frequen. c. 11. nu. 21.* eorumq. fundamentis satisfaciunt.

11 Limitatur † tamen primò hæc vera, & communis sententia, quando pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem, appositum fuisset ex post facto, hoc est, ex interuallo, tunc enim cum semel in commutabiliter ius quæsitum sit fisco ad gabellam noua contrahentium voluntate, aut pacto, in eius præiudicium auferri non potest, aut controuerti ea regula *ad quod nostrum, ff. de reg. iur.* & constat ex prædictis, & volunt præcitati auctores præcipuè Lasſar *num. 18.* & Mol *col. 809 in princ. verſ idem.*

12 Limitatur Secundò, † quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis: licet entur, & in hac specie Moder. Parif. *in Consuet. Parif tit 1. §. 23 nu. 15.* in proposito consuetudinis suæ in feudalib. æquiparet casum directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directa apposita in illis pactis, & casum obliquæ resolutionis, per verba mere obliqua pacto adiecta, dummodo tertio ad non causam reducatur venditio, & resoluatur non ex noua causa, sed ex necessitate, & causa veteri ipso cōtractu existentis vt vtroque casu nulla iura vtilia patrono debeantur, & soluta repeti possint, etiam si medio tempore ad traditionem realem, & translationem dominij ipso iure non reuertibilis processum fuisset; nihilominus tamen, in nostra specie, & materia alcaualæ, aliud iudicandum censeri, quando non ipso iure, & verbis directis pacto adiectis, sed per verba obliqua fit rescissio venditionis per sententiam, vel via actionis, aut exceptionis, nempè, vt debeatur quidem gabella, & ideo ea soluta, minime sit repetitioni locus, cum in hoc casu venditio semper maneat ipso iure, & valida sit, vt tenentur omnes, & constat ex traditis per Dom. Couar. *lib. 3. variar. resolut. capit 8. num. 1.* & Menach. *lib. 3 Controuerſ. vſu frequent. cap. 69.* Ergo et ea debetur gabella, cum ad hoc solum legibus nostris Regijs cōtrderetur, & inspiciatur simplex actus, veræ, & validæ venditionis, quamuis postea non duret ea voluntate contrahentium, dummodo ipso iure non sit resoluta, quamuis ex veteri caussa ipsi contractui existenti venditio rescindatur, & in terminis ita rectè tenet Lasſarte *dicto cap. 14. num. 29.* & Girond. *ubi supra, numero* 29. & Molina, *vbi supra, colum.* 808. *ad fin.* vbi quod in hoc communiter DD. conueniunt,

13 Tertia limitatio † colligi potest ex eodem Moderno Parif. *d. § 55 gloſ. 1. num. 163. cum sequentibus*, dum late nititur probare, leges illas de in diem addictionem, & cōmissoriam, locum tantum habere, quando pacta illa modico tempore concluduntur, vt exemplum ponit *in l. 1. ff. de in diem addict.* prout plurimum contingit, non autem, quando in multos annos protrahūtur, quod tarissimum, & insolitum est, leges namque referuntur ad ea, quæ frequentius accidūt, *l. nā ad ea, ff. de legib.* quid. n. absurdius, quam emptorem longo tempore verum dominum, & vasallum, vel censuatium fuisse, & pacifice possedisse, & tamen de re, quæ tot annos manum mutauit nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si receperit, restituere teneri? Ergo idem videtur dicendum respectu gabellæ soluendæ: Fac enim fundum venditum mille, receptis quingentis, ea lege, vt nisi emptor intra decennium reliquum persoluat, res sit inempta, lapso decennio, persolutione non facta, venditor restitutis quingentis fundū recuperat, cur gabellam iam solutam recuperabit, cum tanto tempore venditio durauerit, & in dominio emptoris fuerit? Nihilominus tamen cum venditio ex caussa, & pacto ab initio inexistenti, pro infecta habeatur, etiam retro quo ad fructus, qui restitui debēt, *l. item quod. & l. Imperator. in principio ff. de in diem addict. l. lege in fundo, ff. de leg. commiſſ.* quamuis pro rata pretij soluti æquum sit emptorem ij ... & possessorem suos fructus facere, *l. vltima in fine, de fundo dotali. Bald. in l. si traditio, quæstio vndecima, (de action empto.* & alios referens Moder. Parif. *vbi supra d. § 55. gloſ. 1. num. 166. in principio*; Nil mirum, si nulla gabella debeatur, & soluta repeti possit, cum defecta conditione, venditio habeatur, ac si à principio facta, nec celebrata fuisset, ac proinde cessant iam eius omnes effectus, sicut in venditione conditionali supra cum communi resoluimus. Neque quod pro rata pretij soluti fructus lucretur emptor, quidquam in proposito facit, cum id potius ad æquitate, & per modum eius, quod licite interest, potius tiarurum sit, quam quod ex vi venditionis à principio resoluta, saltem virtualiter ratione pacti directi id fulltneri queat; Nec etiam quod longum tempus effluxerit, quidquam interest, cum hoc ex vi pacti conuenti contingat, eademq. iuris ratio militet in modico, vel longo tempore, quia magis, & minus non differūt in genere, *l. finali, ff. de fundo inſtructo*, præter quam, quod tempus no solet esse modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, præcipue contra voluntatem partium, quorum actus non debent operari vltra eorum intentionem, vt de vtroque sunt iura vulgaria. Denique conuentio, vt in perpetuum redhibitio fiat, valet, *l. quod si nolit, §. si quid ita, ibi: si uero conuenerit, ff. de ædilit edicta.* Quintò, ea eodem textu dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori, quandocumque ab eo discedere, perpetuo quilibet eorum potest pœnitere, iuxta gloſ. *in cap. illos uos, uerbo, annos, de pignor. Bald in l 2. §. ultimo, ff. qui satiſd. cogant Cremenſ Singul 11. Domin. Couar lib. 1. uariarum resolution capit 9 num. 1.* Qui *numero* 4. h ... verum intelligi ... præscripti. 10. uel 20. annorū, secus de præscriptione 30 annorum. Fateor tamen in pacto legis *commiſſoriæ*, hunc discursum procedere posse, licet perrato, longum tēporis interuallum ei adijci soleat. In pacto autem adiectio nis in diem, minime, quia hoc prope semper breui tempore solet concludi.

14 Ex præcedenti † secundo casu, quem modo explicuimus deducitur in casu *l. 3 ff. de contrahend. emptione*, proculdubio non deberi gabellam, nempe, si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset, quia resoluitur hæc emptio sub prædicta conditione, si, dicet, data emptoris displicentia, quamuis non sit res sub conditione distracta, ut in d. *l. 3.* quæ resoluto operatur, ut inempta uideatur esse à principio, ac proinde gabella non debeatur, quia sine culpa uenditoris ex causa resoluitur contractus. Idem erit, si quis uendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, hoc est, a contento: si enim postea uenditio emptori displiceat, gabella ex eo non debebitur, sine intelligamus eam uenditionem

35. & 40. & 5. 23. quæst 8. nu. 26. & titulo. 2. 5. 55 glos. 1. quæst 4. num 47 cum sequentibus. Anton. Gomez in 2 tomo variar resol cap 3 de emptione, & vendit. sub nu. 31. & in l. 70. Tauri num. 40. Arias Pinel. in l. 2. 1 par cap 1. num. 16 C de rescind. vendit. vbi dicit iuniorẽ, & receptiorem *l. de rescind. vendit. Mattenc. in l 7 titulo 11. lib 5. Noua Collect. Reg. glos. 3 num 14 Parlad lib 1. rer quotid. cap 1. § 4. num 5.* sequitur eos referens præter Mod. Paris. *L. ss de decim. vendit. c. 14. num. 36. cum seq* & nouissime Molina Teolog. *1. par. de iust & iure disp. 374. col 782. in vers dubium est*, vbi quod DD. communiter in hoc conueniunt, & in vers. *maius dubium est:* & Gróda. *de Gab. 5 p in princ. nu. 30. Azeued. in l. 1. nu 99 tit. 17 lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ*. Quidquid aliàs distinguat Peguer. *in sua repetitione feud fol 34. nu. 6.* in laudemio venditionis rei feudalis, vel emphyteuticariæ, an pactum redemptionis sit ad modicum tempus, vt tunc ex ea venditione laudemium non debeatur: aut verò ad longum tempus, & tunc ipsa debeatur, quocumque enim modo fiat venditio cum prædicto pacto, gabella statim debetur, quia venditio pura est atque perfecta: & quod ex venditione cum pacto de retrouendendo debeatur laudemium, iudicauit Senatus Pedemontanus contra opinionem multorum, quos refert Boerius *decis. 182. num 29. & decis 234. in fine*, secundum Anton. Thesaur. *decis. Pedemon 75 num. 2. & 3.* latè agit, an debeatur alterum laudemium ex reuenditione facta postmodum. *Aponte in tract de Laudemijs, quæst. 37 per totam.*

24 Quod † si post venditionem semel vtrumque perfectã mercis, ac pretij traditione, nullo apposito pacto de retrouendendo, conuenirent postea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censeretur noua omninò venditio, debereturq. ex ea noua, & distincta gabella gabellario existenti tempore secundæ venditionis, vt probat Molina *vbi supra. col. 783. in princip.*

Vbi quod si tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda venditio, distinctaq. gabella pro illa deberetur, *secundum Lassar. vbi supra. nu 41.* Et rectè.

25 Quod † si venditio à principio fiere, non quidem cum pacto de retrouendendo, sed cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneretur præferre primum venditorem cæteris emptoribus, tunc illo, postea vi illius pacti reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primo vendita fuit, deberet gabella distincta gabellario existenti tempore reuenditionis, quoniam hæc non est resolutio primi contractus, sed noua venditio, *ita Molina. vbi supra. in vers obseruat etiam post Molin vbi supra. nu. 42. cum Mod Paris.*

26 Sed † si venditio facta esset cum pacto de retrouendendo vsque ad sex annos, verbi gratia, & antequã illi complerentur, prorogatio temporis de consensu partium fiat vel vsq; ad alios sex annos, aliud ve tempus, trãsactisq. prioribus sex annis intra alios sex redemptio fiat, debebitur alia distincta gabella, vt cũ Moder. Paris. & Tiraquel. tenet, & probat Lassar. *vbi supra. num. 41.* & Molina. *etiam vbi supra, ad fin. d. col. 783.*

27 Maximè † tamen controuersum est apud iuris prudentes, vtrum superiora procedant in pacto de retrouendendo verbis directis concepto, nempè, cum dictum fuerit, vt oblato pretio emptori à venditore intra tale tempus, res sit inempta, necne? Videtur namque tunc non requiri traditionem rei ad translationem dominij, sicut, nec quando apponitur pactũ legis commissoriæ, vel adiectionis in diẽ, verbis directis, vt iure probare nituntur, & constanter affirmãt Paul. de Cast. & alij plures, quos refert, & sequitur D. Couar. *lib. 3. vers resol. c 8 sub nu 2. in versic verum, & in hac specie*, dicens esse hunc de iure veriorem, & communiorẽ ex testimonio *Ias. cons 128 nu. 4 lib. 4* & Tiraq. qui eam sequitur *de retractu conuention tit 1. gl. 7. nu. 15.* quibus adstipulatur tex. insignis, *in l voluntate. § vlt. mo, ff. quibus modis pign. vel hypotec. solu* cui non potest congruè responderi *secundum Couar. vbi supra*. Quod si hoc ita absolutè verum est, inde sequitur, gabellam nullam deberi ex huiusmodi pacto de retrouendẽdo verbis directis adiecto, cum absque traditione oblato pretio resoluatur venditio, argumento eorum, quæ supradicta sunt in secundo casu circa pactum l. commissoriæ, & adiectionis in diem.

Rursus sunt alij quamplures authores probantes etiam tunc, nempè, in pacto de retrouendẽdo, verbis directis concepto, requiri traditionem ad dominij translationem: & quod hic ex obligatione sola pretij, stante prædicto pacto eo modo concepto, non trãsferatur dominium, sicut nec quando hoc pactum de retrouendendo, verbis obliquis concipitur, quo casu certum est, aut saltem verius, & receptius, traditionem requiri ad translationem dominij, quãdo venditor virtute huius pacti vult rem suam rehabere, vt patet ex Tiraquel *vbi supra. nu. 12.* vbi communem profitetur, plures citans, tametsi Paul. de Castro, & alij, ab eo præcitati, *num. 7. cum sequentibus*, aliud velint adhuc in hac specie, sed quod prædiximus cum communi proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est secundum Cumanum *in l. 1. ff. de donat.* & frequentiori Doctorum sententia probatum, secundum Couarr. *vbi supra, d. nu 2 per totũ* Et quod hoc procedat, etiam si pactũ de retrouendẽdo fiat verbis directis, tenet Bart. *in d. l. 1. numero 10. ff. de donat.* estq. communis, aut saltem omnibus recepta *secundum Couar. supra*, licet priorem, vt iure sibi veriorem probet, *vt prædiximus*. Quod si hæc secunda opinio magis communis tenenda est, profectò iuxta eam videtur gabellam deberi ex prima venditione cum prædicto pacto de retrouendẽdo verbis directis celebrata, licet alia gabella non debeatur ex ipsa reuenditione, sicut resoluimus in venditione cum pacto de retrouendẽdo, verbis obliquis adiecto, celebrata.

Sed si quo ad nostram materiam gabellarum aliqua ius fieri potest in translatione dominij ipso iure, vel per retraditionem in proposito istius pacti de retrouendendo verbis directis apposito: profectò indubium videtur, nullam tunc gabellam deberi, etiam si opinionem Bart. præcedentem magis communem sequamur, quam in hac materia amplectitur Lassart. *de decim. vendit. cap 14. sub nu. 36.* quia vt cumque sit, ea tantum obtinet quo ad dominium directum, & directam in rem actionem: si quidem vtile dominium, & vtilis in rem actio, absque traditione competit venditori ex pacto reuẽditionis etiam iuxta cõmunem formam obliquè concepto, ex textu, singulari *in l si cum venderet. ff de pignor. actio.* ubi Paulus de Castro hoc obseruauit, & colligunt, atque probant alij plures, quos refert, & sequitur, dicens esse magis communem D. Couart. *vbi supra, num. 3.* Ergo cum dominium saltem vtile transferat in hac specie sine traditione, si ad hoc solum attendendum esset, nec in præsenti quæstione deberetur gabella, proculdubio nec quando pactum de retrouẽdendo adiectum fuisset verbis obliquis, quod esset cõtra communẽ resolutionẽ, supra positã in principio huius tertij casus.

28 Quid † tenendum? Ego censeo non esse attendendum in proposito nostro, ad sciendum, an debeatur gabella, necne, ex prima venditione facta cum pacto de retrouendendo ad dominij translationem ipso iure factam, vel per traditionem, seu solùm ad id, an venditio a principio pura, & perfecta fuerit, suisq. numeris absoluta, non obstante pacto de retrouendendo: cum leges nostræ Regiæ gabellarum autem loquantur de venditionibus huiusmodi: Hinc fit, vt cum venditio facta cum pacto de retrouendendo, siue verbis obliquis, siue directis, a principio vtroque casu valida sit, atq. efficax, ac proinde emptor interim fruatur fructibus, nec eos teneatur restituere postea medio tempore perceptos, nisi a tempore pretij soluti, vel oblati per eum in rem, *vt in l 2. C. de pact. inter empt. & vendit & ibi glos ordinaria & communiter DD l. 42. artic. 5. part. 5. Anton Gomez 2. tomo variar resolution. cap. 2. de emptione, & venditione nu. 27.* debeatur statim gabella. Nec ad rem pertinet, quod oblato pretio a venditore res habeatur pro inempta, & sic, quod prima venditio videatur resoluta, quando huiusmodi pactum de retrouendendo verbis directis conceptum fuit, iuxta verba

contrahentium, sicut in pacto l. commissoriæ, & adiectionis in diem: quia in his constat declara intentione contrahentium verbis etiam expressa, volentium nullam venditionem censeri celebratam verificatis ipsis pactis legis commissoriæ, vel adiectionis in diem. At in pacto de retrouendendo constat de mente ipsorum, verbis etiam adiunctis, nempe, de retrouendendo, quod supponit, prius rem venditionem adhuc validam remansisse, siquidem eadem res reuendi debet eo sensu, & voluntati non videtur derogatum per verba sequentia, ea, scilicet, vt tunc res sit in emptas: hoc namque, stantibus præcedentibus, improprium, & potius iuxta fictionem, quam secundum veritatem stare potest, quia verè non compatitur cum præcedentibus. diuersa siquidem multum sunt pacta legis commissoriæ, adiectionisq. in diem, à pacto de retrouendendo: illud enim legis commissoriæ respicit solutionem pretij rei emptæ, & sic adicitur pro cautela, & securitate solutionis ipsius, ea mente, vt si non soluatur pretium intra tempus constitutum, nulla sit venditio celebrata: illud verò pactũ adiectionis in diem, vt si alius meliorem conditionem attulerit, nulla sit venditio celebrata: At verò pactum de retrouendendo verbis adiectis, aut obliquis appositum, non respicit solutionem circa primã venditionem faciendam, nec annullat ipsam venditionem, sed tantum concedit redemptionem eiusdem re eodem pretio faciendam, siue ipso iure, siue per traditionem subsequentem, oblato pretio à venditore: ergo siue pactum de retrouendendo sit verbis obliquis cõceptum, siue directis, vtroque casu iure optimo constat ex prima venditione deberi gabellam in primo casu, iuxta comunem sententiam, & verissimam, quam supra adduximus in principio huius tertij casus principalis. In secundo casu iuxta proximè à nobis dicta, & considerata, quod puto verissimum, & probant in terminis Paladox *vbi supra*, & Laliar. *d. cap. 14. nu. 36.* Aliàs enim, cum venditor precio fruatur, & emptor re empta gaudeat multis fortasse annis, ridiculum videretur, eos posse agere, vt restituto po stea pretio, solus fiscus remaneat indemnis; & frustratus. In præiudicium igitur fisci non proderunt verba directa in pacto de retrouendendo adiecta, sed tantum quo ad ipsos contrahentes, & pro maiori securitate, & causa venditoris: secus, ac in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, quia hęc diuersa sunt valde, vt patet ex prædictis.

29 Vltimò † obseruandum est in proposito, quod si venditor cum pacto de retrouendendo vendat, vel cedat precio, hoc ius redimendi rem à se venditam (quod iure fieri posse latè probat com aliis contra Angel. & Mod. Paris. Tiraquel. *de retractu lignag. §. 36 gloss. 3. in princip num. 1. cum seq.*) debebitur quidem gabella ex hac secunda venditione, vel cessione iuris redimendi, cum ex traditis in simili quæstione per Mod. Paris. *in Consuet. Paris. §. 23. num. 26.* non obstante, quod ipsemet in ea quæstione, *nu. 28.* teneat contrarium, quia fundatur ea ratione, quod ius illud, de quo ibi ipse loquitur, non debebatur, nisi quandiu ipse fundus venditur, quæ cessat in nostro casu, quia gabella debetur ex omni venditione: tum etiam, quia iuxta nostras leges Regias hoc planius est, cum per *l. 1. tit. 17. lib. 9. nouę Coll. Reg.* præcipiatur generaliter, *que los vendidores paguen alcauala de diez vno, &c.* & cõprobatur à fortiori ex alia doctrina eiusdem Mod. *Parif. tit. 2. §. 55. glos. 1. num. 58.* vbi quod si venditor in instrumento venditionis asti paciscatur, vt hic tertius possit sibi redimere, & hic redimat postea tempore constituto, debetur ex hac redemptione facta per tertium, laudemium: quia cum non sit verus dominus vtilis, non potest verè dici redimere, sed de nouo acquirere, & prout in veritate est tertius nouus acquisitor, & quia antiquus censuarius non sibi luit, nec recuperat, cessat ratio secundæ partis tertij casus principalis supra adducta, ac proinde in præsenti specie noua gabella debebitur: non enim redeunt partes ad statum pristinum, ac proinde effectus sequutus nõ est, nec dici potest resolutio præcedentis contractus, cum nõ sit actus hinc inde similis: sed nouus contractus per se, nihil habens commune cum priori: nec ad rem pertinet, quod fiat ex necessitate clausulæ in priori contractu positæ, licet nec est in consideratione, quantum ad hæc iura, an venditio, vel quæuis feudi mutatio fiat ex necessitate testamenti, sententiæ, contractus, vel alterius dispositionis, vt considerauit Moder. Parif. *d. §. 55. glos. 1. num. 97. & 99.* Fit igitur ex supradictis, vt in specie proximè præcedenti debeantur tres gabellæ, vna ex venditione ipsa principali cũ prædicto pacto de retrouendendo, soluenda quidem per primum rei venditorem, alia per eumdemmet primum venditorem ex venditione, seu cessione pretio à se facta dicti pacti, & iuris redimendi: tertia ex redemptione, seu reuenditione postremo facta vi iure dicti pacti de retrouendendo, hoc est, cum ipsum ex sequitur in fauorem cessionarij, vt in terminis similibus tenet, & probat Mod. Parif. *d. §. 55. glos. 1. num. 59.*

30 Sed † est pulchrum, & nouum dubium in proposito, *quis debeat, & teneatur soluere hanc tertiam gabellam fisco vel publicano, hoc est, conductori gabellarum?* Videtur namque clari iuris esse, eam debere primum emptorem, qui emit à principio hanc rem cum pacto de retrouendendo, quià iuxta nostras leges Regias venditores tenentur soluere gabellas debitas, non vero emptores: denique, si aliud diceremus, sequeretur inde, primum venditorem grauari, & onerari ad solutionem omnium trium gabellarum prædictarum, vt patet, quia hanc tertiam gabellam cessionarius soluere non tenetur, quia habetur loco emptoris: ergo spectabit ad primum venditorem. Hoc autem videtur multum absurdum, ergo non est dicendum.

Rursus pro primo emptore facit, quia ipse non debet, nec tenetur soluere gabellam ex distractu, vi pacti de retrouendendo in ipso contractu, vel post incontinenti appositi, quia est executio prioris contractus, vt cum communi resoluimus *supra quæst. 10. num. 25.* Ergo nec hic tenetur gabellam soluere in specie præmissa. Quid dicendum?

Ego in hoc articulo censeo ita distinguendum, vt si quidem pactum de retrouendendo fuit à principio adiectũ, non solum in fauorem ipsius venditoris, sed etiam alterius tertij, tunc sigillatim nominati, vel eius, quem venditor ipse vellet, aut nominaret, tunc emptor primus, qui cũ hoc pacto rem emit, visus fuit se obligare oneri noui contractus, quia sciente r voluit teneri ad reuendendum in forma noui contractus; itaque pactum illud loco pretij videtur sobiniisse, iuxta *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* ac proinde emptor primus teneatur ad solutionem huius gabellæ.

Si vero primus emptor à principio se obligauit tenendere primo venditori, tunc tantum videtur fuisse actum via, & modo distractus, vt verba sonant, non verò per modum noui contractus, ac proinde, si venditor primus cedat, aut vendat alij tertio hoc ius sibi competens ex prædicto pacto de retrouendendo, ipse quidem facto suo tenebitur ad solutionem huius tertiæ gabellæ, nó verò emptor primus, cui præiudicari in hoc non potuit absque eius facto per cessionem venditoris, argumento text. *in l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* cum ipse primus emptor tantum fuerit, & sit obligatus ad reuendendum primo venditori, vel eius hæredi, & sic per viam distractus, quia non tenetur ad solutionem gabellæ, etiamsi hæres venditoris redimat, ut tenet Mod. Parif. *d. num. 59.* Non enim debet esse in manu primi venditoris onerare emptorem hoc onere gabellæ præter ipsius consensum, & voluntatem, quia esset iniquum, & contra omnia iura: sibiq. imputet venditor, si has gabellas soluat, cum hoc suo proprio facto, & voluntate contingat, & sit in causa, ut distractus conuertatur in contractum, ex quo debetur noua gabella, ipse videret à principio, & seq. cõqueratur. Vnusquisque igitur horum, id est, venditor, & emptor, in hoc contractu visus fuit breui quadam manu dare alteri, quod tenebatur dare, & recipere, quod debebat recipere, argumento *l. licet, § quoties, ff. de iure dot.* & celeritate coniungendarum actionum unam actionem occultari, *l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

Oportebit tamen, vt fiscus, vel conductor gabellarum con-

ac roenis, simul in hoc casu pro hac tertia gabella: vtrumque, oempè, *al primiero comprador que reuendio, y al primer vendedor, que cedio el derecho al tercero, y a qualquiera dellos que pareciere estar mas, y meior obligado a la paga desta alcauala con protestacione. que con vna paga della sera contento porque el vno no se escuse con el otro: aunque a mi la distincion arriba dicha me parece se deue tener.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella debetur, & soluta non reperitur, ex venditione rescissa per redhibitoriam.*

2 *Gabella soluenda est ex uenditione rei patrimonii, vel generis, quæ postea hoc iure a consanguineo retrahitur, limitatur nu. 3. in persona aliàs prius priuilegiata a solutione gabellæ.*

4 *Gabella alia non debetur ex redhibitione, quia redhibitia propriè dici non potest uenditio.*

5 *Spontè non uidetur aliquid fecisse, qui ad id a iudice cogi potuisset, licet aliter coactus non fuisset: quilibet enim tenetur bonam fidem agnoscere, etiam rei alienæ administrator.*

6 *Gabella altera non debetur ex retractu rei patrimonij, uel generis sed tantum unica ex prima uenditione, sicut nec ex uno cōtractu in alium transfuso, & translato. Fallit quando retractus fit post terminum, ad retrahendum lapsum nempè, post nouem dies a tempore primæ uenditionis, ut in num 7 Secundo fallit, quando retractus etiam infra dictum terminum fit maiori uel minori pretio, quam res primo fuerat uendita, ut in num. 8. & quid quando emptor rei patrimonialis, & generis dimittit consanguineo rem illam retrahenti infra dictum terminum, non quidem per uiam retractus, sed uenditionis, uide num. 9. cum seqq.*

14 *Gabella an debeatur ex omnibus vēditionibus intermedijs intra tempora retractus celebratis, & pacto de retrouendendo, & l commissoria, & adiectionis in diem durante, num 15. & num. 17. & 18 agitur de primo, & limitatur, num 19.*

15 *Actio ad retrahendum est in rem scripta, uocaturq. condictio ex lege, & datur nedum contra primum emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem intra terminum nouem dierum.*

16 *Gabella non debetur ex venditione facta ab hærede rei legatæ sub conditione, impleta postea conditione, & an prædicta venditio interim facta, sit valida.*

18 *Res aliena vendi potest valetq. venditio, & ex ea debetur gabella: secus si nomine domini absque eius mandato vendatur.*

Q V AE S T I O XI.

An venditione rescissa ob redhibitoriam actionem, fiscus, vel gabellarius debeat gabellam reddere?

1 QVæritur modo: *An, re pure † vēdita, & rescissa vēditione ob redhibitoriam actionem iure admissā, ob vitiū, uel morbū, iuxta adilitium edictū, fiscus, vel publicanus debeat quoque reddere gabellam sibi ia solutā ex illa venditione?* Et quidē resoluimus, vēditione prædicta sic rescissa ob eam iustam causam, gabellam deberi, nec repeti posse solutā: quinimo, cum iure cōmuni ad eam teneretur: emptor, in hac specie, si eam soluerit, repetet illā a venditore, quia emptor immunis discedere debet propter redhibitoria, vt probat expresse *l. debet, ff. de adil edict* p quē test. ita tenet Bal. *in l. si prædium. num 0. versiculo, sed numquid redhibitione, C. de adil. edict.* quē sequitur Greg. Lop. *in l. 65. in gl. uerbo, tornar. tit. 5. par. 5. Tiraq. de retr lignag §. 29 gl. 4. numero 1. & de retractu conuention. §. 6. glos. 2. num. 2. & 25. Arias Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 3. parte, cap. 3. nu. 35. Bertach.* de Gab. 8. parte, memb. 3. nu. 32. uol. 11. tract. *diuers. Doct. in antiquis Mod. Paris. in Consuet. Paris. titulo 1. § 22. num. 40 ad finem. Ioan. Garsi. de expens. & meliorum cap 18 numero 53. Parlad. lib. 1. rer quotid. cap. 3. §. 5. nu. 2. & 3.* vbi quod si venditor soluerit hanc gabellam sicuti lege Regia tenetur, nempe, *l. 1. tit. 17 hoc lib. 9. nouæ Collect. Reg.* suo damno res cedit: si vero emptor ex pactione eam forte soluit, redhibitoria actione à venditore recuperabit ex *d. l. debet:* idemq. esse affirmat, si prædium redhibitum fuerit, quod pestilens sit, vel lethiferas habeat herbas. Sequitur alios allegans Lass. *de decim. uend. c. 14. nu. 10. & in addit. ibidem. & Molina, de iust. & iure 1. par. disput 352. col. 594. in calce 3. Conclus. & in 4. Conclus col. 595. uers petens; & disput 353. col 602 ad finem,* & doctrinam Baldi *ubi supra.* & reliquorum, sequitur etiam plures referens Girond. *de Gabell. 5. parte. §. unico, num. 19.*

Huius communis traditionis ratio efficacior est, quod *d. l. tit. 17. hoc lib. 9.* statuens gabellam ex quacumque vēditione deberi *de diez uno:* simpliciter actum uenditionis concernit, *ut iam supra docuimus alio loco,* & in nostra quæstione uenditio semel contracta valida fuit, licet ea ex iusta causa ob interesse alicuius ex contrahentibus per iudicem retrorescindatur, & ad non causam reducatur, vt probat *l. cum autem, §. Iulianus ait, & l facta, ff de adilit. edicto.* Vnde gabella deberi non desijt, quia sufficit semel conditionem legis Regiæ extitisse, licet non duret venditio, argumēto *l. si quis C de instit & substit sub condit fact.* Et in simili statuto DD. ita notant, quos citat Tiraquel. *de retractu lignag. § 29. gloss. 1. numero 1.* præsertim cum in rescissione nulla culpa fisci, aut gabellarij interueniat, argumento eorum, quæ notant Alex. *in d. l si quis, num. secunda.* Ex uenditione enim prædicta sequutus fuit effectus ab initio debiti gabellæ, ex quo ius quæsitum fuit fisco, uel publicano eius nomine, quod ex post facto ei auferri facto partium non potest, iuxta doctrinam Baldi communiter approbatam *in l. si constante, C de donat. ante nupt.* de qua supra *quæstione* 10. *nu* 2. Et quamuis eius causa corruat, atque retro annulletur, dum tamen semel contracta uenditio ex aliquo pacto resolutorio a principio adiecto non sic resolueretur, ut retro intelligeremus, nullam fuisse uenditionem, effectus iam productus ex prædicta causa, qui per se subsistit, non cessat, argumento *l. si post mortem, §. finali. in fine, ff de bonorum possess. contra tab. ibi: cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi iam non curatur, petant illi, nec ne bonorum possessionem, Bald in l si mater, C. de donat. ante nupt.* sicut nec filius morte patris desinit esse filius.

Secundò etiam illa ratio reddi potest, nempe, quod licet facta redhibitione iudicis sententia, & decreto, & non antea uenditio rescindatur, & retro annulletur, prout ex tunc, *ut in l. redhibere ff de adilit. edicto,* nihilominus tamen rescinditur, facto, & uoluntate partis, *l quia redhibita, ff. de alienat iudic. mut ād. causa fact. glos. in l. bouem, §. pignus. ff. de adilit. edicta,* non uero ipso iure, nec ut inualida ab initio, nec ex pacto primæui contractus, sed noua uolūtate partis ob uitium tactum, ergo nil mirum, quod ex casu uoluntatis partis debeatur gabella, *Bald. & Ias. in l. si duobus, §. sed quia nostra, num. 8. cum sequentibus, C. commun. de legat.* Accedat etiam, quia, quamuis in proposito uenditionis antea perfectæ per sententiam in redhibitoriam reducta sit per fictionem translatiuam prouti ex tunc, cum tamen in rei ueritate esset prout ex nunc, *d. l. redhibere ff de adilit. edictio,* fictio autem non procedit, nec operatur in præiudicium tertij, *l. stipulatio de dote ff. de iure dot.* sicut similiter non retrotrahitur adhuc in pacto legis commissoriæ (quod alias operatur sigillatim eam uirtutem, ut ex eo resoluatur conuentio prout ex tunc) quando huiusmodi pactum legis commissoriæ non fuit appositum in eodem contractu, uel statim incō tinenti, sed postea ex interuallo ex noua conuentione, secundum Bald. *in l omne uerbum, colum. 1 C. commun. de legat.* & Salicet. *in l si certis annis, C. de pactis.* Denique ex dicta fictione retrotractiua nihil fingitur circa statum rei, qui medio tempore fuit, nec circa effectus inde dependentes pro tempore præterito: sed solum circa titulum

alienationis, idq. respectu status præsentis, & futuri tantum, vt alias resoluit Mod. Paris. *in Consuetud. Paris titulo 1. §. 13 numero trigesimoquarto.*

Tandem facit culpa venditoris, qui remmorbosam vēdidit, *l. 1. §. causa, ff. de ædilit. edicto, & d. l. debet. ubi hoc notant Doctores, & Capolla de simulat. contract. in 6 præsumptione, Tiraquell de retractu conuention. §. 6 glossa 2. nu. 2.* tametsi culpa hæc ad debitum gabellæ non sit necessario ponderanda: etenim, vt gabella, seu vectigal debeatur, id sufficit, quod venditio quandoque contracta fuerit, licet non duret ex culpa, vel sine culpa vendentis, vt præmisimus; Sed ad hoc, vt emptor, qui ad gabellam iure communi tenebatur, consequatur ab ipso venditore, quam soluerat ratione prædictæ venditionis vt recte obseruauit Lassart. *ubi supra, numero duodecimo, ad finem,* circa intellectum d. l. debet: nihilominus tamen adhuc debitum gabellæ in prædicta specie satis dilucidat, atque cō probat culpa venditoris præfata, licet ad ipsum non sit necessaria.

2 Ex † quibus idem probandum venit in venditione rei patrimonij, vel generis, quę postea retrahitur, vt iure quidem communi gabella sit soluenda ex ea venditione per primum emptorem, quam sibi postea retrahens soluere tenetur, quia iam semel contractus fuit perfectus, ex quo fuit incontinenti ius quæsitum fisco, vel conductori gabellarum, & retrahens tenetur immunem reddere emptorem præfatum, non solum respectu pretij a se soluti, vel soluendi, sed etiam aliorum onerum, & vectigalium a se debitorum, ratione prædictæ venditionis, *Bald in l. fin. § sed quia, numero quarto. C. commun. de legat. Tiraqu. de retractu lignag. §. 29. glos. 1. numero 1. & 2. & de retractu conuen §. 6. glossa 2. nume. 20. Anton. Gomez. in l. 70. Tauri, num. 30. per text. ibi expressum, & Molina Theolog. 2. parte, de iustitia, & iure disputatione 371. colum. 761. ad finem, uersiculo eo ipso, &c.* hæc sententia est verior, & receptior *secundum Matienc. in l. 7. glossa 3. numero 13. titulo 11. lib. 5. Nouæ Collectionis Regiæ,* ubi *numeris sequētibus* probat, quod licet iure communi emptor teneatur ad soluendam gabellam, iuxta *d. l. debet, Bald. & alios Doctores quos citat:* attamen hodie venditor tenetur ad gabellam, *vt in l. 1. titulo 17. hoc lib. 9.* nisi aliud conueniat inter contrahentes, prout in specie *d. l. 70. Tauri,* conuentum fuisse supponimus. Et ideo est hoc pactum seruandum, vt in praxi seruatur, & retrahens soluere tenetur dictam gabellam, *vt in d. l. 70. Tauri,* & probant Matienc. *ubi supra, nu. 6. Gironda,* 55. & ceteri omnes Regnicolæ: Et est indubium, atque inanis dubitatio, an debeatur gabella hac in specie, cum per retractum non annulletur, uel rescindatur prior venditio, sed eius effectus in retrahentem beneficio legis transferatur, secundum Lassar. *de decim. vend. cap. 13. num. 23. & in addition. nouissimis super hoc num.* & Gironda *de Gabell. in 5. par. in princip. nu. 33. cum sequentibus,* ubi alios citat ex quo *num.* 36. post alios colliges limitationem ad superiorem doctrinam. †
3 Nempè, ut non procedat, quoties, qui tenebatur aliàs soluere gabellam, erat persona priuilegiata, quæ eam soluere non tenebatur, tunc namque, si eam non soluit, nec retrahens eidem eam soluere tenebitur: quod deducitur ex d. l. 70. Tauri, in illis uerbis: *Yel alcauala si la pago, &c.* quam opinionem uoluerunt prius Cin. & Alber. *in l. neque per se, C. de heredib. instit. idem Alber. in 1. par statut. quæst. 94.* quia non interest clerici, cui nō abest, & sufficit, q̄ consequentur indemnis, *l. dēt, in fin & l. cum aūt ad finē, ff de ædilit. edicto,* & sequitur Fabian. de Monte, *de emptione & vēdit. 8. quæst princ. col. 2 vers. quintus effectus principalis,* quos & alios referent Mod. Paris *in Consuet. Paris. tit. 1 §. 15. nu. 5.* & Tiraq. *de retractu lignag. tit. 29. gl. 14 nu. 3.* tametsi hi duo ultimi authores aliud uelint, nempe, quod ille consanguineus retrahens, nō sit immunis, quin teneatur soluere gabellā, siue laudemia, uel alia quæ cōq. onera ex uēditione, & emptione orientia illi, cui aliàs dēntur, nempe, fisco, uel domino directo, eo q̄ consuetudo retractus proximitatis est translatoria emptionis in retrahente, & perinde est, ac si retrahens immediatè emisset ab ipso venditore, iuxta latius dicta ab eodem, Mod. Paris. §. 13. *glos. 5. quæstione 6 numero 35.* nisi ipse retrahens esset etiam priuilegiatus: horum tamen opinio contraria nobis non obest, quia loquitur, quando emptor tenetur soluere gabellam ex vi statuti: At in his Regnis eam emptor soluere non tenetur, sed venditor, vt prædiximus per *d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* Quare si venditor eā soluerit, prout tenetur, sequuto retractu, eam non repetet a fisco, vel publicano, siquidem ab eo exigi poterit, tamquam ex venditione perfecta, si non fuerit soluta, licet res redhibeatur, iuxta communem resolutionem supra in principio huius quæstionis positam, ceteris adiunctis.

Viso, quod ex venditione rei debetur, & soluenda est gabella, etiam si ipsa res vendita sit redhibita iusta de causa, & a iure approbata, & similiter, si retracta fuerit ex be-
4 neficio legis † superest, vt doceamus ex ipsa quidem redhibitione alteram gabellam non deberi, quia licet is, qui redhibet, retrouendere intelligatur, iuxta *l. si duobus, ibi: hunc enim perinde haberi, ac si retrorsus homo mihi venisset, ff. de diuers. & tempor. præscript glossa in l. qui fundum, §. qui bona fide, verbo, emptor, ff. pro empt.* propriè tamen venditio non est. *vt in l. si hominem, in fine ibi, quoniam ea venditio propriè dici non potest, ff de vsucap.* per quem text. ita in terminis decidit Ang. l. *ibi numero* 1. sequitur Tiraq. *de retractu conuention. §. 6. glos. 5. num. 17.* & Lassar. *d. cap. 13 num.* 10. & Gironda, *de Gabell. 5. parte, §. vnico, num.* 18. vbi hoc verum intelligit, si authoritate rei iudicatæ, & non voluntarie redhibitio fiat ex Tiraquel. & alijs, quos citat: sed hoc vltimum uix obtinebit in praxi, nempe, quando voluntaria redhibitio ex vera causa fit, agnita bona fide, *vt per Montalu. in l. 13. titulo 10. lib. 3 versicul glossa magna, colum. 3. & Anton Gom. in l. 70. Tauri, numero 35.* & faciunt tradita per Tiraq. *de utroque*
5 *retractu, tit. 1. §. 1 glos. 18. num. 62. cum seqq fol. 118.* † vbi, quod non uidetur sponte aliquid fecisse, qui ad id a iudice cogi potuisset, licet aliter coactus non fuisset, quilibet enim tenetur bonam fidem agnoscere, etiam rei alienæ administrator, *l. quoties, § si quis, ff. de administr tutor cum simili. adductis a Tiraq. ubi supra, num. 63.*

6 Quare † nec etiam ex ipso retractu altera gabella debetur, sed tantum unica ex prima uenditione: quia ille retractus non est resolutio, nec annullatio prioris contractus, qui ualidus est, sed potius est in prioris emptoris locum, alterius subrogatio per legem inducta, sine nouo uenditoris aut primi emptoris contractu, & consensu, & ut inquit Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. titulo 1 §. 13. gl. 1. nu. 78.* retractus non est propriè noua, uel secunda emptio, quæ fit per patronum retrahentem feudum, sed translatio emptionis per emptorem factæ, & in quantum ipse patronus habetur pro emptore, non censetur emere ab isto nouo emptore, sed ab antiquo uasallo, ex cuius uenditione, & traditione fuit hoc ius causatum, unde cum ex uno contractu in alium transfuso, & translato, non debeatur nisi unica gabella, ut tenet Bald. *in l. cum dotem, numero 4 C. de iure dot. Bertachin. de Gabell 5. par. princip. quæst. 5 num. 8. versic. de contractu uero, uolum. 11. tractatuum diuers. Doct. in antiquis, Tiraquell. de retractu. lignag. §. 29. glos. 1. num* 3. consequitur, ut ex retractu nō debeatur, nec solui debeat altera gabella, quam prima, quę ex prima uenditione debetur: & in terminis ita tenet Montalu. *in l. 61. gloss. unica, in fine, titulo 5. part. 5.* & Matienc. *in d. l. 7. gloss 3. num. 17.* qui etiam sequitur opinionem Baldi *ubi supra,* necnon, & Lassart. *de decim. uendit. d. cap. 13. num. 22.* & Molina *Theolog. ubi sup.* & in laudemijs idem probat Tiraq. *d. num. 3.* tametsi Boer. in laudemijs contrarium probet *in Consuet. Bituric tit. de retractu, §. 5. col 1.* ubi allegat Alber. *in 1 p statut q. 95.* quem etiam refert, & sequitur Ludou. Peguera, *de feud. uers. 1. nu* 91. sed fallitur ad modum Boer. (necnon & Peguera,) secundum Tiraq *ubi sup. nu. 4.* quia non est noua uenditio, nec text. quem pro se allegat Peguera, aliquid pro eo facit, quinimò impertinēs est ad propositum, secund. Lass. *d. nu. 22. ad finem.*

7 Hæc † tamen proxima resolutio limitatur primo, quando hæc secunda uenditio ratione retractus fit post tempus

retractus

retractus elapsum, nempè, post nouem dies iure nostro Regni concessos ad retrahendum, tunc enim ex hac venditione altera gabella debetur, siue per viam retractus, siue per viam venditionis emptor ille dimittat rem a se emptam consanguineo, siue pro eodem, siue pro diuerso pretio, quia reuera est noua, sponteaneq. venditio, quia huiusmodi emptor conueniri non poterat iure retractus a consanguineo propter tempus elapsum, vt in eisdem propè terminis tenet, & probat Modern. Paris. in *Consuet. Paris. §. 13. numero 4.* quem refert & proculdubio tenet, applicans ad speciem præsentem gabellæ, *Lassar. d. cap. 13. num. 29. & Molina Theolog. vbi supra, col. 763. uersiculo, idem.* Quod uerum intelligo, vt procedat, quando retractus non fuit in iudicio deductus infra terminum nouem dierum, ut supponit præfatus author nouissimus, quod si in iudicio esset deductus, seruatis seruandis infra dictos nouem dies, tunc obseruanda erunt, quæ sequuntur.

8 Secundò † limitatur eadem resolutio, ut non procedat, etiam quando secunda uenditio fieret intra præfatos nouem dies ei, qui iure proximitatis retrahere poterat: si tamē fiat difformiter, puta maiori, uel minori pretio, quam prius fuerat uēdita, forte statu rei interim mutato, alijsue pactis, oneribus, & conditionibus, tunc enim omninò debebitur alia gabella proculdubio, quia propter difformitatem pactionum qualitatum, & formæ, non potest esse, nec censeri translatio primæ uenditionis: sed necesse est, quod sit prorsus noua, & diuersa uenditio, iuxta notata in simili per glos. finalem, & Doctores, *in cap. hi qui, de præbend. in 6. Felin. & Decius in cap. de causis, colum. 2. de officio delegati, Ias. in l. lecta, num. 9. & ibi Dec. num. 1. ff. si cert. petat.*

Ex quibus hanc opinionem in similibus terminis, nempè, quinti pretij soluendi ex uēditione fundi, tenet, & probat Mod. Paris. *ubi supra, d. num. 40.* & in terminis nostræ alcaualæ cū eo Las. *d. c. 53. n. 29.* sequitur Molina, *ubi sup.*

9 Tertiò † limitatur prædicta resolutio secundum Mod. Paris. *ubi supra*, quando emptor rei patrimonialis, & generis, dimittit consanguineo retrahenti infra prædictum tempus, non quidem per formam retractus, sed uenditionis, etiam si sit eodem pretio, & eisdem pactionibus, & conditionibus: ex hac enim secunda uenditione, inquit, deberi nouum quintum pretij (& sic gabellam in his Regnis, quæ est decima pars pretij) tanquam de noua, sponteaneq. uenditione, ex qua fundata est intentio patroni (& in nostra specie intentio fisci, & gabellarij eius nomine) cum dimissio rei patrimonialis fuerit facta per modū nouæ, & uoluntariæ uenditionis, non uerò per modum simplicis agnitionis retractus, & sic non habuerunt contrahentes intentionem practicādi retractum, sed de nouo uendendi, & si aliter voluissent, facile expressissent, argumento cap. ad audientiam, de decim. & nonell. aptius, nec maius meo iis testimonium, quam qualitas inspecta uerborum, iuxta doctrinam Baldi, *in l. ad recognoscendos, C. de ingenuis, & manumiss. cum alijs allegatis a Mod. Paris. ubi supra, numero 41.* Potuit enim consanguineus ius suum retractus contemnere, & à uolente uendere emere propter commodum obligationis de euictione, qua uenditor primus, & secundus cum suis bonis tenentur emptori, sed retrahendo non, nisi solum prior uenditor, quia agnoscens retractum, in nullo obligatur, sed ab obligatione, & contractu eximitur.

Sed in hac specie Lasart. *ubi supra, numero trigesimo*, quem sequitur Molina Theologus, etiam *ubi supra*, putat non sic generaliter standum esse huic sententiæ, & resolutioni, ut omnino uerbis cōtrahentium seruiamus, quia potius, si facta mentione retractus, & iuris proximitatis consanguinei rem patrimonialem petentis, emptor illius rei eam cedit consanguineo pro eodem pretio, & eisdem conditionibus, & impensis, quibus ipse emit, sic tradens, ut erat traditurus ex ui legis Regiæ 7. *titulo 11. libro quinto, Nouæ Collectionis Regiæ*, & sic recipiens pretium, & impensas, ut erat recepturus ex eadē lege, nullo innouato, absque dubio dicendū putat, quod siue per forma, & uerba sonantia uenditionem, uel retractum simpliciter, illud fiat, non alia, & noua gabella, siue decima debeatur, quia quidquid a partibus dictum sit, reuera solus retractus peragitur, & illud præualet ex Rubrica, plus ualet, quod agitur, ac per consequens emptorem illum primum obligatum non esse de euictione, & hoc nisi aliud constet expresse facere voluisse contrahentes, nec nominatim dixissent, male se emptum ne vti, quam retractu; vel alia ratione id constaret ex aliquibus coniecturis, vt quia se obligaret iste emptor de euictione; quibus casibus, veram esse censet resolutionem Mod. Paris. prædictam, & totum hoc maxime tribuendum est discretioni iudicis de causa cognoscentis, qui iuxta verborum, personarum, & rerum qualitates quid in ea statuendum sit, iudicabit.

10 Quid tenēdum in hoc passu? Ego profectò opinionem doctissimi Mod. Paris. omnino non reijcio, sed potius eam admitto, & probo, cum moderatione, & declarationibus proxime relatis a Lassart. cuius nouam resolutionem omnino probo: quia reuera prudens, & iuri conformis atque menti contrahentium videtur, & corroboratur eius pri-
11 ma pars ex alijs duabus doctrinis verissimis. † Prima, quæ habet, non esse curandum de nomine cōtractus, sed illud, quod agitur, esse attendendum, & sic ad rei veritatem esse attendendum, vt pluribus exemplis probat Menochius *de arbitr. iudic. libro 1. quæstione 7. numero 23. cum sequenti*, & late Beccius *consilio 25 in principio, & numeris sequē-*
12 *tibus.* † Secunda est, quod in dubia iuris quæstione, an debeatur, necne gabella, iudicandum est contra fiscum, quia gabella est res odiosa, vt supra resoluimus *quæstione sexta numero decimo.*

Neque obstat, si dicatur, quod in dubio facta mentione venditionis, de natura venditionis venit, & debetur euictio, etiam si ipsa expresse nō promittatur, *vt in l. non dubitatur, cum simil. C. de euiction.* Ergo in præmissa quęstione cum verba sonent expresse venditionem, debetur euictio, etiamsi ipsa non promittatur expresse: Ergo si debetur euictio, & gabella quoque debebitur, iuxta limitationem vltimam Lasarte.

Quia respondemus, *d. l. non dubitatur*, loqui, & procedere, quando contractus vere est venditionis, attamen in nostra specie, licet verba aliqua sonent venditionem, re vera non est uenditio, sed dimissio rei patrimonialis per uiam retractus, iuxta mentem contrahentium, & naturam contractus, siue actus, qui geritur: quare potius iudicandus est retractus, quam uenditio noua, ac proinde, nisi expresse promittatur euictio, uel aliæ coniecturæ concurrant, non debebitur noua gabella, ex huiusce modi actu.

13 In † summa quoties ex actu, qui geritur super hoc, constat de intentione, & mente agentium, uolentium per uiā retractus rem petitam eo iure dimittere, & accipere respectiue, & ratione ipsius retractus: tunc etsi utantur uerbis uenditionem sonantibus, non debebitur ex hoc alia noua gabella, dum tamen eodem pretio, & conditionibus concedatur, & infra terminum iuris petitus sit retractus. Ceterum si non ratione retractus, sed alias nouiter uendere se conster contrahentes, ut in exemplis, & limitationibus, de quibus per Lasartem *vbi supra*, debebitur noua gabella; in quibus profectò casibus vera est, & saluatur opinio Mod. Paris. Rectè igitur asseruit Lasarte, hoc totum maxime tribuendum discretioni iudicis de causa cognoscentis, qui iuxta uerborum, personarum, & rerum qualitates, quid in ea statuendum sit iudicabit.

Consultius autem erit, ut emptor dimittens, & cedens ex causa retractus dicat: *No me obligando al saneamiento, &c.* caueat insuper, idem emptor, ne alia noua diuersa pacta, & conditiones introducat in huiusmodi dimissione, & cessione, omnia supradicta in retractu sanguinis hīc locū pat est in ceteris retractibus ratione cōmunionis, &c.

14 Sed † an ex omnibus uēditionibus intermedijs intra tēpora retractus celebratis gabella debeatur? agit Lass. *de decim. uend. c. 13. nu. 24. cum seq.* & resoluit deberi. Potest enim emptor, durante tēpore retractus, rem alij uendere, qa est dominus rei, antequā ab eo retrahatur, cū interim non possit res manere in pendenti, siue in aere, ut nostri

proinde ex venditione modali, statim ac de re, & pretio eo modo conuentum sit, debebitur gabella, quam ex pura, & non qualificata venditione. Ratio differentiæ est: quia cõditio factum suspendit, & interim non nascitur actio, nec obligatio, *l. legata sub conditione, ff. de condit. & demonst. l. cedere diem, ff. de verb. signif.* modus autem dispositionem, & contractum purum qualificat, ita vt statim obligatio siue efficax actio detur, præstita cautione de modo implendo, *l. demonstratio falsa, §. fin. & l. si cui, ff. de cond. & demonstr. DD. communiter, in l. quibus diebus, §. Thermulus, ff. de cond. & demonstr. & alibi sæpissime.* Ex quibus hanc obseruationem, & differentiam in terminis gabellæ, de quibus agimus, tenet Lass. *d. c. 5. num. 9.* & sequitur Molin. *vbi supra col. 507. uersic. non uero.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella ex uenditione nulla non debetur, & soluta repeti potest.*

2 *Lex, statutum, uel consuetudo de contractu agens, uempe, ut ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu ualido, non uero de nullo.*

3 *Quod fit contra legem, est nullum, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea, quæ inde sequuntur, nam deficiente substantia, deficit substantiandum, eod. num 3.*

4 *Venditio rei, quæ non est in commercio hominum, hominis liberi scienter loci sacri, & religiosi, ac cuiusque rei inalienabilis nulla est.*

5 *Contractus bonæ fidei est nullus, quoties dolus uenditoris ei dedit caussam.*

6 *Gabella non debetur ex contractu bonæ fidei, cui dedit caussam dolus uenditoris, sed contra num. 9. secus in contractibus stricti iuris, præterquam in foro conscientiæ, ut in num. 7 nisi is, qui dolum passus est, uoluerit stare contractui bonæ fidei, quia tunc contractus valet, & tunc ẽt gabella debebitur gabellario eius temporis, quo dolum passus declarauerit, se uelle stare contractui, ut in num 8.*

9 *Gabellam debet uenditor, etiam si eius dolus dederit caussam contractui, & num. 13. & 16.*

10 *Dolum passus cogitur declarare, an uelit stare contractui, uel eum rescindere.*

11 *Gabellam debet uenditor ex contractu nullo, propter metum, uel simulationem ab eo illatam.*

12 *Turpitudinem propriam, nec agendo, nec excipiendo licet allegare, nisi lata sententia super nullitate, sed uide numero 13.*

14 *Gabella debetur ex uenditione facta in fraudem, quia uenditio tenet.*

15 *Gabella debetur ex parte permutantis, dolum adhibentis, qui dederit caussam contractui, secus ex parte dolum passi, nisi permutationi uoluerit stare.*

17 *Gabella integra debetur ex contractu, cui incidit dolus, licet ei caussam non dederit.*

18 *Gabella rei propriæ ignoranter empta non debetur, quia est nulla.*

19 *Venditio est nulla ob defectum substantialium huius contractus.*

20 *Gabella non debetur ex uenditione conditionali, deficiente conditione.*

21 *Gabella non debetur ex contractu nullo: secus ex ualido, ut in exemplis hic positis.*

Venditio facta ab uxore solita negotiari, uidente, & permittente marito, est ualida.

22 *Gabella an debeatur ex uenditione sepulchri a laico facta? & num seqq. præcipue num. 26.*

23 *Sepulchri iura extraneis cedi non possunt.*

24 *Sepulchri iura quo ad usum bene possunt a laicis possideri, & aliis cedi; secus quo ad proprietatem, & num. 25.*

26 *Praxis communis refertur circa alienationem ab Ecclesiis, earumq. prælatis sepulchrorum, capellarum, & arearum in ipsis Ecclesiis pro defunctis sepeliendis.*

27 *Gabella debebitur ex uniuersitate rerum temporalium, quibus annexa sunt sepulchra, capella, uel ius patronatus.*

28 *Gabella debetur ex toto pretio, quo hæreditas vendita est, etiãsi in ea Regalia quædam sint, quæ immunitate alias funguntur non soluendi gabellam.*

29 *Gabella debetur ex venditione sepulchri facti non interueniente Episcopi auctoritate: secus alias, vt in num. 30.*

Q V AE S T I O IX.

An ex venditione nulla debeatur gabella.

1 QVæro: † *An ex venditione nulla debeatur gabella, hoc est nostra alcauala?* Et in hoc communis resolutio est pro parte negatiua, scilicet, quod ex venditione nulla, non debeatur gabella, *vt supra resoluimus in quæstione proxime præced nu. 11* vbi plures hoc tenẽtes citauimus: & præterea etiam Giron. *de Gabell. 5. par num. 25. cum seqq. post Tiraq.* & ab eo relatos *de vtroq. retractu, tit. 1. §. 1. gl. 2. nu. 7.* Parlad. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 3. num. 3 3.* & Azeu. *in l. 1 num. 70. tit. 18. hoc lib 9.* vbi quod si soluta est, repeti potest, *vt per Tiraquel de retractu conuention. §. 5 glos. 2 num. 6.*

Cuius ratio est: quia lex, statutum, vel consuetudo de contractu agens, nempe, vt ex eo soluatur gabella, intelligitur de contractu valido, non vero de nullo, *l. 4. §. condemnatum & ibi DD ff. de re iud l. 1. §. hac autem, ff quod quisque iur & ibi glos. & DD l. non putauit, §. non quauis, ff de bon possessione contra tabulas, cum simil.* & proprie loquendo non potest dici venditio illa, quæ nulla est, iuxta glossam *in l. 1. verbo contractu, C. ne liceat habit. lib.*
3 *12. Lassar. post alios, de decim uendit c. 14 num 2.* † Quod enim fit contra legem, non solum quo ad contractum, sed etiam quo ad ea, quæ inde sequuntur, hoc est, quo ad gabellam, est etiam nullum, *DD in l. non dubium, per tex. ibi C. de legib.* & deficiente substantia, deficit substantiandum, *l. in venditionibus, uers. inde quæritur, ff. de contrah. empt l. 10. tit. 5. par. 5.*

4 Exempla † venditionis nullæ, ex qua gabella non debetur, sunt, veluti si res vendita non erat in commercio hominum, *ut in l. si in emptione, § omnium, ff. de contrah. empt. ibi, quas uero natura, uel gentium ius, uel mores Ciuitatis commercio exemerunt, earum nulla uenditio est, liberũ enim hominem scienter emere non possum.* Idẽ est in vẽditione loci sacri, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, *§. fin Inst. de empt. & uend l. 15. tit. 5 parte 5.* quis aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus est, actio ex empto competat, iuxta distinctionem textus *in l. 4. cum duobus sequentibus, ff de contrahend. empt. Anton Gomes secundo tomo capitulo 2. numero 52.*

5 Et † quibus deduci videtur, quod quando contractus bonæ fidei est nullus, vtpote quia ei dedit causam dolus venditoris, iuxta communem resolutionem, de qua per glos. Bart. & communiter Doctores *in l. eleganter, ff. de dolo l. si dolo, & ibi gloss. C. de rescind vẽdit & ibi communiter Doctores, glos. Abb. & communiter DD. in cap. cum dilecti de empt. & vendit. Couar. in Regula possessor, 2. parte. § 6. num 6 de reg. iur. in 6 Medina de restit quæst. 33. Conrad de Contract in Summar ad quæstionem 57. dicto 14. vna cum 1. & 2. ibi subiunctis, & Aluar. Valasc. de iure emph quæst. 5 numero 9. Siluest in Summa verbo, culpa, q. 7 Angel verbo, dolus num 9 est communis, vt per D. Molinam late 2. par de iust & iure disputatione 353. columna, 29. & eundem disputatione 354. column. 408. versiculo. His ita constitutis, & Padilla in l. transactione fructu, num. 5. C. de transact.*

6 Gabella † ex eo contractu non debebitur, secundũ Lassar. *de decim. vendit capit. 14 numero 56.* ubi est supplendus loqui in contractibus bonæ fidei, in quibus dolus dedit eis caussam contrahendi, ac proinde contractus ita dolo celebratus, est nullus, *iuxta prædictam communem resolutionem*, & cum sit nullus, ex eo non debetur gabella.
7 † Secus in contractibus stricti iuris, in quibus dolus dat causam

caussam cõtractui, validus est, *ut plerique ex Doctorib. prædictis, & alii profitentur*: & in foro exteriori probat Molina, *ubi supra, columna 596. uersic. quinta Conclusio, in secundo loco citatus*, licens, secus esse in foro conscientiæ, quia in eo nullus est, sed cum loquamur in terminis gabellæ, quæ debetur ex contractu venditionis, & permutationis, q bona fidei sunt, *vt in §. actionũ. Inst. de action.* cõsequitur nõ deberi gabellã, ex contractu dante illi caussam dolo, vt tenet Lassart *d. numero 56.* hoc verum intelligens *numero 57.* nisi is qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc venditio est rata ex resolutis per
8 Didac. Perez *in rubrica titulo 2. libro 8 Ordin. pag. 30.* † Et in hac specie gabella debebitur gabellario existenti tempore, quo circumuentus, se stare contractui declarauerit, quia tũc incipit esse effi ac venditio, quæ prius nulla erat, non vero gabellario, qui erat tempore cõtractus, *ita Lassart. in d. numero 57. quem sequitur Azeued. in l. 1. num. 148. titulo 17. hoc libro 9.*

9 Mihi † tamen in specie principali prædicta, nempe, cõtractus bonæ fidei, cui dedit caussam dolus vt ex eo venditor, vel permutator, sit decipiens, teneatur soluere gabellam, verior, & tenenda videtur, prout etiam arbitratur eam probans Molina, *ubi supra, & præsertim colum. 594. vers. petes, d. disputatione 352.* loquens in venditore decipiente, ex eo, quod fraus, & dolus nemini patrocinatur, & quia ex parte ipsius venditoris decipientis validus est contractus, illum q. obligat si deceptus velit stare contractui, satisq. est ex parte venditoris, contractum esse validum, vt fiscus ab eo gabellam compararit, eam q. exigere valeat, quod ius semel quæsitum, nõ amittit, tametsi postea deceptus nolit stare contractui propter dolum venditoris, iuxta regulam *ius nostrum, de reg. iur. in 6.* Quamuis enim contractus bonæ fidei dolo factus, dante caussam contractui, sit nullus in fauorem dolum passi, vt habet præfata communis, *respectu tamen dolosi claudicat* contractus in suum odium, & sic valet, contra regulas iuris communis, *l. Iulianus, §. si à pupillo, ff. de action. empt. l. non ideo minus, C. de procurat.* vt in terminis etiam Padilla *ubi supra, d. num. 5. in vers. claudicat igitur*: ubi etiam,
10 quod cogetur dolum passus declarare, † an velit contractui stare, vel potius eum rescindere, *vt in d. l. Iulianus, §. si quis colludente*, quod ibi in hoc Bart. notauit.

11 Accedat † insuper pro hac nostra sententia contra Lassart. quia idemmet auctor *d. capit. 14. numero 64.* in eadem specie, nempè, quando venditio est nulla propter dolum venditoris, quinimò, vel propter metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, licet decimam tunc non deberi palam esse, repetat: fatetur tamen, quod si gabellarius decimam petat a venditore, fundatam habebit intentionem suam ex prædicta venditione de facto præcedente; nec audiendum esse venditorem contra gabellarium agentem, allegantem venditionem nullam esse ex dolo, metu, vel simulatione, quia allegat etiam turpitudinem suam, quod neque agendo, neque excipiendo licitum cui-
12 que est, † cum nemini debeat delictum suum patrocinari; *l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. l. transactione, cum ibi notatis, C. de transaction. cum similibus*, nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus: n. tunc inquit poterit vẽditor propriam turpitudinem ab alio iam detectam allegare contra gabellariũ decimam petentem, quia tali casu liquido constat indebitum esse, & quod secus erit, si eam suam turpitudinem etiã ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, repetens ab illo, ut indebitam decimam, quam soluisset semel, quia iam sciens indebitam esse, soluerit. En igitur, quomodo Lassart. in his uerbis fatetur, & probat, nostrã sententiam contra suam priorem, de qua supra egimus,
13 & sic sibimet contrarius uidetur in hoc. † At quod deinde *d. numero 64.* inquit (ut præmisimus) uno solo casu indebitam esse prædictam gabellam, nempe, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam, contractus venditionis nullus esse fuerit declaratus, uerum esse non credimus, sed asserimus etiam post præd. sententiam peti posse, ac soluendam esse præcipiendum, quoniã ex parte venditoris valida quidem fuit ab initio venditio, quo ad hoc, quod vel fiscus gabellam comparauerit, vel quod ius quæsitum semel non amittit, quidquid deceptus postea nolit stare contractui propter dolum venditoris, etiam si super nullitate, sententia ad petitionem decepti postea lata fuerit: ipsa namque inter partes ius faciet non vero tertio, qui est fiscus, nocebit, nihil impediente, quod turpitudo sit iam detecta, vel non: siquidem ex parte decipientis validus fuit statim contractus hic, quod sufficit ad debitum gabellæ, quamuis postea nullum esse declaretur, cum ab initio fuerit validè ius quæsitum fisco pro sua gabella. Faciunt tradita per Paclador. *lib. 1. rerum quotid.*
14 *capite 7. §. 3. num. 36. & 37.* † vbi quod venditio facta in fraudẽ, tenet, ac proinde ex ea gabella debetur, quidquid hoc intelligendum esse dicat Lassart. iuxta suam resolutionem.

15 Ex † quibus omnibus idem probandum venit in permutatione, dolo dante caussam huic contractui, nempè, vt respectu dolosi teneat permutatio, ac proinde ex sua parte teneatur soluere gabellam, non vero permutans deceptus, emptor vero, si deceptus regulariter gabellam non debet, sed decipiens: vt præ diximus, nisi adhuc permutationi voluerit stare, iuxta *supra dicta num. 8.*

16 Fit † igitur ex supradictis ueriorem uideri, atque esse, & tenendam nostram, & Molinæ sententiam aduersus Lassart. ac proinde gabellam a uenditore, uel permutante decipiente debitã ab initio, propter ualiditatem contractus, ex sua parte gabellario tunc temporis existenti, deberi, non uero ei, qui talis erat tempore celebrati contractus, si forte alius existebat.

17 Quod † si dolus non dederit caussam contractui, sed illi incidit, quia alter empturos erat rem, sed non tanto pretio, quo casu contractus ualidus est, sed datur actio decepto, etiamsi non ultra dimidiam iusti pretij deceptus sit, iuxta communem resolutionem Doctorum, de qua per DD. *vbi supra*, tunc quidem proculdubio gabella debetur integra, nec gabellarius tenebitur remittere, aut restituere de gabella debita ratione primi contractus, & hac ratione doli uenditoris, ut nuncupatim tenet Molina, *d. disput. 352. col. 595. vers. Petes.*

18 Similiter † emptio rei propriæ, uel ignoranter celebrata, non ualet, ac proinde ex ea gabella non debetur, *l. suæ rei, ff. de contrah. empt. l. 8. tit. 5 p. 5.*

19 Erit † præterea uenditio nulla ob defectum substantialium huius contractus, *l. pacta conuenta, & ibi glos. uerbo, ex pretio, ff. de contr. empt. & in l. si duas, & in l. in uenditionibus, ff. eodem tit.*

20 Nec † non si uenditio sub aliqua conditione suspensiua celebretur, eaq. deficiat, tunc enim uenditio nulla erit, & gabella ex ea non debetur, ut resoluimus *sup. in q. 8. proximè præcedenti, num. 11.*

Alia plura exempla uenditionis nullæ congerit Anton. Gomez *ubi supra.*

21 In † summa, pro regula obseruandum est, quod ex uenditione iure ualida, debetur gabella; si uerò uenditio ex se iure non subsistat, minimè, nempe lege, uel natura prohibente, siue ratione rei uenditæ, ut in prædictis casibus; siue ex defectu solemnitatis, *ut in l. lex quæ tutores, C. de administr. tut.* siue ex defectu auctoritatis, ut in uenditione facta per uxorẽ, sine licentia uiri; siue propter incapacitatem personæ, ut in furioso, & prodigo, cui bonis interdictum est; siue ex fraude in legem commissa; siue propter simulationem, quibus casibus est uenditio, ut latius prosequitur Tiraquel. *de vtroque retractu, tit. 1. §. 1. glos. 2. num. 5. cum sequentibus*, & Lassart. *d. cap. 14. num. 3. cum sequentibus*, vbi idem tenet, quando propter dolum dantem caussam uenditioni, uenditio non subsistat; sed in hoc contrarium probauimus *num. 9. 13. & 16.* Sed quod de uenditione per uxorem nuptam dict. intelligi debet, præterquam si talis uxor sit solita negotiari, uidente, & permittente marito, quia tunc ualida erit uẽditio, ac per consequens ex ea gabella debebitur, ita in terminis uoluit Azeued. *in d. l. 1. num. 69. tit. 17. hoc lib. 9.* & quod de uenditione

ditione facta ab vxore sine licentia viri non debeatur gabella, probat bene Girond. *de Gabell. 9. par. in prin nu. 23. & 24.* nisi a marito fuerit approbatus talis contractus.

22 Ex superioribus † ex facto consultus Parlador. *lib. 1. rerum quotid cap. 3 §. 3. num. 35.* respondit, quod cum laicus quidam, sepulchrum quod in æde sacra habebat pretio vendidisset, vectigal non deberi, quia nullus esset contractus, iure Pontificio, Ciuili, Regioq. refragantibus, *capit. abolendæ de sepult l locum, C. de religios. & sumpt. fun l. 1. titulo, 13. par. 1.* Sepulchrum igitur auctoritate Episcopi constructum vendi, seu pignorari non potest, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferendi, *vt in d. l. 1.* vbi Greg. Lopez *in glossa, uender,* inquit, simoniacas esse eas pactiones, quæ fieri solent cum clericis, vel religiosis, vt pro capella aliquod pretium, vel aliquid annuum eisdem præstetur, quia cum hæc religiosa sint, non potest pro eis aliquid temporale præstari: quod verum, atque iuridicum est, quamuis frequenter male obseruari, vel etiam palliari solitum sit, secundum D. Molinam, *lib 2. de Hisp.*

23 *primogen. cap. 24. num. 40.* † sed nec iura sepulchrorum extraneis cedi possunt, *l. quia perinde §. 1. ff. ad Trebellian. Ioan Faber, in §. colum. ult. Instit. de acquis per arrogat.* licet transeant ad hæredem extraneum, *l. uel quæ in princip. ibi: qualescumque sint, ff. de relig. & sumpt fun. l. ius sepulchri, C. eod. tit.* Tiraquel *de retractu lignag. §. 26 gl 1. nu.*

24 52. † Sed contra hoc responsum Parlador. insurgit Lassar. *ubi sup d. cap. 14 num. 5.* dicens, quod ex communi doctrina sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra, vel religiosa, in nullius bonis est; atque ideo commercium eius haberi nequit: At hoc procedit, quo ad proprietatē

25 sepulchri dumtaxat, † secus, quo ad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc, vt nullus præter eū sepeliri possit eo loci, vt cum alijs probat Abb. *in d. capit. abolendæ, num. 5.* & Siluest. *in Summa, uerbo, sepultura, nu. 3.* & Anchar. *cons. 113. num. 3.* Ius enim hoc vtēdi proprietatem rei non lædit, argumento eorum, quæ aliàs resoluit Paul. de Castro *in l 4 nu. 2 ff. de seruit.* & alij DD. Et quia vsus de quo per Abb. & Siluest. non est propriè accipiendus, vt seruitus formalis esse intelligatur, de qua Instit. *de usu, & habit.* nulla enim seruitus esse potest in his rebus, quæ in nullius bonis sunt, *ut in l. 1. & ibi DD. ff. de usu, & habit.* quā legē expresse in re sacra, & religiosa exēplificat Longoualius *in repet. l. Imperium, 4. par. fol. 54. ff de iurisd. omnium iudic.* Sed accipiendus est potius pro facultate, & commoditate vtendi, quæ differt a vera seruitute vsus. Si igitur hæc facultas vtendi capella, & loco sacro in persona laici esse potest, quia a re ipsa sacra distinguitur, & secernitur, atque differt: ergo in alium transferri, & cedi potest pro pecunia, absque labe simoniæ, & venditio valet, &

26 ex ea debetur gabella. † Accedit praxis communis, iuxta quam ab Ecclesijs, eiusq. prælatis more antiquo hæc facultas, & ius sepeliendi in eo loco licite, vt creditur, & absque labe simoniæ laicis venditur, eo quod non quid sacrum aut religiosum veneat, sed ius quoddam honorificum, & temporale illic potius, quam alibi sepeliendi, vt explicat Dominicus a Soto *lib. 9. de iust & iure, quæst. 7. art. 1. in responsione ad tertium argumentum.* Similiter, & Capellæ, atque Altaria, & arcæ, quot die pretio annuaq. pensione perpetua, & sepulturæ laicis conceduntur, vt videmus: ergo & ab ipsis laicis alijs cedi, vendiq. possunt, sicut gratis concedi. Cum igitur hæ venditiones communiter fiant, & pro validis reputentur, atque habeantur, gabella ex eis a laicis vendentibus debebitur, prout censet contra Parlador. Lassar.

Nihilominus tamen Ecclesiæ censuræ ac correctioni superiora subijcio, dum diximus a laicis fieri posse præfatas venditiones licitè, & absque simonia: quinimmò vix posse in praxi obtineri censeo, vt ex præfata venditione soluatur gabella, cum negari non possit, quin illa facultas, vsus, & commoditas vtendi capella, vel sepulchro, in quo venditio cōsistere prætenditur, ita sacris rebus, & religiosis adhæreat, vt re ipsa vnum ab alio secerni, aut separari non possit. Vnde nil mirum, vt quod præcipuū est cōsideretur, ac proinde gabella nō debeatur, quia magis dignū attrahit ad se minus dignum. Et præterea, quando in vno actu duæ rationes, vel caussæ concurrunt, inspicienda est ea quæ minuit gabellam, quia in dubio contra gabellam est iudicandum, vt resoluimus *supra quæst. 5 nu 10.* Ex quibus defendi potest opinio Parlad. a qua, vt ipse postea inquit, in secunda editione, immeritò, nulloq. iure discessit Lassarte *vbi supra.*

27 Vno † tamen casu posset procedere opinio Lassart. contraria, nempe in venditione vniuersali rerum temporaliū quib. inhæret, vel annexa est Capella, vel sepulchrum sub quodam pretio. Itaque sub ipsa vniuersitate bonorum vendita transirent in consequentiam iura sepulchrorum sicut, & alias ius patronatus potest alienari inter viuos titulo vniuersali, *text. in capitu. ex literis, de iure patron. cum similibus,* tunc enim de toto pretio deberetur gabella, quia non venditur, nec vendi potest, quod spirituale est, sed transit sub vniuersitate vendita in quadam consequentia, & vniuersitas, quæ venditur expectanda est, nō singulæ res in ea contentæ, *l. in modicis, ff. de contrahen. emptione. l. 1. ff. de fundo dot l quadam, ff. de acquir. rerum*

28 *domin. & d. cap. ex litteris, de iure patron.* † Vnde hæreditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quæ immunitate aliàs fungātur, nihilominus integra decima ex toto pretio debetur, vt in terminis probat Parlador. *lib 1. rer. quotid. c. 3. §. 2. num. 26. & 27. supra Laßart. de decim. vend c. 9 num. 39.*

29 Similiter, & in venditione sepulchri facti, non interueniente Episcopi auctoritate, hoc namque potest vendi, atque alienari; quamuis enim, iure ciuili considerato, alienari non possit, quia eo ipso, quod quis inferebat mortuum in sepulchrum, locum religiosum efficiebat, *l. 2 cū similibus, C. de relig. & sumpt. fun.* cum tamen hoc de iure Canonico non procedat, nisi auctoritate Episcopi ad huiusmodi vsum sepulchri locus deputatus sit, iuxta tex. *in cap. ad hæc, de religios. domib.* vbi communiter scribentes id notant, *gl in cap. in Ecclesiastico, verbo, si terram, 13. quæst. 2. & ibi DD Innocent. & Scribentes, in d. c abolendæ, de sepult. late Dec. in cap. quanto, nu 9. de iudic. post Felin. ibidem num. 4. D.* Molina *vbi supra, num. 39.* Cessante tamen prout cessat de iure Canonico prædicta ratio iuris ciuilis, cessare debet, & eius prædicta dispositio, vt resoluit Felin. *vbi supra,* & Gregor. Lopez *in d l. 1. in gloss. uerbo, uender,* quod verissimum videtur Molina *ubi supra num. 39.* reiecta opinione Fabri, & aliorum, qui contrarium absque iuridica ratione censuerunt. Cum igitur sepulchrum, factum absque auctoritate Episcopi, vendi atque alienari possit, *vt resoluimus,* consequitur, vt ex eius venditione alcauala debeatur.

30 Secus autem erit dicendum in sepulchro constructo cū auctoritate Episcopi; hoc namque cum vendi nec pignorari possit, nec etiam ius mortuum in huiusmodi sepulchrum inferend., iuxta tex. *in cap. quæsta, & in cap. postquam, 13. quæst. 2 & in d. l. 1. & ibi Greg. Lop.* & late probat Molin. *vbi supra, num. 40.* quidquid nimis subtiliter, & pene Philosophando distinguere velit in hoc Lassart. *vbi supra,* consequens est, vt gabella in hac specie, si de facto venditio fiat, non debeatur, rationibus a nobis supra consideratis pro hac parte.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex uenditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta? & numeris seqq.*

2 *Gabella non debetur ex uenditionis uel permutationis contractu, quando partes in continenti ab eo recedunt. Secus si ex interuallo, & an tunc noua alia gabella debeatur ex distractu? num. 3. & num. 4.*

5 *Gabella an debeatur ex augmento contractus ex internallo adiecto.*

6 *Gabella debetur ex venditione pure celebrata, etiam si ante traditionem partes ab ea mutuo consensu discedant, Et a fortiori, si recedant post traditionem, ut hic, & in num. 7. & 8.*

9 *Gabella an, & quando debeatur, quoties recte celebrata uenditione pretium, aut traditio rei remittitur*

sub; abel-

10 *Gabella non debetur quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoria, vel adiectionis in diem in ipsa venditione, vel in continenti verbis directis appositis: secus si ex interuallo appositum fuerit, vt in numero 11. Item quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis, vt in numero 12. & quid si pactum illud longo tempore concluditur num. 13. vbi quid de fructib. interim perceptis?*

14 *Gabella an debeatur ex venditione in huncmodum celebrata, nẽpe, vt si emptori displicuerit inempta sit, vel distracta sit ad beneplacitum emptoris, si tamen postea emptori non placuerit? & numeris seqq.*

15 *Venditio celebrata, si placuerit, vel nisi displicuerit arbitrio boni viri commissa intelligitur, & iuxta id iudicandum, an debeatur gabella, vel non, limitatur in casu posito? num. 21.*

16 *Gabella debebitur in præmissa specie, si resolutio fieret etiã iusta caussa post terminum in contractu, vel iure assignatum.*

17 *Terminus ad displicendum in re debitoria, quando à partibus non assignatur in contractu, vel post incontinenti, est sexaginta dierum, quem terminum partes sua conuentione immutare, & perpetuum efficere possunt, vt in num. 18 Sed si res morbosa, vel vitiosa sit nihilominus termino displicentiæ non adiecto in conuentione intra sex menses fieri potest, vt in num. 19.*

20 *Venditione rei ita celebrata: Si tibi placet, statim placere debet, nec prodesset placere die sequenti.*

22 *Gabella debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo: ex reuenditione autem prædicta alia gabella non debebitur, vt in numero 23 nisi prædicta reuenditio fieret nullo apposito pacto de retrouendendo, vt in numero 24.*

25 *Gabella debetur ex vẽditione facta cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneatur in eu præfere primum venditorem ceteris emptoribus.*

26 *Gabella duplex debetur ex venditione facta cum pacto de retrouendendo intra certũ tẽpus, si postea prorogetur per partes illa terminus, & transacto primo, termino intra tamen prorogatum reuendatur.*

27 *Gabella an debeatur ex venditione cum pacto de retrouendendo verbis directis concepto, vt in exemplo de quo hic resoluitur affirmatiue, num 29.*

29 *Gabella debetur ex venditione iuris pacti de retrouendendo in venditione appositi in fauorẽ tertij, pretio facta, tresque gabellæ in hac specie debebuntur, re redempta per illum tertiũ Prima ex venditione ipsa principali; Alia ex venditione seu cessione dicti pacti; Tertia ex redemptione & numero 30 cui incumbat onus soluendi hanc tertiam gabellam?*

QVAESTIO X.

An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella?

1 QVarto Decimo:† *An ex venditione rescissa, vel ex legitimis caussis resoluta, debeatur gabella?* Et quia in hoc articulo DD. nostri maxime variant, atque nimis cõfuse, & diffuse procedunt, ita, vt pene non intelligatur, aut memoria retineatur, qd tenendũ sit in iure, & in praxi, vt constat ex late adductis, & congestis per Tiraquel. *de retractu conuent* §. 6 *glos.* 2. *num.* 4. *cum seqq.* & ex alijs nouiter, vt hæc materia omnibus deinceps clarescat, notaq. fiat, sublatis nubibus, eam claro, illustriq. stylo exponam, procedendo per casus sigillatim.

2 Primus † casus est, quando partes celebrato contractu emptionis, & venditionis, vel permutationis, simpliciter, & absolute statim incontinẽti, hoc est, antequam ad alia diuertant, ab eo mutuo consensu recedunt, & tunc quidem non debetur gabella ex contractu, nec distractu: secus si ex interuallo, quia ius semel fisco quæsitum ab eo auferri per partes non potest, *Bald in l. si const. ante colum 2 per illum text. C. de donation. ante nupt. Doctores omnes in l ab emptione, ff. de pact secundum Mod. Paris. in consuetud. Paris. titulo* 1. §. 13 *glos.* 5 *numero* 11. & voluit idem §. 22. *numero* 10 Et hæc est communis sententia, & resolutio secundum Anton. Gomez. qui alios allegat, 2. *tomo variar resolut. cap* 2 *de emptione, & venditione, nu.* 31. sequitur plures allegans Tiraquel. *de retractu conuention* §. 6 *gloss.* 2. *nu.* 10. vbi id verum intelligit, etiam si ante traditionem rei venditæ partes discesserint a contractu, nisi incontinenti discedant, sequitur etiam Arias Pinel. *in l.* 2. *in* 2. *par. cap.* 3. *num.* 36 *colum.* 2. *illius numeri, C. de rescind vend Menchaca de success creat.* §. 25. *num.* 5. *Didac. Perez in l.* 2. *titulo* 7. *lib.* 5 *Ordinam pag* 196. *uersic. sed dubium est. Parlador. libro* 1. *rerum quotid capite* 3. §. 4 *num.* 2. 5. & 6. estq. vera, & communis resolutio secundum Ioseph. Ludou *decis Perus* 113. quem ad hoc refert, & sequitur Lassart *de decim. vendit. capit.* 14. *num.* 7 *cum seqq.* malè tamen hic auctor inquit, gabellam deberi ex venditione, a qua partes incontinenti re integra discedunt, cum neque id uerum sit, nec communis, & vera resolutio, quam ipse citat, id habeat: sed potius contrarium, nisi cum ex interuallo partes a uenditione discesserint, vt constat ex omnibus Doctoribus de hoc agẽtibus. Distinctio igitur prædicta uera, & communis est, atque tenenda, vt & contra Lassart. *ubi supra*, censet Ioan Garsia *in tract de expensis, & melior. capite* 18. *nu.* 48. *in additionibus nouis*. Est etiam communis secundum Molinam Theolog. qui eam sequitur in 2. *p. de iust. & iure disputatione* 373. *colum.* 772. *vers. quando contractus*, & iuxta eam intelligenda est opinio *Vegæ lib.* 5. *sua Summa Casu* 632. *in princip* aliàs erit falsa. Similiter, & Auend. *resp.* 20. *nu.* 1. *ibi: fiscus*, & Azeu. *in l.* 1. *nu* 86. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. dũ tenẽt, quod licet partes pœnituerint venditionis post, eam perfectam debetur gabella, intelligendi sunt, quando pœnitentia est ex interuallo: secus si incontinenti ante quam ad actus extraneos partes diuertant, iuxta prædictam veram & communem resolutionem.

3 Quinimò, † quando partes ex interuallo à uenditione discedunt, postquam ad traditionem rei, uel pretij solutionem transijssent, si resolutio fiat per actum priori dissimilem, nempe, reddendo uenditori rem a se uenditam, & emptori iam traditam diuerso pretio: quia non iam priorem uenditionem resoluisse, quam nouam contraxisse uidentur, *ex l* 1. & 2. *ff de rescind. vendit.* alia noua gabella, quasi ex altera noua uenditione debebitur, & soluenda erit, iuxta pretium secundò loco definitum; secus, si actus priori similis retro agens uenditionem intercesserit, *iuxta l* 1. *C. quando lic. ab emptione disced.* quia tunc unica tantũ gabella ex præcedenti contractu soluenda est, ut post alios probarunt Parlador. *num* 6 & Lassar. 8. *vbi supra*, nec nõ & Molina Theolog. 2 *p de iust. & iure disp.* 373. *col.* 775. *uers. dubium.*

4 † Quæ distinctio procedit in ea uenditione, quæ nec omninò perfecta est omni perfectione, nec omninò in ea res est integra, uelut, cum ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditione rei, uel solutione pretij: secus uerò, si utrumque factum sit, quia tũc uera est secunda uenditio, manente prima, ac proinde quando traditio rei est facta, & pretium solutum, quomodocumque, & quibuscumque uerbis contrahentes distraxerint, nouam alcaualam debebit reuenditor, ex tradit per Modern. Paris. *in Consuetud. Paris. tit.* 1. §. 22. *num.* 19. & 20. & in terminis ex eis ita tenet Lassar. *d capit.* 14. *num.* 9. & Molina, *col.* 775. *in uersic. illud*, ubi quod hæc secunda gabella erit soluenda gabellario, ac domino, qui fuerit tempore secundi contractus; & iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Anton. Gom. Tiraq. Molina, & ceteri DD. supra citati, tenẽtes indistinctè ex resolutione, & discessu a contractu, hoc est, a distractu non deberi gabellã, & quæ tradit in materia feudali Peguera *de feud. uers* 1. *ampliat.* 15. *num.* 89.

5 Quod † si contractus ille non dissoluatur omnino, sed ex interuallo, uel pretium mutuo consensu augeatur, aut minuatur, uel merx pro eodem pretio augeatur, recessum

quidem

quidem censetur a priori emptione, & facta noua, quatenus haec posterior a priori diuersa est, & gabella augumenti pretij debebitur, non vero gabellarius aliquid restituere, aut remittere tenebitur, si pretium prius ex interuallo diminueretur de gabella prioris contractus, qui ad eam totam a principio iura plenum acquisierat, cui praeiudicare non potuit variatio in contractu ex interuallo effecta, ita & recte censuit Molina *ubi supra, d. columna 772 ad finē uersic. quod si contractus, & colum seq.* cuius in hoc sententiam probo: modo eam intelligamus, quoties variatio praedicta interuenit ante traditionem rei, uel pretij solutionem, vt credo fuisse de mente eiusdem auctoris, & innuitur in eius verbis *in uersicul. ubi additur ibi: req. integra, iuncto uers. subsequenti: ibi: qua loco obserua.* Et ideo merito tenet, non deberi tunc nouam gabellam, eo quod contractus esset idem aliquantulum uariatus: secus tamen esse uidetur, si haec uariatio post traditionem rei, uel solutionē pretij intercesserit, quia iā tunc uidetur nouus contractus. Nihilominus tamen adhuc idem uidetur probandum, & in hac specie quod in priori, nempe, ante traditionem rei, vel solutionem pretij, scilicet, ut in utroque procedat sententia Molinae, ut pote, quod potius uideatur additio noua priori contractui, quam nouus in totum contractus.

Ex superioribus deducitur, minime habere locum in nostra materia gabellarum Conclusiones, quas latè cum suis ampliationibus, & limitationibus, probat, & prosequitur Modern. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glos. 1. numer. 32 cum seqq. & prius §. 13. glos. 5. num. 12. cum sequentibus.*

6 Prima † enim Conclusio erat, ante realem traditionem fundi licere poenitere, siue distrahere, ut nulla iura debeatur, neque de contractu, neque de distractu. Quam Conclusionem ibi ampliat quattuor modis, & limitat uno modo.

Secunda Conclusio erat, post realem traditionem fundi, non licere poenitere etiam ante, quando minus praeueniat, nisi in ipso traditionis actu, uel incontinenti sequuta sit retraditio, & poenitentia, quia traditio facta non uidetur, quae nullo spacio stetit, uel nisi emptor traditione accepta tantum modicum tempus fefellerit, aut solum uerterit decepto uenditore.

Haec enim Conclusiones Moderni Paris. quod in sua materia, quam ibi agit, rectè procedere possent; in nostra tamen minime sic simpliciter locum habent; sed omnino prorsus reducendae sunt ad praefatas communes resolutiones, & distinctiones; nempe, quod gabella, hoc est, alcauala in his nostris Regnis debeatur, & peti possit ex solo contractu ualido ante traditionem; nisi incontinenti per partes ante quam ad extraneos actus diuertant, ab eo discedatur; secus si ex interuallo, quia tunc, vel una, uel duplex gabella debebitur, iuxta praecedentem resolutionem.

7 Similiter, in hac nostra materia ex praedictis non procedit resolutio eiusdem Moderni Paris. *d. §. 13. glos. 5. num. 15. & 17.* tenentis, etiam ficta traditione intercedente, posse contrahentes liberè discedere, dummodo patronus non praeuenerit, uel emptor non ceperit possidere, uel fruì, &c. contrarium namque respectu gabellae tenendum est; prout tenent omnes Scribentes *in l. ab emptione. ff. de pact.* & alij, quos refert idem Mod. Paris. *d. num. 15.* & Firmian. *de Gabell. 3 p. 8. partis. q. 14.* Nam iuxta receptissimam sententiam supra relatam, partes ex interuallo recedere non possunt a uenditione in praeiudicium iuris, seu gabellae tertio, uel fisco quaesiti, uel quaesiti; sed tantum incontinenti,

8 † quod si ante partium poenitentiam gabellarius in iudicio praeuenerit, petēdo gabellam, proculdubio ea debetur, licet postea partes a contractu resilierint, quia iam dici non potest res integra, ut cōstat ex Mod. Paris. *ubi sup. cōtra Tiraquel. de Constitut. poss. par. 2. num. 9. & p. 5. lim. 7. num. 41.*

9 Quod si † rectè celebrata uenditione pretium remiserit uenditor, uel emptor rem; uidetur supradicto modo distinguendum, ut si quidem incontinenti id fiat, gabella non debeatur, si uero ex interuallo, debeatur.

Mihi tamen hac in specie ita tenenda videtur optima distinctio circa retractum in materia feudali tradita per Modern. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 13. numero 55. &c.* vt quod ipse dixit, & decidit in iure retractus, eiusdem rationibus tenendum sit, & practicandum quo ad gabellam, & distinctio praedicta est huiusmodi.

Quod, quando feudo vendito certo pretio, remittitur ipsum pretium ex interuallo, valet venditio, quacumque ex caussa fiat remissio, *ut in l. sit sibi habitationē. ff. locati*, ac per consequens locus sit utrique retractui (atque ita in nostra specie gabella debeatur) & proinde quo ad retractum integrum pretium erit refundendum, etiamsi venditor pure liberaliter donauerit emptori pretium, quia de donatione pretij nihil ad rem.

Si vero incontinenti, subdistinguendum fit: aut caussa purae, & liberalis donationis remittitur; aut ex alia caussa. Primo casu non est venditio feudi, sed vera donatio, *l. cum in venditione. ff. de contrah. empt.* & cessat vtrumque retractus: & ita in omnibus iudicandum sicut de feudo donato (nec etiam hac in specie debetur gabella.) Quod ita demum procedit, si constiterit de caussa purae, & liberalis donationis, seu verisimiliter appareat, donatorem non habuisse animum vendendi feudum, ita quod pretium non sit appositum caussa venditionis; sed caussa donationis fore aestimandae, iuxta dictam *l. cum in venditione*: secus si constat quod non habuit animum donandi feudum, sed eius pretium: feudum autem vendere voluit, tunc enim manet venditio feudi, quamuis incontinenti pretium donationis caussa remiserit, quia non cadit donatio, nisi super pretio, quod frequenter, inquit, euenire potest: veluti si donator nolit excludere propinquos suos à retractu, sed pretiū donare veli emptori: igitur hoc casu locū habebunt omnia iura feudalia, sicut in vera venditione, addo ego, & debebitur gabella multoq. fortius, si in eius fraudem praed. remissio facta fuerit.

Secundo vero casu, quando, scilicet, ex alia caussa, quā purae, & liberalis donationis remissio pretij incontinenti fit, manet venditio, & in omnibus idem iudicandū, quod de feudo vendito, etiāsi remissio fuerit incontinenti facta non ex caussa debiti, sed ad antidota ex caussa simplicis remunerationis, quia huiusmodi remissio magis est genus permutationis, q̄ donationis, *l. sed & si lege, §. consuluit, uers. plane, ff. de pet hared. cū similib.* (ac per consequens debebitur gabella in hac specie) pro qua distinctione est optimus textus *in l. si sponsus, uersiculo circa uenditionem, ff. de donat. inter uirum & uxorem*, vbi Iurisconsultus similiter distinguit in venditione facta a marito uxori, vt inspiciatur eius animus, an fuerit donandi, vel vendendi, & ita censeo iudicandum in nostra materia quo ad gabellam, prout in terminis Mod. Paris. sequutus, eius consideratione consentit Lasart *de decim. d. capit. 14. num. 6.* tamesi Tiraquel. *de retractu conuention. §. 1. gloss. 14. num. 123.* distinctionem Mod. Paris. improbare videatur, sed opinionem Modern. Paris. & Lasart. sequitur Molina Theolog. *2. parte, de iustit. & iur. disputatione 373. col. 773. uers. sic obiter.*

10 Secundus casus † principalis nostrae quaestionis est, quando venditio resoluitur ex pacto directo legis commissoriae, vel addictionis in diem, in ipsa venditione, vel incontinenti; verbis directis apposito, veluti si dicatur si intra tantum temporis non solueris, res sit inempta; vel, si intra tale tempus alius meliorem conditionē attulerit, res sit inēpta, *ut in titulis, ff. de lege commiss. & ff. de in die adiectione*, vel in alio quocunque pacto resolutiuo, vt in specie, *l. 3. ff. de contra. empt.* Et hac in specie vera, & communis resolutio Doctorū est, gabellam non deberi, & si soluta fuerit, repetendam esse a gabellario, quia licet a principio pura venditio sit, supradicta *iuxta l. 2. ff. de in diem addict.* ac proinde necessario statim nascitur obligatio ex eo contractu, *vt in princip. Instit. de emptio. & uendit.* & consequenter statim quoque gabellae obligatio fisco quaeratur vtrumque tamen iustam quatuum partibus, quam fisco resolubile est, sub conditione illa, si pretium in termino non soluatur, vel si alius meliorem conditionem

ditionem attulerit, & sic dependenter ex eo, quod id non sequeretur, ita vt si pacti conditio non committatur, perfistit venditio, & gabella irreuocabiliter debeatur: si verò pacti conditio adimpleatur, vt quia pretium in termino solutum non sit, vel conditio melior allata fuerit venditori, ac proinde rem inemptam fieri velit, *iuxta d. l. 2. ff. de in diem addict. & l. 38 titulo 5. pag. 5.* hic venditio illa pura resoluitur, ac si à principio conditionaliter fuisset contracta, & apposita conditione deficeret, quo casu proculdubio est, gabellam non deberi. *vt supra resoluimus quæstione 8.* Ergo neque ex hac debebitur: sicut non debetur laudemium in simili specie in feudalibus, vt fecit iudicari Moder. Paris. *in Consuet. Paris tit. 1. §. 55 glos. 1. nu. 162.* & resoluit *in tit. 1. §. 23. nu. 9.* de quo etiam agit Tiraq. *de retract. conuen. §. 6. glos. 2.*

Et quod gabel a quoque non debeatur in nostris terminis, tenet Petr. de Bellaperti. & Paul. Castr. *colum. 2. in l. fin. §. sed quia, C. communia de leg. & alij Doctores*, quos refert Anton. Gom. *in 2. tomo variar. resolut. capit. 2. de empti. & vendit. numer. 31.* (licet eos non sequatur) addens, quod si forte gabella fuit soluta facto contractu, postea eo resoluto, poterit repeti tanquam indebitè soluta secundum eosdem auctores, est communis secund. Parlad. *libro 1. rerum quotid. cap. 5. §. 4. num. 7.* vbi quod nemo est, qui ab hac sententia dissentiat nisi Ant. Gomez, *vbi supra*, sequitur Matiene. *in l. 7. tit. 11. gloss. 3. numero 31. libro 5. Nou. Collect. Reg.* hanc etiam sequitur & late probat, & communem esse profitentur Lass. *de decim. vendit. capit. 14. numero 10 cum sequentibus*, necnon, & Molina, Theolog. *de iust. & iure disp. 378. colum. 809. in versic. tota autem difficultas*, qui etiam improbant Ant. Gom *ubi supra*, contrarium tenentem, & Menchac. *lib. 1. controuers. vsu frequen. c. 11. nu. 31.* eorumq; fundamentis satisfaciunt.

11 Limitatur † tamen primò hæc vera, & communis sententia, quando pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem, appositum fuisset ex post facto, hoc est, ex interuallo, tunc enim cum semel in commutabiliter ius quæsitum sit fisco ad gabellam nouo contrahentium voluntate, aut pacto, in eius præiudicium auferri non potest, ans conuerti ex regula *id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & constat ex prædictis, & volunt præcitati auctores præcipuè Lasiat *num. 18.* & Mol *col. 809 in princ. uers. idem.*

12 Limitatur Secundò, † quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiam iudicis: licet enim, & in hac specie Moder. Paris. *in Consuet. Paris tit. 1. §. 23 nu. 15.* in proposito consuetudinis suæ in feudalib. æquiparet casum directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directa apposita in illis pactis, & casum obliquæ resolutionis, per verba mere obliqua pacto adiecta, dummodo ex illo ad non causam reducatur venditio, & resoluatur non ex noua causa, sed ex necessitate, & causa veteri ipso cõtractui existenti: vt vtroque casu nulla iura vtilia patrono debeantur, & soluta repeti possint, etiam si medio tempore ad traditionem realem, & translationem dominij ipso iure non reuertibilis processum fuisset; nihilominus tamen, in nostra specie, & materia alcaualæ, aliud iudicandum censeo, quando non ipso iure, & verbis directis pacto adiectis, sed per verba obliqua fit rescissio venditionis per sententiam, vel via actionis, aut exceptionis, nempè, vt debeatur quidem gabella, & ideo ea soluta, minime sit repetitioni locus, cum in hoc casu venditio semper maneat ipso iure, & valida sit, vt tenetur omnes, & constat ex traditis per Dom. Couarr. *lib. 3. variar. resolut. capit 8. num. 1.* & Menach. *lib. 3 Controuers. vsu frequent. cap. 69.* Ergo ex ea debetur gabella, cum ad hoc solum legibus nostris Regijs cõsideretur, & inspiciatur simplex actus, veræ, & validæ venditionis, quamuis postea non duret ex voluntate contrahentium, dummodo ipso iure non sit resoluta, quamuis ex veteri caussa ipsi contractui existenti venditio rescindatur, & in terminis ita rectè tenet Lasiatte *dicto cap. 14. num. 19.* & Girond. *ubi supra, numero 59.* & Molina, *vbi supra, colum. 808. ad fin.* vbi quod in hoc communiter DD. conueniunt.

13 Tertia limitatio † colligi potest ex eodem Moderno Paris. *d. § 55 glos. 1. num. 163. cum sequentibus*, dum late nititur probare, leges illas de in diem addictionem, & cõmissoriam, locum tantum habere, quando pacta illa modico tempore concluduntur, vt exemplum ponit *in l. 1. ff. de in diem addict.* prout plurimum contingit, non autem, quando in multos annos protrahũtur, quod rarissimum, & insolitum est, leges namque referuntur ad ea, quæ frequẽtius accidũt, *l. nã ad ea. ff. de legib.* quid, n. absurdius, quam emptorem longo tempore verum dominum, & vasallum, vel censuarium fuisse, & pacifice possedisse, & tamen de re, quæ tot annos manum mutauit nulla iura domino directo deberi, nec semel quidem, sed si recepérit, restituere teneri? Ergo idem videtur dicendum respectu gabellæ soluendæ: Fac enim fundum veoditum mille, receptis quingentis, ea lege, vt nisi emptor intra decennium reliquum persoluat, res sit inempta, lapso decennio, persolutione non facta, venditor restitutis quingentis fundũ recuperat, cur gabellam iam solutam recuperabit, cum tanto tempore venditio durauerit, & in dominio emptoris fuerit? Nihilominus tamen cum venditio ex caussa, & pacto ab initio inexistenti, pro infecta habeatur, etiam tẽtus quoad fructus, qui restitui debẽt, *l. item quod. & l. Imperator. in principio ff. de in diem addict. l. lege in fundo, ff. de leg. commiss.* quamuis pro rata pretij soluti æquum sit emptorem et iam dominum, & possessorem suos fructus facere, *l. vltima in fine, de fundo dotali. Bald. in l. si traditio, quæstio vndecima, C. de action empto.* & alios referens Moderni Paris. *vbi supra d. § 55. gloss. 1. num. 166. in principio*; Nihilominus, ut nulla gabella debeatur, & soluta repeti possit, cum defecta conditione, venditio habeatur, ac si à principio facta, nec celebrata fuisset, ac proinde cessant tamen eius omnes effectus, sicut in venditione conditionali supra cum communi resoluimus. Neque quod pro rata pretij soluti fructus lucretur emptor, quidquam in proposito facit, cum id potius de æquitate, & per modum eius, quod licite interest, potius statutum sit, quam quod ex vi venditionis à principio resolutæ, saltem virtualiter ratione pacti directi id suftineri queat; Neciam quod longum tempus effluxerit, quidquam interest, cum hoc ex vi pacti conuentu contingat, eademq; iuris ratio militet in modico, vel longo tempore, quia magis, & minus non differũt in genere, *l. finali. ff. de fundo instructo*, præter quam, quod tempus nõ solet esse modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, præcipue contra voluntatem partium, quorum actus non debent operari vltra eorum intentionem, vt de vtroque sunt iura vulgaria. Denique conuenito, vt in perpetuum redhibitio fiat, valet, *l. quod si nolit, §. si quid ita, ibi: si uero conuenerit. ff. de ædilit. edicto.* Quinimò, ex eodem textu, si dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori, quandocumque ab eo discedere, perpetuo quilibet eorum potest pœnitere, iuxta gloss. *in cap. illos uos, uerbo, annos, de pignor. Bald in l. 2. §. ultimo, ff. qui satisd. cogant Cremens. Singul. 11. Domin. Couarr. lib. 1. uariarum resolution capit. 9 num. 1.* qui *numero 4.* hoc verum intelligit, secus post cap. 10. vel 20. annorũ, secus de præscriptione 30 annorum. Fateor tamen in pacto legis *commissoriæ*, hunc discursum procedere posse, licet perraro, longum tẽporis interuallum ei adijci soleat. In pacto autem adiectio nis in diem, minime, quia hoc prope semper breui tempore solet concludi.

14 Ex præcedenti † secundo casu, quem modo explicuimus deducitur in casu *l. 3. ff. de contrahend. emptione*, proculdubio non deberi gabellam, nempe, si res sit distracta hac, vt si displicuisset, inempta esset, quia resoluitur hæc emptio sub prædicta conditione, hoc est, si illa emptoris displicentiæ, quamuis non sit res sub conditione distracta, vt in *d. l. 3.* quæ resolutio operatur, vt inempta videatur esse à principio, ac proinde gabella non debeatur, quia sine culpa venditoris eo casu resoluitur contractus. Idem erit, si quis uendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, hoc est, à contento: si enim postea venditio emptori displiceat, gabella ea eo non debebitur, sive intell gamus eam uen-

15. & 40. & §. 23. quæst 8. nu. 26. & titulo. 2. §. 55 glos 1. quæst 4. num 17 cum sequentibus. Anton. Gomez. in 2 tomo variar resol cap 2 de emptione, & vendit. sub nu. 35. & in l 70. Tauri num. 50. Arias Pinel. in l. 2. 2 par cap 1. num 46 C de rescind. vendit. vbi dicit iuniorē, & receptiorē *l. de rescind. vendit. Matiene. in l 7 titulo 11. lib. 5. Noua Collect. Reg. glos. 3 num 14 Parlad lib 1. rer quotid. cap 1. § 4. num 5* sequitur eos referens præter Mod. Parif. Lassar. *de decim. vendit. c. 14. num. 36. cum seq* & nouissime Molina Tomo 2. *par. de iust & iure disp. 374. col 782. in vers dubium est*, vbi quod DD. communiter in hoc consentiunt, & in vers. *maius dubium est:* & Gnoda. *de Gab. 5 p in princ. nu. 30. Azeued. in l. 1. nu 99. tit. 17. lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ*. Quidquid aliàs distinguat Peguer. *in sua repetitione feud fol 34. nu. 6.* in laudemio venditionis rei feudalis, vel emphyteoticariæ, an pactum redemptionis sit ad modicum tempus, vt tunc ex ea venditione laudemium nòn debeatur: aut verò ad longum tempus, & tunc ipsa debeatur, quocumque enim modo fiat venditio cum prædicto pacto, gabella statim debetur, quia venditio pura est atque perfecta: & quod ex venditione cum pacto de retrouendendo debeatur laudemium, iudicauit Senatus Pedemontanus contra opinionem multorum, quos refert Boerius *decis. 182. num 29. & decis 234. in fine*, secundum Anton. Thesaur. *decis. Pedemon 75. num. 2. & 3.* latè agit, an debeatur alterum laudemium ex reuenditione facta postmodum. Aponte *in tract. de Laudemijs, quæst 37 per totam.*

24 Quod si post venditionem semel vtcumque perfectā mercis, ac pretij, traditione, nullo apposito pacto de retrouendendo, conuenirent postea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censeretur noua omninò venditio, deberetur q. ex ea noua, & distincta gabella gabellario existenti tempore secundæ venditionis, vt probat Molina *vbi supra. col. 783. in princip.*

Vbi quod si tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda venditio, distinctaq. gabella pro illa deberetur, *secūdum Lassar. vbi supra. nu 41.* Et rectè.

25 Quod † si venditio à principio fieret, non quidem cum pacto de retrouendendo, sed cum pacto, quod si emptor eam rem vendere vellet, teneretur præferre primum venditorem cæteris emptoribus, tunc etto, postea virtute illius pacti reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primo vendita fuit, debetur gabella distincta gabellario existenti tempore reuenditionis, quoniam hæc non est resolutio primi contractus, sed noua venditio, *ita Molina. vbi supra. in vers observat etiam post Molin vbi supra. nu. 42. cum Mod Paris.*

26 Sed † si venditio facta esset cum pacto de retrouendendo vsque ad sex annos, verbi gratia, & ante quā illi complerentur, prorogatio temporis de consensu partium fiat veluti vsq; ad alios sex annos, aliud ve tempus, transactisq. prioribus sex annis intra alios sex redemptio fiat, debebitur alia distincta gabella, vt cū Moder. Paris. & Tiraquel. tenet, & probat Lassar. *vbi supra. num. 43.* & Molina. *etiam vbi supra, ad fin. d. col. 783.*

27 Magis è † tamen controuersum est apud iuris prudentes, vtrum superiora procedant in pacto de retrouendendo verbis directis concepto, nempè, cum dictum fuerit, vt oblato pretio emptori à venditore intra tale tempus, res sit inempta, necne? Videtur namque tunc non requiri traditionem rei ad translationem dominij, sicut, nec quando apponitur pactū legis commissoriæ, vel adiectionis in diē, verbis directis, vt iure probare nitimur, & constanter affirmāt Paul. de Cast. & alij plures, quos refert, & sequitur D. Couar. *lib. 3. vers resol c 8 sub nu 2. in versic verum, & in hac specie*, dicens esse hoc de iure veriorem, & communiorē ex testimonio Iasi. *cons 128 nu. 4 lib. 4* & Tiraq. qui eam sequitur *de retractu conuention tit 1. gl. 7. nu. 15.* quibus adstipulatur tex. insignis, *in l voluntate. § vlt. ff. quibus modis pign. vel hypotec. solu* cui non potest congruè responderi secundum Couar. *vbi supra*. Quod si hoc ita absolutè verum est, inde sequitur, gabellam nullam deberi ex huiusmodi pacto de retrouendēdo verbis directis adiecto, cum absque traditione oblato pretio resoluatur venditio, argumento eorum, quæ supradicta sunt in secundo casu circa pactum l. commissoriæ, & adiectionis in diem.

Rursus sunt alij quamplures authores probantes etiam tunc, nēpè, in pacto de retrouendēdo, verbis directis concepto, requiri traditionem ad dominij translationem: & quod sic ex obligatione sola pretij, stante prædicto pacto eo modo concepto, non trāsferatur dominium, sicut nec quando hoc pactum de retrouendendo, verbis obliquis concipitur, quo casu certum est, aut saltem verius, & receptius, traditionem requiri ad translationem dominij, quādo venditor virtute huius pacti vult rem suam rehabere, vt patet ex Tiraquel *vbi supra. nu. 12.* vbi communem profitetur, plures citans, tametsi Paul. de Castro, & alij, ab eo præcitati, *num. 7. cum sequentibus*, aliud velint adhuc in hac specie, sed quod prædiximus cum communi proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est secundum Cumanum *in l. 1. ff. de donat.* & frequentiori Doctorum sententia probatum, secundum Couarr. *vbi supra, d. nu 2 per totū* Et quod hoc procedat, etiam si pactū de retrouendēdo fiat verbis directis, tenet Bart. *in d. l. 1. numero 10. ff. de donat.* estq. communis, aut saltem magis recepta *secundum Couar. supra*, licet priorem, vt iure libi veriorem probet, *vt prædiximus*. Quod si hæc secunda opinio magis communis tenenda est, profecto iuxta eam videtur gabellam deberi ea prima venditione cum prædicto pacto de retrouendēdo verbis directis celebrata, licet alia gabella non debeatur ex ipsa reuenditione, sicut resoluimus in venditione cum pacto de retrouendēdo verbis obliquis adiecto, celebrata.

Sed si quo ad nostram materiam gabellarum aliqua vis fieri potest in translatione dominij ipso iure, uel per retraditionem in proposito huius pacti de retrouendendo uerbis directis appōsito: profectò indubium uidetur, nullam tunc gabellam deberi, etiam si opinionem Bart. præcedentem magis communem sequamur, quam in hac materia amplectitur Lassart. *de decim. vendit. cap 14. sub nu. 36.* quia vt cumque sit, ea tantum obtinet quo ad dominium directum, & directam in rem actionem: si quidem utile dominium, & utilis in rem actio, absque traditione competit uenditori ex pacto reuēditionis etiam iuxta cōmunem formam obliquè concepto, ex textu. singulari *in l si cum venderet, ff de pignor. actio.* ubi Paulus de Castro hoc obseruauit, & colligunt, atque probant alij plures, quos refert, & sequitur, dicens esse magis communem D. Couar. *vbi supra, num 3.* Ergo cum dominium saltem utile transeat in hac specie sine traditione, si ad hoc solum attendendum esset, nec in præsenti quæstione deberetur gabella, proculdubio nec quando pactum de retrouēdendo adiectum fuisset uerbis obliquis, quod esset cōtra communē resolutionē supra positā in principio huius tertij casus.

28 Quod † tenendum è Ego censeo non esse attendendum in proposito nostro, ad sciendum, an debeatur gabella, necne, ex prima uenditione facta cum pacto de retrouendendo ad dominij translationem ipso iure factam, uel per traditionem, seu solum an id, an uenditio a principio pura, & perfecta fuerit, suisq. numeris absoluta, non obstante pacto de retrouendendo: cum leges nostræ Regiæ gabellarum tantum loquantur de uenditionibus huiusmodi: Hinc fit, ut cum uenditio facta cum pacto de retrouendendo, siue uerbis obliquis, siue directis, a principio utroque casu ualida sit, atq. etiā pura, ac proinde emptor interim fruatur fructibus, nec eos teneatur restituere postea medio tempore perceptos, nisi a tempore pretij soluti, uel oblati per eum in rem, *vt in l 2. C de pact. inter empt. & vendit & ibi glos ordinaria & communiter DD l. 41. artic. 5. part. 5. Anton Gomez 2 tomo variar resolution. cap. 2. de emptione, & venditione nu. 27.* debeatur statim gabella: Nec ad rem pertinet, quod oblato pretio a uenditore res habeatur pro non empta, & sic, quod prima uenditio uideatur resoluta, quando huiusmodi pactum de retrouendendo uerbis directis conceptum fuit, iuxta uerba

contrahentium, sicut in pacto l. commissoriæ, & adiectionis in diem: quia in his constat de clara intentione contrahentium verbis etiam expressa, volentium nullam venditionem censeri celebratam verificatis ipsis pactis legis commissoriæ, vel adiectionis in diem. At in pacto de retrouendendo constat de mente ipsorum, verbis etiam adiunctis, nempè, de retrouendendo, quod supponit, priorem venditionem adhuc validam remansisse, siquidem eadem res reuendi debet: cui sensui, & voluntati non videtur derogatum per verba sequentia, ea, scilicet, vt tunc res sit inempta: hoc namque, stantibus præcedentibus, improprium, & potius iuxta fictionem, quam secundum veritatem stare potest, quia verè non compatitur cum præcedentibus. diuersa siquidem multum sunt pacta legis commissoriæ, adiectionisq. in diem, à pacto de retrouendendo: illud enim legis commissoriæ respicit solutionem pretij rei emptæ, & sic adijcitur pro cautela, & securitate solutionis ipsius, ea mente, vt si non soluatur pretium intra tempus constitutum, nulla sit venditio celebrata: illud verò pactū adiectionis in diem, vt si alius meliorem conditionem attulerit, nulla sit venditio celebrata: At verò pactum de retrouendendo verbis adiectis, aut obliquis appositum, non respicit solutionem circa primā venditionem faciendam, nec annullat ipsam venditionem, sed tantum concedit reemptionem eiusdem rei eodem pretio faciendam, siue ipso iure, siue per traditionem subsequendam, oblato pretio à venditore: ergo siue pactum de retrouendendo sit verbis obliquis cōceptum, siue directis, vtroque casu iure optimo constat ex prima venditione deberi gabellam in primo casu, iuxta comunem sententiam, & verissimam, quam supra adduximus in principio huius tertij casus principalis. In secundo casu iuxta proximè à nobis dicta, & considerata, quod puto verissimum, & probant in terminis Parlador *vbi supra*, & Latlar. *d. cap. 14. nu. 36.* Aliàs enim, cum venditor pretio fruatur, & emptor re empta gaudeat multis fortasse annis, ridiculum videretur, eos posse agere, vt restituto postea pretio, solus fiscus remaneat immunis, & frustratus: In præiudicium igitur fisci non proderunt verba directa in pacto de retrouendendo adiecta, sed tantum quo ad ipsos contrahentes, & pro maiori securitate, & causa venditoris: secus, ac in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, quia hęc diuersa sunt ualde, vt patet ex prædictis.

29 Vltimò † obseruandum est in proposito, quod si venditor cum pacto de retrouendendo vendat, vel cedat pretio, hoc ius redimendi rem à se venditam (quod iure fieri posse latè probat cum alijs contra Angel. & Mod. Paris. Tiraquel. *de retractu lignag. §. 36. gloss. 3. in princip. num. 1. cum seqq.*) debebitur quidem gabella ex hac secunda venditione, vel cessione iuris redimendi, tum ea traditur in simili quæstione per Mod. Paris. *in Consuet. Paris. §. 23. num. 26.* non obstante, quod ipsemet in ea quęstione, *nu. 28.* teneat contrarium, quia fundatur ea ratione, quod ius illud, de quo ibi ipse loquitur, non debebatur, nisi quando ipse fundus venditus, quæ cessat in nostro casu, quia gabella debetur ex omni venditione: tum etiam, quia iuxta nostras leges Regias hoc planius est, cum per *l. 1. tit. 17. lib. 9. nouę Coll. Reg.* præcipiatur generaliter, *que los vendidores paguen alcauala de diez vno, &c.* & cōprobatur à fortiori ex alia doctrina eiusdem *Mod. Paris. tit. 2. §. 55. glos. 1. num. 58.* vbi quod si venditor in instrumento venditionis alij paciscatur, vt hic tertius possit sibi redimere, & hic redimat postea tempore constituto, debetur ex hac redemptione facta per tertium, laudemium: quia cum non sit verus dominus vtilis, non potest verè dici redimere, sed de nouo acquirere, & prout in veritate est tertius nouus acquisitor, & quia antiquus censuarius non sibi luit, nec recuperat, cessat ratio secundæ partis tertij casus principalis supra adducta, ac proinde in præsenti specie noua gabella debebitur: non enim redeunt partes ad statum pristinum, ac proinde effectus sequutus nō est, nec dici potest resolutio præcedentis contractus, cum nō sit actus huic inde similis: sed nouus contractus per se, nihil habens commune cum priori: nec ad rem pertinet, quod fiat ex necessitate clausulæ in priori contractu positæ, sicut nec est in consideratione, quantum ad hæc iura, an venditio, vel quæuis feudi mutatio fiat ex necessitate testamenti, sententiæ, contractus, vel alterius dispositionis, vt considerauit Moder. Paris. *d. §. 55. glos. 1. num. 97. & 99.* Fit igitur ex supradictis, vt in specie proximè præcedenti debeantur tres gabellæ, vna ex venditione ipsa principali cū prædicto pacto de retrouendendo, soluenda quidem per primum rei venditorem, alia per eumdemmet primum venditorem ex venditione, seu cessione pretio à se facta dicti pacti, & iuris redimendi: tertia ex redemptione, seu reuenditione post remo facta virtute dicti pacti de retrouendendo, hoc est, cum ipsum exsequitur in fauorem cessionarij, vt in terminis similibus tenet, & probat Mod. Paris. *d. §. 55. glos. 1. num. 59.*

30 Sed † est pulchrum, & nouum dubium in proposito, *quis debeat, & teneatur soluere hanc tertiam gabellam fisco uel publicano, hoc est, conductori gabellarum?* Videtur namque clari iuris esse, eam debere primum emptorem, qui emit a principio hanc rem cum pacto de retrouendendo, quia iuxta nostras leges Regias venditores tenentur soluere gabellas debitas, non vero emptores: denique, si aliud diceremus, sequeretur inde, primum venditorem grauari, & onerari ad solutionem omnium trium gabellarum prædictarum, vt patet, quia hanc tertiam gabellam cessionarius soluere non tenetur, quia habetur loco emptoris: ergo spectabit ad primum venditorem. Hoc autem videtur multum absurdum, ergo non est dicendum.

Rursus pro primo emptore facit, quia ipse non debet, nec tenetur soluere gabellam ex distractu, vt pacti de retrouendendo in ipso contractu, vel post incontinenti appositi, quia est executio prioris contractus, vt cum communi resoluimus *supra quæst. 10. num. 23.* Ergo nec hic tenetur gabellam soluere in specie præmissa. Quid dicendum?

Ego in hoc articulo censeo ita distinguendum, vt si quidem pactum de retrouendendo fuit a principio adiectū, non solum in fauorem ipsius venditoris, sed etiam alterius tertij, tunc sigillatim nominati, vel eius, quem venditor ipse vellet, aut nominaret, tunc emptor primus, qui cū hoc pacto rem emit, visus fuit se obligare nexu noui contractus, quia sciens volenter voluit teneri ad reuendendum in forma noui contractus; itaque pactum illud loco pretij videtur subinitum esse, iuxta *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* ac proinde emptor primus teneatur ad solutionem huius gabellæ.

Si vero primus emptor a principio se obligauit reuendere primo venditori, tunc tantum videtur fuisse actum via, & modo distractus, vt verba sonant, non verò per modum noui contractus, ac proinde, si venditor primus cedat, aut uendat alij tertio hoc ius sibi competens ex prædicto pacto de retrouendendo, ipse quidem facto suo tenebitur ad solutionem huius tertiæ gabellæ, nō uerò emptor primus, cui præiudicari in hoc non potuit absque eius facto per cessionem uenditoris, argumento text. *in l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* cum ipse primus emptor tantum fuerit, & sit obligatus ad reuendendum primo venditori, vel eius hæredi, & sic per uiam distractus, quia non tenetur ad solutionem gabellæ, etiamsi hæres uenditoris redimat, ut tenet Mod. Paris. *d. num. 59.* Non enim debet esse in manu primi uenditoris onerare emptorem hoc onere gabellæ præter ipsius consensum, & uoluntatem, quia esset iniquum, & contra omnia iura: sibiq. imputet uenditor, si has gabellas soluat, cum hoc suo proprio facto, & uoluntate contingat, & sit in causa, ut distractus conuertatur in contractum, ex quo debetur noua gabella, ipse uideret a principio, de seq. cōqueratur. Vnusquisque igitur horum, id est, uenditor, & emptor, in hoc cōtractu uisus fuit breui quadam manu dare alteri, quod tenebatur dare, & recipere, quod debebat recipere, argumento *l. licet, §. quoties, ff. de iure dot.* & celeritate coniungendarum actionum unam actionem occultari, *l. 3. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

Oportebit tamen, vt fiscus, vel conductor gabellarum con-

conueniat simul in hoc casu pro hac tertia gabella vtrumque, nempè, *al primiero comprador que reuendio, y al primer vendedor, que cedio el derecho al tercero, y a qualquiera dellos que pareciere estar mas, y meior obligado a la paga dusla alcauala con protestacione que con vna paga della sera contento porque el vno no se escuse con el otro: aunque a mi la distincion arriba dicha me parece se deue tener.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella debetur, & soluta non reperitur, ex venditione rescissa per redhibitoriam.*

2 *Gabella soluenda est ex uenditione rei patrimonij, vel generis quæ postea hoc iure a consanguineo retrahitur, limitatur nu. 3. in persona aliàs prius priuilegiatu u solutione gabellæ.*

4 *Gabella alia non debetur ex redhibitione, quia redhibitio propriè dici non potest uenditio.*

5 *Sponte non uidetur aliquid fecisse, qui ad id a iudice cogi potuisset, licet aliter coactus non fuisset: quilibet enim tenetur bonam fidem agnoscere, etiam rei alienæ administrator.*

6 *Gabella altera non debetur ex retractu rei patrimonij, uel generis sed tantum unica ex prima uenditione sicut nec ex uno cōtractu in alium transfuso, & translato. Fallit quando retractus fit post terminum, ad retrahendum lapsum nempè, post nouem dies a tempore primæ uenditionis, ut in num. 7 Secundo fallit, quando retractus etiam infradictum terminum fit maiori uel minori pretio, quam res primo fuerat uendita, ut in num. 8. & quid quando emptor rei patrimonialis, & generis dimittit consanguineo rem illam retrahenti infra dictum terminum, non quidem per uiam retractus, sed uenditionis, uide num. 9. cum seqq.*

14 *Gabella an debeatur ex omnibus vēditionibus intermedijs intra tempora retractus celebratis, & pacto de retrouendendo, & l. commissoria, & adiectionis in diem durante; num 15. & num. 17. & 18 agitur de primo, & limitatur, num 19.*

15 *Actio ad retrahendum est in rem scripta, uocaturq. condictio ex lege, & datur nedum contra primum emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem intra terminum nouem dierum.*

16 *Gabella non debetur ex venditione facta ab hærede rei legatu sub conditione, impleta postea conditione, & an prædicta venditio interim facta, sit valida.*

18 *Res aliena vendi potest valetq. venditio, & ex ea debetur gabella; secus si nomine domini absque eius mandato vendatur.*

QVAESTIO XI.

An venditione rescissa ob redhibitoriam actionem, fiscus, vel gabellarius debeat gabellam reddere?

1 QVæro modo: *An, re pure † vēdita, & rescissa vēditione ob redhibitoriam actionem iure admissā, ob vitiū, vel morbū, iuxta adilitium edictū, fiscus, vel publicanus debeat quoque reddere gabellam sibi ia solutā ex illa venditione?* Et quidē resoluimus, vēditione prædicta iam rescissa ob eam iustam causam, gabellam deberi, nec repeti posse solutā: quinimmo, cum iure cōmuni ad eam teneretur: emptor, in hac specie, si eam soluerit, repetet illā a venditore, quia emptor immunis discedere debet propter redhibitoria, vt probat expresse *l. debet, ff. de adil edict* p quē text. ita tenet Bal. *in l. si prædium, num 6. versiculo, sed numquid redhibitione, C. de adil. edict.* quē sequitur Greg. Lop. *in l. 65. in gl. uerbo, tornar. tit. 5. par. 5. Tiraq. de retr lignag §. 29 gl. 4 numero 1. & de retractu conuention. §. 6. glos. 2. num. 2. & 15. Arias Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 3. parte, cap. 3. nu. 35. Bertach. de Gab. 8. parte, memb. 3. nu. 32. uol. 11. tract. diuers. Doct. in antiquis Mod. Paris. io Consuet. Paris. titulo 1. § 22. num. 40 ad finem. Ioan. Garsi. de expens. & meliorum cap 18 numero 53. Parlad. lib. 1. rer quotid. cap. 3. §. 5. nu. 2. & 3.* vbi quod si venditor soluerit hanc gabellam sicuti lege Regiá tenetur, nempe, *l. 1. tit. 17 hoc lib. 9. nouæ Collect Reg.* suo damno res cedit: si vero emptor ex pactione eam forte soluit, redhibitoria actione à venditore recuperabit ex *d. l. debet:* idemq. esse affirmat, si prædium redhibitum fuerit, quod pestilens sit, vel lethiferas habeat herbas. Sequuntur alios allegans Lass. *de decim. uend. c. 14. nu. 10. & in addit. ibidem. & Molina, de iust. & iure 2. par. disput 352. col. 594. in calce 3. Conclus. & in 4. Conclus col. 591 uers petens; & disput 353. col 602 ad finem,* & doctrinam Baldi *ubi supra.* & reliquorum, sequitur etiam plures referens Gironda, *de Gabell. 5. parte, §. unico, num. 19.*

Huius communis traditionis ratio efficacior est, quod *d. l. tit. 17. hoc lib. 9.* statuens gabellam ex quacumque vēditione deberi *de diez uno:* simpliciter actum venditionis concernit, *ut iam supra docuimus alio loci,* & in nostra quæstione venditio semel contracta valida fuit, licet ea ex iusta causa ob interesse alicuius ex contrahentibus per iudicem retrorescindatur, & ad non causam reducatur, vt probat *l. cum autem, §. Iulianus ait, & l facta, ff de adilit. edicto.* Vnde gabella deberi non desinit, quia sufficit semel conditionem legis Regiæ extitisse, licet non duret venditio, argumento *l. si quis C de instit & substit sub condit fact.* Et in simili statuto DD. ita notant, quos refert Tiraquel. *de retractu lignag. § 29. gloss. 2. numero 1.* præsertim cum in rescissione nulla culpa fisci, aut gabellarij interueniat, argumento eorum, quæ notant Alex. *in d. l si quis, num. secunda.* Ex venditione enim prædicta sequutus fuit effectus ab initio debiti gabellæ, ex quo ius quæsitum fuit fisco, uel publicano eius nomine, quod ex post facto ei auferri facto partium non potuit, iuxta doctrinam Baldi communiter approbatam *in l. si constante, C de donat. ante nupt.* de qua supra *quæstione 10. nu 2.* Et quamuis eius causa corruat, atque retro annulletur, dum tamen semel contracta venditio ex aliquo pacto resolutorio a principio adiecto non sic resolueretur, ut retro intelligeremus, nullam fuisse venditionem, effectus iam productus ex prædicta caosa, qui per se subsistit, non cessat, argumento *l si post mortem, §. finali, in fine, ff de bonorum possess. contra tab. ibi: cum enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi iam non curatur, petant illi, nec ne bonorum possessionem, Bald in l si mater, C. de donat. ante nupt.* sicut nec filius morte patris desinit esse filius.

Secundò etiam illa ratio reddi potest, nempe, quod licet facta redhibitione iudicis sententia, & decreto, & non antea venditio rescindatur, & retro annulletur, prout ex tunc, *ut in l. redhibere ff de adilit. edicto*, nihilominus tamen rescinditur, facto, & uoluntate partis, *l quia redhibita, ff. de alienat iudic. mutād. caussa fact. glos. in l. bouem, §. pignus, ff. de adilit. edicta*, non uero ipso iure, nec ut inualida ab initio, nec ex pacto primæui contractus, sed noua uolūtate partis ob uitium tacitum, ergo nil mirum, quod ex casu uoluntario partis debeatur gabella, *Bald. & Ias. in l. si duobus, §. sed quia nostra, num. 8. cum sequentibus, C. commun. de legat.* Accedat etiam, quia nullitas in proposito venditionis antea perfectæ per sententiam in redhibitoriam reducta fit per fictionem translatiuam prout ex tunc, cum tamen in rei ueritate esset prout ex nunc, *d. l. redhibere ff de adilit. edicto*, fictio autem non procedit, nec operatur in præiudicium tertij, *l. stipulatio de dote ff. de iure dot.* sicut similiter non retrotrahitur adhuc in pacto legis commissoriæ (quod alias operatur singulariter eam uirtutem, ut ex eo resoluatur conuentio prout ex tunc) quando huiusmodi pactum legis commissoriæ non fuit appositum in eodem contractu, uel statim incontinenti, sed postea ex interuallo ex noua conuentione, secundum Bald. *in l omne uerbum, colum. 1 C. commun. de legat.* & Salicet. *in l si certis annis, C. de pactis.* Denique ex dicta fictione retrotractiua nihil fingitur circa statum rei, qui medio tempore fuit, nec circa effectus inde dependentes pro tempore præterito: sed solum circa titulum

retractus elapsum, nempè, post nouem dies iure nostro Regio concessos ad retrahendum, tunc enim ex hac venditione altera gabella debetur, siue per viam retractus, siue per viam venditionis emptor ille dimittat rem a se emptam consanguineo, siue pro eodem, siue pro diuerso pretio, quia reuera est noua, spontaneaq. venditio, quia huiusmodi emptor conueniri non poterat iure retractus a consanguineo propter tempus elapsum, vt in eisdem propè terminis tenet, & probat Modern. Paris. *in Consuet. Paris. §. 23. numero 4.* quem refert & proculdubio tenet, applicans ad speciem præsentem gabellæ, *Lassar. d. cap. 13. num. 29. & Molina Theolog. vbi supra, col. 763. uersiculo, idem.* Quod uerum intellige, vt procedat, quando retractus non fuit in iudicio deductus infra terminum nouem dierum, ut supponit præfatus author nouissimus, quod si in iudicio esset deductus, seruatis seruandis infra dictos nouem dies, tunc obseruanda erunt, quæ sequuntur.

8 Secundò † limitatur eadem resolutio, ut non procedat, etiam quando secunda uenditio fieret intra præfatos nouem dies ei, qui iure proximitatis retrahere poterat: si tamē fiat difformiter, puta maiori, uel minori pretio, quam prius fuerat uēdita, forte statu rei interim mutato, alijsue pactis, oneribus, & conditionibus, tunc enim omninò debebitur alia gabella proculdubio, quia propter difformitatem pactionum qualitatum, & formæ, non potest esse, nec censeri translatio primæ uenditionis: sed necesse est, quod sit prorsus noua, & diuersa uenditio, iuxta notata in simili per glos. finalem, & Doctores, *in cap. si qui, de præbend. in 6. Felin. & Decius in cap. de causis, colum. 2. de officio delegati, Ias. in l. lecta, num. 9. & ibi Dec. num. 1. ff. si cert. petat.*

Ex quibus hanc opinionem in similibus terminis, nempè, quinti pretij soluendi ex uēditione fundi, tenet, & probat Mod. Paris. *ubi supra, d. num. 40.* & in terminis nostræ alcaualæ cū eo Las. *d. c. 13. n. 29.* sequitur Molina, *ubi sup.*

9 Tertiò † limitatur prædicta resolutio secundum Mod. Paris. *ubi supra*, quando emptor rei patrimonialis, & generis, dimittit consanguineo retrahenti infra prædictum tempus, non quidem per formam retractus, sed uenditionis, etiam si sit eodem pretio, & eisdem pactionibus, & conditionibus: ex hac enim secunda uenditione, inquit, deberi nouum quintum pretij (& sic gabellam in his Regnis, quæ est decima pars pretij) tamquam de noua, spontaneaq. uenditione, ex qua fundata est intentio patroni (& in nostra specie intentio fisci, & gabellarij eius nomine) cum dimissio rei patrimonialis fuerit facta per modū nouæ, & uoluntariæ uenditionis, non uerò per modum simplicis agnitionis retractus, & sic non habuerunt contrahentes intentionem practicādi retractum, sed de nouo uendendi, & si aliter uoluissent, facile expressissent, argumento cap. ad audientiam, de decim. & non est aptius, nec maius mentis testimonium, quam qualitas inspecta uerborum, iuxta doctrinam Baldi, *in l. ad recognoscendos, C. de ingenuis, & manumiss. cum alijs allegatis a Mod. Paris. ubi supra, numero 41.* Potuit enim consanguineus ius suum retractus contemnere, & à uolente uendere emere propter commodum obligationis de euictione, qua uenditor primus, & secundus cum suis bonis tenentur emptori, sed retrahendo non, nisi solum prior uenditor, quia agnoscens retractum, in nullo obligatur, sed ab obligatione, & contractu eximitur.

Sed in hac specie Lassart. *ubi supra, numero trigesimo*, quem sequitur Molina Theologus, etiam *ubi supra*, putat non ita generaliter standum esse huic sententiæ, & resolutioni, ut omnino uerbis cōtrahentium seruiamus, quia potius, si facta mentione retractus, & iuris proximitatis consanguinei rem patrimonialem petentis, emptor illius rei eam cedit consanguineo pro eodem pretio, & eisdem conditionibus, & impensis, quibus ipse emit, sic tradens, ut erat traditurus ex ui legis Regiæ 7. *titulo 11. libro quinto, Noua Collectionis Regia*, & sic recipiens pretium, & impensas, ut erat recepturus ex eadē lege, nullo innouato, absque dubio dicendū putat, quod siue per formam, & uerba sonantia uenditionem, uel retractum simpliciter, illud fiat, non alia, & noua gabella, siue decima debeatur, quia quidquid a partibus dictum sit, reuera solus retractus peragitur, & illud præualere ex Rubrica, plus ualet, quod agitur, ac per consequens emptorem illum primum obligatum non esse de euictione, & hoc nisi aliud constet expresse facere voluisse contrahentes, nec nominatim dixissent, male se emptione vti, quam retractu; vel alia ratione id constaret ex aliquibus coniecturis, vt quia se obligaret iste emptor de euictione; quibus casibus, veram esse censet resolutionem Mod. Paris. prædictam, & totum hoc maxime tribuendum est discretioni iudicis de causa cognoscentis, qui iuxta verborum, personarum, & rerum qualitates quid in ea statuendum sit, iudicabit.

10 Quid tenēdum in hoc passu? Ego profecto opinionem doctissimi Mod. Paris. omnino non rejcio, sed potius eam admitto, & probo, cum moderatione, & declarationibus proximè relatis a Lassart. cuius nouam resolutionem omnino probo: quia reuera prudens, & iuri conformis atque menti contrahentium videtur, & corroboratur eius pri-

11 ma pars ex alijs duabus doctrinis verissimis. † Prima, quæ habet, non esse curandum de nomine cōtractus, sed illud, quod agitur, esse attendendum, & sic ad rei veritatem esse attendendum, vt pluribus exemplis probat Menochius *de arbitr. iudic. libro 1. quæstione 7. numero 23. cum sequentibus*, & late Beccius *consilio 75 in principio, & numeris sequē-*

12 *tibus.* † Secunda est, quod in dubia iuris quæstione, an debeatur, necne gabella, iudicandum est contra fiscum, quia gabella est res odiosa, vt supra resoluimus *quæstione sexta numero decimo.*

Neque obstat, si dicatur, quod in dubio facta mentione venditionis, de natura venditionis venit, & debetur euictio, etiam si ipsa expresse nō promittatur, *vt in l. non dubitatur, cum simil. C. de euiction.* Ergo in præmissa quæstione cum verba sonent expresse venditionem, debetur euictio, etiamsi ipsa non promittatur expresse: Ergo si debetur euictio, & gabella quoque debebitur, iuxta limitationem vltimam Lassarte.

Quia respondemus, *d. l. non dubitatur*, loqui, & procedere, quando contractus vere est venditionis, attamen in nostra specie, licet verba aliqua sonent venditionem, re vera non est uenditio, sed dimissio rei patrimonialis per uiam retractus, iuxta mentem contrahentium, & naturam contractus, siue actus, qui geritur: quare potius iudicandus est retractus, quam uenditio noua, ac proinde, nisi expresse promittatur euictio, uel aliæ coniecturæ concurrant, non debebitur noua gabella, ex huiuscemodi actu.

13 In † summa quoties ex actu, qui geritur super hoc, constat de intentione, & mente agentium; uolentium per uiā retractus rem petitam eo iure dimittere, & accipere respectiuè, & ratione ipsius retractus: tunc etsi utantur uerbis uenditionem sonantibus, non debebitur ex hoc alia noua gabella, dum tamen eodem pretio, & conditionibus, concedatur, & infra terminum iuris petitus sit retractus. Ceterum si non ratione retractus, sed alias nouiter uendere se conster contrahentes, ut in exemplis, & limitationibus, de quibus per Lassartem *vbi supra*, debebitur noua gabella; in quibus profecto casibus vera est, & saluatur opinio Mod. Paris. Recte igitur asseruit Lassarte, hoc totum maxime tribuendum discretioni iudicis de causa cognoscentis, qui iuxta uerborum, personarum, & rerum qualitates, quid in ea statuendum sit iudicabit.

Consultius autem erit, ut emptor dimittens, & cedens ex causa retractus dicat: *No me obligando al saneamiento, &c.* caueat insuper, idem emptor, ne alia noua diuersa pacta, & conditiones introducat in huiusmodi dimissione, & cessione omnis supradicta in retractu sanguinis hic locū par est in ceteris retractibus ratione cōmunionis, &c.

14 Sed † an ex omnibus uēditionibus intermedijs intra tēpora retractus celebratis gabella debeatur? agit Lass. *de decim. uend. c. 13. nu. 24. cum seq.* & resoluit deberi. Potest enim emptor, durante tēpore retractus, rem alij uendere, qa est dominus rei, antequā ab eo retrahatur, cū interim non possit res manere in pendenti, siue in aere, ut nostri

loquuntur, iuxta notata per glos. *in l. si ego, ff. de solut.* &
per text. *in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in die*
adiect. Tiraquel. de retractu ligo §. 12. glos. 1. num. 1. Ergo
consequitur, quod huiusmodi emptor ex sua venditione,
cum sit valida, soluat gabellam, cuius debitum in solo va
lore venditionis fundatur, iuxta *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & di
15 ximus non semel, licet res postea ab eo retrahatur: † actio
namque, quæ ad retrahendum competit, est in rem scri-
pta, vocaturq. condictio ex lege, & datur nedum contra
primum emptorem, sed etiam contra quemlibet alium
tertium possessorem, intra terminum nouem dierum, vt
probat Montalv. *in d. l. 13. tit. 10. lib. 3. for. gloss. magna,*
col. 4. ad fin. Anton. Gom. in l. 70. Tauri, nu. fin. Tiraquel. a-
lios allegans, vbi sup. num. 2. cum seqq. Lassart. d. cap. 13.
num. 24. & 25. vbi quod ille retrahens, non in locum om
nium emptorum succedit, sed in locum illius dumtaxat,
qui primo e venditore rem habuit patrimonialem, vel com
munem: prima enim venditio retractui causam dedit. Vn
de cum per retractum consanguinei ius emptoris extra-
nei resoluatur, & per consequens euanescat ius ceterorū,
qui ab eo causam habuerunt per intermedias venditio-
nes, nullum ius in eos, *arg. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.*
& reg. nemo potest, cod. tit. lib. 6. nihilominus tamen illæ
intermediæ, venditiones non resoluuntur, nec rescindun
tur quo ad ipsos contrahentes, sed quo ad retrahentem
dumtaxat, qui rem aufert a quocumque possessore, tam-
quam de re aliena venditione facta, tacit Morde in. Paris.
in Cosnetudin. PariSiens. titulo, 1. §. 13. in 8. quæstione, 5. nu.
44. ad fin. vbi, quod patronus retrahens feudum plures
venditum, ex prima, & antiqua venditione, non tenetur
de oneribus post illam venditionem impositis, sed resol-
uuntur, sicut ad aduentum antiquioris creditoris; Idem
erit probandum in venditionibus intermediis post pri-
mam cū pacto de retrouēdēdo celebratis, dum re illa frui-
tur primus emptor ante oblationē pretij, & similiter du-
rante pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, vt
recte probat Lassar. *vbi supra, num. 26. & 27.*

16 . Tandem † opinio Lassart. confirmatur ex aurea doctri
na Bart. *in l. fin. § sin autem sub conditione, nu. 1.* & ibi cō
muniter ceteri DD. *C. comm. de legat.* vbi tenet, quod si
hæres rem legatam sub conditione, interim dum pendet
conditio, alicui vendiderit, quamuis postea impleta con-
ditione res illa ab emptore auferatur, resoluto ipsius, &
hæredis iure, adhuc gabella illius venditionis debetur: li-
cet enim dominium rei venditæ, quod erat apud hære-
dem, & emptorem ipso iure resoluatur, vt explicant DD.
ibi, non tamen resoluitur venditio illius rei inter ipsos cō
tracta, quæ licet de re aliena esse fingatur, ex dispositione
d. § sin autem, bene potuit consistere, ex *l. rem alienam,*
ff. de contrah. empt. Præsertim, quod res subiectæ restitutio
ni sub conditione possunt interim ante conditionem alie
nari, & alienatio transfert rei dominium, & possessionem
in emptorem, vt est casus *in l. seruo legato, § si testator, ff.*
de leg. 1. & in l. si hæres institutus, §. 1. ff. ad Trebel. & in
d. § sin autem sub conditione, & ibi tenent cōiter DD. post
gl. ibi, verbo, celebrata, gl. etiam in l. cum pater, §. liberis,
ff. de leg. 2. & in §. quamobrē, in Auth. de restit. fideicō vt
affirmat Tiraq. alios allegans, *de retractu lignag. §. 29. gl.*
1. nu. 2. Mod. Paris. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. nu. 16. ad
finē est cōis s. m Bertach. *de Gabell. in 3. membro, 8. p. prin-*
cip. quæst. 21. nu. 49. sequitur eū alijs Matiene. *in l. 7. tit. 11.*
gl. 3. nu. 13. lib. 5. Nou. Coll. Reg. & Gitōda *de gabell. 5. par.*
in princ. nu. 34. Pereg. de fideicom. vniuers. artic. 40. num. 7.
vbi, & in *nu. 17.* limitat, qñ simul cū prohibitione legis cō
currit prohibitio alienationis testatoris expressa, facta fa-
uore alicuius: est cōis & plures allegās docet D. Molina,
de Hisp. primog. lib. 1. c. 16. nu. 33. Ergo merito, q cū d. alie
natio, & venditio rei sub conditione, vel in diem certū si
deicomisso relictæ, absq. expressa prohibitione testatoris,
sit valida, ex ea vēditione dēatur gabella, iuxta doctrinā
Bart. *vbi supra*, cum quo est cōmunis DD. sententia, secū
dum Iason. *in d. l. fin. §. sed quia nostra, nu. 8.* & eam post alios
sequūtur Bert. Tiraq. & Mod. Paris. *vbi supra* Matienc.
d. nu. 13. & Gironda, *vbi supra, num. 35.* est q. cōis, & ve-
rissima *secundum Lassar. d. c. 13. num. 27.* nō tamen, vt di-
cebamus resoluitur tunc contractus, & venditio aduenien
te conditione, sed solum resoluitur dominium rei in per-
sona emptoris, ac si nunquam fuisset in eum a venditore
grauato translata, nec venditio celebrata, & semper res il-
la legata ab initio fuisset legatarij ex morte defuncti, qui
eam sub conditione legauerat, ac proinde nunquam fuis-
set in dominio hæredis venditoris, ex *d. l. seruo legato, §. 1.*
ff. de leg. 1. Venditionis tamen contractus nihilominus te-
net quo ad ipsos contrahentes, vt ad interesse inter eos
agatur, iuxta notata *in l. 1. ff. de act. & empt.* & hoc modo
intelligēdus est text. *in d. §. autem*, tametsi Mod. Paris. *vbi*
supra, aliter eum intelligat, nempè, non rescindi in eius spe
cie dominium hæredis pro tempore præterito, sed in futu
rum, quod multis nominibus falsissimum esse affirmat, &
probat Lassar. *cap. 14. numero 23.* sequutus priorem intelle
ctum, quem prædiximus ad *d. §. sin autem sub conditione,*
quem etiam probarunt glos. Bald. Paul. Ias. & omnes Do-
ctores, *in d. § sin autem*, per text. *in l. sancimus, §. cum au-*
tem, C. ad Trebellian. & eos referens Marc. Anton. Peregr.
vbi supra, num. 7. quod clare videtur probare text. ille *in d.*
§ sin autem, in illis verbis: *Sciat, quod conditione impleta*
ab initio causa to irritum reuocetur, quasi neq. scripta, nec
penitus fuerit celebrata.

Relinquitur ergo satis comprobata, ex supradictis opi-
nio Lassart. *d. c. 13. cum sequent.* quam retulimus, debert
nempè gabellam ex omnibus venditionibus intermedijs
intra tempora retractus celebratis.

17 Nihilominus † tamen contrarium in hac specie proba-
bilius iudicat Molina Theol. *de iust. & iure, 2. parte Disp.*
371. col. 762. eo quod intermediæ illæ venditione tacitam
illam habeant conditionem, dummodo retractus nō fiat,
quod duabus rationibus (mihi insufficientibus) persuade-
re intendit, ac proinde nullas reddi prætendit venditiones
illas intermedias facto retractu. Verius tamen est, validas
ab initio fuisse, ac nunc esse, quo ad ipsos contrahentes,
quidquid sit quo ad retrahentem, *vt supra probauimus,*
ideoq. verior, & probabilior longè est sententia Lassart.
prædict. cum sufficiat, etiam ad debitum gabellæ, quod vē-
ditio fuerit valida quo ad ipsum venditorem, siue sit per-
petua, siue temporalis, ex *l. cum manu fata. vers. Silua ce-*
dua, ff. de contrahenda emptione, & iuxta notata *in l. fin.*
18 *cum glossa, verbo, contratius, C. de legat.* † & siue res ven-
dita sit propria, siue aliena, siue vt suam eam quis vendat:
nam, & res aliena vendi potest, *vt in l. rem alienam, ff. de*
contrahen. emptione: secus si alienam nomine domini
venderet sine eius mandato, tunc namque si dominus nō
haberet ratum, non deberetur decima, & semper ex ven-
ditione debetur gabella; dum tamen venditio effectum
habeat, & sit valida: secus aliàs, vt cum Lassart. *in simbol. d.*
l. 1. num. 14. titul. 17. hoc lib. 9. probat Azev. *in d. l. 1. num.*
131. cum sequent. & num. 158. titulo 17. hoc lib. 9. Cum
ergo prædictæ intermediæ venditiones, in specie de qua
agimus, sint validæ, vtpote, a domino rei facta, quamuis
res retrahi possit a consanguineo, consequitur, ex eis debe-
ri gabellam, quamuis temporales sint, & a consanguineo
postea per sententiam retractus res sic vendita retrahatur,
atque auocetur a possessore. Præsertim, cum adhuc durent
prædictæ venditiones intermediæ, quo ad ipsos contra-
hētes respectu euictionis quo ad interesse, *vt prædiximus,*
quia absolutæ, & validæ fecerunt, quidquid contrarium
in hoc etiam absque vllo iuris fundamento, velit Molina
vbi supra, vers. 2. in fine, col. 762. Non obstant modo eius
fundamenta, quoniam negamus, prædictas venditiones
tacitam illam habere conditionem, quam putat Molina
scilicet, dummodò retrahens aliquis in venditione prima
non subrogetur primo emptori. Vnde enim hoc deduxit
Molina, siquidem primus emptor rem a se emptam sim-
pliciter, pure, & absolutè alij vendidit, vt potuit in sui præ
iudicium, & hic alius alij, nulla facta mentione retractus
futuri, ex quo statim de natura ipsius venditionis venditor
ipse remansit obligatus de euictione. Accedat præterea, in
fauorem huius partis, quod emptor hic prioius, nec non
& secundus, cum sciret, vel scire deberet, rem a se emptam,
posse

posse iure sanguinis ab eo retrahi, eam nihilominus absolutè alteri vendit. Ergo, nulla conditio tacita subintelligitur emptori occulta, quia animus in mente retentus nihil operatur, præsertim in præiudicium alterius contrahentis, alias fortè non empturi. Purè namque & sub conditione res vendi potuit. Si igitur purè vendidit, & non sub conditione celebrata fuit, siue conditio aliqua sub intelligenda tacite est, quæ non est ex natura contractus, quod si aliud voluit venditor, quare non expressit? Et ideo contra eum, qui legem apertius dicere potuit interpretatio facienda est, *l. veteribus, ff. de pactis, l. quidquid astringendi, ff. de verb. oblig. cum simil.* Nec pro Molina, quidquam facit in proposito decisio *l. quoties, C. de rei vendic.* quo arg. ipse primo vsus est ad probandum prædictam suam tacitam conditionem, quoniam illa loquitur in venditione duobus facta eiusdem rei successiuè: præfertur namque secundus emptor, cui res tradita fuit: At verò in nostra specie primus emptor, duobus successiuè minimè vendidit, sed vni tantum rem, per l. aliàs retractui subiectam. Vnde venditio illa quantumcumque traditione sequuta legis beneficio retractus, ratione sanguinis, vel communionis obesse nullo modo potest, ex quo actio, quæ ad retrahendum competit, est in rem scripta, vocaturq. condictio ex lege, & datur non solum contra primum emptorem, sed etiam contra alium quemlibet tertium possessorem, *vt ex à lijs supra probauimus.* Nulla igitur consequentia ex hoc deduci potest, vt prædictæ venditiones intermediæ sub prædicta tacita cōditione sint factæ, neque quod omnino nullæ reddantur, eo ipso quod retractus intentatur, nec quod dominium continuo translatum reuocetur. Secundum etiam fundamentum Molina nempe, quod primus emptor, qui eam rem secundo vendidit, ceteriq. deinceps venditores non teneantur de euictione facto retractu sequentibus emptoribus, falsum est, *ut supra probauimus*, præterquam, quod ipsemet Molina id nullo modo probat: Vera igitur est, vt patet, sententia, quod ex prædictis intermedijs venditionibus purè, & absolutè factis, debeatur gabella, etiam si postea retractus sequatur eiusdem rei.

19 Limitatur † tamen hæc sententia, vt non procedat, quoties hæ intermediæ venditiones nō purè, nec absolutè fierent, sed sub conditione, si retractus postea non fiat, vel cum pacto, vel conditione resolutionis ipsius venditionis in ea, vel illarum incontinenti appositis in euentum retractus, tunc namque merito, vt eo subsequuto gabella non debeatur, quia à principio redditur venditio nulla, ac si nunquam ipsa celebrata fuisset, ex his, quæ latè supra alias que sitio. Inferemus in venditione conditionali, vel cum pacto resolutio ipsius.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione rescissa remedio l. 2. C. de rescindenda vendit. & nu. 1 & 3.*
Resolutio contractu remedio l. 2. C. de rescindenda vend. resoluuntur hypotheca, & omnia onera rei imposita medio tempore per acquirentem. vt in nu. 1.
4 *Gabella cuius periculo cedat, rescissa venditione, remedio l. 2. C. de rescindend. vend. & nu. seqq.*
9 *Gabella non debetur in casu l. si sponsus, §. circa venditionē, ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

QVAESTIO XII.

An ex venditione, quæ rescinditur remedio l. 2. C. de rescindenda venditione debeatur gabella?

1 Q*Væro modo, an ex venditione completa, quæ rescinditur remedio l. 2. C. de resc. ven. debeatur, exigiq. possit gabella?* Et ea non deberi, emptore eligente distractum, & restitutionem rei, & quod ex ea debeat restitui, probatur Primo, quoniam venditio in præd. specie cum sequutus ex ea, annullatur, & ad non causam reducitur, idq. ex causa antiqua existeon à principio venditionis, & necessaria, sino præcise, saltem causatiua, nisi malit emptor pretium supplere: quod videtur sufficere, maximè, cum sola rescissio, & restitutio sit in obligatione. Immo etiam si vtrumque esset pariter in obligatione alternatiuè, adhuc idem videtur esse dicendum: quia electa restitutione rei, apparet retro nihil fuisse cum effectu acquisitum fisco: acquisitum enim gabellæ oritur, & fundatur in contractu, *vt in l. 1. tit. 17 hoc lib 9.* Vnde respicit omnes conditiones, & qualitates illius contractus. Sed contractus, & traditio inde sequuta, habuit implicitum statum, resolutionis, & annullationis in hunc euentum: Ergo eodem modo, & gabella fisco acquisita, cum non potuerit acquiri, nisi sub eadem qualitate, & onere, *ex l. fin. & quæ ibi notant Paul. de Cast. Alex. & Ias. ff. si ex noxal. causa agatur.*

Secundo, hæc pars coadiuuatur ex eo, quod resoluto contractu per viam dictā, *l. 2. C. de rescindend. vendit.* resoluuntur hypothecæ, & omnia onera rei imposita medio tempore per acquirentem, secundum Bald. *in d. l. 2. quæst. 15. nu. 17. Alexand. in addit. Salicet. quæst. 15 nu. 18 Paul. Castr. col. 3. num. 1. Pantaleon de Crem. in repetit. colum. 59. & 43. num. 189.* & est verior, & magis communis, vt, plures allegans, affirmat Arias Pinel *in l. 2. 2. par. cap. 3. sub num. 11. ad fin. C. de rescind. vendit.* & Socin. Nepos quem citat, *consil. 119 nu. 19. lib. 1.* & eam sequitur Pinel. *vbi supra nu. 13.* tametsi *num. 11. in princip.* referat contrarium, retulisse constantissimè Bart. *in l si res, ff. quib. mod. pig. uel hypot. soluitur, & in l. vbi autem §. Marcell. ff. de in diem adiect. & in l. in diem ff. de aq. pluu. arcen.* & alios Doctores, quos ibi citat, eiusq. communem ex Boerio *decis. 181. num. 10.* & tandem Pinel *numero 16. cum sequentibus*, ex Bald. & Salicet. *vbi supra* refert, eam opinionem intelligēdam fore, quando emptor ex necessitate iudicij rem restituit: secus si extraiudicialiter omnino voluntariè, quo casu admittunt opinionem Bartoli communem, sed ipse Pinel. ibidem contrarium probat, Et merito: quia licitum est emptori, agnoscere bonam fidem ante iudicium, absq. vlla fraude, vt probauimus *supra q. 11. nu. 4.*

Hæc prima opinio fallit, emptore eligente supplere iustum pretium, quia tunc ex illo supplemento venditori soluto, soluet etiam, & ipse gabellam non tantum ex primo pretio.

Quod si emptor deceptus sit, & agat contra venditorem, ipso venditore eligente excessum iusti pretij, eiusdem rationibus, & fiscus tenebitur etiam deducere, vel restituere pro rata de decima pretij, siue gabella recipienda, vel recepta, quia hactenus appareret retro non fuisse cum effectu debita: Quod si venditor eligat pretium reddere, & rem recuperare, nihil habebit fiscus ratione gabellæ, & acceptam restituet: Non enim ipsi iniuria fit, si ius suum gabellæ ad limites, & vires contractus, vel actus, ex quo oritur, redigatur, & distinguatur, nec etiam vlla capitio, quia non tenebitur aliquid restituere, nisi quatenus factus est, & manet locupletior: Et ita ex prædictis rationibus sequens in venditione rei feudalis completa, rescissa per remedium d. l. 2. respectu iurium patrono aliàs debitorum, hoc est relenij, vel laudemij in emphyteusi domino directo debiti, tenet, & probat Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. numero 18. ad fin.* & latius eodem *§. 22. in 9. quæst. nu. 44* & generaliter in omni specie restitutionis per viam tuitiuæ, siue ex capite minoris ætatis, siue alterius iustæ causæ maioris concessa, siue in omnem modum rescissionis, puta ex causa metus, dēm probat ipse Mod. Paris. *ubi supra, d. nu. 18. ad finem, & nu. 39. & 40.* quem refert, & sequitur Arias Pinel. *in d. l. 2. C. de rescind. vendit. 2. par. cap. 3 num. 15.*

3 His † tamen omnibus non obstantibus, contrarium in specie nostræ quæstionis: nempe respectu gabellæ fisco, vel eius publicano soluendæ, tenendum, & probandum est, ac practicandum proculdubio, immo quod venditione resoluta, aut rescissa, ex remedio d. l. 2. C. de rescinded. uendit. cum simil. gabella adhuc debeatur de venditione, & tamen sua conditi, aut repeti minimè possit, etiam si res vendita reddatur, atque restituatur: Et hæc vnica, & peremptoria ratione, ea, scilicet, quia cum hæc ipsa venditio, non ipso iure resoluatur, sed actione personali per læsum intentata

tata rescindatur, prout ex nunc nulla ratio est, quare iux semel gabellæ, gabellario quæsitum, ex venditione valida eidem auferatur, voluntate, & facto partium postea subsequuto, vt in redhibitione *supra q. 11.* resoluimus. Et quamuis iuxta opinionem Baldi *in d. l. 2. q. 14. nu. 17.* veriori, & receptiori secundum Arium Pinel. *vbi supra, nu. 11. ad finem.* rescissio venditionis in casu *d. l.* 2. sit necessaria, & nõ voluntaria, quamuis contrarium, immo, quod sit voluntaria, non vero necessaria teneat Bart. & alii communiter contraria, cum eo supra relata, nihilominus negari non potest, quin per se non sit necessaria, sed tantum causatiuè vt prædiximus: cum læsor habeat electionem rescindendi contractum, vel standi, supplendo iustum pretium, vel restituendo excessum eius respectiuè. Ergo secũdum quid rescissio est voluntaria, scilicet, quatenus sua mera voluntate, & spontanea eligit potius vnum, quam aliud. Hæc igitur voluntatis electio nocere non debet gabellario innoxio, cui erat ius quæsitum, iuxta doctrinam Baldi, & cõmunem, *in l. si constante, col. 2. C. de donat. ante nupt.*

Quare merito hãc opinionem in terminis nostris in indiuiduo probarunt, & tenent idemmet Modern. Paris. §. 32 *nu. 40 ad finem.* Arias Pin. *vbi sup. sub d. nu. 35. vers. diuersum autem.* Pallad. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 5. nu.* 5. Lasarte, *de decim. vendit. c. 14 nu.* 13. Gironda, *de Gabell. 6. p. §. vnico, nu.* 21. & conueniunt omnes secundum Molinã Theol. *de iust. & iure, 2. p. disput. 349 col. 571. vers. dubiũ.*

Ad fundamenta contraria respondemus loqui, & locũ habere posse, quoties ipsa venditio est nulla, vel resoluitur ipso iure, ex pacto in ipsa apposito: vel etiam si a principio sit valida, agitur tamen de iurib. & oneribus feudalibus, quæ principaliter respiciunt translationem feudi, & mutationem vasallorum, vnde merito, quod si feudum venditum, vel permutatum redhibeatur, non debeatur quintũ pretii, nec releuium, & exactum restitui debeat. Et ideo opinio Modern. Paris. prior in suo casu est vera: & nobis in nostro nihil obest. ¶ Secus vero est, quando venditio est valida a principio, quod sufficit, quo ad debitum gabellę, quæ simplicem actum contractus concernit, *ut sapè diximus supra in aliis quæst.* Et hæc est optima, & iuridica differentia inter hos casus, prout semetipsum explicat Mod. Paris. *d. nu. 40. ad finem,* quem ceteri merito sequuntur.

Non etiam obest, illud de hypotheca interim contracta ab emptore in re vendita, quæ secundum opinionem Baldi magis communem, atque veriorem resoluitur, re vendita restituta, remedio d. l. 2. quia hoc diuersum est a terminis nostræ quæstionis: Illa enim hypotheca fundatur in permanentia ipsius contractus, & ideo, resoluto iure datoris, resoluitur & ius acceptoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor.* At vero gabella hoc non respicit, scilicet permanentiam contractus, sed tantum valorem ipsius, licet postea resoluatur.

4 His † sic rectè constitutis, superest modo, vt doceamus, cuius periculo solutio gabellę cedat in pręnarrata iam explicata specie, emptoris, an venditoris, læsi, vel lędentis? Qua in re, omissa disputatione confusa Arii Pinelli, *ubi supra, numero 38. cum sequenti,* explosaque eius opinione, dum magis inclinat contra Iacob. Cutt. Brug. quod rei conuenti detrimentum sit propter culpam læsionis, cũ quo inanite videtur Ioannes Garf. *de expensis, c. 18. num.* 54. Rursus, & opinione Pallador. *d. lib. 1. rerum quotid. 3. parte, §. nu. 6.* qui verius, & proprius (suo iudicio) talem iacturam ad actorem, qui contractus rescissionem postulat, spectare videtur.

5 Mihi † autem in re hac, attenta decisione *l. 1. titulo 17. hoc lib. 5.* dum præcipit: *Que los vendedores paguen el alcauala,* obseruandum primo videtur, vt onus soluendi gabellã in præs. specie spectet ad venditorem, quãdo ipse agit remedio *d. l.* 2. & sibi ab emptore suppletur iustum pretium, vt cum Lasarte, *d. c. 14. num.* 15. probat Molina Theolog. *vbi supra, col. 571. vers. quod vero,* vbi quod gabella hęc pertinebit ad dominũ, & gabellariũ existẽtes tẽpore prioris vẽditionis, nõ vero ad eos, qui fuerint, quãdo venditio ad æqualitatẽ reducitur, quia non est noua vẽditio, sed reductio prioris ad ęqualitatẽ. Et in hoc casu gabellarius habebit decimam nedum pretii à principio inter partes conuenti, sed & supplementi postea soluti: quia supplementum sortitur naturam illius pecuniæ, quæ suppletur, & iuxta eam iudicatur, *l. inter socerum, §. cum inter. & ibi Alberic. ff. de pact. dotalib. l. etiam ubi Bal. & alii, C. de iure dot. & in Auth. Aequalitas, C. de pact. conuent. l. si proprietatis ff. de iure dot. Socinus cons. 153. incipit. Pulchra, num. 10. volum. 2. & consil. 296. In præsenti, versiculo quarto, & vltimo ad finem, num. 5. eodem volumine. Tiraquel. de retrac. lignagier, §. 1. glossa 18. num. 51.* & vna eademq. res non debet diuerso iure censeri, *l. cum, qui ades, vbi Bart. in secundo notabili, ff. de vsucap.* & tandem quia hoc totum est verum pretium rei venditæ solutum, vel soluendum, quod verius quidem videtur, tametsi Lasarte *in addit. cap. 14. de decim. vend. super num. 17.* teneat, quod decima supplementi in præd. specie pertineat ad gabellarium existentem tempore supplementi.

6 Secundò † idem esse dicendum censeo, si emptor hic potius eligat rem ipsam restituere, quam supplere iustum pretium: Si enim bona fide emerit, credens, scilicet, iusto se pretio emisse, ad venditorem quoque solutio gabellæ spectabit, iuxta pretium à principio conuentum dumtaxat, non et imputato eo, quod aliàs supplendum foret, si rem emptor habere mallet, iuxta verba d. l. 1. Regiæ, ibi: *De todo el precio porque vendieren, &c.* Secus si sciens rei valorem data opera vilius emisse: vt in aurifice, qui à rustico, vel alio quoque ignorante paruo pretiò lapillum pretiosum emerit: tunc namque emptor hic, vltra restitutionem rei, tenebitur quoque gabellæ damnum venditori soluere, atque resarcire ex legali æquitate desumpta ex textu *in l. debet ff. de ædilit. edicto.* Sicut enim in ea lege, vẽditor decipiens soluit onus legale emptori decepto impositum, ita & in hac specie soluenda erit ab emptore gabella, quæ aliàs venditori imposita est, vt rectè in eo iudicio in casu nostro argumentatur, & probat Lasarte, *de decim. vendition. cap. 14. num. 15. & 16.* & sequitur Molina *vbi supra, column-*
7 *na 571. versic. si venditor.* † Quod si venditor conuentus ab emptore remedio *d. l.* 2. velit potius rem suam accipere, restituto toto pretio, quam ea dimissa, excessum iusti pretii restituere (ut Lasart. credimus) computanda, & soluenda erit gabella, iuxta totum pretium conuentum, sine deductione iniqui excessus, quia verè pro illo integro pretio venditio fuit celebrata, quocirca de toto illo soluenda est gabella, iuxta *dictam l. 1.* Iustitia enim, vel iniustitia pretii non spectat ad gabellarium, sed tantum pretium conuentum inspiciendum est, licet sit excessiuum, & etiam supplementum ipsius, quando conuentum est remissius, *vt modo probauimus,* idemq. esset probandum, si venditor vellet adhuc stare venditioni, & excessum iusti pretii emptori læso restituere: etenim adhuc gabella totius pretii cõuẽti soluenda ab eo est, quia gabella ista non ratione rei venditæ, aut pretii recepti, vel dati, siue iusti, vel iniusti debetur, sed ratione contractus venditionis, iuxta quantitatem pretii conuenti, vt patet ex *d. l.* 1. vel suppleti ex prædictis. Et licet aliquantulum lex illa in hoc dura videatur, ita tamen scripta est, atque ideo obseruari debet, iuxta *l. prospexit, ff. qui & a quib.* ita in terminis tradit Lasarte, *d. c. 14. nu.* 17. & prius *in schol. nu.* 13. sequitur Azeued. *in d. l. 1. nu.* 56.

8 Idem † quoque iuris dicendum est esse, inquit Lasarte *ubi supra,* vbi venditor ille, cum mallet adhuc venditioni stare, non totum pretium, reddita sibi re vendita, restituisset, sed illud tantum, quod vltra iustum rei valorem acceperit, quia tunc etiam in hoc casu erit, venditor decimam totius pretii conuenti soluturus ex prædictis: Molina tamen *ubi supra, columna 572.* paulo post princip. arbitratur, hoc esse falsum, neque adhærendum ita esse verbis, l. quando rem durant, dissonaque a recta ratione disponentem, si, vt primo aspectu sonare videtur, intelligeretur, præterea quando congruam habent interpretationem, prout contingit in proposito, quia dicta *l. 1. tit.* 17. non exprimit, nec dicit, eius decisionem procedere, etiam si pretium publica iudicis sententia pronunciatum sit iniustum: Nec verisimiliter præsumendum est, Legislatores ad inten-

Ml intendisse, sed solum de pretio, de quo non constaret, esse iniustum, quia aliàs videretur esse legem duram, & iniquam : Quare dicendum esse proculdubio affirmat per *ετυμικινar*, non esse intelligendã eam l. de pretio, quod sententia iudicis pronunciatum sit iniustum, ac proinde de parte illa iniustè accepta vltra pretium rigorosum, restituendam esse gabellam acceptam, idemq. probat, quando dissoluitur contractus, restituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam, dicens, quod ita audiuit seruari in practica in Lositania. Quid tenendum?

Ego in puncto iuris, & attenta veritate, hanc secundam sententiam Molinę potius, vt veriorem probo, & tenendã esse censeo, constito de iustitia, & excessu pretij conuenti, quam locum habere remedium *d. l. 2. C. de rescin. vend.* declaratur, eaq. in rem iudicatã transacta, aliàs secus, tametsi videatur Molina sibi contrarius esse postea, *col. 573 uersi. si uero saltem*, in prædicto vltimo casu, quando dissoluitur contractus, restituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam.

9 Vltimo † doceo, superiora procedere in terminis *l. 2. C. de rescind. vend.* ceterum in casu, *l. si sponsus, §. circa venditionem, ff. de donat. inter uirum & vxor.* nempè, vbi maritus vxori vendiderit rem quindecim pro quinque, quo casu duo habet remedia, primum ex *d. l. 2. C. de rescind. uend.* aliud, vt reliquum valoris, tamquam donatum, reuocetur ex prohibitione illius tituli, quod si fiat, decima pecuniæ sic restitutæ non soluetur gabellario, illa siquidem tamqùam malè donata, reuocatur, non verò tamquam rei pretium restituitur, vt recte perpendit Lassarte, *d. c. 14 nu. 18.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex venditione, uel permutatione per in integrum restitutionem rescissa, & numeris sequẽtibus.*

2 *Restitutus ad gratiam, non restituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur ei, cui medio tempore gratia facta est, sed intellige, vt in nu. 9.*

3 *Priuatus Collegio, vel Ordine, deinde restitutus non recuperat antiquum, vel pristinum locum, sed habetur tamquã de nouo receptus, intellige, ut in nu. 9.*

4 *Priuatus gremio uniuersitatis, & nominationibus, & deinde restituitur postponitur, omnibus medio tempore nominatis, sed intellige iuxta d. nu. 9.*

5 *Minor uendens, si lædatur, habet restitutionem in integrum aduersus contractum, non tamen aduersus gabellam debitam, ex sua uenditione ualida, quia usus fuit iure communi & nu. 6 sed contra nu. 7 cum seq.*

8 *Restitutio in integrum, quando extendatur ad iura quæsita tertio, & quando non?*

10 *Gabellam ad hoc, ut restituat gabellarius, rescisso contractu per restitutionem in integrum requiritur, quod causa plene cognita, sententia lata sit super restitutionis in integrum concessione, quamuis gabellarius auditus non fuerit, nisi de collusione opponatur: & notorium, & sententia æquiparantur in hoc casu, ut in materia euictionis.*

11 *Minor restitutus ad supplementum iusti pretij, sibi faciendum gabellam quoque ex eo soluet.*

12 *Gabella non debetur a minore ex uenditione nulla suarum rerum, & soluta repeti potest, nisi uenditio illa, uel permutatio iuramento minoris roborata sit.*

13 *Gabellarius, lite pendente super nullitate uenditionis, uel permutationis minoris, non potest, ex his contractibus gabellam petere donec lis finiatur.*

14 *Minor restitutus aduersus uenditionem, uel permutationẽ a se factam eo pacto, ut altera pars solueret gabellam, eã cum reliquo pretio ei restituere tenetur.*

15 *Gabella debetur restituto minore aduersus emptionem a se factam, reddita re empta uenditori, & minori suo pretio; & cuius periculo gabella inde soluta cedatur, nu. 16.*

17 *Gabella debetur ex omnibus uẽditionibus intermedijs, minore restituto contra ultimum possessorem; nec ad minorem læsum hoc damnum spectare uidetur, ut in nu. 18.*

Q V AE S T I O XIII.

An ex venditione, vel permutatione per restitutionem in integrum rescissa debeatur gabella?

1 QVæro † vlterius, *quid si minor rem suam uendiderit, aut permutauerit ualide quidem, uempè rem mobilem curatorem non habens, uel cum habens cum ipsius authoritate uel rem immobilem cum solemni decreto, sed propter læsionem restitutus est in integrum intra uigesimum nonum ætatis suæ annum, an gabellam debeat ex ea uenditione, uel permutatione, & solutam repetat a gabellario nec ne?* Certum enim est, quod ex restitutione, vel secunda mutatione rei, nihil debetur gabellario, cum non sit nouus contractus, sed resolutio primi: quod autem quærimus, est, *an ex prima uenditione, aut permutatione debeatur, & soluta repeti iure possit, restitutione in integrum aduersus illam iure petita, & concessa.*

In qua quæstione videtur primo dicendum, gabellam deberi, & solutam repeti minimè posse: quia venditio, vel alienatio mero iure tenuit, vt supponimus. Ergo gabella debetur, *ut in l. 1. titulo 17. lib. 9. Nouæ Collection. Regiæ,* vbi solum consideratur contractus ipse venditionis, ad hoc, vt ex ipso debeatur gabella, similiter, & permutationis, *ut in l. 2 eodem titulo.*

Neque obstat, quod restitutio in integrum concessa aduersus contractum, decretum, & alienationem trahitur retro ad omnia in pristinum statum reponenda: quia licet hoc verum sit, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipsius præiudicium, cui medio tempore est ius quæsitum.

2 Vnde † restitutos ad gratiam, non restituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur, sed postponitur ei, cui medio tempore gratia facta est, *capit. quamuis, de rescript. in 6.*

3 Sic † etiam priuatus Collegio, vel Ordine, deinde restitutus, non recuperat antiquum, vel pristinum locum sed habetur tamquam de nouo receptus, *l. 2. & ibi Bart. & Joan. de Platea, C. de his qui eximuntur dat. restitut. libro decimo,* text. etiam *in capit. ex insinuatione, in fine, de simon.*

4 Et † qui priuatur gremio vniuersitatis, & nominationibus, & deinde restituitur, postponitur omnibus medio tempore nominatis, vt decidit Petrus Rebuffus *in tractatu nomin. quæstione 21. numero 21* & in materia feudali decidit Bald. *in cap. 1. in princip. colum. 4. uersic. pone Rex Francorum, hic finitur lex, de indict. consuetu. in usib. feud. & ibi sequitur Aluarot. num. 20. & Præposit. colum. fin. Modern. Paris. in Consuetud. Paris. §. 22. q. 6. nu. 35. Aufer. in c. 44* Prat. *gl. 1. nu. 1.*

5 Secundo, † eadem opinio corroboratur, quoniam etsi minor vendens restituatur aduersus emptorem ex eo, quod vel in hoc læsus sit, quod vendiderit, cum magis expediret ei, rem venditam rehabere: vel ex eo, quod minoris vẽdiderit, quam oporteret, iuxta *l. 1. & per totum, C. si aduers. uendit. & l. 5. titu. fin. partit. 6.* & distinctionem glossæ *in l. siquidem, C. de præd. minor.* de cuius veritate Arias Pinel. *in l. 2. C. de rescindenda uendit. in 3. parte, cap. 1. nu. 2.* attamen postquam uenditio decimam soluens, læsus non est, neque circumscriptus in hoc dici potest, qui iure, communi est, *d. non uidetur, quæ est l. fin. C. de in integrum restitutione min. & l. 6. in fine, tit. 19 partit. 6.* text. optimus, *in l. inter eos, § cum inter. ff. de fideiuss. Tiraquel. de re*

6 *tractu lignag. ad finem tit. num. 51.* † Quod omnino procedit, cum quid minor necessario facit, ex dispositione legis, uel statuti, ut si compromittat ex statuto cogente consanguineos, & affines compromittere. Ceterum, si non cogitur id facere, sed quod facit, lege permittente facit, & tunc licet non præsumatur circumscriptus per eadem iu-

tamen si verè reperiatur circumscriptus, restituitur, vt cum adit hæreditatem, quam diligentissimus quisquam paterfamilias adiisset, vt, quæ omnibus appatebat esse locuples, & tamen debitis postea detectis reperitur paupertima, vt sæpè contingit, certè minor vsus fuit iure communi, & tamen restituitur *l. 4. §. 1. ff. de fideicommiss libert. l. 1. & 2 C. si minor ab hæred se abstin l. ait Prætor, §. sed etsi, ff de minor.* sed minor validè vendens, aut permutans soluendo gabellam necessariò hoc facit ex dispositione *dicta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* Ergo eam non repetit, nec restituitur ad eam repetendam per prædicta, & in terminis nostræ quæstionis principalis innixus sola priori ratione hanc opinionem tenet Læsarte, *de decim. vend. c. 14. nu. 44 ad fin.* quem sequitur Molina *de iust. & iure, 2. parte, disputatione 573. colum. 2117.* loquitur tamen Læsarte, quando minor vendens soluit gabellam, vt patet, & sicut non possit eam postea repetere, licet in venditione læsus fuerit, & contra eam restitutus, non verò, quando non dum soluerat gabellam; quasi innuere videatur in hac vltima specie ad gabellam non teneri, quandoquidem restitutus fuerit in integrum aduersus venditionem, antequã gabellam solueret, tametsi nuncupatim hoc non expresserit Læsar. videtur tamen esse de mente ipsius. Sed postea ipsemet declarauit contrarium in nouis additionibus super *d. nu 44.* nempè, quod minor non habet restitutionẽ, aduersus gabellarium ad denegandam, vel repetendam gabellam, vt ex l. dispositione vendendo se obligauit.

His nihilo secius non obstantibus, contrarium dicendum videtur, immò, quod restitutione in integrum concessa minori aduersus venditionem, vel permutationem a se factam, eo quod fuerit in ea læsus, quia non oportuerit ei vendere, vel permutare rem suam, minimè debeatur gabella, & ideo ab eo exigi non possit, & solutam ipse recuperare queat, idq. ex sequentibus.

7 Primo, † quia licet præfata venditio, aut permutatio iure valuerit, nihilominus per restitutionem in integrum rescinditur, atque omnino annullatur, & retrottahitur, pro vt ex tunc, ac si a principio celebrata non esset: restitutio enim omnia in pristinum statum redigit; quia tantum ipsa adfert, quantum abstulit læsio *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. cum simil.* etiam aduersus tertiam personam, *l. 1. C. de repud.* Ergo, & aduersus gabellarium: aliàs enim non indemnis remaneret omnino minor læsus, nec ei profuisset restitutio, sicut nocuit læsio, si gabellam principio a se solutam repetere non valeret.

8 Deinde † quia restitutio in integrum, extenditur etiam ad iura quæsita tertio, quando sunt ei quæsita immediatè ex causa, quæ per restitutionem in integrum resoluitur: & annullatur: secus si sint ei quæsita ex alio contractu, vel causa extrinseca: hoc fuit dictum originale Iacob. de Belloutsu, *in d. cap. 1. hic finitur lex*; quod referunt, & sequuntur plures Doctores congesti per Modern. Paris. *d. §. 22. sub d. numero 35. cum sequentibus*, Idem latè probat, & benè declarat: Ergo cum gabellarij ius non prætendant, nisi immediatè ex causa resoluta, & annullata per restitutionem in integrum, quæ ex iusta causa, & debita, & non ex gratia conceditur, & cum restitutus certet de damno euitando, fiscus autem agat de lucro captando, absque dubio restitutio præfata extendenda videtur, etiam contra Fiscum, & gabellam ab eo receptam. Neque obstat, quod gabellarius, qui hanc gabellam recepit a minore, certet etiam de damno curtando, quia pretio conduxit a Fisco hoc ius exigendi, & recipiendi gabellas; quoniam prima causa originalis Fisci locantis consideranda est, cuius lucro cedunt gabellæ, non vero conductoris accidentalis, cuius conductio lucrandi causa a Fisco facta alterare non debet iuris dispositionem, nec tertio nocere. Et in terminis loquens in iuribus releuij, debitis patrono feudi, ita probat, & tenet Modern. Paris, *§. 22. num. 35. cum sequentibus*, & in nostræ specie gabellæ Ioan. Yannez Parlador. *rerum quotidianar. capit. 3. §. 5 nu* quam *prima impressione*, tametsi eum reprobet Læsarte *vbi supra*, quem sequitur etiã Gironda, *de Gabell. 5. par. §. vnic. nu. 22. et 23.* sed postea idẽ Parlad, *in alia impressione anni 1595. d cap. 3. §. 5. nu. 16. cum seq.* se defendit ab impugnationibus Læsartæ, eiusq. fundamentis respondet, & iterum priorem suam opinionem probat, & confirmat; & tenendo hanc partem,

9 Non † obstat modo primum fundamentum contrarium, quod habet, vt restitutio in integrum, licet reponat omnia in pristinum statum, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipsius præiudicium, cui medio tempore est ius quæsitum: ac proinde restitutum ad gratiam, non restitui ad temporis prioritatem: & priuatum Collegio, & Ordine, deinde restitutum, non recuperare priorem antiquũ vel pristinum locum, sed habetur tamquam de nouo receptum, &c.

Quia hæc procedunt, quando restitutio fit ex gratia, & per nouam prouisionem, non verò in restitutione facta, ex iustitia, annullando præcedentem priuationem, ita, quod non esset opus noua prouisione, collatione, nominatione, vel receptione, tunc namque etiam priorem, & antiquum locum recuperabit talis restitutus: Vbi autem ex gratia, & per viam nouæ collationis, vel prouisionis, quis reuertitur, tunc est introductum, quod pristinum locum non recuperet, quia priuatio præcedens non reducitur ad non causam, sed magis confirmatur, & approbatur, vt in casu, quo Petrus Rebuffus respondit quibusdam Canonicis Bituricensibus; & ita sunt intelligenda adducta pro contrariæ parte, secundum Modern. Paris. *vbi supra, numero 39.*

Cum igitur (& nunc ad propositum) restitutio in nostra quæstione concedatur minori aduersus venditionem, vel permutationem à se factam, quia magis ei expediret, non vendidisse, vel permutasse de rigore iustitiæ, ex iusta causa, per quam primus contractus ab initio rescinditur, & annullatur, & ad non causam reducatur, merito videtur, vt hoc extendatur etiam contra tertium, non verò restitutio, quæ fit ex mera gratia, vt aliàs decidit Nellus de Sancto Geminiano, *in tractatu bannitorum, in prima parte tertij temporis, quæstione 11. in fine Raphael Cuman. & Ias. in l. Gallus, in §. & quid si tantum, lectura 2 colum. 14. ff. de lib & posth. per l. quod si minor, § Scæuola, & §. restitutio, ff de minor. quos refert, & sequitur. Modern. Paris d. §. 22 numero 39.* vbi hoc ampliat tribus modis.

Non obstat etiam secundum fundamentum partis aduersæ, quoniam sicut minor in vendendo fuit læsus, ita etiam & in soluendo gabellam illius venditionis, & permutationis, in consequentiam contractus principalis, & ex eo læsus videtur, cum accessorium sequatur naturam sui principalis, contra quam quoque læsionem restitutionem in integrum petere potest, vt videtur argumento *l. si ex caussa, §. si in commissum, ff. de minoribus*: vbi cauetur, quod minor restituitur aduersus commissum vectigalis, à se incursum per legem, si dolus ipsius non intercesserit.

Quod autem minor, qui læsus fuit, iure communi, in contrahendo non restituatur, procedit in eo, qui contraxit, aliquemue actum fecit, quem præcisè iure communi facere tenebatur, & ad id cogi poterat, verbi gratia, in exẽplo supra relato à Tiraquel. & similibus, nempè, compromittendi ex vi statuti, à quo nullo modo eximi poterat: At verò licet simpliciter, & absolutè minor validè vendens, aut permutans rem suam, teneatur præcisè soluere gabellam: hoc tamen intelligitur, & procedit læsione non concurrente: Verum si in principali contractu fuerit verè læsus minor, ita vt iure competat ei restitutio in integrum, quia non oportuerit ei vendere, vel permutare, & in eo fuerit grauiter læsus, inde sequitur, vt ad gabellam quoque restituendus sit eadem ratione, & in necessariam consequentiam læsionis principalis contractus: siquidem si non vendidisset, aut permutasset, gabellam soluere non teneretur, nec eam soluisset, neque aliquo iure communi ad eam soluendam compelleretur: Ergo rescisso principali, accessorium quoque ex principali necessario consequutum rescindi debet per eamdem in integrum restitutionem postulatam: Restitutio namque huiusmodi omnia reponit in pristinum statum etiam in præiudicium tertij,

cuius ius immediatè habet ex causa, quæ per in integrū restitutionem resoluitur, *vt supra probauimus.*

Hæc quamuis ita rectè constituta videbantur, nihilominus econtra his nouissimè idem Lassar. quem præd. suis nouis additionibus, iterum suam opinionem primam aduersus Parladorium in secunda sua noua editione priorū commentariorum defendit, respondens fundamentis nouioribus quibus eum increpauerat Parladorius in sequentem modum, quod in specie *d l. fin incip non videtur, C. de in integrum restit. min.* ideo minor restitutionem petijt, quia verè re ipsa læsus esset, quia aliter ratione tantū minoris ætatis frustra peteret, quod illi erat perpetuo denegatum, ex regula text. *in l. non omnia, ff. de minor & l. 1. tit. 18 par. 6. cū alijs:* & quia proinde decisio illius legis nō foret dubitabilis, sed ideo in d. l. fin. minore, quantumuis læso restitutio non conceditur, quia in eo, quod fecit, iure communi vsus est, hoc est, quia id non tam ex sua voluntate, & arbitrio, aduersariive dolo, quā ex legis necessitate processit, vt contingit quoque *in l. inter eos, §. cum inter, ff. de fideiuss.* propter quod apparuit, cum minorem non sui facilitate, vel dolo aduersarii deceptum, vel læsum esse, quorum alterum cum minori ætate necessarium est ad restitutionem in integrum impetrandam; nec sufficit læsio re ipsa contingens, vt in exemplo de statuto compellente consanguineos compromittere suas lites, comprehendit namque minores ætate, & quamuis in eo lædantur, non restituuntur, ex *d. l. fin.* Sic igitur in proposito, inquit ille, licet minor læsus fuerit in venditione, & aduersus eam læsionem sibi iure restitutio competat, non tamen ei competit aduersus gabellarium, ad denegandam, vel repetendam gabellam, cui ex legis dispositione vendēdo se obligauit: quia quamuis vendendo deceptus fuit, postquam tamen vendidit in gabellæ debito deceptus nō est, siquidē lege præcipiente id fecit, quæ minores quoque obligat, vt ibi probat resoluens: ideo minorem vendentem, non magis venditione rescissa per restitutionem a gabellæ solutione excusari, quam quilibet alius ætate maior non excusatur, qui venditionem semel, & validè a se contractam, ex legitimis caussis rescinderit.

Quid tenendum? ego profectò quæstionem hanc arduam, & difficilem valdè esse censeo, & in qua non immerito variæ nostrorum sententiæ reperiuntur. Ceterum probabiliorem, & veriorem æquioremq. esse censeo, & tenendam secundam principalem supra fundatam, cum Modern. Parif. & Parladorio, quia huius sententiæ fundamēta validiora mihi esse videntur, maiorisq. ponderis. Ex quibus profectò satisfieri puto fundamentis, & replicis contrariis Lassarte, & quia contra fiscum in dubiis quæstionibus iudicari potest, *vt in l. non puto, 10. ff. de iure fisci,* eo magis, quod gabella sit res odiosa, iuxta communē Doctorum sententiam, atque ideo si de gabella dubitetur, *an, scilicet, debeatur, necne?* stricta est facienda interpretatio, cum onerosa sit ex parte soluentis, & inspiciendum est, quod tollit, aut minuit gabellā, *vt late, & rectè resoluit idem Lassarte, in præfatione, de decim. vend nu. 31. per totum, & diximus supra quæstione 6. nu. 10.* At, quod in maioribus ætate rescindentibus ex legitimis caussis, venditionem semel & validè a se contractam, aliud statutum sit, atque resolutum diuersis rationibus, rectè procedit, vt singulis quibusque quæstionibus de ijs visum est, & dicetur in inferioribus.

10 Ad hoc autem † vt superior nostra sententia cum Parladorio procedat, necessarium est, vt sententia super restitutione in integrū in fauorem minoris lata sit in contradictorio iudicio, & sic caussa plenè cognita, & pronunciata: tunc namque ius faciet contra gabellarium & fiscum, quia cum legitimo contradictore lata est, nec erit admittendus gabellarius, etiam si citatus in lite non fuisset, si vellet a sententia appellare, aut alia quacumque via contra eam agere, vel excipere; nisi collusionem contrahentium in facto, quod opponat, & probare offerat, aliàs tenebitur, iuxta latam sententiā super prędicta restitutione, receptā decimā restituere, iuxta tradita in simili p Lassar. *d. c. 14. nu. 63.* vbi secus esse rectè probat, quoties sententia est arbitraria, vel contumacia alicuius contrahentis lata: hæc namque non facit ius contra gabellarium; nominatim, tamen in hoc, & sententia æquiparantur, vt in materia euictionis statutum est *in l. emptorem. ff. de act. empt.*

11 Limitatur tamen † præcedens sententia a Moder, Parif. & Parlad. quem probauimus, quando minor in præmissa specie restitutus fuit aduersus læsionem pretij, ita quod reus, firma manente contractu venditionis, vel permutationis, condemnatus fuit ad iusti pretii supplementum: tunc enim minor tenebitur ad solutionem gabellæ, non tantum respectu pretii conuenti, sed etiam supplementi ipsius, sicut maior, cum ex remedio *l. 2. C. de rescindenda vendit.* sibi suprasuppletur iustum pretium, iuxta supra resoluta quæstione proximè præcedenti.

12 Quod si venditio, † aut permutatio minoris nulla sit ipso iure, vtpote, si rem immobilem vendiderit, vel cum alia permutauerit, solemnitas non obseruatis, vel si curatorem habens, absque eius authoritate, & licentia contraxerit, proculdubio, & absque vlla quæstione non debebitur gabella, & soluta repeti poterit, quia ex venditione, aut permutatione nulla, non debetur gabella, cum de validis tantum contractibus ipsa debeatur, vt non semel in alijs prædiximus: præterquam si prædicta venditio, vel permutatio, aliàs in se nulla, iuramento adulti sit robotata, iuxta text. *in Authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vend.* tunc namque gabella indubiè debebitur, vt resoluit Lass. *d. cap. 14. num. 46.*

13 Lite tamen † pendente super nullitate venditionis, vel permutationis inter ipsos contrahentes, non poterit interim gabellarius, donec lis finiatur, gabellam ex his contractibus petere, quia non constat adhuc deberi, ut probat Cald. *in repet. l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. verbo, infra legitimum tempus, num 14.* & voluit Parlador. *lib. . rerum quotidianarum, cap 3 §. 7 num. 18. in nouiss.* & cum eis in terminis Lassarte *d cap 14. num. 65.*

14 Si autem † minor vendiderit, aut permutauerit eo pacto, vt emptor gabellam solueret, & postquam ipse eam soluerit, minor ipse restituatur in integrum aduersus eam venditionem, vel permutationem, hanc cum reliquo rei pretio restituet minor, eiusq. damno illa gabella imputabitur, cum restitutio ponat omnia in pristinum statum, non tantum respectu minoris, cui conceditur, sed etiam eius aduersarij, iusta damnum, & ius aduersarii, iuxta *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* melior tex. *in l. unic. C. de reputat.* ut in propriis terminis ex his resoluit Lassarte *d. cap. 14. num. 48. cum sequentibus,* ubi latè, & benè agit de intellectu *l. qui res suas, §. huic applicatur, ff. de solut.* qui videbatur contrarius, eamdem opinionem sequitur Molina, *in 2. parte, de iustit. & iure, disputatione, 573. col. 218. in princ.*

15 Si verò minor † emendo fuerit læsus, & in integrum restitutus, reddita re venditori, pretium suum consequatur, adhuc decima à venditore debetur, nec soluta condici potest: quia rescissa quidem per iudicem vi restitutionis, non ipso iure resoluta venditio est, *secundum Lassart. d. cap. 14. num. 53.* prout contingit in simili venditione per restitutionem tortam, vel remedio læsionis ultra dimidiam rescissa, ut supra suis proprijs locis resoluimus.

16 Verum quamuis † hæc opinio principalis de minore emente læso, & in integrum restituto, & reddita re venditori, pretium suum consequente verum sit: gabella tamen in eadem specie soluta per venditorem, videtur quod damno ipsius minoris cedet, eamq. venditori soluet, sicut in præcedenti casu, siquidem restitutio omnia ponat in pristinum statum, etiam respectu sui aduersarij, ut prædiximus: contrarium tamen affirmamus propter culpam venditoris, qui minorem circumuenit.

17 Immò si † dum è conuerso minor in uendendo circūscribitur, contingat, illum emptorem alii uēdere, sic, ut per plures personas illius rei emptio ambulauerit, & per mille manus transierit, ac propterea minor restitutus contra ultimum possessorem, venditiones omnes rescindat, remque ipsam consequatur, iuxta notata *in l. in caussa, §. fin. ff. de minor.* & per Pinel. *in l. 2. in 2. parte, cap. 1. nu. 33. & 34.*

l. de

C. de rescindenda venditione tot decimæ debebũtur, quot illius rei venditiones intercesserint, vt rectè probat Lasiar. *vbi supra num.* 54 addens, quod tunc, quilibet emptor, qui alij vendidit, fratet primum ad authorem suum tenetur, *vt in l. sed vbi restitutio, ff. de minor.* gradatimque fiet, vt damnum totius gabellarum summæ ad priorem emptorem, qui minorem circumuenit, conuertatur, totumque ipse luat: & Lasiarte sequitur Molina *vbi supra, col.* 2118.

18 Nec † ad minorē læsum hoc spectare videtur, licet restitutio eidem concessa aliàs, vt præ diximus, conseruet aduersarium suum illæsum, atque indemnem, quia id verum est, atque rectè procedit respectu illius damni, quod ex pacto contractus, vel ab ipso contractu immediate obuenit lædenti, ut puta, onus solutioni, gabellæ ex pacto incontinenti emptori appositi, ut in præmisso casu ad dānum, quod emptor ipse postea sua uoluntate uendens alij, & hic alius alij, sibi intulit, sibi imputet, non enim uidetur, quod minor primus uenditor ad hoc teneatur ratione restitutionis in integrum a se postulata, & impetrata, ac sibi concessæ.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex venditione, vel permutatione rescissa doli mali, metusve caussa, vel a minore ætate celebrata, & num. 2. pars affirmatiua eligitur.*

2 *Venditio facta a venditore coacto, tenet, quia voluntas coacta, voluntas est.*

Venditio per metum facta ipso iure valet, eod num. 2.

Gabellæ onus respicit eum qui dolum metumue fecit, eodem num. 2.

3 *Venditio aliàs facta per minorem, adueniente maiori ætate per lapsum quinquennij confirmatur: tuncq. gabellario illius temporis debebitur gabella, non uero gabellario temporis contractus, quia tunc nulla fuit venditio.*

4 *Gabella non debetur ex venditione pupilli facta sine tutoris authoritate, donec ex nouo consensu pupillus efficaciter obligetur, & tunc gabellario huius temporis gabella debebitur: idē probatur in illo, qui pupillo uendidit ementi absque tutoris authoritate, ut in casu hoc eodem num posito.*

QVAESTIO XIV.

An ex venditione, vel permutatione rescissa doli mali, metuŭe caussa, vel a minore ætate celebrata, debeatur gabella.

1 NVllam gabellam † deberi in præmissa specie constat ex Montalo. *in l. 3. gl. fin. in finem, tit. 10. lib. 3. for. & Modern. Paris in Consuet. Parisiens. tit. 1. §. 22. num 40, ibi: seu ad omnem modum rescissionis, puta ex caussa metus:* quorum illorum optinio ea consideratione coadiuuari potest: quod Prætor non habet ratum contractum huiusmodi violentum, ad hoc, vt alienatio metu facta habeat vllum iuris effectum, quamuis de facto teneat, atque ideo vim, aut metum patienti concedit actionem vtilem in rem vlta personalem, *Bartol. in l. metum, §. volenti & in l si mulier, § quod metus, ff. de eo quod metus caussa.* Petenti igitur in hac specie gabellam, poterit opponi de nullitate contractus eius, quod in iure consistit, qua nullitate stante, nulla erit obligatio gabellæ, quia in iure consistit, & cum principalis caussa non subsistit, nec quod inde sequitur, aliquid valet. *vt in l. non dubium, ff de legib. reg. cum principalis, de reg. iur. in 6. cum similibus.*

2 Nihilominus † tamen contrarium probo, immo quod in prædicta specie gabella debeatur, & sit soluenda, quia licet venditor coactus uendiderit, uenditio tamen tenuit, quia uoluptas coacta, uoluntas est, *ut in l. si mulier, § si metu, ff quod met. caus. c. merito, 15. quæst. 1. l. fi. tit. 11. par. te 3 Greg. Lopez in l 28. tit. 11. par. 5. in glos. iurando,* explicat optimè D. Couarru. *de sponsal. 1 parte, cap. 4. §. 1. nu. 12.* & nominatim, quod venditio per metum facta ipso iure valeat, tenet glos. *uerbo, irrita est, in l. 1. C. de rescind. uendit.* & Greg. Lopez *in l. 56. titulo 5. parte 5. in glos. 1. in cip. desferbo:* Ergo si venditio tenet, gabella debetur, quæ tantum respicit contractum, vt sæpe in hac materia diximus, & in specie nostra ita tenet Parlador. *rerum quotidianar. lib. 1 cap. 3 §. 5. num. 41.* addens, hoc onus gabellæ respicere eum, qui metum, dolumue fecit: etenim, hæ actiones totum factum in pristinum statum restituunt, *l. illud uerum est, ff quod metus caussa. l. arbitrio ff. de dolo,* sequitur vtramque Lasiar. *d. cap 14 num. 55.* & Gironda *de gabell. 5 parte. § unico num. 23. & 24.* & Molina, *de iustitia & iure 2 tomo, disputatione 352. colum. 595. versic. petes:* vbi, quod gabellarius restituere non tenetur de gabella debita ratione primi contractus, quia puniendus est venditor propter dolum in solutione integræ illius, iuxta *l. debet, ff. de ædilit edicto,* & quod in Lusitania restituere tenetur emptori vna cum parte precij, quod plus accepit, partem gabellæ, quā quo ad eam partē precij emptor soluit.

Non obstat authoritas Montalui contrarium tenentis in loco, de quo supra, quia infirmiori nititur fundamento, nempe, quod prælata venditio non teneat, uel non sit perfecta: vtrumque enim iure non subsistit, quia valida est, & perfecta venditio illa, licet rescindatur exceptione doli, metusue.

Nec etiam nocet authoritas Modern. Paris. qui non loquitur in nostra specie gabellæ, sed relevij, patrono feudi soluendi propter mutationem vasalli, quæ mutatio non cōtingit, cum venditio rescinditur, & ad pristinum statum reducitur: at gabella ex solo cōtractu venditionis valido debetur, esto, quod postea voluntate partium aliaue caussa tulla rescindatur, *vt resoluimus in quæst. præcedētibus.*

Ad considerationem supra in contrarium factam, respondemus, quod Prætor habet ratum huiusmodi cōtractum ad iuris effectum: siquidem voluntas coacta, voluntas est, & ideo iure ualidus est, tametsi ope exceptionis rescindatur, ex quo præsupponitur ualiditas ipsius, quia priuatio supponit habitum. *l decem, § ff de verb oblig cū simil. c. ad dissoluendum, de desponsa. impub. Decius consil. 278. num. 6, in principio.*

3 Quando verò venditio † nulliter per minorem contracta, absque solennitate legis *l qua tutores, C. de administr. tut.* adueniente maiori ætate per lapsum quinquennij confirmatur, iuxta *l. fin & quæ ibi notantur. C. si maior factus, &c.* tunc re vera a principio fuit nulla, & proinde tunc vt ex nunc per tacitam ratihabitionem venditio illa validetur, præsenti gabellario debebitur decima ex resolutis per Cald. Pereir. *in l si curatorem habens, verbo, infra legitimum tempus, num. 21. C de in integr. restit. min* ex quibus ita tenet Lasiar. *d cap 14. num. 50* & Azeuedo *vbi supra.*

4 Si verò pupillus † vendat sine tutoris authoritate, cum tunc minimè potuerit obligari, & ita ex sua parte claudicet contractus, *l. Iulianus § si quis à pupillo, ff de action. emption.* procul dubio non debebitur gabella: quia nulla venditio est, vt resoluit D. Franciscus Sarm. *de redditib. Ecclesiæ 1. parte cap. 2 num. 17.* donec ex nouo consensu pupillus efficaciter obligetur ad venditionem, cuius temporis gabellario gabella debita, & soluenda erit, non verò priori, si diuersi fuerint pro diuersis temporibus gabellarij, seu domini. Idem probat Lasiarte *vbi supra, num. 59.* in illo, qui pupillo vendidit ementi, absque sui tutoris authoritate, cum eo casu ex parte pupilli dicatur claudicare contractus: quia ipse non obligatur, licet verò in ei obstrictus manet, ex *d § si quis à pupillo & in princip. Inst. de author. tut.* in eum tamen, vt si ex authoritate tutoris, vel nouo accedente, pupillus velit stare contractui, efficax efficiatur venditio, quasi renouata, & modo perfecta [illegible] tamen tunc nouo consensu alterius, *vt in l. si id, quod, ff. de rescind. vendit.* Interim igitur dum claudicat venditio ipsa, perfecta non est, nec absoluta ab vtraque parte, sed pendet a futuro euen-

ro euentu nouæ approbationis, & solemnis ratificationis: ergo meritò gabella ex ea non debetur, quousque accedat nouus pupilli consensus cum authoritate tutoris, & tunc debebitur gabellario huius vltimi temporis, non verò primo existenti tempore primæ celebrationis contractus.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex venditione rei alienæ? & numeris seqq. affirmatiua eligetur, declaratur nu. 4. vt procedat, quando venditio est valida, aliàs secus.*
3 *Res aliena vendi potest, quamuis res emptori auferri possit.*
5 *Gabella an debeatur ex re maioratus, vel subiecta restitutioni, vendita sine licentia, & facultate Regia?*
6 *Gabella non debetur ex venditione rei dotalis contra prohibitionem l. Iulia de fundo dotali facta stante ualitate cõtractus: secus si a marito, vel alio extraneo vẽdatur fundus dotalis, vt proprius, quia valet venditio rei alienæ, ut in num 7.*
8 *Gabella rei immobilis minoris uendita absque decreto iudicis ab ipso minore, non debetur: quia nulla est uenditio: secus si ipsa fiat a tutore, curatore, uel alio extraneo; eadem distinctio seruatur in uenditione facta rei prohibita alienari per contractum ex pacto ad hoc expresso, tacita hypotheca speciali eiusdem rei, ut in nu 9.*
10 *Gabella exigi non potest ab eo qui rem aliquam nomine alieno uendidit, sed a uero domino rei uendita, uel ab ipsa re uendita.*
11 *Gabella an debeatur ex re absentis ab amico uendita eius nomine, credente eũ ratam habiturum uenditionem, qui postea eam ratam habuit tempore, quo iam erat effectus immunis a solutione gabella & cui gabellario debeatur? & nu sequentib præcipuè nu 15 & 16. & quid si tempore uenditionis erat immunis, tempore uero ratificationis non? uide num 18.*
12 *Venditio nomine alterius facta sine eius mandato, nõ prius censetur perfecta, quam ratificatio accedat.*
Cum duo ad perfectionem actus requiruntur, ex ultimo dicitur perfici ac consummari. ibid.
13 *Gabella debetur statim quod dominus ratam habet uenditionem suo nomine, absque eius mandato factam, utroque tempore legi gabellaria subiectus & debetur gabellario existenti tempore ratificationis, ut in nu. 16*
14 *Quinque dies a lege 11 tit 19 lib 9 noua collect Reg. assignati ad solutionem gabellæ computãdi sunt a die ratificationis a domino facta uenditionis rei sua, absque eius mandato.*
16 *Ratificatio uenditionis facit, quod uenditio censeatur facta a uero domino ratificante, non ab ipso uenditore.*
17 *Ratificatio uenditionis nomine domini non facta non retrotrabitur, sed solum operatur, ut ex nunc in præiudicium approbantis.*
19 *Gabella rei absentis uendita ab eius amico, & ab eo postea approbata, cui gabellario debeatur?*

Q V AE S T I O XV.

An ex venditione rei alienæ debeatur gabella?

1 GAbellam † non deberi ex venditione rei alienæ, ex eo conijcere licebit, quod l. 1. titul. 17. hoc lib. 9. inquit: *Mandamos que los uendedores paguen el alcauala, y de ellos se cobre en esta manera que paguen por razon della diez marauedis uno, de todo el precio por que uendieren.* Non igitur debet lex hæc ita materialiter, & nudè intelligi, vt de quacumque venditione a quolibet facta, debeat solui gabella, sed de facta a domino, vel ab eo ratificata: Vnde non videtur sufficere, quod sit valida quantum ad effectum personalis actionis ex empto ad interesse contra venditorem, & in eius præiudicium dumtaxat, quo respectu valet venditio rei alienæ, *ut in l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* sed intelligi debet de valida & efficaci respectu rei venditæ: Vnde si venditor non asseruit, se dominum, sed habere iura, vel actiones ad rem quantumcumque dixerit, se ipsam rem vendere, debet interpretari secundum subiectam materiam, hoc est, iura, & actiones ad rem, *argum. l. insulam. ff. de præscrip. verb.* Quod si venditor asseruit, se dominum, vel aliàs simpliciter vendidit rem, quo casu tacitè suam esse asseruit, licet habeat fundatam actionem gabellarius ea sola forma contractus: detecto tamen, venditorem non fuisse dominum, non poterit gabellarius petere hoc ius gabellæ, immo acceptum deberet restituere: idemq. esse videtur, si vendens nihil asserat, sed vendat quidquid iuris habeat in re, & in terminis feudi alieni venditi, vt ex ea venditione non debeãtur patrono feudi iura quinti, ita tenet, & probat Modern. Paris. *in Consuet Paris. tit. 1. §. 23. nu. 36. & 37.*

2 Nihilominus † in terminis nostræ *l. 1. tit. 17. hoc libro 9.* nempè solutionis gabellæ, contrarium proculdubio resolutum tenendum in praxi, scilicet ex venditione rei alienæ deberi gabellam, hoc vnico fundamento. Certum † namque est, valere venditionem rei alienæ, *l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* vbi inquit text. rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est: nam emptio, & venditio est, sed res emptori auferri potest, *l. 19. & 54. tit. 5. par. 5. l. si quis alienum, ff. de act. empt. Alex consil 69 in princip uolum. 4. Matth de Afflict decis Neapol 40 num. 5. & iterum decis. 369. nu. 2. cum seq Anton Gomez. 2 tomo c. 2. de empt. & vendit. nu. 8. Roland a Vallel. cons. 60. nu. 56. cum seq uol. 4. & optime Medina, in suo C. de rest. tit. q. 32. per totam.* Ergo debetur gabella ex uenditione rei alienæ. Nec enim requiritur ad debitum gabellæ, quod uenditio fiat rei propriæ, sed tantum, quod uenditio teneat, & sit ualida: quia *d. l. 1. tit 17. hoc lib 9.* ut uidimus, tantum loquitur de uenditoribus simpliciter, & indistinctè, sed uenditor rei alienæ est verus venditor, quia tenetur ad interesse, si ab emptore res euincatur: Ergo tenetur soluere gabellam, quia lex generaliter loquens, generaliter & indistinctè est intelligenda, *iuxta iura uulgaria*: & in terminis nostræ legis Regiæ, ita indubiè tenet, sic eam interpretans Lasart. *de decim uendit in scholio ad d. l. 1. sub num. 14. & 15. & iterum, cap. 10. sub num 17. & cap. 14. num. 25. & cap 15. num. 6. in fin. & Gironde, de Gabell. 5. p in princ. nu. 28.* ubi quod dominus non tenetur soluere gabellam de huiusmodi uenditione, *sequitur Azeuedo, in l. 8. nu. 1. tit. 17 hoc lib. 9.* 5

Non obstat authoritas Moder. Paris. adducta in contrarium, quia ipse loquitur in sua consuetudine, quam interpretatur circa iura debita patronis ex uenditione rei feudalis, quia effectum rei inspicit, ita ut dominium fundi feudalis uendita manum, & uasallum mutet, ut ex ea mutatione per uenditorem facta, quintum uenditionis patronus habeat, quod ipse ibidem, & passim explicat, nempè, & in *d. tit. 1. §. 22. num. 30. ad fin & tit. 2 §. 55. nu. 15. & 37.* At nos loquimur quo ad obligationem & solutionem gabellæ, simplicem actum uenditionis ualidæ poscentem, & requirentem, ex *d. l. 1.* ut sæpissimè docuimus.

4 Verum hanc nostram sententiam principalem, quæ habet, uenditorem rei alienæ teneri ad gabellæ solutionem, interpretandam esse censeo iuxta ualorem, uel inualiditatem ipsius uenditionis rei alienæ, ita, ut quibus casibus nõ ualet uenditio rei alienæ, in eisdem gabella non debeatur, sed tantum ubi præfata uenditio ualida fuerit, ita deducitur ex *l. si emptione, § item si & emptor, ff. de contrah. empt.* ubi habetur, quod si emptor & uenditor sciant, furtiuum esse quod uenijt, a neutra parte obligatio contrahitur: si emptor solus scit, non obligabitur uenditor: non enim ex uendito quidquam consequitur, nisi ultro, quod conuenit præstetur. Quod si uenditor sciuit, & emptor ignorauerit, utrimque obligatio contrahitur, addit glos. ibi, uerb. *furtiuum, in fine,* quam sequitur Afflict. *d. decisione 369. nu. 2.*

quod

quod si vterque sciat rem alienam esse, non furtiuam, valet venditio iuxta *d. l. rem alienam*. De consimili distinctione venditionis domus exultæ venditæ, ignoranter, vel scienter, agit *l. domum. 57 ff. de contrahen. emptione.* cui connenit *l. 14. titulo 5 parte 5.* Vnde in casu eorumdem iurium idem resoluendum erit, quo ad debitum, & solutionem gabellæ: nempè, vt in quibus casibus venditio valet, & tenet, domus exultæ venditæ debeatur, & soluenda sit gabella: secus in quibus non valet.

5 Hinc scire licebit, quid † dicendum sit in *re maioratus vel subiecta restitutioni, vendita sine licentia, & facultate Regis à iure requisita, vel in casibus à iure permissis absque Regia facultate, an debeatur gabella* necne? Et quidē in hoc vltimo casu plana res est, nempe, deberi gabellam, quando in casibus à iure permissis res alienatur: in priori autem specie, nempè, quando venditio, vel permutatio rei maioratus, vel subiectæ restitutioni extra casus à iure permissos, fit absque Regia facultate, tres casus solutiuè distinguendi sunt.

Primus, & is casus clarus est, quando illa res, quæ venditur, non est expresse prohibita alienari per institutorē maioratus, sed duntaxat est restitutioni, & fideicommisso subiecta in fauorem proximioris consanguinei, iuxta institutoris vocationes: & tunc cum alienatio pro vita vēditoris, possessoriq. maioratus valeat & teneat, iuxta communem resolutionem, quam supra adduximus alia quæstione, gabella debebitur ex ea venditione, & doctrinam Bart. cōmunem *in l. fi. §. fin. autem, C. communia, de legat.* vt ibidem quoque resoluimus.

Secundus casus est, quando res illa maioratus vltra fideicommissum, & prohibitionem legis expresse per maioratus institutorem alienari est prohibita, iuxta *l. filius famil. § Diui. ff. de legat. 1. cum materia, & l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* & nihilominus venditur, vel permutatur cum alia à possessore maioratus absque Regia facultate, & tunc cum venditio non teneat, quia potest statim vendicari à sequenti in gradu, non expectato die fideicommissi, iuxta communem resolutionem, de qua supra, nulla debebitur ex ea venditione gabella, quæ non debetur ea venditione nulla, vt omnes fatentur, estq. verissimum.

Tertius casus est, quando alius tertius, & extraneus vendiderit rem subiectam restitutioni, & expresse per testatorem alienari prohibitam: & tunc cum valeat venditio rei alienæ, *vt supra docuimus*, debebitur quidem gabella ex ea venditione, aut permutatione, tum ex ibi dictis tum etiam ex doctrina, & distinctione Bart. communiter approbata in *l. cum lex, num. 2 ff. de fideiuss.* docentis.

6 Quod si mulier † vendiderit fundum dotalem contra prohibitionem legis Iuliæ absque iuramento, nulla est venditio, quia ipsa est prohibita alienare, & si ad contractum teneretur ex persona, alienatione, ad alienationem quoque rei obligaretur contra ipsius l. prohibitionem, cū sit domina, ex notatis *in l. cum manu sata, ff. de contrahen. empt.* Sed neutrum est: hæc ergo venditio nulla est, ac per consequens gabella ex ea non debebitur.

7 Si verò maritus † vel quicumque alius extraneus fundum dotalem vendiderit, venditio tenet cuiusque rei alienæ, ex *d. l. rem alienam*, quia sola fundi dotalis alienatio prohibita est lege Iulia, non verò venditio, aut quicumque alius contractus, qui super re aliena contrahi possit, vt constat ex *l. 4. & toto tit. ff. de fundo dotali.*

Quam Bart. bimembrem distinctionem sequuntur Abb. & DD. communiter, *in c. cum contingat, num. 2 de iureiur. Anton Gom. in l. 53. Tauri, num. 61. & nos de Iuram. Confir. 1. parte. cap. 1. num. 94.* & nos referens Lassar. *de decim. vendi. d. cap. 14. num. 33.* vbi quod idem dicunt

8 DD. de re immobili minoris, quia † si ab ipso minore vēdatur sine decreto, nulla erit venditio, ac proinde ex ea gabella non debebitur; At si ab ipso tutore, curatore, aut alio extraneo vendita sit absque decreto, & solemnitate aliqua tenebit venditio, vt constat ex traditis per Doctores *in l. etsi is. C. de prad. min. & glos. in l. 4. verbo, Por razon, titul. 12. par. 5.* & resoluit Anton. Gomez. vbi supra *num. 60.* & gabellæ locus fiet per prædicta: Itaque in hoc nostro tertio casu, & in omnibus similibus modo relatis quibus resoluimus valere venditionem à tertio factam rei aliàs expresse prohibitæ alienari, debebitur gabella.

9 Idem erit dicendum † in specie & casu, *l. creditor, §. fin. ff. de distract. pign.* de cuius materia, & intellectu latè egimus *in repet. l. nemo potest, num. 24 cum seqq. ff. de legat 1.* nempè, quod cum pactum de alienando rem, iunctum cum hypotheca speciali, prohibeat in contractibus alienationem, ab ipso prohibito alienari facta, vt in hac specie gabella non debeatur: secus si quicumque alius possessor illius rei eam vendiderit, quia valet venditio, sicut cuiusque rei alienæ, & ideo ex ea venditione gabella debebitur, secundum Lassar. *d. cap. 14. num. 34.* addentem sic deberi intelligi, ac declarari, quæ de gabella, & laudemio tradit Auendan. *respons. 13 nu. 2. & 3.*

10 Ab eo autem, qui † nomine alieno vendidit aliquam rem, vt alienam, vel tamquam eius procurator, gabella exigi non potest, sed a vero domino rei venditæ; vel ab ipsa re vendita, quæ transit cum suo onere soluendi gabellam, *argumen. l. Imperatores, ff. de public. & vectigal.* vt cum Lassarta, contra Girond. probat Azeuedo, *in hac l. 1. num. 76. cum sequentib. tit. 17 lib. 9. noua Collect.* Verum in hac re latius, & verius distinguit, & resoluit Lassar. *de decim. vendit. cap. 15. num 4. cum sequentib. vsque ad nu. 9 inclusiue*, cuius dicta probo, & dicemus latius *infra quæstione 49.*

11 Dubium tamē elegans se † offert in proposito huiusmodi. Quidam credens amicum suum absentem vēdere velle rem aliquam, ea oblata occasione nomine ipsius amici absentis, atque negotium eius gerens, vendidit, astringēs se, amicum ratum habiturum, qui tunc temporis legi gabellariæ erat subiectus: postea amicus absens immunis iā factus a gabella, id ratum habuit, quæritur *quando censeatur perfecta venditio, & an gabella ex ea debeatur, & cui gabellario, vel domino pendenda sit, an existenti tempore celebrationis contractus, an uero tempore ratificationis, & cuius loci?*

12 In hoc solemni dubio primo obseruandū est, nō prius venditionem præfatam censeri perfectam, quam ratihabitio accedat: quia gestum nomine alterius, robur non tenet, nisi cum ratum habitum est, *cap. si tibi absenti, de præben. in 6. cum notatis per Tiraquell. de retractu lignag. § 1. glos. 10. num 67.* Ac proinde venditio prædicta ante ratihabitionem domini non tenebit, cum mandatum absentis, cuius nomine venditur, venditor non habuerit. *l. qui absenti, ff. de acq. poss.* cum enim ad perfectionem actus duo requiruntur, ea vltimo dicitur perfici, ac consummari, *l. quoties. C. de rei uendic. ita Alber. in l. 2. in fine princip. ff. de procur. uoluit gl. in Clem. unica, uerbo, collato, ad fin. ut lite pend. Tiraquell. ubi sup. nu. 68. Lassar. de decim. uendit. c. 4. num 24 Molina Theol. de iust. & iure, 2 tomo, disput. 337. colum. 510 in uersic. dubium est.*

13 Ex quo † primo infertur, quod gabella non debetur ex huiusmodi venditione, donec ratihabitio sequatur, ratificatione autem sequuta a domino, vtroque tempore legi gabellariæ subiecto, statim ab eo debetur gabella gabellario illius temporis, nempè, quo ratificatio fit.

14 Secūdo † deducitur, quinq; illos dies a *lege 31. tit. 19 lib. 19. noua Collection. Reg.* assignatos ad solutionē gabellæ, cō putandos esse ea tempore ratihabitionis, per quam vēditio incipit esse perfecta, & verificantur verba prædictæ l. 31. ibi: *Despues del otorgamiento, y fecha de la venta:* & non ex tempore contractus alterius nomine facti, qui interim nullus est, ita tenent Lass. *c. 3. num. 24. in versic. ex hac ergo resolutione. & Molina ubi supra, in versic. hinc quo ad alcaualam.* & primam illationem tenet etiam Azeuedo *in d. l. 1. num. 130. tit. 17. hoc lib. 9.*

15 Secundo † principaliter obseruandum in proposito, quod quando ille dominus rei, tēpore venditionis ipsius, erat subiectus solutioni gabellæ, tempore verò ratihabitionis immunis ab ea, dicendum est, eum nihilominus teneri ad solutionem gabellæ, quia licet tempore ratihabitionis,

immu-

immunia reperiatur, nihilominus tamen hoc attendendum, nec curandum videtur, sed tempus venditionis, quo tributarius erat, si quidem ratificatio sic præcedentia confirmat, vt ad priorem actum retrotrahatur in omne præiudicium eius, qui ratum habet, ac si à principio mandasset, *l. licet, ff. de iud. & in l. fin. C. ad Maced. cum simil.* & illa efficit, quod venditio censeatur facta à vero domino ratificante, non ab ipso venditore, *l. si pupilli, §. item quæritur, ibi: sed † ratihabitio fecit tuum negocium, ff. de neg. gest. l. 32. tit. 12. & ibi Greg. in gl. Quæ non, p. 5.* & vtrumque resoluit ex communi sententia Tiraq. *vbi sup. num. 64. 66. & 69.* & cum eo Lass. *d. c. 3. num. 24. in versic. & certè quo ad primum,* vbi ex supradictis hanc opinionem in terminis gabellæ, de quibus agimus, expresse tenet & probat, nempe, prædictum dominum teneri ad solutionem gabellæ gabellario, aut domino illius temporis, quo venditio præfata fuit celebrata, licet tempore ratihabitionis esset immunis à solutione gabellæ: secus esse dicit, & profitetur, *num. 25. & 26. cum seq.* si tempore ratificationis dominus rei venditæ tributarius quoque esset, non verò immunis à solutione gabellæ, quia tunc ea deberetur gabellario existenti tempore ratificationis, non vero ei, qui erat tempore venditionis, iuxta sententiam Baldi, *in l. obseruare, §. post hæc, ff. de offic. Proconsul.* & aliorum, quos refert, & sequitur Tiraq. *vbi sup. num. 70.* Præd. sententiam declarat Lass. *vbi sup. num. 28.* vt procedat, quando venditio fuit facta à principio nomine domini, quia aliàs ratificari non poterit, *l. si pupilli, §. sed si ego, ff. de negot. gest. c. ratum, de reg.*
17 *iur. in 6.* sed † tantum ad præiudicium approbantis probari: & huiusmodi approbatio non trahitur retro, sed solum operatur, vt ex nunc, & sic ac si modo vēdidisset, &c. & ita tenendum esse censeo: tametsi prædictam doctrinam sibi certè dicat non probare Molina, *vbi sup. colum. 511.* in
18 re tamen, vt vidimus, probatur, quibus † fit, vt si rei dominus immunis erat à gabella tempore venditionis celebratæ, esto, tempore ratificationis immunis non esset, gabellam non debebit, propter eamdem rationem iuris fictione ad tempus celebrati contractus, vt profitetur idem Molina, *in finalibus verbis illius disputationis, col. 512.*
19 Cuius autem loci gabellario, † aut domino debeatur præfata gabella, constat ex supradictis, & ex *l. 5. tit. 17. hoc lib. 9.* & in terminis iuxta eam tradit, & distinguit in proposito Lassar. *d. cap. 4. num. 24.* quidquid simpliciter Gironda, *6. par. de Gabellem, nu. 67. cum seqq. vsque in fin.* dicat, in præfata specie gabellam deberi tēpore contractus, & gabellario, qui tunc erat, & non tempore ratihabitionis, licet tunc perfectionem accipiat, & deberi incipiat, sed distinguendum verè est, *vt supra.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella debita ex venditione rerum per sententiam de remate, vulgò dicta, auctoritate iudicialis facta pro solutione debiti, reuocata censeatur, ita vt, & semel soluta repeti possit, reuocata postea per superiores in gradu appellationis præd. executione & sententia, & omnibus inde sequutis eligitur opinio affirmatiua, num. 2.*

Q V AE S T I O XVI.

An reuocata sententia de remate in via executiua lata, debeatur gabella, & soluta repeti possit, necne.

1 QVÆRO etiam. *An quando executionis sententia, de remate vulgo dicta, appellationis iure fuit reuocata, & omnia inde sequuta, & bona ob executionem capta, iussa sit restitui reo executato: Tales y tan buenos como eran quando le fueron tomados y executados, libremente y sin costa alguna, gabella, quæ semel ratione subsequutæ iudicialis venditionis, vt creditori satisfieret iuxta sententiam de remate, eiusq. tenorem sui debita, reuocata etiam remaneat cum ipsa executione, & sententia de remate, & si forsan soluta fuerit, repetenda sit à gabellario, vel domino, qui eam receperat, ipsiq. auferenda necne?*

In hac re D. Suar. de Paz, *in sua pract. t. tomo. 4. p. cap. 17. nu. 13.* affirmat sententiam negatiuam in fauorem gabellarij, infirmis tamen rationibus, vt patet, & probat Lassar. eis respondens *de decim. vendit. cap. 14. sub num. 61. in vers. Doctor tamen,* addens aliam fortiorem, & suo iudicio præcisam, & ineuitabilē, ob quam censet, vix obtinendum fore in ea specie, vt gabella ista non soluatur, vel repetatur soluta, nempè: quia quamuis iure appellationis, vel nullitatis intentandæ dici queat, sententiam finalis additionis fuisse suspensam, & postea per superiores iudices ratione nullitatis, aut iniustitiæ reuocatam, nullum vnquam effectum habuisse ac si lata non esset, *vt infra probabitur,* id sanè de venditione iudiciali subsequuta, vt satisfiat creditori, non obstante quacumque appellatione, & nullitate, *iux. l. 3. in fine, & l. fin. titulo 21. lib. 4. Noua Collect. Reg.* dici non potest, quia iuridice, & ex forma legis Regiæ celebrata est, ac proinde dici non potest, quin valida semel fuerit, & gabellæ locum fecerit, quidquid postea per superiorum sententiam rescindatur, ne iuste prouocanti nocere valeat, iuxta text. *in l. cum ex caussa, ff. de appellat.* ac proinde, cum venditio ista retro non resoluatur, aut nulla fuisse declaretur aliquo iure, sed ex nunc potius rescindatur, & reuocetur, id sine præiudicio gabellarij, vel fisci intelligendum est, vt damnum male exequētis cedat, quia sufficit semel legis gabellariæ conditionem extitisse, quamuis non duret; quam opinionem sequitur etiam simpliciter Gironda, *de Gabel. 5. par. in princ. nu. 57.*

2 His nihilo secius non obstantibus, contrarium verius esse censeo, & tenendum in praxi; immo quod in præmissa specie gabella non debeatur, & soluta repetatur executoria lata, qua executio, & omnia inde secuta reuocantur, & annullantur, præcipiendo, quod bona capta liberè sine expensis reo restituantur. Primo, quia hæc venditio nunquam fuit firma, nec iure valida, sed potius reuocabilis, quatenus de facto processit, eius valore in suspenso existēte, sicut, & ipsius executionis, tametsi propter eius fauorem, & vt celerius satisfiat creditori, sententia de remate præstita fideiussione retractus, vt aiunt, iuxta formam l. Toleti executioni tradita, & mandata sit, & creditori satisfactum, quousquā per superiores iudices super ea re, quid iuris esse debeat, stabilitum vltima sententia fuerit. Ergo cum postea reuocantur, & annullantur omnia supradicta per iudices supremos, iam constat perperam exequutum, ac processum fuisse in eisdem, ac proinde bona libere restitui iubentur sine expensis reo, ac si a principio executio, & omnia inde sequuta facta non fuissent, rescinduntur. Ergo, & annullantur, non prout ex nunc, sed potius prout ex tunc, vt patet: si quidem, bona restitui iubentur talia, & ita bona, vt existebant tempore executionis, eorumq. captionis, liberè, & sic cum expensis, fructibus, & redditibus illo medio tempore perceptis, & cum hoc cessant fundamenta contraria, & ratio illa, quæ præcisa, & ineuitabilis videbatur Lassar.

Lex ergo *1. tit. 17 lib. 9.* de venditoribus loquens, vt soluant gabellā de ijs venditionibus intelligenda est, quę a principio validæ, & perfectæ omnino sunt, & sic quoties legis gabellariæ cōditio semel extiterit, quamuis postea alia ratione, vel nulla caussa ab ipso tamen contractu venditionis non orta, non duret, & reuocetur: attamen in proposito, de quo agimus, a principio peccauit executio, & venditio iudicialis, & est latens hoc vitium quousque fuit declaratum per sententiam superiorum in rem iudicatam transactam, qua omnia annullantur: Ergo venditio prædicta, a principio fuit nulla: si fuit nulla, minime ex ea gabella debetur.

Secundo hæc eadem sententia aduersus præcitatos authores eo conuestitur fundamento, quod appellatio subsequuta effectum sententiæ latæ suspendit, sue; extinguit, *iuxta l. fi. §. fin. ff. ad Turpillian. & l. furti, ff. de his qui not. infam.* & quæ cōmuniter notant Canonistæ *in rubr. de appel. & in c. venientes, de iureiur.* Et quāuis iure Regio executiuæ sententiæ de remate in caussis executionis per appellationē, & nullitatē propositam non suspendatur, id ideo p̄cipitur, ne ob malitiosas allegationes, & dilationes rei

differatur solutio deberi liquidi ex confessione clara facta in iudicio, vel in instrumento guarentigiato publico contenta, aut chirographo in iudicio recognito, vel mãdato iudicis, vel in litteris exequutorijs contenti, & sic in fauorẽ creditorũ: reuocabiliter tamẽ, quia nõ ob id impeditur, satisfacta prius parte, & præstita ab eo fideiussione retractus effectus est deuolutiuus appellationis; Ergo si appellatio prodest appellanti quo ad ipsam exequutionem principalem, & subhastationem iudicialem virtute sententiæ de remate factam, prodesse quoque debet, quo ad gabellam inde à debitore prætensam, vt hæc quoque non soluatur, & soluta repetatur, nec etiam eam debet creditor, licet in culpa fuerit propter executionem male petitam; siquidem nulla fuit, & ex venditione nulla, gabella à neutra parte debetur, ut non semel in hoc Opere docuimus, sic etiam nec decima hoc casu exequutori debetur, secundum Auendan. *in 1. parte, cap. 17. prat. num. 10. versic. quæ dicta sunt*, & ceteros nostri Regni authores. Et ita semper iubetur in sententia superiorum iudicum, cum huiusmodi exequutio reuocatur, & annullatur: præcipitur enim in ea, quod bona capta propter exequutionem libere restituantur reo sine expensis, & iuribus exequutionis, & tunc creditor in eis nõ condemnatur. Tandem sententia de remate, quæ non obstante appellatione, vel nullitate exequitur, semper habet vim à principio, & trãsit eius exequutio cum illo onere, & vitio, morboq. interiori reuocationis, & annullationis fiendæ per superiores, si hoc ius dictauerit, ac proinde, nil mirum, si gabella in nostra specie non debeatur, declarata postea iniustitia, & nullitate exequutionis, & sententiæ de remate.

Et in eisdem ferè terminis hanc nostram sententiam probauit etiam Abb. *consil. 69. incip. Christi eiusq. Matris, lib. 1. Socin. consil. 76. volum. 1.* quem refert, & sequitur Ægidius Bossius, *in titulo, de vectig. pro quibus rebus soluat.* & meminit Alciat. *in l. cœpisse. ff. de verborum significat. Tiraquell. de vtroque retractu, titulo 2. § 6. glos. 2. numero decimoseptimo.* & sequitur ac probat aduersus D. Paz Lassar. *d. cap. 14. num. 61 per totum*, tametsi (vt prædiximus) postea dicat, quod etsi hæc vera sint, vix tamen obtinebitur, vt gabella ista non soluatur, propter rationem ab eo excogitatam, quam supra retulimus, & sufficienter sustulimus: quare destructo eius fundamento, corruit suũ ædificium, argumento text. *in c. cum Paulus, 1. quæst. 1. cum simil.* ac proinde remanet defensa à nostro vera, & tenenda sententia.

SVMMARIA.

1 *Gabella, an, & quando debeatur ex venditione eo pacto facta, vt ex ea scriptura fiat? & numeris sequentibus, præcipue numero 6. cum sequentibus. Idem seruandum est in permutatione, eodem pacto facta, vt in numero 11.*

2 *Pænitentiæ locus quando sit in venditione de qua conuenit, vt de ea fiat scriptura*

3 *In dubio quando non constat, an statim partes voluerint habere pro perfecto contractum venditionis ante scripturæ confectionem. Standum est decisioni l. 6. titulo 5. parte 5. præcipientis, vt locus sit pænitentiæ. Fallit, quando ex coniecturis aliud apparet, vt hic, & in numero 4. nempè, traditione rei, vel solutione pretij facta statim, vel ex interuallo.*

5 *Conuentio partium post venditionem mutuo consensu celebratam, quod fiat de ea scriptura, non suspendit contractum, sed solum ad maiorem firmitatem, facilioremq. probationem id factum intelligitur, ac proinde non licet pænitere ante scripturæ confectionem & num. 6.*

7 *Quinque dies à lege Regia assignati ad soluendam gabellam, non currunt, nisi à die confectæ scripturæ, quoties de ea facienda conuenit, & cui gabellario debeatur tunc gabella.*

8 *Partes antequam fiat scriptura conuenta de venditione, licite possunt pænitere, etiam quacumque earum altera inuita, & etiam inuito fisco.*

Gabella, confecta scriptura non debetur ab eo qui tunc erat immunis à solutione eius, licet tempore venditionis de qua scriptura conficienda conuenitur, esset tributarius, d. num. 8. ad finem.

9 *Gabella statim venditione facta debetur gabellario illius temporis ante confectionem scripturæ, in casibus in quibus non est licita pænitentia, ante confectionem scripturæ.*

10 *Alphonsi à Vega opinio declaratur.*

11 *Gabella, an, & quando debeatur ex permutatione de qua conuenit, vt fieret scriptura. & num. 12.*

13 *Permutatio an hodie per traditionem rerum irreuocabilis fiat? & num. 14.*

15 *Gabella ex venditione purè celebrata absque mentione scripturæ, debetur in loco contractus, licet alibi scriptura fiat.*

16 *Gabella ex rebus venditis in nundinis liberis à gabella, non debetur, licet instrumentum, vel traditio fiat extra nundinas, & num. 17.*

18 *Gabella venditionis de qua debet ex confectione confici scriptura, debetur in loco vbi scriptura fuerit confecta.*

19 *Gabella ex venditione purè facta absque scriptura, intercedente tamen arrha, ex quo tempore debeatur, & cui gabellario. & quando dicatur perfecta ea venditio, & an in ea locus sit pænitentiæ, & num. seqq.*

QVAESTIO XVII.

De gabella debita ex contractu venditionis, eo pacto celebrata, vt de ea fiat scriptura, an debeatur interueniente arrha.

1 QVæro etiam: *An, † & quando, & cui gabellario debeatur gabella ex venditione facta eo pacto inter partes, vt de ea scriptura fiat, & sicut in scriptis venditio fiat.*

Veritas huius quæstionis dependet a decisione alterius difficilis, an stante hac conuentione, possint partes pœnitere ante confectionem scripturæ, necne? quam latissimè examinauimus. *lib. 3. Practicar. Quæstionum, quæst. 94 per totam* † vbi tandem *num.* 21. relatis aliorum opinionibus, resoluimus, tunc demum pœnitentiæ esse locum in specie præmissa, ante confectionem scripturæ, *iuxta l. 6. tit. 5. p. 5.* quando ex modo contrahendi colligeretur expressè, vel ex coniecturis arbitrio boni viri, partes omninò non habuisse pro absoluto contractum ante confectionem scripturæ, nisi in contractu, de quo agitur, essent plura pacta, & capitula, de quibus difficilè inter partes conueniri posset, nisi facta scriptura, vt in conuentione pacis, & similibus: secùs verò, quando constaret ex modo contrahendi, perfectam omninò fuisse venditionem, tametsi scripturam de ea esse conficiendam partes conuenerint; & hoc stante *l. 2. incip. Pare ciendo que alguno se quiso obligar. tit. 16. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* & sic in casu limitationis eiusdem *l. 6. Partitæ*, Gregorij Lopez ibidem *glos. 1. in fine, & in glos. sequenti.* Quam limitationem semper in praxi probauimus, & iuxta eam consuluimus, & affirmauimus *d. quæst. 94. num. 23.* allegando etiam prò ea Decium & Didac. Perez, & nouissimè eam tenet Molina Theolog. *in 2. tomo de iust. & iure, disput. 337. colum. 504. ad fin. & in principio columnæ sequentis, & iterum disput. 37. colum. 955 in versi. sicut quando*: vbi idem probat in permutatione, sicq. sunt conciliandæ duæ opiniones contrariæ, de quibus per nos *vbi supra, num. 11. cum sequentibus.* & per Azeuedo, *in leg. 1. num. 124. cum sequentibus, tit. 17. hoc libro nono.*

3 Addimus nunc † nouè pro maiori declaratione huius articuli, quod in dubio, quando non constat, an statim partes voluerint habere pro perfecto contractum ante scripturæ confectionem, necne? standum esse decisioni

d. l. 6.

d. l. 6. tit. 5. par. 5. quæ expresse & in individuo generaliter decidit, quod ex eo solum: *Que el comprador dize al vendedor: Quiero se a desta vendida carta fecha, vendido non es consummata, basta que se a fecha la carta è otorgada, y que antes desto se puede arrepentir qualquiera della*: ex hoc tamen non excluditur limitatio Gregor. Lapez ad illam l. ut ipsa non procedat, quando aliquibus coniecturis constaret de intentione partium, nempè, quod noluerint per hoc in scriptis contrahere; sed voluerint scripturam tantū ad probationem. sequitur Lassar. *de decim. vendit. cap. 3. num. 14.* & Molina *in t. loco supra citatus*, & probare quoque videtur Gironda, *de Gabell. 5. p. in princip. num 17.* dū limitat, quando res non esset integra.

4 Hanc tamen limitationem † veram intelligit Lassar. *ubi supra, num. 17.* ubi statim sine longo intervallo cum de re, & certo pretio conventum fuit, res traditur, vel pretium soluitur: secus verò si ex post facto ante scripturæ confectionem traditio rei, vel solutio pretij fit, quia cum iam à principio conditionalis remanserit venditio in scriptis celebranda, non purificabitur donec scriptura fiat, ut inquit considerasse Montalu. *in l. 3. in glossa, ante que el pretio, tit. 10. lib. 3. for.* cuius in hoc declarationem probare non possum, cum videam utroque casu, nempè, sive a principio, hoc est, statim traditio, vel solutio fiat, sive ex post facto, constet æquè de intentione partium, scilicet, scripturā fieri voluisse de venditione ad probationem tantum, non verò pro substantia venditionis, cum ex implemento ipso ante confectionem scripturæ facto incontinenti, vel post, ea mens fuisse a principio, aperiatur, ubi de contraria voluntate, aut mente non constat, ad probationem potius, quam pro substantia voluisse scripturam esse conficiendā.

5 Quinimmò, omnes conveniunt, † quādo post emptionem, & venditionem mutuo consensu celebratam, partes de scriptura ea de re conficienda agunt, ut conveniunt, id non suspendere contractum, sed solum ad maiorem firmitatem faciliorem q. probationem de scriptura agere, & inde fit, ut ante talem scripturam neutri fas sit recedere a contractu illo, mutuo consensu perfecto, ut affirmat Mol. d. col. 504. *vers. omnes autem*, & probavimus nos *ubi supra, num. 3. Anton. Gomez. 2. tomo variar. resolut. cap. 2. num. 17. & cum alijs Azeuedo, in d. l. t. nu. 123. tit. 171. hoc lib. 9.*

6 Hac igitur secunda † quæstione decisa, nostra prima principalis quæstio circa gabellam, eodem modo, & iuxta decisionem secundæ resolvenda est; nempè, ut quibus casibus diximus, partes posse pœnitere ante confectionem scripturæ, ubi de scriptura facienda à principio convenit, gabella ex ea venditione non debeatur, donec scriptura fiat, quia antea nullatenus perfecta venditio est. Hinc est

7 † quod quinque dies solutionis huius gabellæ non currēt similiter, donec scriptura fiat. Nec præterea, hæc gabella debebitur gabellario tempore venditionis, sed ei gabellario, vel domino, qui tempore instrumenti confecti extiterit, ut in terminis probavit Anton. Gomez. *2. tomo variar. resolut. cap. 2. num. 17. vers. tertio infertur, & Lassar. d. cap. 3. num. 13. & num. 24. versic. quod idem, & ante eos Bertachin. de Gabell. in 3. membro 8. partis princip. quæst. 43. nu. 67. & sequitur Giron. de Gabell. 5. parte, in princip. num. 18.*

8 *cum sequentib.* † Addit Lassar. *d. cap. 3. num. 3.* quod interim, antequam scriptura fiat, licitè poterunt partes, vel quæcumque earum à contractu recedere, altera inuita, & etiam inuito fisco, *secund. Anton Gomez. ubi supra, in versic. ex quibus infertur, & Molina, ubi supra, d. colum. 504. versic. quæ dicta sunt, & colum. 505. versic. quando*, & supradicta probat etiam Azeuedo, *in l. 1. nu. 120. cum sequentib. titulo 17. hoc lib. 9.* Ex quo etiam infert Molina *ubi supra*, quod si tempore scripturæ confectæ venditor immunis erat ab eo tributo, illud non debeat, esto tempore conventionis immunis non fuerit.

At per contrarium ubi iuxta supradicta, & resoluta par

9 tes ante † confectionem scripturæ pœnitere non possunt, gabella statim ex ea venditione debetur gabellario illius temporis soluenda, non verò cum scriptura conficitur, nec gabellario tunc existenti, ut inquit, tam se iudicasse contra Ducem del Infantado, eiusq. sententiam per superiores iudices confirmatam fuisse, Lassar. *ubi supra, num. 15.*

10 Hinc intelligēda † & interpretāda venit opinio quædā Alphōsi a Vega *l. 5. sua Sum casu 660.* (ne illā damnemus tamquam indigestam, & minus cautè prolatam) asserentis, quod licet venditio in particulari fiat absque officio publico, hoc est, tabellione, debetur gabella, dummodo res vendita sit penes emptores, ex Navar. quem citat. Hæc namque assertio intelligi necessariò debet, quando nulla conventio intervenit de celebranda scriptura, tunc namque statim perfecta venditione debetur gabella, non expectata traditione, *ut alio capite resoluimus supra*. Cæterū si convenerit de celebranda scriptura venditionis, servanda est distinctio, quam supra fecimus.

11 Idemq. est in † hac specie dicendum in permutatione, quod in venditione, & reliquis contractibus, quo ad effectum scripturæ attinet, ut probat text. *in l. contractus, ibi: venditionum, & permutationum, C. de fide instrum. & ibi DD. communiter*, ut cum eis, & Lassar. affirmat Molina, *ubi supra, disput. 397. colum. 955. in versic. sicut quando*: nō ergo debebitur gabella ex ea permutatione, donec scriptura plenè fiat, quoties de ea facienda actum fuit in ipsa permutatione, & tunc ei gabellario debebitur, qui tempore quo scriptura fuerit confecta extiterit, ad instar venditionis, nisi ex aliquibus coniecturis appareat, partes ad solam probationem, non ad contractus permutationis substantiam scripturam desiderasse, ita rectè probavit Lassart. *de*

12 *decim. c. 17. num. 49.* † ubi *num. 50.* affirmat, evidentem coniecturam esse in proposito, si in permutatione præter traditionem rerum, sit soluta gabella gabellario, ad hoc, ut censeatur eos per mentionem scripturæ conficiendæ, non intendisse suspendere contractum, sed solum ut ad probationem, maioremq. securitatem scriptura fieret, ita *tenet Lassar. & Molina, ubi supra*. Unde secundum eosdem, nec partes in hac specie pœnitere possunt ante confectionem scripturæ, nec si pœniteant gabella repeti poterit, nec si postea scriptura fiat, gabellarius, aut dominus eius temporis confectionis, scilicet scripturæ, quidquam petere poterit, vel prætendere contra gabellarium, qui erat tempore contractus, aut contra hæredes prioris domini circa illam gabellam, quæ semel tamquam ex perfecto contractu soluta est, licet a principio convenerit fieri de eo scripturam, cum per solutionem gabellæ statim factam, videantur partes non tam ad substantiam, quam ad solam probationem scripturam requisisse. Addit Lassar. *ubi supra*, quod ita iudicavit in causa nō levis quantitatis inter eumdem Ducē del Infantado, & hæredes Marchionissæ del Cenete eius matris, & gabellarios ab eo ius ex conductione habentes.

13 Non tamen † sufficeret (secundum Lassar. *d. cap. 7 nu 49.* & Molina *ubi supra, colum. 955 in versic. admonet verò*) quod statim a permutantibus rerum traditio facta sit, nisi gabella quoque gabellario soluatur: prout aliàs sufficere in venditione ad scripturam cōtractā dictum est, quia hoc locum non habet in permutatione: quia cum ex natura sua re contrahatur, initium ipsius est rei traditio, quæ tamen in venditione consummata quædam perfectio est. *ut in l. 1. ff. de rerum permut. ibi, re tradita initium obligationis præbet*, atque ita ex traditione, quæ necessaria est ad initium contractus, secūdum suam naturam, nihil novi cōiectare licet, quo ad scripturæ effectum, prout aliàs rectè conijcitur in venditione, eo quod solo consensu ex natura sua perficitur, nec traditionem requirit, *iuxta l. 2. ff. de contrah empt.*

14 Hanc tamē † opinionem ex eo probare non possum, cū stam iuxta veterem, & receptiorem sententiam hodie attenta *L. 2. tit. 16. lib. 5. Nova Collect. Reg. incip. Paresciendo que uno se quiso obligar*, in contractibus innominatis, do, ut des, &c. prout est contractus permutationis, non esse locum pœnitentiæ, etiam ante traditionem, ut resoluimus in nostro tractatu *de Iuramento Confirmatorio, 1. par. cap. 35. num. 1.* Ergo licet permutatio verbis hat, ex pacto, ut ex ea scriptura conficiatur, si statim facta conventione res tradantur, proculdubio conijci potest, sicut in venditione diximus, partes permutantes scripturam desiderasse ad

probationem, & titulum suorum contractuum, non vero ad eorum substantiam, cum res tradiderint sibi inuicem, & inde contractus permutationis de sui natura ad perfectionem irreuocabilem traditionem non requirat: quo fit in permutatione ad scripturam conuenta, traditis rebus ante scripturę confectionem, gabella debeatur gabellario illius temporis, non vero illi, qui tempore scripturæ celebratæ gabellarius existit.

15 Quod si partes † in contractu venditionis, scripturæ non meminerint, sed venditionem simpliciter celebrauerint in Ciuitate, in alia vero instrumentum de ea confecerint, debebitur gabella in loco contractus, non vero in loco, vbi instrumentum postea fuit confectum, stante statuto, quod de contractu soluatur gabella, vt præcipit, & decidit nostra *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* secus si statutum diceret, quod de instrumento soluatur gabella, *ita Firmian. de Gabell. 6. p. num. 5. & alios allegans Girond. de Gabel. 6. p. num. 21.*

16 Vbi † etiam, quod si contractus celebratus fuerit in nundinis liberis a gabellis, & instrumentum, vel traditio fiat extra nundinas, tantum erit animaduertendus locus, & tempus contractus, non tempus instrumenti facti, ex Baldo, *in l. 1. num. 4. C. de nundin & alijs, quos ibi allegat.* Confirmatur hæc sententia ea doctrina Baldi *in l. vniuersa, in fine, C. de precib. Imper. offerend.* quem in proposito refert
17 & sequitur Firmian. *vbi supra, d. num. 5.* † tenentis, quod pro solutione gabellæ debet inspici locus celebrati contractus, non vero locus rememorati contractus, quæ rememoratio fit per instrumenti confectionem de eo quod alibi fuit inter partes conuentum, & consulo, quod ita fiat, & non aliàs ad euitandas lites: quòd si contractus venditionis a principio celebratus fuit sub conditione, vel cõ
18 uentione, † quod de eo fieret scriptura in casibus prędictis quibus aliàs possunt partes ante scripturę confectionem pœnitere, & postea fiat scriptura in alio loco, ibi, & non in priori debebitur gabella, vt prędiximus. secus si scriptura requisita fuit tantum ad probationem, non vero ad substantiam contractus, vel vbi partes pęnitere nõ possunt ante confectionem scripturæ, vt constat ea supra dictis.

19 Sed si venditio † pure celebrata sit absque scriptura, erra tamen intercesserit, dubium est, *an ex tempore contractus venditionis gabella debeatur domino, vel gabellario tunc temporis existenti, vel expectãdum sit aliud tempus.*

Hæc quæstio etiam pendet a decisione alterius, *a quo tempore, scilicet, prædicta venditio perfecta esse videatur, & sit?* Qua in re variæ sunt iuris peritorum sententiæ, & opiniones circa hoc, nempè, qualiter possit quælibet pars a contractu recedere, & ad quid teneatur, vt refert An-
20 ton. Gomez. 2. *tomo variar. resol. cap. 2. nu. 18.* † concludens esse tertiam sententiam, quam in practica seruari dicit Salic. *in l. contractus, §. illud, num. 14. C. de fide instrum.* scilicet, quod quælibet pars possit licite a venditione recedere, & tantum perdat arrham, quam dedit, vel duplicatam reddere, quam recepit, ex *l. 7. tit. 5. par. 5.* vbi notat Greg. Lopez *in gl. verbo, Despues,* & bene Molina, *de iust. & iure, 2. tomo, disput. 338. col. 513.* Nõ tamẽ explicat Anton. Gomez. an interim eo casu prædicta venditio tenuerit, & perfecta sit: sed hoc declarat Didac. Perez, *in l. 2. tit.*
21 *7. lib. 5. Ordinam. pag. 139. col. 2.* dicens, † eo casu statim a principio perfici venditionem, ac si pure sine arrha contracta foret: etenim arrhæ datio id solum operatur, vt quicumque sine altero ex contrahentibus possit mutato consensu sub sola arrhę amissione distrahere: quia sic tacite inter eos actum videtur, vt ea pœna contenti sint, prout notant Greg. Lop. & Molina, *vbi supra,* post Azor. Salic. Anton. Gom. & pd. l. Regiã Partitę, id quod ipsamet lex 7. aperte significare videtur, ibi: *E nõ valdra despues esta vẽdida:* Innuit ergo eã, a principio tenuisse, quamuis arrha data fuerit: quia pura est, licet si postea mutato alterius cõsensu id potterũ distrahatur. Debetur igitur gabella a principio ex hac vẽditione, quia pura est, & tũc contractus debetur, quia perfectus est, si nulatque inter partes de certo pretio cõuenit. Vnde quamuis arrha amissa, quilibet ex cõtrahẽtibus a venditione recedat, non ideò minus gabella debebitur, quę semel fisco vel gabellario ex venditione perfecta, quæsita est: licet enim verè venditio distrahatur ea tacito partium pacto ab initio præsumpto, atque ex mente contrahentium collecto ea sola datione arrhæ, vt præmisimus, non quidem in præteritum resoluitur, sed in futurum rescinditur ex *d. l. 7.* Regia in verbis supra relatis, ibi: *Despues.* Ergo firmũ remanet gabellæ debitum à principio contractus, sicut contingit in pacto expresso de retrouendendo, quia licet id postea in executionem deducatur, nihilominus ex prima venditione rei prædicto pacto adiecto facta, debetur, & soluenda est gabella, nec soluta repetitur: tametsi postea res retrouendatur, *vt suo loco resoluimus supra sua quæstione,* & in terminis nostræ quæstionis da arrha ita resoluit Lessar. *de decim. vend. c. 3. num. 18.*

22 Sed hæc sententia † vera minimè quidem videtur, nec est: quoniam eo ipso, quod tradita arrha iuris dispositione permissum est à contractu discedere, suspensa videtur venditio ab initio, vt perfecta non censeatur, quousque traditio sit facta, sed fas vtrique contrahentium sit, illi nõ stare amittendo arrhæ valorem, nec hoc sanè est rescindere, & reuocare contractum, sed illi non stare, tamquam infirmo adhuc ad obligandum. Accedat præterea, quod cum de iure huius Regni venditor teneatur soluere integrum gabellæ tributum, vt *in sæpe allegata l. 1. titulo 17. hoc lib. 9.* durum esset, emptore non stante contractui, iure id illi permittente contra venditoris voluntatem, teneri nihilominus vẽditorem soluere hoc tributum integrum, quod esse poterit longè plus quam arrha, quam emptor amittit, quibus fundamentis hanc secundam sententiam aduersus priorem Lassar. tenet, & probat Molina, *vbi supra, colum. 514. versic. verum est, ibi: Hac sententia mihi non probatur,* hanc secundam sequitur etiam contra Lassar. dicens, male ipsum tenuisse priorem, Azeuedo *in d. l. Regia 1. num. 91. tit. 17 hoc lib. 9.* nec tenendo hanc sententiam obstent verba *d. l. Regia 7. tit. 5. p. 5. sup.* pro priori parte expensa, ibi: *E non valdra despues esta vendida:* quia verum est tunc, & sic postea declarari non valituram præfatam venditionem, sed ex pacto tacito partium, iuncta iuris dispositione à principio suspensa videtur, et proinde perfecta nõ est, quousque traditio sit facta: nec exemplum de pacto de retrouendendo supra adductũ pro priori parte, quidquam vrget, quia in eo prima venditio perfecta semper mansit, & secunda ea pacto postea celebratur: At in nostra specie secùs est, vt prædiximus.

23 Limitatur tamen † hæc nostra verior, & tenende sententia, & contraria saluatur, vt procedat prima opinio cũ arrha datur non tantum pro signo, sed insuper, & pro parte pretij, tunc namque cum nulla pars possit discedere à præd. venditione, iuxta *d. l. 7. ad fin.* non mirum est, quod debeatur gabella ex tempore contractus, *vt notat Greg. Lopez in d. l. 7. in glos. E al precio, & Anton. Gom. d. num. 18. ad fin. & est l. 2. tit. 10 lib. 3 Fori, vbi Montalu in glos. Partida de precio, Ioan Oroj. in l. iuris gentium, §. adeo, num. 7. & 8. ff. de pact. Gironda, de Gabell. 5 par. in princip. num. 18. & 19. & Michael Salon, de iust. & iure, cap. 191. col. 454. versic. tertio nota, cum sequentibus, Vega, vbi infra citabitur, sequitur Azeuedo, vbi supra, num. 92.* vbi *num. 93.* rectè obseruat, quod in primo casu cum datur arrha pro signo, si nulla ex partibus discedat à venditione, debebitur gabella gabellario, qui erat tempore contractus, non verò tempore traditionis.

Non ergo authores prædictos, aut aliquem eorum vidit frater Ludouic. Lopez, *in 2. par. sui Instruct. conscient. cap. 41. quæst. 4. vbi* fatetur, se non inuenisse hoc expresse, apud aliquem Doctorem, quem refert Vega *in sua Summa, lib. 5. casu 632. ad finem,* dicens, non esse clarum hunc casum in iure, nisi consuetudine introductum sit, quod possit in hac specie peti gabella.

SV M-

S V M M A R I A.

1 *Gabellæ quo ad solutionem rei venditæ, quanti Titius, vel alius æstimauerit, cuius temporis habenda sit ratio, an cõs tractus, nel æstimationis factæ; & numeris sequentibus, vbi resoluitur tempus æstimationis attendendum esse, nõ vero tempus contractus, & nu. 5. quo ad diuersos gabellarios exemplificatur.*

3 *Moriente illo, qui pretium venditionis æstimare debet, nulla venditio est, nullaq; gabella debetur, quod si viuat, & differat æstimare, an compelli possit ad petitionem fisci gabellarij, vt pretium definiat? supra nu. 4.*

6 *Gabella non debetur ex venditione facta ad beneplacitum emptoris, si postea displiceat.*

7 *Venditio ad beneplacitum emptoris, arbitrio boni viri contracta intelligitur & statim declarare debet emptor, quod sibi placet, si indeterminate ita vendatur, si tibi placet; nec sufficit, quod die sequenti dicat, sibi placere, vt in numero 8. Sed si ita dicatur nisi displicuerit, intra sexaginta dies displicere debet, vt in num 9 nec hoc sufficit, nisi intra dictos sexaginta dies rem restituat, vt in numero 10.*

11 *Venditio earum rerum, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, an sit pura, vel conditionalis. & numeris sequentibus.*

12 *Gabella ex venditione rerum, quæ in pondere numero, vel mensura consistunt, primo gabellario debetur existenti tempore venditionis, non vero secundo, qui existit tempore ponderis, numeri, uel mensuræ, d num. 11. & interim non est locus pœnitentiæ, ut in nu. 12.*

13 *Gabella ex uenditione rerum, quæ in pondere, numero, uel mensura consistunt, peti non potest ante pondus, numerũ, uel mensuram, sed postea, quia conditionalis est hæc uenditio, & imperfecta.*

QVAESTIO XVIII.

De venditione quanti Titius æstimauerit, vel ad pondus, numerum, vel mensuram.

1 QVæro: *celebrata † uenditione, quanti Titius, vel alius æstimauerit, cuius temporis habenda sit ratio ad debitum gabellæ, an contractus, vel æstimationis factæ: Quod magni momenti est in praxi, vt si forte contingat, quod tempore conuentionis vnus gabellarius sit, aut gabellæ dominus tempore autem pretij definiti alius existat, an, scilicet, primo gabellario, vel domino gabella debeatur, & soluēda sit, qua si impleta conditione, venditio fuerit retrotracta ad tempus contractus, an vero huic secundo debeatur, quasi tunc venditio perficiatur, cum pretium definitur, prout de venditione in scriptis celebrata supra c. præcedenti resoluimus.*

Et videtur primo domino, vel gabellario deberi, quasi huiusmodi venditio conditionalis sit, vt probat tex. in §. *pretium, Instit. de empt. & vendit. & l. fin. C. de contrahenda empt. ibi sub hac conditione staret contractus*, id, quod libenter fatetur Angel. *in d. §. pretium, in princip. in versic. nota, quod talis emptio*, & indubitabile esse dicit Philip. Corneus, *cons. 50. littera A. num. 2. in fine, lib. 1.* ac proinde pretio æstimato retrotrahitur conditio ad tempus contractus, & debetur gabella ex eo contracta domino, seu gabellario illius temporis, non vero existenti tempore impletæ conditionis, prout in contractibus conditionalibus resoluimus supra suo loco.

2 Nihilominus tamen † in præmissa specie contrarium censeo, & probo, nempè secundo gabellario, vel domino deberi gabellam, non vero primo, quia in specie illorum iurium nulla est conditionalis venditio, quæ definito pretio, ad tēpus cōtractus possit retrotrahi, quin potius incepta quędā venditio est, quæ tunc temporis perficitur, & consummatur, cum de certo pretio per tertij definitionem constare incepit: Etenim, dum de re, & certo pretio non omnino cōsistent, perfecta, seu contracta venditio esse non potest, vt in principio *Instit. de empt. & vendit. & l. 2. ibi: sine pretio nulla venditio est, ff. eodem tit. & in d § pretiũ autem, ibi tunc omnino, & ibi tunc pro nihilo, & clarè in l 9. tit. 5. par. 5. ibi: Es tonce*, quę dictio extremitatem temporis significat, *l. 4. §. fin. vbi glos. & DD. ff. de condit. & demonstrat.* & in terminis nostræ gabellæ ita resoluit Laffart. *de decim. vendit. cap. 3. numero 19 & 20.* vbi respondet iuribus in contrarium allegatis, nempè, solum dici in eis sub hac conditione stare contractum, vt si Titius æstimet pretium, venditio sit: sin autem non æstimet, nec pretium declaret, nullo modo contrahitur venditio, ac proinde videri in ea conuentione, conditionalem venditionem esse: non autem dicitur, nec verè dici potest, quod interim, dũ pretium definitur, & declaratur, aliqua venditio sit verè contracta, vt verè contrahuntur conditionales venditiones, *iuxta notata per ipsum authorem, cap 5.* Addimus nos in præmissa specie nostra, vēditionem esse nullo modo cõditionalem, prout esset, si ita contraheretur: vendo tibi hanc rem si nauis ex Asia venerit, vel similiter: sed pretium venditionis relinquitur definiendo iudicio tertij, quod est diuersum, & sic non obstant, quæ de venditionibus propriè conditionalibus supra alio cap. in contrarium resoluimus. Nec huc pertinet, quod ibidem etiam asseruimus de fine habente necessariam consequentiam ad principium, quia in nostra hac præsenti nulla fuit venditio a principio, vtpote sine pretio, ac proinde tunc vere uenditio celebratur, cum tertius, cuius iudicio pretium definiendum relinquitur, illud definierit, & ideo merito præmissam sententiam Laffar. sequitur Gironda, *de Gabell. 9. par. §. vnico, numero 27. pag. 194.* & optime probat Molina Theolog. *2. tomo de iustitia, & iure, disputatione 337. col. 506. versic. sunt vero*, & Azeuedo, *in d. l. 1. numero 128. cum sequentib tit. 17. hoc lib. 9.*

3 Quod si tertius † ille moriatur ante definitionem pretij, nulla uenditio est, *vt in d. l. 9.* & gabella non debebitur, † quod si uiuat ille tertius, & partes non curant vt pretium definiat, an possit compelli ad petitionem fisci eius fauore, uel gabellarij, quod pretium definiat, ut contractus perficiatur, & sibi soluatur gabella, agit pro, & contra Baldus, *consil. 444. per totum, volum. 4.* & tandem resoluit, quod gabella non debet solui, sed debet eis defectu iuramentum purgationis, quod nihil simulauerint in præiudicium gabellæ, quem referunt Ægidius Bossius *in sua practica criminis titulo de Vectigal. quod soluitur ex contractu, nu. 4. pag. 691.* & Laffar. *d. c. 3. nu. 21.* & Azeued *ubi sup. n. 150.*
4

5 Similiter, si tempore † pretij definiti, priuilegio aliquod exemptionis fuerit uenditor assequutus, quod non habeat tempore contractus, uel econtra, ultimum tempus erit necessario attendendum ad iudicandum, an debeat soluere gabellam ex eo contractu, uel non, ut qualis eo tempore uenditor reperiatur, talem eum ad gabellæ solutionem iudicemus, idemq; erit in ea uenditione, quæ per scripturam contrahitur *ex supra resolutis*, & in terminis in utroque ita rectè probat Laffar. *d. cap. 3. nu. 22. & 23.* & Azeuedo, *vbi supra, num. 129.*

6 Illud autem obseruandum est † quod uenditione rei facta ad beneplacitum emptoris, si postea rēs emptori displiceat, proculdubio ex ea uenditione gabella non debetur, ut rectè probat Laffart. *de decim. vendition. cap. 14. num.*
7 *30.* † addens, quod ea uenditio arbitrio boni uiri committi intelligitur ex Bart. *consil. 166. nu 2. & consil. 168 nu. 3.* & Abb. *in cap. 1. nu. 22. ad finem, de iudic. & facit l. Thais.*
8 *§ sorore. ff. de fideicommiss. lib.* † Et quod si indeterminate ita uendatur, si tibi placet, statim placere debet, nec sufficit, quod die sequenti placeat, *vt per Gregor. Lopez. in l. 8.*
9 *gl. fin. tit. 11. par. 5.* † Si uero sine præfinitione quocumq; tempore dictum sit ita, nisi tibi displicuerit, intra sexaginta dies displicere debet, *l. quod si nolit, §. si quid ita ff. de ædil. edict. & notat Anton. Gomez in 2 tomo variar. c. 2. nu. 19.* quæ omnia sequitur Azeued. *in d l. 1. num. 137. cum se-*
10 *quentibus*, † addens *nu. 139.* non sufficere dicere intra illos sexaginta dies, quod sibi displiceat, nisi & rem restituat intra illos, secundum Laffar. *in l. si quis arbitratu nu. 24 ff. de verbor. obligat.*

11 Illa autem principalis † quæstio in proposito se offert examinanda, *an in his quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, eoq. modo venduntur pure, in cepraue, an potius, conditionalis venditio contrahatur?* quam latissimè Lassar. *de decim. vendit. cap. 5. num. 21 cum sequentibus*, circa intellectum, *l. quod sapè, § in his ff de contrahenda empt.* & tandem *num. 29.* quo ad nostram materiam gabellæ attinet, resoluit, decimam in præmissa specie primo gabellario, vel domino, qui erat tempore venditionis ad pondus, numerum, uel mensuram factæ deberi; non uerò secundo existenti tempore ponderis, numerationis, vel mensuræ,
12 † cum interim ante pondus, numerationem, vel mensuram, non possit alter ex contrahentibus altero inuito à prędicta venditione recedere, sicut nec ab alia qualibet venditione conditionali, iuxta communem resolutionem Doctorum, quam ibi refert ex Menoch. *consil. 26. num. 18. volum 1.* Dec. *consil. 179 num 1. volum. 1.* & Couar. *in Pract. Quæstion cap. 5. nu 6.* Eamdem sententiam principalem in nostra specie sequitur Parladn. *lib. 1. rerum quotid. c. 5. §. 3 num. 26.* & Azeuedo *in dicta lege 1. num. 140. cum se-*
13 *quentibus*, præcipuè *num. 143.* † Ex quibus constat, non statim deberi gabellam, nec peti posse, sed facta mensura, pondere, vel numero, quia conditionalis est hæc venditio, & imperfecta ante mensurationem, pondus, vel numerum. Eamdem sententiam tenet etiam Molina Theolog. *d. 2. tomo de iust. & iur. disput. 366. col. 698. versic. quia ergo, ad finem.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella vna, an duplex debeatur in specie l. quoties, C. de rei vendicat & num seqq.*
2 *Gabella non debet iterum solui de re semel gabellata.*
4 *Emptor prior concurrens cum secundo ante traditionem rei venditæ vtrique in solidum, præfertur secundo*
5 *Vendens eamdem rem duobus in solidum diuersis temporibus, & contractibus, dolum committit, & pœna falsi iure punitur.*
6 *Ius semel fisco acquisitum ex contractu partium, non potest ex interuallo facto ipsarum, vel cuiuslibet earum auferri.*
7 *Gabella duplex debetur ex re bis vendita diuersis emptoribus, quoties a prima iam perfecta mutuo consensu partium disceditur.*
8 *Emptor primus si ex conuentione, vel statuto gabellam soluit, eam non repetet à gabellario, sed à venditore, tamquam interesse, & damnum ei obueniens culpa, & dolo venditoris, à quo indemnis reddi, & remanere debet.*
9 *Gabella iure nostro Regio tot debentur ex re vendita, quot venditiones illius celebratæ fuerint.*
10 *Gabella an debeatur ex cessione? distinguitur, vt hic.*
11 *Laudemium duplex, aut relevium, non debetur in specie dictæ legis quoties, C. de rei vendicatione, ex ratione de qua hic.*

Q V AE S T I O XIX.

An in specie l. quoties, C. de rei vendic, vna, vel duplex gabella debeatur?

1 QVæro etiam: *An in specie l. quoties, C. de rei vendicatione. cui consonat l. 50. tit. 5 part. nempè, cum duobus in solidum. & separatim vna, ac eadem res ab vno, & eodē domino venditur, vna, vel duplex debeatur?* Et prima facie videtur vnicam tantum deberi, argumento textus *in l. interdum, §. quoties. ff. de public. & vectig. & quæ ibi tradunt glos. verbo veterana, Bartol. & Doctores, præcipuè*
2 *Angel.* item, quod ex re semel gabellata non debet iterum gabella solui. Et addit Bart. *ibidem*, quod si promittens vendere, & de promissione soluta est gabella, non debet iterum ex venditione solui.

Secundo, & magis peremptoriè hæc eadem pars probatur: quia lex gabellaria ita ex venditione vectigal deberi ait, vt iuxta ipsum venditionis pretium soluendum esse dicat, vt patet ex *l. 1. titulo 17. hoc libro 9.* cuius verba sunt hęc: *Mandamos, que los vendedores paguen el alcauala, y de ellos se cobre en esta manera, que paguē por razon de ella de cada diez marauedis uno, de todo el precio por que vendieren.*

Ergo si in duplici venditione non nisi vnum pretium est verè, & realiter, vtpotè, vtraque venditio ad vnicum dumtaxat pretium tendit, ac redigitur, illius pretij gabella semel soluta per venditorem prędictæ legi Regię satisfit; etenim qui bis contrahit in specie *dicta l. quoties*, vnicam vnius rei alienationem, & vnicum pretium quærit, non duplex, licet emptorem mutauerit, alterum decipiens, & ideo hanc partem ex hoc efficaci fundamento, & ineuitabili (vt ipse inquit) tenet Lassar. *de decim. vendit. cap. 13. num. 17.* vbi quod facilè videri suo in praxi recipietur; & præterea censet, regulandam esse gabellam iuxta pretium venditionis, quæ cum effectu tenuerit, ex decisione *d. l. quoties.*

3 Hæc opinio benigna, † & æquior quidem est, ideo forsan in praxi recipietur. Attamen in puncto iuris, attentis verbis *d. l. 1. titulo 17. hoc libro 9.* supra relatis, contraria sententia proculdubio verior, & tenenda videtur ex sequentibus, & his quidem fortissimis fundamentis.

Primò, quia gabellæ debitum, & solutio ipsius, respicit tantum ipsummet contractum venditionis, & sic venditionem ipsam validam, licet postea venditio uoluntate pactium, uel cuiusque ipsorum non duret, ut probatur ex d. l. 1. & ipsemet Lassar. hoc ipsum agnoscit; & pro regula generali in hac materia sæpissimè in pluribus locis sui operis tradit, & docet: Sed hic sunt duæ uenditiones perfectæ, & ualidæ, unaquæque de per se consistens in solidum certo quodam pretio unicuique conuento. Ergo ex unaquaque debetur gabella.

Secundò, quia quod gabella in pręmissa specie debeatur de illa uenditione, quam traditio compleuit, nullum dubium est, nec aliquis contrarium audebit dicere.

At de ea uenditione, in qua traditio defecit, etiam gabella debetur, quia traditio non est de substantia, nec requiritur pro debito gabellæ contrahendo, sed tantum, quod uenditio sit pura, certo quodam pretio conuento, quo perficitur ipsa uenditio, *ut supra latè probauimus alia quæstione.*

Quinimmò licet aliàs ad hoc, ut gabella ex uenditione pura, & semel perfecta deberetur, requireretur traditio rei, quæ tamen ad hoc non requiritur, ut prædiximus: nihilominus in specie *d. l. quoties*, adhuc gabella deberetur ex uēditione illa, cuius traditio non fuit subsequuta, nisi re integra, incontinenti, quo uenditio celebrata fuit, partes communi consensu ab ea discederent: quia tunc nulla gabella deberetur; secus si ex interuallo hoc facerent, ut resoluimus *supra quæstione 7.* Cæterum, in casu *d. l. quoties*, si emptor, cui non fuit res tradita, instet super suo contractu, & ab eo non discedat (& a fortiori si ambæ partes ex interuallo ab illa uenditione recedant, *(ut diximus,)* & paulo post dicemus) tenebitur uenditor ex prædicta uenditione etiam gabellam soluere: quia cum per eum scienter steterit, quo minus traditio rei fiat huic emptori, habetur in sui præiudicium pro facta traditio, uel ad minus ac si facta fuisset, nec ex suo facto, & dolo debet premium & utilitaté reportare; Idemq. erit, etiam si emptor hic prior uenditione non instet in iudicio: siquidem illa uenditio firma remansit, & ratione ipsius ius petendi in iudicio habet, *l. si bonæ fidei, ff. de noxalibus*, nempè, pro pretio fortè soluto, damnis, & interesse, *iuxta d. l. 50. par. 5.* † Quinim-
4 mò, ante traditionem secundo factam, si ambo emptores concurrant ad petendam traditionem rei, tunc, quia uterque habet solum titulum, ille præfertur, cui prius fuit uendita, siue prima venditio fuerit iurata, siue non, ut optimè probauit Gregor. Lopez *in l. 7. glossa fin. titulo 7. parte 7.* quidquid inconsultè contrarium teneat Anton. Gomez. *2. tomo uariarum resolut. cap. 2. de emption.*

&

& vendit. numero 10. versic. quinto principaliter. Ergo prima venditio firma, & valida fuit, ac proinde ex ea gabella
5 debetur, † & vendens rem eamdem duobus insolidum diuersis temporibus, & contractibus, dolum committit, & pœna falsi iure punitur, vt in l. qui duobus, 21. ff. ad leg. Cornel. de fals. & d. l. 7. versic. Otro si dezimos, titulo 7. par. 7. tametsi illis iuribus, quo ad hoc derogatum esse per generalem consuetudinem affirmet Practic. Papiens. & Conrad. quos refert, & sequitur Iulius Clar. lib. 5. Recept. sent. §. falsum, in versic. vendens eamdem rem duobus, &c.

6 Tertio eadem sententia probatur: quia † ex prima venditione perfecta fit ius quæsitum gabellario, licet res non tradatur primo emptori, dummodo ab ea partes incontinenti nó recedat, potest per secúdú contractú venditionis, eiusdem rei ex interuallo factum hoc ius fisco auferri facto partium, vel cuiuslibet earum, iuxta doctrin. Baldi, in l. si constante, ad finem, C. de donat. ante nupt. communiter approbatam, de qua supra alia quæst. quem etiam sequitur, plures allegans, Gironda, de Gabell. 5. par. §. vnico, num. 59. qui in ad propositum præsens ibi adducit.

7 Nec dissimilis † prorsus est casus ille, cum quis rem suã vendidit certo pretio, & postea ab hac priore venditione discedens, mutuo contrahentium consensu, vel alia ratione, iterum rem illam vendit alteri emptori ex nouo contractu: quo casu duplex proculdubio gabella debetur. Prima ex priori venditione, ex qua cum semel fuerit fisco ius quæsitum, non potuit per contrarium venditoris consensum, aut iudicialem venditionis resessionam ei auferri, per notata in l. ab empt. ff. de pact. & l. debet, ff. edil. edict. Altera gabella, ex secunda venditione, quæ sequuta est: est enim vtraque vera, ac distincta venditio, & ita sæpè iudicauit in hoc casu Lassarte, vt ipse affirmat d. cap. 15. nu. 8. & 9. exemplificans in animali vendito, quod soluta iam gabella eius venditionis, vt morbosum redhibetur; & iterum postea venditur, ex quo etiam alteram deberi gabellam merito affirmat, & contendit: inquit tamen, hoc dissimile esse a casu d. l. quoties, quia in illo, de quo in hoc versiculo, nec dissimilis, &c. vtraque est vera distincta uenditio, non in idem tendens pro diuersis temporibus, prout aliàs contigit, in hoc casu, nempè dicta l. quoties.

Ego autem quo ad eamdem iuris dispositionem in vtroque casu dicendam, nullam dissimilitudinem inter hos casus inuenio, cum in vtroque sint plures, & distinctæ uenditiones factæ in solidum duobus diuersis temporibus in idem tendentes, & concurrat eadem ratio, illa scilicet, quod ius semel quæsitum fisco, ab eo iniuito, auferri non possit, nec debeat: denique nulla iuris ennititur in eo, quod ambæ partes de communi consensu a uenditione ex interuallo discedant, quo casu nulli dubium est, gabellam ex contractu deberi: vel quod venditor, inuito primo emptore, ab ea conuentione recedat, vendendo postea eamdem rem alteri. Quinimo, a fortiori, in hac vltima specie gabella ex ea prima venditione deberi debet propter dolum, & culpam ipsius venditoris: Sibi igitur imputet damnum duplicis gabellæ nec aliquis eius miseratur, in hoc. Quibus
8 † fit, vt si emptor primus ex conuentione, vel statuto gabellam soluerit ex sua prima emptione, eam non repeter a gabellario, sed a suo venditore, tamquam interesse, & damnum et obueniens, culpa, & dolo venditoris, a quo indemnis reddi, & remanere debet, argumento d. l. debet, ff. de edil. edicto. & post hæc scripta uidi hanc meam opinionem contra Lassar. vbi supra, late & bene probantem, & tenentem Gironda, vbi supra d. 5. parte, de Gabell §. vnico, nu. 11. cum pluribus sequentibus, dicentem, quod eam sem per teneret in iudicando, & consulendo: sed & suo eam suis scriptis nondum impressis tenuisse gi auissimum queodam Iurisconsultum huius Regni uita iam functum, qua ea uidi, & legi.

Superest, ut fundamentis contrariæ partis satisfaciamus. Ad primum de eo, quod traduot Doctores in l. interdum, §. quoties, ff. de public. & vectigal. respódemus, illud
9 argumentum in ea ratione esse ad propositum, † cú certú sit, iure nostro Regio ex quacumque re tot deberi gabellas quot venditiones illius celebratæ fuerint, vt consuetudo ipsa, & praxis quotidiana demonstrat, & per locum a speciali probat lex 10. tit. 18. hoc lib. 9.

Doctrina etiam Bart. in d. §. quoties in similibus verbis, diuersa est in nostra specie. Etenim ex eo illa procedit, quoniam licet in statuto, de quo loquitur Bart. ex quocumque contractu gabella debeatur, & promissio de vendendo, & venditio ipsa postea sequuta duo contractus esse censeantur: attamen, quia in ea quæstione promissio de vendendo est quid accessorium, & præambulum quoddam venditioni cohærens postea sequutæ, vnica gabella debetur, quasi ex vno contractu.

10 Sicut, † & aliàs stante eodem statuto, si soluta sit gabella venditionis, & quæratur, an ex cessione quoque soluenda sit, DD. ita distinguunt: vt si quidem cessio fit ex quouis, siue exercitium priora contractus venditionis, vt quando procurator cadit domino, & tunc ex cessione non soluitur noua gabella: si verò cessio fit nouus contractus de per se, non oriens ex priori, noua gabella debeatur: quia vbi nouum factum, ibi noua obligatio: sed vbi vnum, & idem factum, non dicitur noua obligatio, ita Bald. in l. cum per eos, C. si quis alt. vel sibi, in fine. & ibi Salicet sequitur Firmian in tract. de Gabell in 5. p. princip. num. 19. volum 11. tractatuum diuers. Doct. & Parlad. rerum quotid. lib. 1. c. 3. §. ... num. 27. Lassar de decim d. c. 13 num. 6.

Ad secundum fundamentum contrarium, quod ineuitabile reputabat Lassar. respondemus, facili negotio dissolui: quia in casu d. l. quoties, non vnum, sed duplex pretium definitum fuit, nempè, in qualibet venditione suum pretium: quo si primum non fuit solutum, id contingit culpa venditoris, nolentis stare priori venditioni, vendendo secundo eamdem rem alij, simili, vel diuerso pretio. Denique omnino eneruatur prædictum fundamentum ex eadem l. 1. tit 7. hoc lib. 9. quatenus in fine dicit: De todo el precio por que uendieren. Obserua multum hæc verba: quia comprehendunt primam venditionem, sicut secundam, cum non dicat lex De todo el precio por que vendieren, y recibieren: si enim hoc adderet, benè inqueretur Lassar. cum vero simpliciter dicat: De todo el precio por que vendieren ista verba ita verificantur in prima venditione perfecta, sicut in secunda: Igitur de vtraque solui debet gabella, cum vna, & eadem res sæpè, ac sæpius vendi possit, & soleat, & de vnaquaque venditione solui debeat gabella.

11 Prior autem opinio contraria posset procedere in materia laudemij, vel releuij, & iurium, patrono feudi debitorum, quæ quidem non soluuntur, nisi ex venditione, ex qua transfertur, & mutatur dominium verè, & efficaciter; Insuper requiritur, & hoc durare, aliàs prædicta non debentur: At gabella tantum respicit ipsum contractum venditionis, licet ex eo dominium non transferatur, nec mutetur, vt sæpe diximus, & constat ex Mod. Paris. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. num. 40 ad finem. & tit. 2. §. 55. num. 15. & 37. immo licet res sit aliena, vt supra resolutimus, quæst. 15.

SVMMARIA.

1 Gabella noua an debeatur ex augmento & diminutione pretij prius constituti, omnibus integris manentibus, & numero sequenti, vbi late distinguitur, iudicium authoris ponitur num 4.

2 Contractus nouus alteri non præiudicat, cum quo initus non est.

5 Gabella soluta ex contractu celebrato in protocollo, an eo combusto, iterum debeatur ex eodem refecta? & numero 6.

7 Gabella an debeatur ex pecunia postea data, vt emptor traditionem, vel possessionem habeat?

QVAESTIO XX.

An noua gabella debeatur ex augmento, vel diminutione pretij prius constituti, omnibus integris manentibus?

QVæro præterea, *an in casu & specie l. pacta conuenta, vers. Paulus ff de contrah. empt. & l. 2. ff. de rescind. vendit.* noua venditio contrahatur, ita quod duplex gabella debeatur, an verò vna tantum?

1 Et vt hæc quæstio † melius percipiatur, refero litteram vtriusque legis; illius enim ita se habet: *Si omnibus integris manentib. de augendo vel diminuendo pretio, rursus conuenit, recessum à priori contractu, & noua emptio intercessisse videtur.*

Posterioris vero legis verba ita se habent: *Si quam rem à te emi, eamdē rursus à te pluris minorisue emero, discessimus à priori venditione.* Idem alijs iuribus, & pluribus Doctoribus comprobat Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1 *gl.* 18. *num.* 54. & 55.

Respondēt igitur DD. quæstioni supra propositæ, quod aut pactum secundo apponitur cum vno ex pluribus, & tunc pro parte tantum receditur, nec contractus in totum renouatur, *vt in l. iuris gentium, § adeo, versic. sed cum duo*: aut cum eodem, & tunc, aut verba non sunt apta ad renouationem contractus, verbi gratia, rem, quam tibi vendidi pro viginti, volo, quod emptam habeas prima emptione, & remitto tibi decem, vel primæ emptioni addo decem, & non videtur renouatus contractus; aut verba sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt ambigua, quia possunt trahi ad vtrumque, & videtur renouatus, *vt in d. l. pacta conuenta, versic. Paulus*, & iuxta hoc iudicandum est de gabella, vt in primo casu noua gabella non debeatur, in secundo verò casu illa debeatur. Ita distinguunt Bart. *num.* 1. *Paul. de Castro num.* 2. *in d. § adeo*, & est communis distinctio, secundum Iaf. *ibi, num.* 6. & magis communis secundum Ioan. Orosc. *ibi num.* 11. quibus adde Tiraquel *de retractu cōuention. ad fin. tit. nu.* 166.

2 Quod autem † nouus contractus tertio non præiudicet, cum quo initus non est, probat *l. vltima, ff. de pact.* & tenet alios allegans, & benè probans Tiraquel. *d. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 56. vbi quod quando ex contractu, vel occasione contractus per dispositionem legalem est ius quæsitum alicui tertio, re vel spe, non potest ab illo contractu recedi in eius præiudicium: secus est, quo ad eos qui contraxerunt, non autem quantum ad alios, quorum interest, quibus ipsi contrahentes postea præiudicare nō possunt,
3 vt per ipsum Tiraq. *ibid. num.* 58. † Sed à communi distinctione prædicta discedit Lassarte, *de decim. vend. cap.* 13, *num.* 12. dicens, quod quoties is casus in praxim venerit, nempè, quod venditione semel contracta, pretium alteretur, semper intelliget, factum esse, vt prior venditio reformetur, non vt noua contrahatur; quia cum verè nolint partes in totum à venditione recedere, sed, vel pretium augere, vel minuere, verisimilius est, hoc solum eos effecisse, quam nouam venditionem superfluò contrahere, ita vt animaduertendum sit, vt si per posterius pactum, prius pretium minuatur, id fisco, aut gabellario non noceat, quia iam fuit eis à principio ius quæsitum, & ita iuxta prius pretium gabella debeatur, quod si auctum sit, fisco proderit quia verè tanti res venditur.

4 Ego † verò, ita resoluēdum censeo in nostra quæst. principali: quod quando verba non sunt apta ad renouationē contractus, vel sunt ambigua, quia possunt referri ad vtrū que, intelligendum sit, vt prior venditio reformetur, nō verò noua contrahatur, & à priori videatur recessum: quod si ipsa reformatio fiat incōtinēti, debebitur gabella, iuxta pretium reformatū, siue sit maius, vel minus primo; si aūt illa reformatio fiat ex interuallo, & pretium prius sit maius, & per posterius pactū minuatur, tūc procedat opinio Lassarte, quæ habet, vt id fisco, aut gabellario nō noceat, quia iam fuit eis à principio ius quæsitum, vnde ex post facto ab ipsa tolli sis auferri non potest; & ita iuxta prius pretium gabella debebitur; quod si pretium per secundum pactum, siue incontinenti, siue ex interuallo id fiat, augeatur, fisco, aut gabellario proderit, quia tanti res venit: intelligendus est itaque necessario Lassarte, licet ipse ita non aperiat, iuxta superiora, nempe, quod loquatur, quoties reformatio contractus, hoc est, additio, vel diminutio pretij fit ex interuallo; secus si incontinenti, quia tunc tantum attenditur ad posterius pretium, siue maius, aut minus id sit, cum incontinenti licitum sit partibus pœnitere: Vnde ipsa tantum soluenda est de secundo pretio: si vero ex interuallo expresse renouatio fiat prioris contractus, ex qua à primo receditur, & nouus contractus venditionis celebratur, duas gabellas deberi videtur, nisi hæc renouatio incontinenti fiat, quia tunc vnica tantum gabella debebitur, ex pretio reformato, siue maius, vel minus sit priore, quod pro nullo censetur, quasi ex venditione infecta.

5 Diuersum † est dicendum, quoties celebratus est contractus inter partes, & antequam publicetur, combustum est protocollum: partes vero iterum eum reficiunt, ne pereat: si enim de primo rogitu soluta fuit gabella, non debet iterum solui pro eodem refecto, quia noua refectio nō dicitur noua contractus propriè, sed quædam declaratoria
6 primi, *l. manumissiones, ff. de iust. & iure* † Item, quia huiusmodi refectio habet oculos retro, & dicitur in pristinum statum repositio, *ita Firmian. de Gabell.* 5 *p princip. quæst.* 6 *num.* 10 idem cum Petro Anchar. probat Aules *in cap.* 22 *Pret. in gloss. Torres. num.* 26. *Bossius in sua practic. tit. vectigal quod soluitur nu.* 2. *Cassan. in Consuet. Burgund. ad fin. tit. de Gabellis, fol.* 387. *nu.* 5.

Hoc autem verum intelligo, quoties in refectione nihil aliud agitur, nec immutatur, sed prior contractus & instrumentum, prout antea erat, reficitur, siue reformatur priori forma non mutata, nec pretio alterato. Ceterum, si in hac refectione contractus renouetur, ita vt à priori recessum videatur, & nouus cōtractus celebratus, vel vteri pretio additum vel diminutum, quid fuit, tunc profectò obseruanda erit prior nostra resolutio.

7 Quod si emptor soluat pretium conuentum, † & postea aliquid det, vt traditionem habeat, siquidem soluit iustum pretium valoris rei, non debebitur gabella de hac summa postea data; sed tantum de primo iusto pretio; quia hanc summam vltimam dedisse præsumitur caussa redimendæ litis, & non in fraudem fisci vel gabellarij. Idem si post emptionem dominus rei emit eadam possessionem, quia si vtrumque pretium non excedit valorem rei, de vtroque debebitur gabella.

Quod si primum pretium æquabat valorem rei, satis est de illo solui. Reliquum namque videtur caussa redimēdæ vexationis datum: quarum nihil inde debebitur, nec fiscus seu gabellarius debet quæstum facere de incommodo alterius, prout obseruat in similibus terminis, nempe quinti, vel laudemij soluendi domino directo feudi ex eius alienatione, Mod. Paris. *in Consuetud. Parisiens. titulo* 2. §. 55. *gloss.* 3. *num* 35. qua sententia in proposito tenenda videtur, tametsi repugnare videatur generalitas verborum, *l.* 1, *titulo* 17 *hoc libro* 9. dum statuit *decima totius pretij, quo res fuit vendita soluatur*, quibus verbis motus Lassarte, *de decim. vendition. c.* 14. *nu.* 17. tenet, quod si emptor fuit læsus, quia vltra dimidiam iusti pretij rem emit, & vēditor velit reducere ad æqualitatem contractum, restituendo excessum pretij vltra supremum iustum rigorosum, obtinere debet fiscus integram gabellam, iuxta pretium iustum in primo contractu constitutum: sed hoc esse falsum probat Molina Theologus, *in secundo tomo de iustit. & iure, disputatione* 349 *colum.* 572. *ibi arbitror tamen*, vt docuimus *supra quæstione* 12. *nu.* 8

Nihilominus tamen præfata opinio Mod. Paris. applicata ad nostros terminos gabellæ, procedere in praxi non videtur ex verbis *dicta l.* 1. quæ hunc casum verè comprehendunt, in quo venditor titulo venditionis, & pro pretio id, de quo agimus, consequutus fuit, ac penes

se retinet; exemplum vero Lassarte, & Mod. Paris. de quo supra, diuersum est a nostro, vtpote in illo emptori restituitur excessus iusti pretij, in nostro verò minime. Quare data paritate terminorum in nostro casu, nempe, quod venditor fuisset condemnatus a iudice ad restituendum, quod prædicta vexatione extorsit iniuste ab emptore, eidemq. eo restituto proculdubio censerem ex eo gabellam non deberi, prout in terminis læsionis vltra dimidiam resoluit Molina *vbi supra*.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex omni contractu alienationis, an vero ex solo contractu venditionis? & numeris sequentib. resoluitur numero tertio ex solo contractu venditionis illam deberi.*
2 *Venditionis appellatio generaliter accipi debet.*
4 *Venditio in dubio potius intelligenda est, quam locatio facta mentione pretij.*
5 *Venditio & emptio quid sit, & num. 6.*
6 *L. cum manu sata, §. ultimo, ff de contrahend. empt. intellectus.*
7 *Gabella solum solui debet ex contractu emptionis & venditionis, & ex contractu permutationis: eodem nu. 6. ubi ratio assignatur, nisi in fraudem vectigalis aliás soluendi alius contractus fingatur, & celebretur, ut in nu. 7.*
8 *Pretij mentione facta, vel venditionis, in dubio præsumitur esse contractus emptionis, & venditionis, nisi aliud constet ex formalitate, & essentia contractus.*

QVAESTIO XXI.

De quibus contractibus debeatur gabella.

1 QVæro circa intellectum, † & praxim d. l. 1. *titulo 17. hoc lib. 9. noua Collect. Reg.* in illis verbis: *Los vendedores pagen el alcauala de cada diez marauedis vno de todo el precio, porque vendieren: an hoc verbum, vendieren, intelligendum sit de larga significatione venditionis (hoc est) ex omni contractu alienationis per quem dominium transfertur, an uero de sola stricta eius significatione nempe, venditione pretio facta.*

2 Et videtur primo † dicendum de larga significatione venditionis esse intelligendam nostram hanc legem Regiam, hoc est, de omni contractu alienationis, ex qua dominium transfertur; Venditionis namque appellatio generaliter accipi debet, *ut in l. sicut, §. venditionis, ff quibus mod. pign. vel hypoth. solu.* vbi glos. 1. ex eo textu notat, appellatione venditur, omnem contractum contineri ex quo dominium transfertur, *ut ibi, & in l. statu liberi, in fine, ff. de statu lib. & in l. 1. § eam, ff quæ res pign. obl. poss. & in l. in quorum ff de pign. & in l. fin. C de reb. alien. non alien. cum simil.* & late sumpto vocabulo, verbum, *vendere,* intelligitur pro omni specie commutationis, *secundum Bal. in l. 1. ff. de condict. ob caus. cum similibus.*

3 Nihilominus tamen † respondemus, quod cum materia gabellarum sit odiosa, debet hoc verbum, *vendiren,* nostræ legis Regiæ stricte accipi, non vero in amplissimo significato, *secundum Bald. in l. contractus, columna 1 C de fide instrumentor. late Pariador. rerum quotidian. lib. 1 c. 3. §. 2 sub numero 22.* Et in dubio contra gabellam iudicandum est, *ut supra late probauimus*: & quando lex, vel statutum disponit, quod de pretio soluatur gabella, intelligitur disponere, quod soluatur de contractu venditionis, eo quod pretium, & venditio sunt correlatiua, gloss. & Bal. *in l. cum dotem, C de iure dot.* Et quamuis verbum illud conueniat etiam locationi, *l. 1. & 2 ff. locat. cum*
4 *similibus*, † nihilominus in dubio potius venditio intelligenda est, quam locatio, facta mentione pretij, *secundum Ioan. de Platea in l. finali C. de prædijs curial. libro 10.* permaxime, cum in hac materia habeamus præfatam *l. 1. titulo 17. hoc libro nono* expresse loquentem in venditione, & pretio.

5 At in venditione † est distinctio rei pro pretio, id est, contractus, quo res pro pretio alienatur, & emptio est rei pro pretio contractio, id est, contractus, quo comparatur dominium: aut quasi dominium pro pretio, vt definit Dominic. a Soto *lib. 6 de iustitia, & iure, quæstione 2. articulo 1.* refert post alios Molina Theologus. *de iustitia & iure, tomo 2. disputatione 326 columna 497. post medium,* vbi *columna seq. vers. fortasse,* inquit, melius dici posse, quod venditio est contractus, qui consensu perficitur mercis pretio; non verò secundũ ipsum de ratione venditionis est, quod res verè alienetur, dominiumq. transferatur; etenim si res vendentis nõ sit, licet venditio ualida sit, *vt supra q. . late probauimus,* dominium tamen non transfertur, etiam accedente traditione, *vt docuit idem Molina disput. 327.*

6 Est ergo solum de ratione venditionis, † quod quantum est ex se, sit translatiua dominij pro pretio, accedente traditione; esto, aliunde id impediatur, vt colligitur ex *l. cum manu sata. §. ultimo, ff de contrahen. empt. ibi, nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus,* quorum verborum hic est sensus, de ratione venditionis esse, ut dominium rei, quod venditur, quantum est ex vi contractus, transferri intẽdatur, *teste Molina, disput. 336. col. 498.*

Iure igitur nostro Regio attento, gabella tantum soluenda est de venditione pretio facta propriè sumpta, non verò de alijs contractibus, præterquam ex permutatione, quæ speciali lege, nempe, 2. *eodem titulo 17. lib. 9.* nominatim expressa est, ex qua gabella quoque soluenda est, *vt in d. l. 2.* cauetur: Si enim appellatione venditionis omnis contractus alienationis in proposito contineretur, frustra *in d. l. 2. & olim in l. 102.* in quaterno gabellarum, exprimeretur idem forte in permutatione, cum tamen emptio & venditio, item, & permutatio plus quam ceteri contractus assimilentur. Et in terminis quod statutum de soluenda gabella ex certo pretio de sola venditione intelligatur, tenet Fermizo. *de Gabell. 4. membro 8. part. princip. numero 8. volum. 12. tractat. diuers. Doct. & probat latè Lassarte, de decim. vendit. cap. 1. num. 38. cum sequenti.* Et de iure Regio in sola venditione & permutatione, non ex alijs contractibus hoc iure vtimur, *secundum Laßar, ibidem, num. 40.* & tenet Molina, *vbi supra, colum. 499.* quidquid de iure communi male dubitet Pinel *in rub. de rescind. vend. 1. p. cap. 3. num. 27.* Quare autem magis ex venditione, & permutatione, quam ex reliquis contractibus ius illud gabellæ debeatur, declarat Lassarte, *vbi supra num. 43.* explosa insufficienti ratione Ioan. a Medina, *in suo C de restit. q. 25. vers. copulatiue sequitur, in fine,* nempe, quia quanto hi duo contractus venditionis scilicet, & permutationis, magis necessarij præ ceteris, & vsu frequentiores sunt, vt inquit glos. *verbo. contrahitur. ff. pro empt.* tanto pluris tributum hoc Regium adaugetur, & vberius foret, ad succurrendum inopiæ ærarij Regij propter necessitatem bellorum, & temporum.

7 Ceterum quoties ex † non extensione d. verbi, *vendere,* occasio euidens resultaret fraudandi gabellam, & leges gabellariæ illusoriæ redderentur, tunc quantumcumque materia, de qua agitur, sit stricta, vel pœnalis, extendenda est, *ut notatur in l. 1. §. fin. ff. de calumniat. l. sed Iulianus, § mutui dationem ff. ad Maced. e si simulat, & ibi Dominic. de sententia excommun. lib. 6* & in correctorijs loquitur Corneus *in Auth. ex caussa colum. 5. num. 11. C. de lib. præt. vel exhered.* fraudibus enim & malitijs hominum est obuiandum, *l. cum hi, §. si cum lis, ff. de transact. l. fin. §. si ff. de suspect. tut.* nec enim debet intellectus adeo proprius & strictus, vt reddat legem illusoriam, & sine effectu, *iuxta late tradita per Felin. in cap. Rudolphus, numero 4 & 5.* Ideoq. in ea specie non extenditur ad amplos significatus, sed ad æquipollentes, & similes, ex quibus idem effectus resultet, qui est attendendus potius, quam proprietas nominis & vocabuli, prout exceditur in casu *l. 3. § generaliter, ff. de itin. actuq. priuato, ibi: ex omnibus caussis, quæ instar venditionis se habent, &c. & l. apud Celsum, § si quis autem, ibi, item in similibus, qui vicem*

emptorum

emptorum continent, ff. de doli mali & met except. Et in nostris terminis, quod prædicta nostra responsio principalis ita demum procedat, si modo in fraudem vectigalis conuentiones tales non fiant, tenet Parlad. *ubi supra, num. 31.* Sed in alijs casibus, in quibus huiusmodi euidens occasio fraudis cessauerit, sequenda erit natura dispositionis strictæ. & odiosæ; intelligendo legem in casu, in quo propriè loquitur sine extensione ad alium, & iuxta hanc distinctionem est intelligendum uerbum, *vendieren*, nostræ legis, & similium.

8 Similiter † erit obseruandum in hac materia, quod etiam si in contractibus quando fit mentio uenditionis, uel pretij, in dubio præsumatur esse contractus emptionis, & uenditionis, ut uerba sonant, argum. text. *in § pretium. Instit. de empt. & vend. glossa singul. in l. cum dotem, & ibi Bald. C. de iure dot. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. Speculat. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, vers. sed pone statutum communis,* ut plures allegans conclusit bene eam declarans Carrot. *de locato, & conducto, 2. parte, de malit. prima emptionis, num. 2. cum sequent.* attamen, si ex formalitate, & essentia contractus, constiterit alium esse contractum, quam emptionis, & uenditionis, ueritati quidem erit standum, non uerò nomini imposito, & erroneo, ac re dissonanti, iuxta *l. insulam, ff. de præscript. verb. & in l. ubi ita donatur, ff. de donat. causa mort. l. Lucius, ff. de donat. Bald. in l. 2. ff. commod. & in rubrica in fine, C. de iur. emphyt. Imola, & Cardinal. in Clementina 1. §. finali, de reb. Eccles. non alienand. & in capit. vestra, de locat.* diximus *supra quæstione 14. de redhibitoria,* citantes in idem Menochi. *de arbitrar. iudic. libro primo, quæstione 7. numero 33. cum sequent.* & Beccium *consilio 35. in princip. & numeris sequent.* Per nostrum namque affirmare, uel negare, non mutatur substantia, & ueritas rei, *l. assumptio, ff. ad munici pal.* & quod caret effectu, etiam nomine caret, *l. cum precibus. C. de probation.* & uerba debent consonare rebus, *textus in § est & aliud genus, Institut. de donat.* & seruire debent naturæ contractus, cui adijciuntur, *Bald. in l. 2. commod.* Et in terminis, quod quando uerbum pretium, præcedit uerbum *conduco,* tunc sit locatio, non uero uenditio, cum Iasone probat Carrot. *vbi supra, num. 9.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex venditione necessaria? & num. seq. resoluitur affirmatiue, num. 7. & 16.*
2 *Necessitas a tributis excusare solet, & etiam a gabella, vt in exemplo hic posito sed vide num. 16.*
3 *Alienans compulsus, non dicitur venire contra prohibitionem de non alienando, vere, num. 18.*
4 *Officium non debet esse alicui damnosum, sed vide, nu. 19.*
5 *Laudemium domino directo soluere non debent diuidentes inter se rem emphyteuticam ex necessitate, vt socij, & hæredes, vide num. 20. & 21.*
6 *Emptio, & venditio sine consensu voluntario effici non potest.*
8 *Retractus uterque habet locum in datione in solutum, tam voluntaria, quam etiam si fiat ex caussa necessaria.*
9 *Laudemium debetur ex venditione necessaria.*
10 *Gabella debetur ex actualibus venditis compulsione iudicis pro necessitate Republicæ subleuanda, & numero vndecimo.*
12 *Compulsio iudicis in id directa, vt subditus faciat id, quod iure tenetur dici non potest constringere voluntatem hominis sed potius eum liberare a seruitute appetitus.*
13 *Actus non dicitur voluntarius ad quem quis compelli potest quamuis actu non compellatur.*
14 *Statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, & munitus.*
15 *Onus soluendi gabellam ab effectu venditionis prouenit, non vero a caussa.*
17 *Casus fortuitus non debet præiudicare damnum passo.*
18 *L. Cæsar, ff. de public. & vectig. intellectus.*
22 *Duæ res quando fiunt ad finem vnius, ex necessitate, tunc ambæ sunt illa vna.*
23 *Quoties ex duobus actibus posterior est executio prioris; ambæ sunt ille prior.*
24 *Diuisio est contractus mixtus participans de distractu, & contractu, & de permut. & venditione, & tamen propriam, & distinctam habet naturam, & totius contractus dicitur diuisio, & ex eo nulla iura debentur.*
25 *Cum quis iure cogitur rem suam iusto pretio vẽdere, detrimentum gabellæ ex illo iusto pretio soluendæ, sibi resarciri debet, ita vt iusto suo pretio, eoque franco res vendita maneat, & quomodo hoc intelligatur.*
26 *Gabella non debetur ubi Rex auferat alicui rem suam, soluto bono cambio.*

QVAESTIO XXII.

An ex venditione necessaria debeatur gabella?

1 QVæro præterea, an ex † *venditione necessaria debeatur gabella, nempe, cum quis non sponte, & uoluntarie, sed ex necessitate uendiderit, ueluti ex aliqua iusta caussa, per Legem, Regem, aut Magistratum coactus, uel compulsus iusto pretio recepto, ut in casibus de quibus per D. Couarru late lib. 3. uariar. resolut. cap. 14. per totum, & l. 2. ad finem titulo 1. parte 2. ubi Gregor. Lopez, & in similibus.*

Et quidem in hac quæstione pars negatiua, scilicet, quod ex huiusmodi uenditione gabella non debeatur, sequentibus fundamentis, & authoritatibus astruitur.

2 Primò, quod necessitas † à tributis excusare solet, *l. Cæsar. & l. fin. § si propter necessitatem, ff. de public. & vectigal. vbi Bart. & Doctores, & l. 1. C. de naufrag. libro 11.* vbi Bartol. expresse decidit, quod si propter vim, & tempestatem maris, vel incursum, & timorem hostium, & pyratarum, res, & nauis ad portus uenerit, ad quem, nisi ea urgeret necessitas, non ueniret, gabella non debetur, quæ alias si sponte ad eum portum peruenisset, soluenda foret.

3 Secundò, quia † non dicitur contra prohibitionem, de non alienando venire, quia compulsus alienat. *l. Diuus, ff. de petit. hered.*

4 Tertio, quia † regula iuris est, quod ex his, quæ quis ratione, & necessitate officij fecit, sibi damnum resultare non debet, *l. cum quadam, ff. de administrat. tutor. & in l. post legatum, § aduocatum, & in l. tutores, ff. de his quib. vt indign. & in filius, ff. de inoffic. testam.*

5 Quartò, quia ita etiam, qui † propter necessitatem rem emphyteuticam diuiserint inter se veluti socij, & hæredes non tenentur soluere laudemium domino directo, *secundum Guillelm. de Cugn. Bart. Bald. & Paul. de Castro in l. & ideo, ff. de condict. furtiu. Ias. in l. fin. numero 47. & 48.* vbi dicit communem, *C. de iure emphyteut. Auendan.* qui bene hoc declarat, distinguens inter uoluntariam, & necessariam venditionem, *respons. 13. num. 6.* Et hæc est omnium passim tradita distinctio, *secundum Lassart. de decim. vendit. cap. 219. num. 105.* tradit Tiraquel. alios allegans, *de retrac. titulo 1. gloss. 14. num. 10.* & plures Gironda *de Gabell. 5. parte, in princip. nu. 49.* & Amodeus a Ponte, *quæstione laudemiali 26. in princip.* vbi inquit esse receptam, eamq. bene amplıat, & limitat.

Quinto, quia † venditio sine consensu effici non potest, nec solet, quia solo consensu contrahitur, *l. 1. §. fin. ff. de contrahend. emption. lege prima, in versiculo, item emptio, ff. de rerum permutat.* ideoq. nolenti, & inuito impossibile est, quod venditio fiat, *l. inuitum, C. de contrahen. empt.* tria enim requiruntur in venditione, res, pretium, & consensus, vt probat text. *in princip. Institut. de emption. & vendit.*

Ergo, qui inuitus à Lege, vel Magistratu coactus rem suam dat, & pretium accipit, vendere minime intelligitur cum consensus deficiat, sed magis vim pati, quam contrahere dici debet: & dicendum videtur potius, rem illam non vendi, sed ex iusta caussa domino auferri, & damni satisfactionem fieri solutione pretij, & valoris, quod fa-

tis differre videtur a venditione, vel permutatione mere voluntaria, ex quibus solum gabella debetur, & soluenda est. Et in terminis nostræ quæstionis, ita probauit, & tenet Ioan. Pallador. *rerum quotid. lib. 1. cap. 72. numero 26.* & voluit Auẽdan. *dicto responso numero 6. in versiculo admissa igitur, ad finem. ibi: Quod ex alienatione necessaria non debeatur gabella, nec laudemium*, dicens, sic concludere iudicando dum Cassan. *in Consuetud. Burgund. rubr. 10. §. 9. sub numero 4.* & loquens in gabella tenet Alber. *in 2. parte statut. quæst. 221.* quem refert, & sequitur Amodeus a Ponte, *quæst. laudem. 26. in versiculo, ex hac conclusione.*

7 His nihilo † secius non obstantibus, contraria sententia verior est, & tenenda: immo, quod ex prædicta venditione necessaria gabella debeatur, quia re vera venditio est, & nullibi reperitur exempta ab hoc tributo (nisi in diuisione hæreditatis, de qua infra late agemus) ideoq. comprehenditur sub dispositione generali nostræ *leg. 1. titulo 17. hoc libro nono noua collect. Reg.*

Sed vt magis omnibus elucescat veritas huius nostræ sententiæ, oportet considerare, trifariam posse quem compelli ad vendendum: Discurramus igitur per singulos modos coactionis, & necessariæ venditionis. *Primus* est, quando compulsio habuit principium voluntarium. *Secundus*, quando compulsio oritur a iustitia ciuili, & naturali legis, quamuis adsit voluntas particularis, nec libera venditoris. *Tertius*, quando compulsio, & necessitas de facto prouenit coactione violentia, aut metu.

Circa primum modum (hoc est,) quando compulsio hæc habuit principium voluntarium venditoris, ex quo sequitur postea compulsio, & necessitas: sciendum est, eam dici causatiuam, seu potius volũtariam, vtpote, quia quis se in ea posuerit sponte: vt cõtingit in omnibus contractibus, qui à principio sunt voluntarij, postea vero efficiuntur necessarij, *l. sicut ab initio, C. de action. & obligation.* probat late ipsemet Auendan. *dicto responso 13. numero 6. versic. quædam alia:* & in hoc casu, nempe, quando virtute contractus, aut sententiæ contra aliquem latæ, fit executio, & bona venduntur, hæc non dicitur alienatio necessaria, sed coactio ad vendendum, & soluendum creditori, quia processit primum ex mera voluntate debitoris, cuius solutionis iudex est merus exequutor: & ideo iudice vendente bona ex caussa exequutionis, & maiori licitatori in subhastatione illa adiudicante pro satisfactione creditoris, venditio dicitur sua origine voluntaria, quia debitor ipse sua voluntate videtur rem dare, & sic vendere, vt notat Bald. *in cap quoniam frequenter, § fin. numero 9. vt lite non contest.* Et ideo in hac specie factum iudicis censetur factum partis, siquidem ex voluntate præcedente partis, hoc iudex exequitur, alias non facturus, *vt in l. ob caussam, cum similibus, C. de euiction.* Et quidem est alienare, & sic vẽdere, quod facere illud, ex quo sequatur alienatio *l. codicillis, §. alienatio, & ibi Bart. ff. de leg. 2. l. fin. C. de legit. tut.* Et quod non censeatur necessarium, quod habuit principium voluntarium, tenuit præterea Bald.
8 *consilio 120. Quid importet, libro secundo* † Hinc recte docet Mol. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. glosa numero 40. & 47.* Quod in donatione in solutum: tam voluntaria, quam etiam si fiat ex caussa necessaria: immo, si hac iudicis authoritate per sententiam, & interpositionem decreti, habet locum vterque retractus, quod sequitur, alios allegans, & late id probans iure, & consuetudinibus particularibus quorumdam locorum Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gl. 14. num. 12. cum sequẽtibus*, reprobans alios priores tenẽtes cõtrariũ, quos supra retulerat, *nu. 8. cũ seq.* & nos quoque de hoc late egimus, *libro 2. pract. quæst. 157.*

9 Ex quibus fit † deberi ex hac venditione, tamquam voluntaria considerata eius origine, & prima radice, audemium, vt late probat Auendanus *vbi supra d. nu. 6. vers. & isto casu, & in vers cum igitur, & per totum respons. & Anton. Thesaur. decis. Pedem. 139. nu. 1. cum sequentibus*, quidquid contrarium velint Doctores, *in l. & ideo, ff. de condict. furtiu. & Ias. in l. fin. numer. 47. & 48. C. de iure emphyteut. supra citat.* cũ alijs quos refert Tiraq. *nu. 14.* in loco statim citãdo, loquẽs in datione in solutũ, &c. Ergo, & gabella proculdubio debebitur, vt probauimus late *infra, quæst. sequenti.*

10 Circa secundum † modum cõpulsionis, & necessariæ venditionis, nempè, quando oritur ex iustitia ciuili & naturali legis, deficiente etiam voluntate particulari & libera venditoris, idem obseruandum erit, nempè, vt ex ea venditione gabella quoque debeatur.

11 Veluti † cum tempore necessitatis, hoc est, cum Respublica annonæ inopia premitur, compellitur habens victualia, vt ea iusto pretio vendat, & in similibus casibus, *vt in l. 1. & ibi communiter DD. C. de Episcopali aud. DD. in cap. 1. de emption & vendit.* optimus text. *in l. 2. ff. de nundin. l. 3. titulo 5. partit.* D. Couarru. *lib. 3. variar resolut. capite 14. num. 3.*

Primò, quia sicut obligatio inducta a lege, ratione naturali subnixa, & in bono publico fundata, est licita & iusta caussa, ita etiam est huiusmodi in actib. consequutiuis ab ea, prout est gabella, *l. si filiusfamil. & ibi Bald. C. ad Macedon.* Non enim vim pati dici potest, qui facit, quod tenetur, quinimmo, illa est vera libertas, & qui aliud facit, contrariando rationi naturali & iustitiæ, dicitur esse veluti seruus proprij appetitus, & iniquitatis, prout sunt bruta animalia ratione carentia. Hinc dici solet a Philosophis, quod homo rationi & iustitiæ assentiens, eximitur a lege, quæ solum contra malos, & iniustos lata est, vt inquit Rebuf. *in proœmio Constit Regni. glos. 1. num. 52.*

12 Hinc † etiam fit, quod compulsio iudicis in id directa, vt subditus faciat id, quod iure tenetur, dici non possit cõstringere voluntatem hominis, sed potius eum liberare à seruitute appetitus, vt eleganter disserit Bald. *in quæstione schismatis, num. 17. in versic. quid sit libertas quæritur, C. si quis aliq. testari prohib.* & paulo inferius, *in vers. ho itaque præmisso, numero 26.* inquit, quod licet compulsio in hac specie sit cum compedibus, & vinculis, non dicitur coacta voluntas: facit text. *in l. 3. §. 1. ff. de eo, quod met. caus.* exequutio enim iuris nullam habet in se iniuriam, *l. iniuriarum, ff. de iniurijs.* Secundò, quia si ego agnoscens sponte legis iustitiam, absque vlla compulsione, venale facerem meum frumentum, proculdubio tenerer soluere gabellam; Ergo idem dicendum erit, si compulsus authoritate, Legis, Regis, vel Magistratus; id faciam: Aliàs enim maximum esset absurdum eximere a solutione gabellæ resistentem iniustè legi iustæ, & qui absque compulsione noluit ei obedire, esset melioris conditionis obediente. Denique victualia, exceptis alimentis necessarijs pro sustentatione propriæ cuiuique familiæ, cadunt sub nomine mercaturæ, suntq. venalia, non solum habitu, sed etiam destinatione domini in eum finem ea seruantis. Ergo dici non potest coactus id facere, quod consonat fini, & destinationi eiusdem domini.

Præterea, si cõtrarium diceremus, fraudibus locus præberetur, ille enim, qui aliàs essent venditori, consulto affectarent iudicis compulsionem, vt liberarentur a solutione gabellæ, sicq. patrimonium Regium, & dominorum hoc ius vectigalium habentium, nimis defraudaretur, atque diminueretur; At fraudib. præcipue adeo euidentibus est obuiãdũ. Quinimmò, etiam si lege expressum foret, quod ex venditione tantum voluntaria deberetur gabella, non verò de necessaria, ad euitandas huiusmodi fraudes extensio fieri deberet de vna ad alteram venditionem, iuxta supra adducta *quæstione 21. num. 7.* vbi egimus an leges gabellariæ de venditione loquentes debeant intelligi de venditionibus strictè sumptis, vel etiam large. Quinimmò si aliud diceremus, sola potentia, vel metus compulsionis liberaret a solutione gabellæ, quamuis actu compulsio non
13 adesset: † non enim dicitur actus voluntarius, ad quem quis compelli potest, quamuis actu non compellatur, vt docent Anchar. in *consil. 195. Ratione, colum. 2. & Aretin consil. 24. Quattuor dubia, in secundo dubio*, per text. *in l. nouissime, versiculo quid si compulsus, ff. quod fals. tut. authore ibi, metuens ne cõpelleretur*, vbi Ripa, & Bald. notant text. illum ad hoc, quod idem operatur timor tormentorum, quod ipsa tormenta. Ad idem est text. *in l. apud Labeonem, §. ait Prætor, versiculo, quæstionem, ff. de iniurijs,*
de

de quo latè agit Anton. Gomez. *in tertio tomo variar. resolut. cap de tortura reorum, num.* 4. & Roder. Suarez *in sua allegatione 23. in princip.* Itaque non solum compulsio actualis, sed etiam metus ipsius in habitu eximeret venditores a solutione gabellæ, quod esset, immò est absurdum, & falsum. Ergo, &c.

Tertiò, quia etiam si necessitas liberaret a solutione gabellæ, minus dici potest violenta venditio inducta a lege, vel consuetudine, cum enim recepta sit, prout est in vniuersa Republica præfata lex, voluntas implicita, & in genere, facit voluntariam omnia quod ex ea processerit, tàm quam de voluntate, & communi consensu gentium, *l. 2. ff. de legibus*, vbi lex dicitur sponsio, & promissio populi: & inquit Bald. *in l. si ex cautione, in fine, num.* 18. *C. de non nu-*
14 *mer. pecun.* † quod statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, & munitus: quo sic iustificata venditione iustificatur etiam gabella eius cōsequutiua, *vt per Bal. in l. filiusfa C. ad Maced.*
15 Quartò, † quia onus soluendi gabellam ab effectu venditionis prouenit, non vero a caussa. Licet enim contractus venditionis sit de eorum numero, qui consensu contrahuntur: obligatio tamen soluendi gabellam, non oritur, nec prouenit saltem mediate ex consensu, hoc est, de forma, sed de formato, id est, de ipsa venditione, & ex lege ipsa, quæ cum sit præceptiua, afficit inuitum, *Bald. in rubrica, num.* 1. *C. de condict. ex lege*. Debitum itaque gabellæ est affectus necessarius, qui sequitur ex venditione iam formata, velit, nolit venditor: prout est obligatio alendi vxorem propriam, quam ad id vitri compulsus, vel accipere vxorem, quam accipere tenetur, & ad id iure a iudice Ecclesiastico competenti compelli potest, & debet.

Circa tertium modum compulsionis, & necessitatis per coactionem violentam, vel metum, cum voluntas coacta voluntas sit, debebitur etiam gabella ex ea venditione, vt resoluimus *supra quæstione* 14. *num.* 2.
16 Quare in terminis † hanc nostram sententiam indistincte probauit (nempe, quod ex venditione necessaria debeatur gabella) *Lassar. de decim. vendit. cap.* 19. *num.* 100. dicens, quod iuxta eam ex facto respondit, & practicatum fuit, & numeris sequentibus respondet fundamentis contrarijs: nempe, illud quod dicitur, necessitatem a tribus excusare, locū habere, & procedere in proprijs, & alijs tributis his similibus, de quibus loquuntur prædicta iura: Et de his ad gabellam nostram argui non potest, quæ generalissima est, & omnem validam venditionem a laico factā cōprehendit, nisi in casibus ab eisdem legibus gabellarijs exceptis: At venditio, quæ ex necessitate fit, vera venditio est, *l.* 1. *in princip. ibi: Et si plures sint socij*, ibi: *necessitatem habere partes suas, quas in seruo possident, vendere*, vbi expresse qui cogitur partem serui sui pro iusto pretio dare, vendere dicitur, nec necessitas facit, quo minus rei datio pro pecunia legis præcepto venditio sit, ac volūtarie fiat, iuxta reg. *l. naturalis, §. & siquidē, ff. de præscrip. verbis*, ut latius ratiocinatur Lassarte, *vbi supra, nu.* 106.
17 Similiter non † obstat, *l. Cæsar. ff. de public. & vectigal.* dum communiter allegatur ad hoc, quod casus fortuitus non debet præiudicare damnum passo, ut inquit glossa ibi, *verbo, tutto, Bart. Alberic. & reliqui, Montalu. in l. 8. ad medium gloss. titulo 31. parte 7. Castell. in l. x. Taur. fol. 19. colum* 1. † quoniam hoc solum probat illa lex, quod si
18 cotes quæ semel intet permissum locationis tempus a portu fuerant extractæ, iterum ad portum ut aliqua repellantur, naui tempestate delata, & intra prohibitum tempus exeant, non ob id uidetur, quidquam contra legem cōtractus fieri a mercatore, extrahente, non enim illa lex in tēpestate, & casu necessitatis fundatur: sed in eo, quod illæ cotes iam ab initio effectæ, & extractæ uideantur, cum semel ē portu nauis a principio proficisceretur nec si denuo propter tempestatem repellantur, iterum extrahi dici possunt contra legem contractus, quæ semel iustè extractæ fuerunt, ut constat ex litera illius text. & latius interpretatur Lassart. *vbi supra, nu.* 102. ubi *nu.* 103. *cum sequentibus* bene etiam respondet, *l. fin. §. si propter necessitatem, ff. de public. & vectigalibus.*

Ad tertium ex *d. l. Diuus, ff. de pet. hæred.* nempe non dici contra prohibitionem de non alienando venire; qui compulsus alienat. Respondemus, hoc procedere respectu pœnarum, in quas absque voluntate libera non incurritur, quia vbi non est culpa, non est pœna: At hic nos agimus de obligatione, & necie annexis voluntate legis, & non venditoris, contractu venditionis valide celebrato. Vnde cum venditio necessaria sit valida, ex ea prodeunt sui effectus debiti gabellæ, & euictionis, licet pœna incurratur, quæ multum differt à præd. effectibus. Ad aliud fun-
19 damentum contrariæ partis, quod habet † damnum non debere resultare alicui ex his, quæ ratione, & necessitate officij fecit, respondemus, ex hoc nihil inferri necessario ad exemptionem gabellæ, cum etiā si quis ratione officij administrantis venderet, non liberaretur à solutione gabellæ: & ideo bellissimè concludit Modern. Paris. *in Consuetud. Parisiens. titulo* 1. *§ 22. num.* 14. differentiam Bart. & sequacium inter voluntariam, & necessariam venditionē non procedere in hac materia, sed in alia, nempe legum sequacium in diuersis terminis, scilicet, vbi agitur de prohibitione vendendi, vel de suspicione fraudis in venditore, non autem vbi agitur, de iure competente, vel competituro tertio ex venditione: quia siue voluntarius, siue necessarius sit venditor, hoc nihil pertinet ad illum tertium: sicque in effectu hanc nostram sententiam tenet, & probat Mod. Paris. *ibidem num.* 14 & prius *num.* 13. nempe, quod ex venditione necessaria, prout est illa, quæ authoritate iudicis fit in publica subhastatione, qua res sic vendita adiudicatur plus offerenti, instantibus creditoribus debetur gabella.
20 Ad quartum † de communi opinione Doct. quæ habet quod de diuisione necessaria, quæ fit inter socios vel hæredes emphyteutis non debetur laudemium, respondemus. Primo procedere in materia laudemij, in qua Authores præcitati loquuntur, & ubi agitur de prohibitione alienationis, & uenditionis, de suspitione fraudis in uendente, ut, scilicet, non uideatur fraudem facere, uel prohibitionem incurrere, qui necessario alienat, prout contingit in diuidente rem communem litigiosam, uel emphyteuticam, aut feudalem, ut probat text. *in l. fin. versiculo exceptis, ibi: diuisionis, C. de litig. & in Authen. de litigios. §.* 1. *ibi: hæredes autem eius*: non verò dictæ communis sententiæ procedit, vbi agitur de iure competenti, vel competituro alicui tertio ex simplici actu venditionis, vt prædiximus ex Mod. Paris. *vbi supra*, quem in proposito huius responsionis refert Lassar. *vbi supra, num.* 105.
21 Secundo respondemus † prædictæ communi sententię, quod in ea materia diuisionis emphyteusis communis necessitas non operatur exemptionem gabellę, sed tantum, quod media, (quibus diuisio fit, nempè, permutatio & venditio diuisioni incidens, sine quibus ipsa commode expediri non potest) habeantur pro vnitis, & cohærentibus ipsi diuisioni, vbi incidunt, & cum ea confundantur, velut re, de qua principaliter agitur, & de per se separatim, & distinctè non censeantur, & considerentur, sed vt accessorium sequi naturam sui principalis, indeque recipiant formam, & denominationem, atque à fine diuisionis, quę fit: finis namque trahit ad se omnia, quę tendunt ad finem, *l. & si nō sunt, §. peruenimus, ff. de auro & argent. legato*
22 † Sicut in contractu dotis ęstimatio accessoria, quę facit emptionem incidentem ipsi contractui dotis, non est separata ab ipsa dote, sed caput contractus dotis, quod cum ea confunditur, *iuxta gloss. & DD. in l. quoties, C. de iure dot.* ideoq. matrimonio non sequuto, non solum principale, quod est ipsa dos, sed etiam emptio incidens exspirat, *l. in rebus dotalibus. C. de iure dot.* & quando duæ res fiunt ad finem vnius ex necessitate, tunc ambæ sunt illa vna, *l. istud, §. fin. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. cum dotem, ad fin. nu. 4. C. de iure dot. & l. cum seruus, & ibi Paulus & Imol. ff. de condit. & demon. Afflic. in c. 1 §. vectigalib. quæ sint regal. Ias. in l. quo minus in vltim. notab. nu. 20. ff. de flumin.*
23 † Sic ēt quoties ex duob. actibus posterior est exequutio prioris, ambo sunt ille prior: quia vbi vnū pp aliud, vel duo propter vnum, vtrobique vnū tm̄, *vt in d. l. cum seruus,*

uus. *& ibi Paul. & Imol. & post alios Mod. Paris. in Consuetud. Parisiens. tit* 2 *§. 55. gloss. 1. num. 110. ad fin*. Necessitas igitur in proposito à solutione gabellæ non liberat, sed operatur confusionem horum mediorum, quæ confusio in caussa est, vt gabella non debeatur, & necessitas incidentiæ horum mediorum est tamquam caussa caussæ & iuxta hoc est intelligenda præfata communis sententia, de qua per Doctores *in d. l. & ideo, ff. de condict. furtiu. & in alijs locis supra allegatis*: huiusmodi namque necessitas confundens media venditionis & permutationis operatur, vt ipsa transeant in speciem negotij principalis, nempe diuisionis, ex qua nõ debetur laudemium, vt habet cõmunis sententia: nec gabella, vt infra agemus in quæstione *vtrum de diuisione hæreditatis debeatur gabella*.

24 Diuisio namque † est contractus mixtus participans de distractu & contractu, & de permutatione, & venditione, & tamen propriam, & distinctam habet naturam, *vt in §. penult. Institut. de offic. iudic. & in §. quædam Instit. de actio.* & hoc nõ obstante, totus cõtractus dicitur diuisio, & consequenter ex eo nulla vita debẽtur, vt probat Mod. Paris. *in Consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 22. num. 74. & 81. in fine*. Et distractus, quia eo tendit, vt dominium distrahatur, & dare vnicuique suam portionem, & per eam non confertur nouum dominium, nec dicitur alienatio, nec noua acquisitio inter cohæredes, sed exequutio prioris acquisitionis, & dominij, & distributio primarum portinaũ in eadem quota ad distrahendam communionem, & semper censetur res habere iure successiuo primitiuo, cuius virtute facta est diuisio, vt probat Mod. Paris. *in Consuet. Parisiens. titulo 1. §. 51. num. 11.* vbi quod hinc dicitur necessaria alienatio, vt ipse dicit *tit. 1. §. 22. quæst. 12.* non tamẽ vis est in hac qualitate, necessaria alienatio, quia quamuis necessaria locum habent illa iura feudalia, de quibus ibi agit, it est nouus acquisitor: sed vis est in hoc, quod per diuisionem sequentem non censetur fieri noua acquisitio respectu domini directi, & horum iurium à priori acquisitione per successionem & hæreditatis aditionem, sed censetur exequutio & distributio portionum, secundum naturam prioris acquisitionis & secundum causam illi ab initio implicitam, quo fit, ut res videatur in eodem statu manere, *l. vltima, & ibi late Alexand. & Ias. ff. si ex noxal. causa agatur*, ideoque diuisio habet formam & naturam distinctam mediorum venditionis & permutationis in ea incidentium, vt patet ex toto iure, in quo pro diuersis ponuntur titulis tractatibus & actionibus, diuisionis, venditionis, & permutationis: Ideoq. ex diuisione non debetur gabella, quia nihil amplius operatur, quam mediorum confusio: quod sic hæc fieret in alio contractu ex quo deberetur gabella necessitas non facit ad rem, de qua agimus, nempe, vt liberet à solutione gabellæ: & sic remanet sublatum sufficienter, quartum fundamentum partis aduersæ.

Quintum etiam cessat ex responsionibus ad cetera fundamenta contraria assignatis.

25 Obseruandum tamen erit in proposito, quod † cũ quis iure cogitur rem suam iusto pretio vendere, detrimẽtum gabellæ ex illo iusto pretio soluendæ, sibi resarciri debet, ita vt iustũ suo pretio, eoq. franco res vendita maneat, vt bene probat Lassarte *de decim. vendition cap. 19 nu. 108.* qui *num seq.* hoc verum intelligit in his rebus, quarum pretium lege aliqua taxatum non sit, alias secus, veluti in frumento hordeo, & alijs fructibus: *cum* enim vltra pretium definitum lege, vllo pacto res hæ vendi non possint, si præter id sibi resarciendum esset damnum gabellæ ad se iure spectans, iam vltra taxam reciperet, quod est prohibitũ: debet igitur vtrumque contineri intra latitudinem pretij taxati à lege, & ita inquit, sæpe in facto consuluisse, & esse practicatum.

26 Superiora plane † procedunt in venditione quantumcumque necessaria & coacta. Ceterum, vbi propriè venditio non esset, sed ablatio rei propriæ, veluti cum Rex sibi aliquid auferret, vassallo soluto bono cambio, vel alius dominus inferior Rege in terra sua, vt in casu *l. 2. titulo 1. partit. 2. in versiculo. E si por auentura*, gabella non debebitur: & ita caute lex illa negotium hoc non appellat emptionem, & venditionem, sed quasi refectionem, & satisfactionem damni illati, & ablatæ rei, non quia necessitas excuset: sed quia efficit ex casu, vt venditio non sit, vt in terminis probat Lassarte *d. c. 19. numero 107.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex datione in solutum voluntaria, vel etiam necessaria? & numeris sequentibus, resoluitur affirmatiuè, numero 4 cum sequentibus in datione in solutum voluntaria: in necessaria verò vide num. 9 cum sequentibus.*

2 *Datio in solutum non est propria, & vera venditio, sed ficta, & similitudinaria, sed contra num. 6. & 7.*

Retractus iure sanguinis non habet locum pro re patrimoniali in solutum data, sed contra num. 5.

16 *Gabella ex iudicialibus venditionibus prius deducenda est, quam satisfiat creditoribus, etiam priuilegiatis, & numero 17.*

18 *Datio in solutum pro debito partim vero, & partim falso, est nulla, & num. 19. vbi quid tunc de fructibus, sed vide in numeris sequentibus.*

24 *Datio in solutum redditur nulla, quando res ita data longe plus valet, quam debitum. & numeris sequentibus alijs modis ampliatur.*

29 *Gabella debeatur ex datione pecuniarum pro re immobili, quã quis tenebatur alteri dare, vel tradere: & num seq. vbi distinguitur.*

31 *Liberatio testatoris facta in fauorem alterius de eo omni, quod sibi debet, non comprehendit id, quod rei vendicatione ab eo potest euinci.*

32 *Aestimatio litis in actione reali consistit, & est pretium, in actione verò personali, est interesse.*

33 *Gabella an nõ debetur ex remissione actionis personalis, quã facit actor pro pecunijs, recedendo à lite.*

34 *Regula iuris, quæ habet, quod qui actionem habet ad rem, ipsam habere videatur, intellectus.*

35 *Actio, & passio non possunt concurrere in eodem subiecto.*

36 *Actio personalis propriè cedi non potest ipsi contra quem ceditur, quamuis in extraneum cessione transferri possit, si tamen de facto cedatur eidem debitori nihil aliud operatur quam liberationem, non verò transmissionem.*

37 *Traditio creditoris instrumenti debiti vni ex correis debendi in solidum, quid operetur?*

38 *Gabella non debetur ex interesse soluto pro genere mutuo dato ob moram debitoris.*

39 *Gabella an debeatur ex datione in solutum pro pecunijs prius mutuo datis.*

40 *Gabella an debeatur ex promissione decem in melle dari?*

Q V AE S T I O XXIII.

An ex datione in solutum voluntaria, vel etiam necessaria gabella debeatur?

1 DE datione in † solutum voluntaria, an ex ea gabella debeatur primo agamus: Et de hac gabellam non deberi, facit nostra *l. 1. tit. 17. hoc lib 9 Nouæ Collect. Regiæ*: ipsa namque agit, & loquitur de venditionibus proprijs, verisq. dum præcipit, venditores teneri soluere gabellam de eo, quod vendiderint, non vero de impropijs, & fictis vẽditionibus, *argumento l. 3 §. hac verba, cum simil. ff de negot. gest. diximus supra*. At † datio in solutum non est pro-
2 pria, & vera venditio; sed ficta, & similitudinaria, *l. prædium, C. de euiction ibi. nam huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet*: textu *in l. elegãter, in princ de pignor. actio. l. fin ff. ex quib caus in possess. eatur*, tenent plures Tiraquel. *de retractu linag §. 1. gl. 14 nu. 3 & 4.* tenet Montalu *in l. 13. verbo. Por otra heredad tit. 10 lib. 3. for. Paris. consi 11. num. 41. & consil 190 num 41 volum. & consil 82. numero 18 & consil. 102 num. 12. volum. 3 & plures citans consil 81. num. 32. volum 2 Rolan a Valle, consil 64. nu 6. & consil. 86. nu. 5. lib. 4. Beccius consi. 42. nu. 5. & cons 94. nu. 3.*

num. 1 *& Pancirol.consil.* 97.*num* 8.*Laurent. de Pinu con*
3 *sil.* 17.*num.*19.Ideoq. † pro re patrimoniali in solutum data, non habet locum retractus iure sanguinis, aliàs competens, iuxta opinionem Specul. & aliorum plurimorum authorum, quos congessimus *lib.*1. *practicar. q.*157.*nu.*1.

Et in terminis, quod ex datione in solutum voluntaria non debeatur gabella, tenet Ioan. Pariador *lib.*1.*rer. quotid c.*3.§.1.*num.*30.& ante eum Montalu. *in d.l.* 13.*verb. Per otra heredad, in final. verbis tit.*10 *lib.*5.*fori.*

4 Nihilominus tamen † contraria opinio in praxi, & sic affirmatiua, quod gabella debeatur, & soluenda sit ex datione in solutum voluntaria, proculdubio tenēda est, cum non solum ex huiusmodi datione in solutum intendatur fieri distractus, sed inde quoque voluntate partium fiat re ipsa vera venditio, ex iuribus supra allegatis, nempè, *d.l. si prædium, cum simil. C. de euict.* Aliàs enim mille fraudibus
5 locus fieret, ac † proinde retractus quoque ius locum tenet in da ione in solutum, iuxta veram, & receptam sententiam, quam latè probat plures allegans Matieoc. *in l.* 7.*gl.*7.*num.*4.*cum seqq.tit.*11.*lib.*5. *Noua Collect. Reg.* & nos retulimus, & proculdubio probauimus *vbi supra*, loquentes tamen in datione in solutum voluntaria, quam in necessaria, & probat etiam Mod. Parisi. *in Consuet. Parisiens. tit.* 1.§.13 *gl.*5.*ex num.*46.*cum seq. quæst.* 11. Ex com-
6 muni Doctorum sententia, quæ habet; quod † datio rei in solutum, pro debito pecuniario non tam est similis venditioni, quam vera, & propria venditio, cum omnia substantialia concurrant, scilicet, consensus, res, & certum pretiū,
7 *vt notant Bart & Bal. in d l. eleganter, in princip.* Et † ideo quidquid dicitur de emptione & vēditione, habere locum in huiusmodi datione in solutum, notant Cin, Bald. Salic. & Paul. de Castro, *in l. libera, C. de sentent. & interloc. omn. iudicum Imol. consil.*8 *num.*7.& alij plures, quos ibi ad hoc citat *num.*47.& communem profitetur Lassar. *de decim. c.* 7.*num.*47. *vers. verum:* & respectu laudemij idem probat cum alijs Peguera *in repet. c. item ne super, num* 86. *fol.* 32. & Gironda *de Gabel.*9.*p.in princ. num.* 3. & laudimè plures citans Amod. à Ponte, *in q. laudem.* 27 *per tot* Et in terminis nostræ gabellæ hāc opinionem tenet, & probat Bertachin. *in tract. de Gabell* 3 *membro* 8.*part. princip. quæst.* 4.*num* 9.*volum. tract. diuers. Doct. Decius consil.*344. *applaudent rationes in secundo dubio, num.* 3. quem refert, & sequitur Gironda, *de Gabell.*5.*part. in princip. num.*41 *cum sequent.* & probat latissimè Lassar. *de decim. vendit. c.*7.
8 *num* 5.*& num.*47. *versic. verum, cum num. sequent.* † vbi *num.*48. quod hæc sententia, vltra quod pluribus fundamentis fulciri possit, valdè approbata est in hoc Regno, ex longa praxi, quæ habet, ex datione rei in solutum, pro alia re debita duplicem decimam deberi, quasi permutatio sit, & locum habeat in ea dispositio *l.* 2. *titulo* 17. *hoc libro nono*. Pro pecuniario verò debito vna decima pendatur, quasi ex vera vēditione, & quod vix est, vt ab hac opinione queat discedere in iudicando, & consulendo.

9 Nunc autem † videamus de datione in solutum necessaria, quæ fit authoritate iudicis, veluti in casu Authenticæ, *Hoc nisi debitor, cum simil. C. de solut.* vel quando, creditori addicuntur, & adiudicantur bona debitoris exequutioni subiecta, iuxta stylum *l. fin. tit.* 21.*lib.*5. *Nouæ Coll. Reg.* & notata *in l. si finita. §. posteaquam autem, ff. de damno infecto, & l. d Diuo Pio. § si pignora, ff. de re iudic.* Et non deberi gabellam in præmissa specie, probat, & tenet Beriach. *vbi sup. num.* 10 & Pariador. etiam *vbi sup. num.* 29. & cōstat ex adductis per Tiraquell. *de retractu lignag. §.*1. *glos.* 14. *num.* 2. *& sequent.* & per Amod. de Ponte *d. quæst.* 27 & tenet Lassart. *de decim vendit. d. cap.*7*.num.*5 a vbi *nn.* 54. inquit, hinc se intelligere certam fuisse cōmunem praxim, quæ habet, vt ex adiudicatione rei exequutioni subiectæ in fauorem creditoris facta, iuxta text. *in d. §. pignora*, decima non exigatur: & ita censeo tenendum, tamets Gironda *de Gabell.*5. *parte, in princip sub nn.*49 contrarium in hoc probet iste temporibus, iure Regio attento, & antecum iure communi respectu laudemij cum alijs probat Tiraqu. *vbi supra, num.*14. nempè, gabellam deberi in præmissa specie, quod in adiudicatione facta creditori per iudicem exequutionis, venditione iudiciali non facta, minimè procedit, quia non est venditio, sed adiudicatio pro debito: sed tantum, quādo in publica subhastatione, virtute sententiæ de remate, plus offerenti, vel licitanti venditur, *vt infra statim dicemus*.

Secùs vero erit, si in publica subhastatione alteri extraneo, aut etiam ipsi creditori pluris licitanti, res illa exequutioni subiecta vendetetur: quia tunc pura, & vera venditio contrahitur, ac proinde ex ea iudiciali venditione gabella
10 debetur. Quod † enim fit à iudice in hac specie censetur fieri ab ipso debitore, qui primo dabitum sponte contraxit:
11 ideoq. † æquè de euict one tenetur, ac si ipse fecisset, *l. si ob caussam, vbi Bartol. ac alij de euiction. & l. si pignora,* 6. *de euiction.* & probat latè, plures citans, Tiraquel. *vbi supra, num* 13. & respectu laudemij, Amod. *vbi supra*, & in terminis gabellæ, ita tenet Mod. Paris. *in Consuetudin. Parisiens. titulo* 1. §.22. *num.*13 *ad fin.* & Pariador. *d. cap.* 1. §. 2. *nu.*19. *Gironda vbi supra, sub num.* 49. *cum sequent. Auendan. latè respons.*13 *num.*4. *& 6 in versiculo, sed quando vir tute contractus; & Lassar. d. c.*7 *sub n.*54. vbi quod hæc distinctio communi practica recepta est; & eam iure communi probare numeris sequentibus, & iure quoque Regio, nēpè, *lib.*9 *titulo* 11 *libro* 5. *Nou. Collect Reg.* quæ erat *lex* 70. *Taur.* vbi fit mentio gabellæ, ex huiusmodi iudiciali vēditione soluendæ, *& l.*15. *tit.*8 *hoc lib.*9 per locum ab speciali, quatenus de rebus venditis ratione Bullæ Cruciatæ præcipit, gabellam non deberi. & *num.*56. assignat rationē differentiæ in proposito, cur ex adiudicatione bonorum creditori facta. gabella non debeatur, cum tamen ipsa debeatur ex subhastatione publica, & in terminis *l. si prædium, C. de euiction. cum simil.* & supradictam opinionem, tenet etiam Molin. Theologus, *de iustitia, & iure* 2. *tomo, disputatione* 566. *colum* 2045. *in versiculo, illud verò.* non
12 † tamen debetur itatim decima, vsque dum capiatur possessio bonorum, *secundum Azeued. in l.* 1. *num.* 133. *titulo* 17. *hoc lib.*9.

13 Limitatur Primo hæc † sententia, vt non procedat, quādo debitor, in quem facta est executio, soluit debitum intra tres dies postquam subhastatio facta est rerum mobilium, & intra nouem dies rerum immobilium, qui termini iuxta consuetudinem huius Regni dantur huiusmodi debitori ad luendum res suas sic per executionem subhastatas, y rematadas, vt vulgo dicitur, de qua longa consuetudine testantur nostrates, quos retuli, & sequutus fui *libro* 2. *Practicar. quæstion.* 161. *num.*2. & aliquos postea retulit, & sequitur Lassar. *d. cap.*7 *nu.*57. Hac namque in specie, hoc est, si debitor soluat debitum intra quemlibet dictorū terminorum, respectiuè gabella non debetur, vt rectè pro
14 bauit Lassar. *vbi supra*, dum † tamen secundum ipsum ibi *num.*58. non idem dicatur in casibus, in quibus extra prædicta tempora superiores iudices decreuerint, soluto debito creditori per debitorem, restituenda esse sua bona subhastata ac vendita, quia cum illud fiat ex gratia potius quam ex iure, vt bene notat Couar. *lib.*2. *var. resol. cap.*11. *num.*3. præiudicari non debet gabellario, cui ius quæsitum est, legitimo tempore transacto: vtrumque sequitur Azeued. *in d. l. tit.*17. *num.*133. *&* 134. *hoc lib.*9.

15 Quod verum intelligo, nisi † execuio pro nulla iudicetur, & omnia inde sequuta pro talibus reuocentur, & annullentur, & bona per executionem capta liberè absque iuribus executionis iubeantur reo restitui cum fructibus, tūc namque cum ex iure, & iustitia exigente hoc fiat, ex prædicta executione & venditione iudiciali nulla à principio, & pro tali declarata, nulla decima debebitur, iuxta resoluta *supra quæstio* 9. *num.*1. *cum seqq.* & gabella exacta prius repeti poterit à gabellario.

Quod si bona per superiores iubeantur restitui debitori soluto debito intra quadriennium propter læsionē vltra dimidiā iusti pretij probatā, vel præsumptam, iuxta cōmunē Castellæ stylum & praxim, *vt per Manes. in l.* 1. *num.* 31. *C. de rescin. vend. & not lib.* 2. *Pract. d. q.*161. *n.*3. rescissa venditione ex remedio gabella debebitur, vt resoluimus supra, *q.*12. *nn.*3. & in terminis tenet Lassar. *d. n.*58. *ad fin.* & iuxta prædictā resolutionē intelligendus est Molin. Theolog. *vbi supra, co-*

pra.colum.2045.versic.illud vero.Ibi: attamen, &c. dicēs generaliter, quod si iuxta præscriptum legis res habeatur pro inempta, reddendaq. debitori sit in euētu, quod debitor intra certum tempus debitum soluat, non debebitur tributum illud gabellæ, sed a gabellario est reddendum, si id iam recepit, nempe, vt in hoc seruemus distinctionem supra traditam ex Mod. Paris.& alijs,& nostram sublimitationem, de qua supra, ibi: *Quod verum intelligo.*

16 Obseruandum † est præterea in proposito, nempè, in huiusmodi iudicialibus venditionibus, in quibus locum fore gabellæ dictum est, prius deducendam esse gabellæ quantitatem, & ex reliqua pecunia satisfaciendum esse creditoribus pro qua parte sufficiat; nam patrimonij quantitas computatur, deducto eo quod explicandarum venditionum caussam in proxeneta, præconijs, & gabellis impenditur, *l. quantitas, & ibi glos. & Doctores, ff. ad leg. Falcid. & l. quod priuilegium, versic. plane, ff. deposit.* aliud vero est in decima executionis propter text. expressum *in l. 7. titulo 21. lib. 4. Noua Collectionis Regia*, [vt vtrumque, & hoc vltimum contra Auendan. *cap. 17. prater num. 10. lib. 1.* probat, & tenet Azeuedo, *in l. 10. num. 2. ad finem, titulo 6. lib. 3. Noua Collectionis Regia, & in l. 1. num. 135. titulo 17. hoc lib. 9. Lassar d. cap. 7. num. 59. & Molina Theolog. vbi supra, d. colum. 2045. versic. pulchram vero* hocq. 17] de gabella verum esse intelligit, & probat Lassar. *vbi supra,* etiam quantumcumque priuilegiatum,& hypothecatum sit debitum illud, pro cuius solutione est facta executio, quia adhuc prius est soluenda gabella gabellario, quā priori creditori fiscoue satisfiat ex principali debito.

18 Secundò † limitatur præfata principalis sententia, vt procedat, & intelligatur in datione in solutum facta iusto 19 pretio, & pro vero debito in totum: nam † si pro debito partim vero, & partim falso, res in solutum data sit, nulla erit hæc datio in solutum, ac proinde hic contractus non obtinebit vicem venditionis, *l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb.* cuius hæc sunt verba: *Si centū debens, quasi ducenta deberem, fundum ducentorum solui, competere repetitionem Marcellus lib. 10. Digestorum scribit, & centum manere stipulationem: licet enim placuit rem pro pecunia solutam parere liberationem, tametsi ex falsa debiti quantitate maioris pretij res soluta est, non fit confusio partis rei cum pecunia, nemo enim inuitus compellitur ad communionem.* Constat igitur ex hoc textu, dationem in solutum pro maiori pretio factam, quam reuera deberetur, in totum nullam fuisse, & ita ibi tradunt in terminis per illū text. Bart. *num. 6.* dicens, multum tenendum menti pro dationibus in solutum, quæ fiūt tota die per iudices, quod si in aliquo minimo reperiatur in plus facta, vitiatur in totum, & sic fructus interim percepti debent restitui, vel cōputari in sortem ad eam extenuandam, *Paul. Castr. ibi, nu. 2. & Alexan. num. etiam 2.* vbi, quod sequuntur communiter DD. Ias. & Dec. *in l. cum amplius, ff. de regul. iur. Bal. in l. certi condictio, colum. 4. versic. secundo si iudex, num.... ff. si cert. pet. Roman. consil. 54. sub num. 12.* item Dec. *consil. 587. sub num. 5. ad finē cum alijs ab ipsis citatis*, qui dicunt, totam dationem in solutum vitiari, si apparuerit minus deberi, etiam vno aureo, quam esset verum creditum. Et ratio est: quia si pars tantum reuocaretur, sequeretur prædicta manere communia inter contrahentes, ipsis inuitis, quod esse non debet; sequuntur etiam Pancirol. *consil. 142. num. 6.* & Laur. de Pinu, *consil. 95. num. 12. & consilio sexagesimonono, num. 11.* Ergo si in hac specie datio in solutum in totum vitiatur, & est nulla, non debetur gabella.

20 Quod si sequamur † opinionem tenentium, huiusmodi dationem in solutum vitiari tantum pro parte, pro qua non est verum, nec iustum pretium, & pro alia parte valere, idem erit adhuc dicendum respectu gabellæ, vel pro parte, qua valeat datio in solutum, debeatur gabella, pro parte vero, pro qua non valet, non debeatur gabella: hanc autem distinctionem, nempè, vt datio in solutum iudicialis facta per iudicem excessiue vltra veram crediti quantitatem, quod saltem pro non concurrēti quantitate reuocetur, & fructus percepti huius partis in sortem imputētur, tenet Baptista Martiano *consil. 89. num. 25.* citans Bald. *in d. l. certi condictio, §. quoniam, colum. 3. ff. si cert. pet.* ad hoc, quod missio in possessionem facta per iudicem da credito pro parte vero, & pro parte falso, in totum vitiatur, vel saltem secundum aliam opinionem veriorem, & magis communem *in d. § si centum*, annullatur tantum pro parte excessiua, vt alibi etiam voluit Bald. *in l. cum apud, colum. 2. num. 7. C. de bon. auth. iud. possid.* cum alijs concordant. allegatis per Cæsar. Donum Muntiarens. *in suo vberrimo consil. incip. Circa processum, num. 36.* tum pluribus sequentibus. Hæc Baptist. Martian. *vbi supra.* Eamdem sententiam etiam sequitur decis. Rotæ Genuens. 13. 21 num. 36. dicens, quod † licet adiudicatio facta per iudicē plus debito in totum vitietur, secus erit in datione in solutum facta a parte, quia hæc valet, etiam quod res in solutum data plus valuerit (vt quia erratum fuisset in æstimatione) ex quo debitor tanti æstimasse videtur rem suam, vt inquit Paul. de Castro, *in d. §. si centum,* quem refert, & sequitur ibi Alexand. *num. 3.* idem Castrens. *in l. a Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. & ibi Ias. colum. 2. versic. 2.* Addit Rota Genuens. ibi, quod valeret etiam datio in solutum, nullo constituto pretio de tot metretis olei pro parte debiti, & sic pro dimidia, *iuxta l. nomen filiarum, §. portiones, ff. de verbor. significationib.* sicut valet, quando simpliciter facta est, quia intelligitur pro toto debito, secundum communem, teste Alexand. in *d. § si pignora, num. 24.* tametsi Philip. Dec. *d. consil. 587. nu. 5.* teneat dationem in solutum ab arbitro factam laudo pro pluribus summis debitis ei, cui adiudicatio facta fuit, his debitis non expressis, esse nullam, tamquam ex abrupto, & sine caussæ cognitione factam. Quid tenendum circa hanc diuersitatem opinionum?

22 Et profectò † in puncto iuris verior videtur prima opinio in terminis supra positis, per text. *in d. §. si centum,* qui euitari commodè non potest: immo coniungendo eam cum decis. Bartoli & Doctorum, habet locum, siue datio in solutum fiat a parte, siue a iudice, nempè, vt in totum vitietur, si in aliquo minimo non sit debitum, *secundum Ias. ibi, num. 2.* Concordat tamen has opiniones Bald. *in cap. quoniam frequenter, §. fin autem, in 1. colum. num. 2. vt lite non contestata,* quod text. *in d. §. si centum,* & notabile Doctorum ibidem, hoc est præfata communis opinio procedat, quando erratum est in summa debiti principalis, quod erat de centum, & credebatur esse ducentorum; Si autem totum debitum esset verum; sed erraretur in æstimatione rei quæ traditur in solutum, tunc valeat pro rata concurrentis debiti, & reliquum repetitur; & in hac specie procedat secunda opinio Pauli de Castro, *vbi supra,* licet adhuc ratio assignata *in d. §. si centum,* quam supra retulimus, fortiter refragetur in vtroque casu.

23 Nihilominus tamen † in praxi pro resolutione huius articuli, ita distinguendum est, vt prima opinio procedat quando datio in solutum fit a iudice, pro debito partim vero, & partim falso; tunc enim nulla est in totum: secus vero erit, quando datio in solutum fit a parte, & non fuit erratum in summa debiti: tunc enim valebit datio hæc, esto, quod res data in solutum valeat plus, ex quo debitor videtur tanti æstimasse rem suam, & ideo non debet rescindi, vt tenet Paulus de Castro *in d. § si pignora, & ibi Alexand. num. 26. Bartol. & Iason in d. versiculo secundo, supra citati,* quos sequitur Paul. Paris. *consil. 81. num. 36. 37. & 38. volum. 2.* Et sic quamuis debitor sit deceptus in hoc casu, debebitur gabella, sed in priori specie huius distinctionis, cum in totum datio in solutum vitietur, ipsa non debebitur, & præterea, quia quando bona addicuntur a iudice creditori pro suo debito, etiam gabella nō debetur, *vt supra resoluimus, nu. 9.*

24 Similiter, & † datio in solutum redditur nulla, quando res ita data, longè plus valet, quam sit summa, & quātitas pro qua in solutum data fuit, *secundum Paris. d. consil. 81. nu. 24. volum. 1.* maximè si pretium d. rei excedit medietatem eius quantitatis, pro qua fuit in solutum data, 25 *vt ibidem, num. 25.* & † præcipuè si datio in solutum fuit facta simpliciter, & non statuto, nec limitato pretio certo, *vt ibid. nu. 26.* quo casu saluatur, & procedit opinio Decij d. con-

26 d. consil. 587. numero quinto, supra relata. Idem, † si posses-
sio fuit assignata loco pignoris, & hypothecæ, & non in so-
lutum data, vt per Parisi. vbi supra, num. 26. Quinimmò
27 † in datione in solutum ex coniecturis iudicatur, an sit pi-
gnus, vel venditio, vt inquit Socin. consil. 94 colum. 3. &
4. volum. 1. quem refert, & sequitur Paul. Paris. consilio
28 quinquagesimoquarto, num. 82. volum. 1. † addens, quod
etiam datio in solutum iudicatur fœneratitia, & simulata,
ex coniecturis, potissime quando concurrunt illa tria, pa-
ctum de retrouendendo, pretium iniustum, & quod con-
trahens huiusmodi solitus sit fœnerari. In his ergo casibus
cum datio in solutum non sit venditio, vel iudicatur fœne-
ratitia & simulata, ex ea non debebitur gabella.

29 Sed quid erit dicendum, † *quando quis tenetur ad dan-
dum, & tradendum alteri rem aliquam immobilem, & lo-
co eius daret pecunias, vt a prædicta obligatione rem dan-
di liberetur, an tunc debeatur gabella?* Et videtur non de-
beri: quia potius sit distractus, ex quo non debetur gabel-
la, quam contractus. Igitur, &c.

Nihilominus tamen in hac specie distinguendum esse
censeo in actione reali, & personali cessa, & sic constituo
duos casus.

30 Primus est in actione † reali cessa, nempe, vt si quidem
rem, quam ego possideo, rei vendicatione a me petatur, &
sic actione reali, & pecunijs a me traditis mihi ceditur ea-
dem res, & fit titulus eius, vel si non res ipsa, saltem actio
realis, & is alteri competens mihi ceditur, tunc quidem
erit idem, quod venditio, ac proinde gabella debebitur,
quia cedens recipit a me pretium respectu dominij eiusdē
rei cessæ, vel iuris ipsius cedentis, *l. eius rei, 47. de rei ven-
dic. Eius rei* (inquit Paulus Iurisconsultus) *quæ per in rem
actionem petita tanti æstimata est, quantum in litem actor
iurauerit, dominium statim ad possessorem pertinet, transe-
gisse enim cum eo, & decidisse videor eo pretio quod ipse cō-
stituit.* Neque obstat, quod de transactione non debetur
gabella, sed tantum de venditione & permutatione, *iuxta
leges huius* Regni, quia respondemus, quod quando ex
transactione fit cessio rei petitæ per rei vendicationem, vel
ceditur ipsa actio realis, aut ius reale in rem competens,
tunc virtualiter adest ibi emptio & venditio, ac proinde
ex ea debetur gabella, *vt infra latius probabimus, & dice-
mus in quæstione, de transactione.* Sicq. cessat ratio in con-
trarium supra adducta, nempè, quod in quæstione præ-
missa potius fiat distractus quam cōtractus: fit enim vtrū-
que, nec solum agitur de liberatione rei conuentæ a lite
mota, sed etiam de cessione ipsius, vel iuris realis actoris
pretio conuenta. Præterea, ille a quo aliquid petitur actio-
ne reali, non dicitur debitor, sed rei petitæ possessor, *vt per
Angel. Aretin. in §. 1. num. 11. & Instit. de action. & Ca-
pol. in l. creditoris, oppos. 1. ff. de verbor significationib. Ale-
31 xan. in l. 1. num. 50. ff. si cert. pet.* Vnde † est, vt liberatio a
testatore facta in fauorem alterius, de omni eo, quod sibi
debet, non comprehenditur, nec includitur illud quod ille
debitor possidet, & ab eo potest rei vendicatione repeti:
quia hic talis dici non potest propriè debitor, sed deten-
tor & possessor, *l. Aurel. §. Manta, ff. de liberat. leg. l. Offi-
dius, ff. de legat. 3.*

32 Cui accedit, quod † æstimatio litis in actione reali con-
stituit, & est pretium: in actione verò personali est interes-
se, vt inquit Bald. *in l. item si fundi, quæst. 5. colum. 3. ff. de
vsufructu.*

Ceterum, si actor actione reali nihil cessit, nec titulum
possessori præbuit, aut loco sui posuit, sed solum a lite de-
cessit, obligauitq. se ad non petendum: erit tantū simplex
transactio, ex qua non debebitur gabella, *vt dicemus latè
infra, in quæstione de transactione.*

33 Secundus casus † principalis est in actione personali, nē-
pè, quando possessor rei est dominus ipsius rei, non verò
actor, qui tantum eam petit a possessore actione personali,
& vt a possessore, qui forte actione prædicta personali, te-
nebatur actori eam rem tradere, seu dare, & vt ab ea lite,
& actione personali liberaretur, transactione inita inter
partes, actori dedit pecunias: & in hac specie gabellam nō
deberi constat; quia non est datio in solutum; in ea nam-
que rem dans, est ipsius rei dominus, vel vt talis eam tra-
dit, & non domino tradit, & in eum transfert dominium,
vel vsucapiendi conditionem; & præterea dans rem in so-
lutum, tenetur de euictione, atque pretium recipit pro ea-
dem re, hoc est, quod ipse debebat, vel liberationem eius,
non verò interesse, nihil itaque in datione in solutum ad
venditionem desideratur de substantialibus, aut naturali-
bus ipsius contractus; at nostro casu actor nihil facit ex su-
pradictis, quinimmò, licet antea res fuerit mea, si eam in
alium transtuli, amplius non dicitur mea, quamuis postea
ille mihi eam debeat actione personali, *l. Quintus Mutius,
§. argenta, & ibi glossa, & l. scribit in principio, ff. de auro,
& argento leg.* & ideo non possum eam habenti dare, nec
tradere, nec transferre dominium, quod non habeo, nec
caussam præscribendi eidem concedere, quia ipsemet debi-
tor eam possidet, dominusq. eius est: hic itaque cōtractus,
non mutat dominium rei, quia dominus remanet cum ea,
nec valet vt venditio, quia rei propriæ emptio non consi-
stit, *l. si debitor rei ff. de contrahend. empt. l. debitor, ff. de
pignor. actione.* Vnde ex eo cōtractu creditor ad euictio-
nem non obligatur, sed tantum, quod actio personalis ve-
ra sit, ad hoc, vt datum pro ea, indebitum non dicatur, ac
proinde repeti non possit conditione indebiti: Datur igi-
tur pecunia ratione actionis personalis, quam actor ad rē
habet. Creditor ergo nihil dat ex sua parte, sed facit, hoc
est, præstat liberationem, & dissolutionem, & distractio-
nem actionis personalis, quam habebat, quia liberatio est
factum, non vero datio, *vt in § sed, & tale. Institut. de le-
gat.* qui enim liberat, remittit, non verò dat, *l. Iulianus, la
prima, ff. de condit. & demonstr.*

34 Nec supradictis † obstat Regula iuris, quę habet, quod
qui habet actionem ad rem, ipsam habere videtur; hoc
enim impropriè procedit, & per fictionem ad alios effe-
ctus: Vere namque multo minus est habere actionem ad
rem, quam rem ipsam, *l. minus, ff. de regul. iur.* nimiumq.
æstimatur actio, quam res ipsa, *vt per Doctores, in l. per
diuersas, C. mandati, latè per Tiraquel. de retractu conuent.
§. 2. glossa vnica, num. 48.* At in materia gabellarū, de qua
agimus, quia est stricta, & odiosa proprietas, contractus
venditionis attendendus est, *vt sæpè iam diximus*: Ergo
ex liberatione actionis personalis ad rem, gabella non de-
betur; Et quamuis prædicta liberatio, & extinctio actio-
nis personalis facta debitori, impropriè dicatur aliquando
35 cessio: non enim † actio, & passio possunt concurrere in
eodē subiecto, *vt notatur in l. si vxor tua, C. de bon. author.
iud possid. Mod. Paris. in Consuetud. Paris. titulo 1. §. 13. sub
36 numero quinquagesimo sexto,* ac † proinde actio perso-
nalis propriè cedi non possit ipsi, contra quem ceditur,
quamuis in extraneum cessione transferri posset: attamen
si de facto cedatur eidem debitori, contra quem competit,
nihil aliud operatur, quam liberationem, non vero trans-
missionem, *secundum Bald. in l. 1. quæstione 11. num. 22. C.
de action. & obligat.* per text. in *l. si sponsalibus, in fine, ff.
de iure dot. & ibi glossa.* quia debitor in seipsum non ha-
37 bet actionem. Hinc † est, vt traditio creditoris instrumen-
ti debiti vni ex correis debendi in solidum facta, operetur
contra alterum correum cessione, & respectu illius, cui fit
traditio liberatione, secundum Alexand. *in l. Labeo, nu-
mero decimo post Bartol. ibi, numero quinto, ff. de pact.* &
iuxta supradictam distinctionē debet intelligi, quod sim-
pliciter, & indistinctè dixit Parlador. *rerum quotid. libro
primo, capite 3. §. 2. nu. 31.* nempè, ex litis æstimatione, si-
cut nec ex transactione vectigal non deberi.

38 Similiter obseruandum erit, quod † si genere mu-
tuo dato, non illud, sed æstimatio reddatur, propter mo-
ram debitoris, iuxta materiam *l. vinum. ff. si cert. pet. & l.
8. titulo 1. parte 5.* nō debebitur in hac specie gabella, quia
ea æstimatio non ex mutuo consensu debitoris & credito-
ris, sed ex natura contractus mutui proficiscitur, & solui-
tur; nisi fraus aliqua occultandæ venditionis eo mutuo co-
lore, ex aliquibus coniecturis detegatur, quia tūc id, quod
vere actum erit obseruabitur, ex *l. 11. tit. 17. hoc libro nono.*
& in terminis probat Lallat. *de decim. vendit. c. 11. nu. 6.*

39 Illud autem dubitari contingit † in proposito, *an ex da-*

tione

tione in solutum pro pecunijs prius mutuo receptis, debeatur gabella? Ratio dubitandi est, ex doctrina Bartoli *in l. 2. in principio, numero 3. ff. si cert. pet.* quæ habet: *quod si ab initio mutuaui pecuniam, & postea pro illa pecunia soluatur mihi species quædam de mea voluntate, nihilominus fuisset mutuum*, sequitur, alios allegans, Purpurat. *ibi, numero decimooctauo.* Sed ex contractu mutui non debetur gabella, sed tantum ex contractu venditionis, & permutationis, *vt in l. 1. & 2. titulo 17. hoc libro 9.* Ergo, &c.

Nihilominus tamen in specie præmissa contrarium probo ex supra resolutis in hac quæstione in datione in solutum voluntaria, vbi quo modo hoc sit intelligendum declarauimus, Neque obstat doctrina Bartol. supra in contrarium adducta, quia fatemur, eam veram esse: sed procedere respectu prioris contractus mutui, cuius natura non mutatur per dationem in solutum subsequentem, & sic per distractum. Et ita debemus dicere, quod iuxta doctrinam Bartol. sit mutuum inspecto tempore præterito: quicumque namque actus superueniens non potest facere, quod mutuum non dicatur, quod semel causatum est, *l. 1. §. si vir, ff. de acquiren. possess.* sed post solutionem mutui, obligatio finitur, *vt in princip. Instit. Quibus mod. tollitur obligatio.* & ideo cum iudicio Bartol. inquit, mutuum fuisse; ita declarat eius conclusionem Purpurat. *vbi supra*, sed quamuis prior contractus non alteretur, non ideo tamen desinit nasci atque oriri ea prædicta datione in solutum nouus contractus, quando solutio fit in alia re, quam debita, quia nec solui debebat, nec recipi in illa specie, absque noua partium conuentione, tunc enim hæc solutio non est simplex distractus, sed ex ea nouus contractus celebratur, vt tenet Bald. *in l. 3. §. contrarium, ff. de contrar. iudic. tutel.* qui nouus contractus vicem venditionis obtinet, *vt in l. si prædium, C. de euict. cum similib.* ex qua iustè gabella debetur, *vt supra probauimus.*

40 Sed quid erit dicendum † de promissione decem in mel le dari, vt in specie *l. si quis ita stipulatus, 57. ff. de solut.* si semel soluatur tibi quam decem petita fuerint, an in hac specie aliud pro alio solutum sit, ac proinde decima debeatur? agit latissimè Lasart. *de decim. vend. cap. 7. num. 3.* cum pluribus sequentibus, & distinguit duos casus.

Primus est, quando hæc stipulatio interposita est, nouandæ alterius obligationis caussa, veluti, si cum mihi deberes decem in pecunia, sic stipulatus sum à te nouandi animo, vt pro ea pecunia decem cados mellis mihi dares, & tunc gabella non debetur, sequitur Molina Theolog. *in 2. tomo. de iustitia, & iure, disputat. 559. colum.* 1998.

Secundus casus est, quando stipulatio prædicta ex caussa donationis, & sic lucratiua contrahitur, nec ab alia primæua obligatione pendet: in quo latè philosophatur Lasart. plures casus distinguens circa intellectum *d. l. si quis ita stipulatus*; & tandem circa quæstionem gabellæ an debeatur in hoc secundo casu, confusè nimis procedit præter morem, nec aperit quæstionem: Ego verò censeo, in hoc secundo casu gabellam quoque non deberi, cum ex donatione ipsa non debeatur, & soluitur quod promissum fuit à principio.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex constituto, quando me constitui debitorem ad soluendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum, quam ei debebat Ioannes? & numeris sequentibus.*

2 *Gabella non debetur in præmissa specie, quando prædictum constitutum fuit factum contra voluntatem, & prohibitionem debitoris, vel aliàs, quando non competit constituenti actio, vel recursus ad repetendum a debitore, quod pro ipso soluerit.*

3 *Gabella an debeatur in præmissa specie, quando soluens est habiturus regressum contra debitorem?*

QVAESTIO XXIV.

An ex constituto debeatur gabella?

1 QVæro: *Ego me † constitui debitorem ad soluendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum, quā ei debebat Ioannes, an debeatur gabella ex hoc constituto, & solutione eius virtute facta?* Licet enim respectu meæ obligationis, & solutionis non resultet vlla datio in solutum, quia eamdem rem à me promissam solui, ac non aliam, atque ideo videbatur gabellam non deberi: nihilominus respectu pecuniarum a Ioanne Petro debitarum adest datio in solutum, quia loco pecuniarum soluitur frumentum, ex quo venditio contrahi videtur.

2 Quare pro decisione † huius quæstionis distinguendos esse censeo duos casus. Primus est, quando ego me constitui debitorem pro Ioanne contra ipsius voluntatem & prohibitionem, vel aliàs, ita, vt mihi non competat actio, vel recursus contra ipsum ad exigendum ab eo, quod soluerim, vt in casu *l. si pro te, ff. mandat. & in l. finali, C. de negot. gest.* & tunc nulla gabella debetur: quia Ioannes primus debitor noluit celebrari hoc constitutum soluendi triticum, & ita non fuit venditor, nec etiam constituens aliquid vendidit, nec vllum pretium tritici recepit, sed potius voluit Ioannem gratuito liberare à sua obligatione, & sic eidem donare, quam triticum suum vendere.

3 Secundus casus est, quando † ego me constitui debitorem pro Ioanne in prædicta specie, habiturus sum regressum contra ipsum, quia non obstitit eius contradictio, vel si contradixit, sero id fecit, nempè, post constitutum, & non ante; ità quod nihil operata sit huiusmodi contradictio, *vt in l. vtrum, ff. de const. pec.* & in hac specie habeo vnū ex duobus remedijs contra Ioannem, vel actione mandati, si coram eo, vel eius mandato, vel negotiorū gestorum, si eo inscio, & ignorante me constitui debitorem pro eo, & solui iuxta *d. l. vtrum*: quo fit, vt in priori specie, nempè, cum competit mihi actio mandati aduersus Ioannem, debeatur gabella, & sit soluenda ab eodem Ioanne, non vero a me, quia ipse huiusmodi dationem in solutum facere videtur: non vero ego, cum tamquam ipsius procurator, fideiussor, vel mandatarius, eius nomine, scientia, & conscientia, id fecerim, *l. mandato, ff. mandati, & l. qui patitur, ff. eodem titulo, & l. si fideiussor, C. eodem titulo*, & ideo competit mihi actio contra ipsum ad aliud triticum recuperandum, potius quam pecunias.

In altera vero specie, quando ex venditione frumenti, mihi non competit actio mandati, sed negociorum gestorum, quia in absentia Ioannis, & absque eius scientia, & consensu me pro debitore constitui Petro ad soluendum, pro pecunijs ei a Ioanne debitis, *vt in d. l. vtrum, ff. de constitut. pecun.* & tūc si Ioannes ratum habuit constitutum, & solutio, vt præmittitur fuit facta in frumento, ipse Ioannes debebit gabellam, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, vt in regula iuris: quod si Ioannes constitutum, vel solutionem non ratificauit, gabella debetur, & ergo eam soluam, non vero Ioannes, nec ipse tenebitur mihi soluere triticum, sed pecunias a se principio debitas, quia illud soluere non mandauit, nec constituto pro se facto consensit, nec illud postea ratum habuit, vnde ego a Ioanne id consequar actione negociorum gestorum, quod in sui vtilitatem feci, id est solutionem pecuniarum in pecunijs, non vero, quod ipsius vtilitati non cessit, nempè, dare frumentum in solutum cūm nouo onere soluendi gabellam absque eius mandato.

SVMMARIA.

1 Gabella an debeatur ex æstimatione, quæ facit emptionem? & numeris sequentibus, præcipuè numero 8. cum sequentibus.
2 Aestimatio iure facta in dubio facit emptionem? & nu. 13. limitatur numeris sequentibus.
3 Aestimatio habetur pro pecunia numerata.
4 Permutatio rei æstimatæ facit emptionem.
7 Maritus soluto matrimonio, uel eius hæres habet electionem reddendi fundum in dotem datum æstimatum ea æstimatione, quæ emptionem facit, vel prad. æstimationem, quod maluerit, sed contra, nu. 24.
10 Aestimatio rerum dotalium, quando faciat emptionem, & numeris sequentibus.
13 L. 16. titulo n. parte 4. intellectus, quæ nõ permittit læsionem etiam intra dimidiam in æstimatione dotium
14 Aestimatio non facit emptionem, quando res æstimata sic datur, vt non æstimetur, sed res ipsa reddi debeat, vt in exemplo hic posito.
15 Aestimatio non facit emptionem, quando res simpliciter æstimata traditur super negocio quod venditioni repugnat.
16 Gabella non debetur, quando res æstimata vendenda traditur sed de venditione ipsa respectu pretij quo venierit, vt in num. 17.
18 Gabella an debeatur in specie l. si pro mutua, C. si cert. peta. cum simil. & num. 19.
20 Laudemium debeatur ex emphyteusi æstimata data in dotem: & numeris seqq præcipuè nu. 26.
21 L. quoties, C. de iure dot. intellectus, & nu. 22.
23 Aestimatio iure facta in dotibus statim facit emptionem, non expectato, vtrum maritus eligat restituere soluto matrimonio.
24 L. in rebus, C. de iure dot. intellectus.

QVAESTIO XXV.

An respectu gabellæ æstimatio faciat emptionem.

1 QVæstio etiam in hac materia: *An † æstimatio faciat emptionem, ita vt ex ea debeatur gabella?* Et deberi
2 videtur, quia † æstimatio iure facta in dubio facit emptionem, *l. ex conuentione, C. de pact. l. quoties, C. de iure dot. l. 16. tit. 11. parte 4. l. 1. §. æstimatarum, & §. æstimatas, C. de rei vxor. act. & l. 3. & ibi Bartol. ff. locat. & l. plerumque, §. si ante, ff. de iure dot.* vbi dicitur, quod est vera traditio, Tiraquel. plures referens *de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 20. cum sequentibus*, est communis *secundum D. Couar. in Pract. Quæst. cap. 28. numero 1.* & per totum cap. ipsius hac de hac materia, & nos post ipsum *consil. 17. numero 19. cum pluribus sequentibus*, Lasart. *de decim. vendit. c. 11. num. 1.*
3 Æstimatio † enim habetur pro pecunia numerata, *vt in l. si pro mutua, verbo, æstimatis, C. si cert. pet. Greg. Lopez in l. in verbo, Tal vuestra cosa, tit. 6. par. 5.*
4 Quæ adeo † procedunt, vt etiam permutatio rei æstimatæ faciat emptionem, *vt tradunt DD. in l. 1. per glos. ibi, verbo, taxata, C. de rerum permut.* & in terminis statuti præcipientis, vt de contractu emptionis soluatur gabella, hoc probat, & tenet Paol. de Castren. *in l. 1. numero 10. ff. de rerum permut.* vbi loquitur, quando permuto rem meam cum alia, quam tu exposueras venalem pro certo pretio, & tibi tradidi rem meam æstimatam: tunc namque esset contractus emptionis, nam videor emisse rem tuam pro decem, & pro illius decem dedisse rem meam insolutum, & Paulum sequitur Decius *consil. 161. In causa monasterij, colum. 1. numero 1.* Ludouic. Bologn. *consil. 2. Stat statutum, & iterum consil. 25. In amplissimo*, vbi id dicit singulare, & vtrobique addit, statutum loquens de retractu rei venditæ, habere locum in tali contractu, sequitur, & probat alios referens, Tiraquel. *vbi supra, num. 19. & 22. Arias Pinel. in rubr. de rescind. vendit. 2. par. cap. 2. num. 25.* tametsi in hac eadem specie contrarium velit Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 2. §. 55. glos. 1. num. 106.* sed in his Regnis cum ea permutatione debeatur duplex gabella, nullum dubium habeat hæc, de qua agimus ampliatio, attenta *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.*
5 Fit igitur † ex supradictis, vt si rem meam tibi dedero æstimatam certo quodam pretio, licet venditionis non fiat mentio, erit nihilominus emptio & venditio, ea eoque ex contractu gabella debebitur, quod in terminis laudemij probauit Specul. *in tit. de locat. vers. nunc aliqua, ibi 109. & 110. in quæstione illa famigerata rei emphyteuticæ in dotem data æstimatæ* quia † vendita tunc fingitur, quod omnes fere vbique sequuntur eum hac sublimitatione, quod sit æstimatio talis, quæ faciat emptionem: aliàs secus, *secundum Moder. Paris. in Consuet. Paris. tit. 2. §. 56. num 40. & Peguer. in repet. cap. item ne super, nu. 81. fol. 30. & sequuntur alij relati per Tiraq. de retractu lignag. tit. 1. §. 1. gl. 14. num. 108. vbi nu. 109.* eam appellat receptam, & vt decidit communior Bertrado *conf. 180. Duo sunt, vol. 1.* est communis distinctio, vt si res emphyteutica detur æstimata in dotem, ea æstimatione, quæ facit emptionem, debetur laudemium, si verò inæstimata, non debeatur, *secundum Amod. à ponte, in quæstione laudemiali, l. 29. per totam.*
Moder. tamen Paris. *vbi supra, & numeris sequentib.* inquit DD. in hoc valde aberrasse ad pauca aspicientes, & disparata permiscentes, quia Speculator non loquitur in quauis datione in dotem, sed quando ipsamet mulier, quia suæ potestatis est, dat sponso suo pro dote sua, & satis benè loquitur, nisi quod nimis indistinctè, non aduer-
7 tendo ad praxim, quia † quod volgò dicunt, rem in dotem datam æstimatam etiam tali æstimatione, quæ venditionem faciat, censeri venditam, non absolute verum est, nec quo ad omnia, *l. quoties, ff. de iure dot.* sed tunc demum si contingat maritum, vel eius hæredem soluto matrimonio malle d. æstimationem, & non fundum restituere: secus si malit ipsum fundum restituere, prout potest, & electionem habet per *l. plerumque, in fine, ff. de iure dot.* quia tunc numquam censetur venditus fuisse, sed in dominio mulieris remansisse, *l. si constante, §. si maritus, in fi. ff. soluto matrim. l. in rebus, C. de iure dot. late Ioan. Igneus, in l. 1. §. si vir, aut vxor, ff. ad Silan.* Non ergo debebuntur laudemia, nisi in fine post solutum matrimonium, consummata venditione per electionem pretij: Hactenus Moder. Paris. resoluens, quod interim, nec venditio, nec alienatio absolute procedit.
Quinimò contra communem superiorem sententiam indistinctè in vtroque, nempe casu, non deberi laudemium, ea solum ratione, quod sit alienatio necessaria, tenet Ias. *in l. finali, quæst. 9. numero 49. C. de iure emphyteut.* & Bertrand. *vbi supra*, Aimon. Crauet. *consilio 215.* eam limitans, & declarans ex mente Ias. *vt per Amod. vbi supra, & Iasonem alij sequuntur, quos refert* Tiraquel. *vbi supra, num. 109.*
8 Quid † tenendum in quæstione principali, nec non in illa de emphyteusi data in dotem?
Ego in illa, nempe, in re pecunia æstimata, alicui data pro tot pecunijs soluendis ipsi domino rei (extra caussam dotis, & diuisionis hæreditatis, in quibus iure nostro Regio non debetur gabella, vt in discursu huius tractatus latè dicemus) regulariter teneo ex hoc contractu deberi, & soluendam esse gabellam per iura supra allegata expressè, & in indiuiduo probantia, æstimationem esse venditionem, de qua loquitur, & præcipit, quod soluatur gabella, *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Non. Collect. Reg.* Idem in permutatione specierum, quæ æstimatæ traduntur: duplex enim tunc gabella debetur iuxta *l. 2. eiusdem tit.* Cum enim res sic æstimata datur, non vt res, sed æstimatio ipsa necessario reddatur, aperta est emptio, & venditio, vt est omnium Doctorum verissima, & communis resolutio, præcipuè Bartol. *in l. sicut certo. §. nunc videndum, numero 4. ff. commod.* ac proinde gabella debetur, vt patet, & in terminis tenet Lasart. *de decim. vendit. dicto cap. 11. numero 2. & 6.*

Dei

9 Dixi regulariter, vt † excipiam casus, in quibus æstimatio non facit emptionem, quos congerit, & declarat latè D. Couar. *in Tract. Quæst. cap. 28. per totum, & nos vbi supra*, quia in his permde est, ac si tradita res esset inæstimata, quo ad solutionem laudemij, vt tenet Amod *in d. quæst. laudem. 29. ad fin.* Ergo, & quæ ad solutionem gabellæ, per
10 supradicta, vt † inde obseruemus æstimationem rerum dotalium, vel aliàs, tunc efficere emptionem, cum æstimatio fit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum iusto pretio; aliàs secùs, *secundum Bald. Salic. Ias. & Dec. in l. ex conuentione, C. de pact.* estq; communi omnium sententia probatum, ac receptum, secundum Socin. iun. *cons. 141. num. 21. libro 1.* vbi eam iure probat; congerit plurimos huius opinionis authores D. Couar. *vbi supra, nume-*
11 *ro 9.* † sed intelligenda est prima pars affirmatiua huius conclusionis communis, dum requirit iustum pretium æstimationis, ad hoc, vt ipsa emptionem faciat, nempè, vel ferè iusto secundum Salicet. *vbi supra*, quem ad hoc refert Couar. & eum sequitur *d. nu. 9.* & Rol. à Valle, *cons. 92. lib. 2. & cons. 63. nu 18. lib. 4. vbi nu. 18.* quod in dubio præsumitur iustum pretium conuentum, & ita semper capienda est coniectura, quoties potest, vt æstimatio faciat emptionem, vt cum alijs probauimus *d. cons. 17. num. 24.*
12 Secundam verò partem negatiuam † prædictæ communis opinionis Couar. *vbi supra d. nu. 9.* tunc admittit, cum æstimatio facta fuerit pretio minus iusto ex deceptione vltra dimidiam iusti pretij: Etenim in hoc casu propter maximam pretij iusti diminutionem, vel augmentum, præsumitur ad alium effectum forsan factam fuisse æstimationem, non verò ad constituendam, nec efficiendam emptionem: alioqui enim si indistinctè, scilicet, quando simpliciter pretium non est iustum, contrarium admitteremus, cum varia contingant de iusto pretio sæpissimè testimonia, nec pretium iustum consistat in indiuidua certitudine, magis esset locus litibus hac de re, & controuersijs, nec posset frequenter ad praxim deduci communis illa regula, quæ habet, æstimationem rerum dotalium in dubio emptionem efficere.
13 Neque huic † communi resolutioni obstat *l. 36. tit. 11. par. 4.* secundum Couar. *vbi supra.* dum probat, in æstimatione rerum dotalium, quæ simpliciter facta fuerit, non esse permittendum, quod vxor, vel maritus aliquam, etiam intra dimidiam iusti pretij læsionem patiantur, quod est iure communi attento verius, & receptius, vt latè, plures allegans probat contra alios Matienc. *in l. 1. glos. 8. nu. 21. & 22. tit. 11. lib. 5. Nouæ Collection. Reg.* quibus verbis lex illa Regia non statuit, æstimationem factam pro pretio maiori, vel minori, quam iustitia commutationis patiatur, non efficere venditionem, sed maximè censet eam factam esse, modo iustum per additionem, vel diminutionem constituatur, quia fortassis Regia hæc constitutio ita intelligitur, vt obtineat, quoties læsio contingit intra dimidiam, quod si læsio vltra dimidiam in pretio contigisset, tunc locus sit opinioni Baldi & aliorum, vt æstimatio non faciat emptionem, saltem vbi læsio esset in vxoris damnum, quæ responsio, & intelligentia ad illam l. sustineri potest, non in eum sensum, vt tollamus mulieri remedium læsionis vltra dimidiam iusti pretij, si ea deceptio contra ipsam contingat, & velit eo remedio vti: cum maiori ratione hac in specie d. lex Regia admittit emendationem læsionis vltra dimidiam; quasi senserit Couar. contrarium, vt censet Matienc. *dicto numero 22.* miratus Couar. quod supradicto modo intellexerit d. legem Regiam, non enim hoc voluit, nec sensit insignis Couar. sed tantum, quod illa lex Regia intelligatur (nempè, dum innuit, æstimationem rerum dotalium efficere emptionem, etiam vbi læsio in ea æstimatione contigerit) de læsione intra dimidiam, secus de læsione vltra dimidiam, lex illa non dicit, æstimationem efficere emptionem. Vnde erit locus opinioni Baldi, & communi, quæ habet, quod æstimatio concurrente tam enormi læsione, non faciat emptionem: Non tamen ideo Couar. sensit, quod ea res tunc maneat tamquam inæstimata dotalis, in dispendium mulieris, cum ipsemet Couar. in finalibus verbis dicat, quod in damnum mulieris æstimatio tunc non faciat emptionem. Voluit igitur Couar. expresse, succurri vxoris impendio, & damno, nempè, vt si fuerit enormiter læsa, scilicet, vltra dimidiam in rei dotalis æstimatione, æstimatio emptionem non faciat: Poterit ergo mulier in æstimatione rei dotalis decepta, siue intra dimidiam, siue vltra, petere, *que se des haga el engaño*, vt expresso cauetur in d. lege Regia, quod non negauit Couar. cum allegauerit eam legem, sed tantum inquit, quod quando læsio contingit vltra dimidiam in æstimatione, rerum dotalium, æstimatio non facit emptionem, saltem vbi læsio esset in vxoris damnum. Et hæc sit prima limitatio ad communem opinionem supradictam quæ habet, quod æstimatio in dubio facit emptionem, vt procedat, quando fit iusto pretio, vt in dubio præsumitur, aliàs secus.
14 Secunda limitatio est † vt non procedat prædicta communis sententia affirmatiua, quando res æstimata sic datur, vt non æstimatio, sed res ipsa reddi debeat, veluti, si eam dedero ad ostentationem, & pompam, ac proinde, tunc temporis gabella non debebitur, vt bene probat Lassarte, *vbi supra, num. 3.* Quod si actum sit, vt vel res ipsa, vel æstimatio ei reddatur, interim quod electio non sit, dici non potest venditio, *vt in l. quod si fundus, ff. de fundo dotali*, ac proinde interim gabella non debebitur, sed demum facta electione solutionis æstimationis, quia tunc verum est fieri venditionem: quod si elegerit, rem restituere, non erit venditio, & ideo nulla gabella debebitur, vt patet ex resolutis, per Mod. Paris *in Consuet. Paris. titulo 2. § 16. num. 41.* & in terminis tenet, & probat Lassar. *vbi supra, num. 4. versi. Si vere.*
15 Tertiò limitatur † præfata communis sententia, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio, quod venditioni repugnat, *vt in l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc.* de qua agit Bald. *in l. 3. ff. locat. & in specie text. in l. 2. §. si in alea, ff. quar. rerum act. non datur*, iuxta tertiam interpretation. glossæ, ibi, *verbo, vendam*, scilicet, cum rem æstimatam ludo: tunc namque venditio non est, ac proinde gabella non debebitur, vt probant Bartol. & communiter DD. secundum Lassart. *d. capit. 11. numero quinto*, qui hoc latius probat in specie nostræ gabellæ.
16 Nec etiam † gabella debebitur, quoties res æstimata vendenda traditur: quia non est propria venditio, sed tantum præparatorium venditionis, *vt in l. 1. ff. de æstim. actio. Parlador. rerum quotid. libro primo, c. 3. §. 2. nu. 32. Lassar. d. c. 11. nu. 4. Gironda, de Gabellis, 9 parte in princip. num. 32.*
17 De venditione † autem, quæ postea fiat eiusdem rei, debebitur gabella, iuxta quantitatem pretij, quo venierit, *vt in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.*
18 Denique gabella † non debebitur in specie *l. si pro mutua. C. si cert. pet. & l. pro auro*, secundum communem eius intellectum, de quo *in glos. 1. ibi, C. de vsur.* vbi cum rogasses me, vt mutuam tibi pecuniam crederem, nec eam haberem, lancem, aut equum, vel alias species, vtriusque consensu æstimatas dedi, vt eadem æstimatio statim tibi mutua esset, quidquid de illis rebus postea fieret, quia hæc nõ est vẽditio, sed potius mutuum fictione breuis manus quæ efficit, vt pecunia ex illis speciebus æstimatis redacta, vel redigenda mihi videatur a te soluta, & iterum tibi a me credita, vt probat *l. singularia, in fine, ff. si cert. pet.* & in terminis latissimè ita probat, & resoluit Lassar. *d. cap. 11. num. 7. cum seqq.* respondens *l. qui negotia, in versic. his argumentum, ff. mandati*, quæ videbatur probare contrarium, &
19 tandem *num. 10.* declarat, hoc procedere, quando † species, quas tibi æstimatas tradidi, vt tu eas venderes, & earum pretio vtereris, venales non habebam, tunc enim verum est dicere, magis me vidisse mutuare, quam vendere: secus vero si eas species venales haberem, quia tunc non vendidisse minus, quam mutuasse videor, iuxta distinctionem *l. rogasti, ff. si cert. pet.* ac proinde gabella debebitur in hac vltima specie.
20 Nunc videamus † de illa secunda quæstione supra indicata, nempè, *an de emphyteusi æstimata data in dotem*

debeatur laudemium? In qua, vt vidimus, communis opinio habet contra Ias. laudemium deberi, quia æstimatio prædicta in dotibus in dubio facit emptionem, & eam tenet etiam Aluar. Valasc. *de emphyteusi, 2. tomo, quæst. 13. numero tertio.* & ita in praxi, & in puncto iuris est procul dubio tenendum: gabella tamen ex datione dotis æstimatæ etiam ex æstimatione, quæ emptionem facit, in his Regnis minimè debebitur, *vt in l. 35. titulo 18. hoc lib. 9.* de quo infra latè sua quæstione agemus.

Nec communi supradictæ resolutioni de laudemio debito, atque soluendo ex emphyteusi æstimata ex æstimatione, quæ emptionem facit in dotem data, obstat, quæ nouiter contra eam tentauit Mod. Parif. *vbi supra*, eius nanque opinio, vt hominis arrogantia pleni atq. mordacis, & satyrici, quamuis aliàs doctissimi, sed parum modesti, falsa est, atque non tenenda, vt ex infra dicendis liquidò parebit.

21 In primis † enim (inquit) vulgare illud dictum, rem in dotem datam æstimatam etiam tali æstimatione, quæ venditionem faciat, censeri venditam, non absolutè verum esse, nec quo ad omnia, *vt in l. quoties, de iure dot.* quæ lex decidit, quod euicta re in dotem data æstimata, vir ex empto contra mulierem aget. & quidquid, eo nomine fuerit consequutus, dotis actione soluto matrimonio ei præstare oportet: addit lex (& tunc pro Mod. Parif.) quæ sententia habet æquitatem, quia non simplex venditio sit, sed dotis caussa, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris: sufficit enim, maritum indemnem præstari, non etiam lucrum sentire, hoc namque ex æquitate potius, quam iuris rigore lex sua clementia voluit, vt ex ipsa expressè cõstat, quod nec in illa specie, quo ad pretium æstimationis reddendum contradicit venditioni, immò eam format, nempè, vt si venditio dotis caussa facta, nec procedit vltra illum casum, sed tantum in eo æquitatis pleno, ne maritus lucretur ex damno mulieris; qui casus ad nostrum, de quo agimus, nihil attinet: In ceteris verò extra illum, inconcussa manet communis regula, quæ habet, quod æstimatio in dotibus regulariter facit venditionem.

Comprobatur etiam quia æquitas *d. l. quoties*, solum locum habet, quando res dotalis, quæ fuit euicta, est data æstimata ab ipsa muliere: secùs si ab extraneo, vel patre mulieris, quia tunc locum non habet æquitas, *d. l. quoties*, vt per Bald. Nouell. *de dote priuileg.* 40. quem refert & sequitur Gregor. Lopez *in l. 18. in gl. El pro ò el damno, ibi, quod tamen, tit. 11. par. 4.*

22 Addit † verò Mod. Parif. tùc demum æstimationem in dotibus facere venditionem, si contingat maritum, vel eius heredem soluto matrimonio malle d. æstimationem, & non fundum restituere, secùs si malit potius ipsum fundum restituere, prout potest, & electionem habet, per *l. plerumque, in fine, ff. de iure dot.* quia tunc fundus nunquam censetur venditus fuisse, sed in dominio mulieris permansisse, *vt in l. si constante, § si maritus, in fine, ff. soluto matrimon. & in l. in rebus, C. de iure dot.*

23 Hæc tamen † additio falsa prorsus est, cum, quia omnia iura prælegata ad hoc, quod æstimatio in dotibus faciat emptionem, indistinctè loquuntur, & procedunt statim re in dotem data æstimata, ea æstimatione, quæ facit emptionem, non expectato an maritus eligat æstimationem, vel rem ipsam restituere, soluto matrimonio; & ad hoc plenè probandum sufficiat mihi vel sola vna lex, aliis quã plurimis omissis, nempè, eadem *l. plerumque* à Mod. Parif. in contrarium allegata, ibi, *si ante matrimonium æstimatæ res dotales sunt, hæc æstimatio quasi sub conditione est, namque hanc habet conditionem, si matrimonium fuerit sequutum; sequutis igitur nuptiis, æstimatio rerum perficitur, & fit vera venditio;* non ergo ad hoc expectari debet matrimonij solutio, nec mariti electio: quod etiam patet ex versic. statim sequenti, eiusdem l. ibi, *æstimatio enim venditio est.*

24 Alterum † autem, quod affirmat Mod. Parif. nempè, stante prædicta æstimatione, posse maritum, si velit, prout electionem habet, restituere fundum æstimatum in dotem datum, non verò teneri eius æstimationem præstare, ex *d. l. plerumque, in fine,* plus quam manifestè falsum est, ex eadem, & *l. plerumque, in fine,* capiendo sensum à vers. præcedenti. Loquitur enim, quando in æstimatione dotis conuenit, vt aut æstimatio, aut res præstentur, vt patet ibi; *si res in dotem data fuerint æstimatæ, verum conuenerit, vt, aut æstimatio, aut res præstentur, siquidem fuerit adiectum, vtrum mulier velit, ipsa eliget, vtrum malit petere res, an æstimationem: verũ si ita fuerit adiectum, vtrum maritus velit, ipsius erit electio: aut si nihil de electione adijciatur, electionem habebit maritus, vtrum malit res offerre, aut pretium earum: nam, & cum illa, aut illa res promittitur, rei electio est, vtram præstet: sed si res non extet, æstimationem omnimodò maritus præstabit*: hic finitur lex illa: en quomodo loquitur, & verè loquitur, quando expressè conuenit in datione dotis æstimatæ, quod aut æstimatio, aut res præstentur, quo casu distinguitur, vt videmus in verbis illius, *l. prænarratis*, & approbatur illa decisio, dum loquitur in dote, *in l. 18. & 19. tit. 11. par. 4.* Loquitur etiam generaliter in alia promissione alternatiua rerum, quod debitoris sit electio, cui decisioni conuenit *l. 23. & 24. tit. 11. par. 5.*

At Mod. Parif. *vbi supra*, nec nos loquimur in hac specie conuentionis alternatiuæ restituendi res ipsas dotales, aut earum æstimationem, quo casu verum est, esse electionem præstandam marito, aut vxori, cui in conuentione præfata fuerit relicta, & nulla data electione, maritus eliget, quia in alternatiuis debitoris est electio.

Sed loquimur, & loquuti sumus manifestè, non stante prædicta conuentione alternatiua, sed tantum, quando simpliciter res in dotem dantur æstimatæ regulariter: quo casu nec d. l. *plerumque*, loquitur, nec verum est pendere ab electione facienda a viro, uel eius herede, soluto matrimonio, an uelint æstimationem, uel fundum æstimatum restituere, *vt alias censuit* Mod. Parif. sed statim nuptijs sequutis perfici, & esse ueram uenditionem, *vt in d. l. plerumque, & in d. l. 18.* cauetur.

Et præterea minimè maritus, aut eius hæres prædictam electionem habebit, sed præcisè tenebitur, æstimationem restituere, quia uera, & perfecta uenditio fuit statim sequutis nuptijs.

Aliàs enim matrimonij præiudicium, & damnum fieret dotibus; siquidem re ipsa æstimata in dotem data, viliori effecta absque culpa mariti, semper maritus eiusve hæres, soluto matrimonio, eligerent ipsam restituere: æstimationem verò per contrarium, quando res æstimata pretiosior effecta esset, quod quantum præiudicaret mulieribus, & fauori dotium, contra iuris dispositionem, vnusquisque facilè conijcere poterit: præterquam, quod contrarium expressè vtroque iuri Communi, & Regio statutum est; nempè, vt periculum, damnum, aut commodum rei æstimatæ in dotem datæ, contingens, si matrimonium sequutum fuerit, pertineat ad maritum: si inæstimatæ verò datæ sint, ad vxorem, *vt in d. l. plerumque, per totam, & in l. 18. & 19. titulo 11. par. 4.* nisi periculum, damnum, aut commodum antequam nuptiæ sequantur, in rebus æstimatis, contingat: tunc namque ad mulierem pertinebit, quia datio est conditionalis, si nuptiæ sequantur, ac proinde ad mulierem, quousque nuptiæ sequantur, damnum, aut commodum spectat, quamuis maritus dotem habeat, & possideat, vt in dd. legibus cauetur; & latè per Couar. *in suis Practic. Quæstionibus, c. 18 num. 5.*

25 Tertium, † quod prætatus Moder. Parif. de *d. l. in rebus, C. de iure dot.* adfert vbi mulieri, soluto matrimonio, etiã pro re æstimata competit rei vendicatio, nihil obest: quoniam lex illa loquitur, & procedit in rei vendicatione vtili in subsidium, propter concursum aliorum creditorum, ne mulier indotata remaneat; & sic speciali fauore dotis, vt dicunt ibi Doctores, & nuncupatim Amodeus *vbi supra, ad finem*, & nihilominus tunc inquit text. quod secundum legum subtilitatem prædicta bona æstimata, in dotem data, peruenisse videntur ad maritum, atque transitum eorum fieri in patrimonium mariti.

26 Quartum † & vlterius, quod ex præcedentibus fuit dictis infert Moder. Parif. *vbi supra*, quod in præmissa specie de emphyteusi æstimata data in dotem non debeantur

laude-

laudemia, nisi in fine, soluto matrimonio, consummata vē ditinne per electionem prędij, iam corruit, ex supra a nobis probatis; deficiente autem fundamento, corruit ædificium, *cap. cum Paulus 1. quæstione 1. eum simili b.* præter quam, quod opinio singularis Mod. Paris. præfata, est con tra communem, & ideo eum merito improbat Amodeus *vbi supra, d. quæst. laudemiali 19 ad finem*, quem post hæc scripta vidimus, necnon? & Aluar. Valasc. *vbi supra, in 2. tomo, de emphyteusi q. 13. num. 5. cum sequentib.* dicens, *num. 8. in fine*, quod declaratio Mod. Paris. *vbi supra*, ad cō munem de qua supra, nec est vera, nec seruatur in praxi.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex interesse soluto pro non adimplemento contractus principalis, & numeris sequentib. precipue num. 4.*
2 *Contractus omnis recipit formā, & denominationem, a modo contrahendi, non vero a modo implendi.*
3 *Interesse, quod ob non impletum contractum soluitur, non est pretium, quod venditionem efficiat.*
4 *Interesse subrogatur loco facti nō adimpleti, & subrogatum debeat sapere naturam sobrogati primordialem, non vero accidentalem, quę postea casu superuenerit.*

QVAESTIO XXVI.

An ex interesse soluto pro non adimplemento contractus principalis, debeatur gabella.

1 HÆc quæstio intelligenda est, quando † ex contractu principali non adimpleto, non debebatur aliàs gabella, nempè, mutui, vel alterius innominati: & videtur adhuc ipsam deberi, quia loco pretij soluitur interesse: sed contra rium proculdubio est verius, & in praxi tenendum, fraude tamen cessante, sequentibus fundamentis, & iuridicis rationibus.

2 Primo, quia omnis † contractus recipit formam, & denominationem a modo contrahendi, non vero a modo implendi, iuxta glos. *in l. si inter, ff. de pact. & in l. si quis cum debitore, ff. de iu re iur. Angel. in l. iurigentium, in princip. ff. de pact. Bartol. & Alexan. in l. cum mora, C. de transact. Salicet. in l. eam propanas, num 6. C. de dolo* Dare autem, vt fiat, non est venditio, ex qua solum, & ex contractus permu tationis debetur gabella, iure nostro Regio, *per l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Regia:* Ergo ex solutione eius, quod interest, ob non adimpletum contractum principalem, a solutione gabellæ immunem, ipsa nun debetur.

3 Secūdo, † quia re vera interesse, quod in hac specie soluitur, non est pretium, quod venditionem efficiat, quia non datur pro re, sed ratione damni, ob non impletum factum, vel non redditum mutuum: & quia aliàs pretium commen suratur rei, pro quo venditur ipsa res: At interesse excedit eam, & plerumque plurimum; denique pretium est certum, prout esse debet, aliàs non est venditio: At interesse est incertum, & variabile; item pretium non augetur, nec minuitur: interesse autem habet, tractum successiuum, in quo ob moram crescit, & ob damna emergentia, & lucra cessantia.

Pretium præterea oritur immediatè, ex ipso contractu emptionis, & venditionis: Interesse autem ex mora, vel facto contingente post contractum; Pretium nascitur ex conuentione, intesse vero ex prouisione legis; quod vltimum dicit Bartol. *in l. eum stipulatus, num. 4. ff. de verborum obligationib. Decius in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de regul iur.* & constanti hæ omnes differentiæ ex Doctor. bus *in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod inter. proferuntur*, quamuis in eo, quod interest, includatur valor rei, quam dedit cōtrahens, qui ex sua parte adimpleuit: quo respectu text. & Doctores in *l. prima, C. de his, qui a non domin. manum.* decidunt, pretium esse interesse, sed hoc verum est, & procedit materialiter, scilicet, vt materia eius, quod interest: non verò formaliter, vt id, quod interest, sit forma pretij: formaliter namque pretium, & interesse inter se differunt specie.

4 Tertiò quia interesse subrogatur loco facti nō adimpleti, & subrogatum debet sapere naturam huiusmodi facti, in quo late distinguit Bartol. *in l. 1. §. hac actio, num. 1. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer.* & hoc intelligitur de natura primordiali, non verò accidentali, quæ postea casu superuenerit, *glossa, in l. certi condictio, in principio, glossa magna, verbo, ex omni causa in fine, ff. si cert. pet.* quam sequitur Bal. *in l. si eum, §. qui iniuriarum, num. 3. ff si quis caut.* & testatur communem ibi Ioan. Orosc. *num. 5.* eamdem glossam sequitur ibidem Bartol. scilicet, *in d. §. qui iniuriarum, numero decimotertio*, dicēs multum notabilem, & non alibi repetiri: & inquit Paul. de Castro *ibidem, numero 14.* per omnes teneri illam gloss. & ideo sequetur naturam facti, vt non sit pretium, sed caussa: iuxta distinctionem Baldi *in l. prima, colum. 1. numero primo, C. de actionib. & obligationib.* & sic, quod non constituat venditionem: non enim æstimatio eius, quod interest in proposito ex mutuo consensu debitoris, & creditoris proficiscitur, & soluitur, sed ex natura prioris contractus.

Quarto, quia ea actio, qua interesse petitur, personalis quidem est: at licet æstimatio litis in actione personali ven ditionem faciat, *vt in l. prima, ff. pro empt. & in l. litis æstimatio, ff. eodem titulo, Lassar de decim. vend. cap 11. numero 15.* in actione tamen personali est interesse, nō vero pre tium, secundum Bald *in l. item si fundi quasi 5 ff. de vsufructu*, ac proinde gabella non debetur, vt resoluimus *supra, quæst. 23. num. 33.* quibus hæc nostra sententia vera efficitur, quam simpliciter tenet loquens in contractu mutui Lassar. *d. cap. 16. num. 16.* vbi rectè sic obseruandum esse ait nisi fraus aliqua occultandæ venditionis eo, contrahendi colore ex aliquibus coniecturis detegatur (intellige sufficiētibus) quia tūc id, quod verè actum erit, obseruabitur ex *l. 11. titulo 17. hoc lib. 9.*

Tunc autem fraus probata videretur, si tractatus de vē dendo præcederet propinquus valde ipsi contractui simulato, vel etiam tractatus simulandi gabellam, vel si factum adimplendum adeo parum vtile esset danti ob id rem suā, ut uerisimile non sit, eo motum fuisse dantem, sed ut pretium reciperet, quod postea sub nomine interesse sibi præstetur; vel si adeo facile illud factum adimpleri poterat, ut inde euidens sit, consulto, & affectatè procuratum fuisse factum non adimpleri, uel per contrarium, si adeo difficile impleri erat, ut principio constaret necessario, & præcisè deueniendum esse ad pretium, uel pecuniam, hoc est, ad interesse, dum tamen hi nummi commensurentur pretio sei datæ ob factum: Si enim aliud esset nempè, uel nummos ualdè excedere, uel minuere uerum pretium rei datę, potius coniectari posset, non esse uenditionem, ac proinde gabellam non deberi: Non enim uerisimile fit, si partes de uenditione agerent, emptorem plus iusto pretio dare pro re sibi data, nec uēditorem minus recipere, si hoc plus, uel minus excedit quantitatem gabellæ soluendæ, uel si ei adæquabatur.

SVMMARIA.

1 *Gabella debetur ex permutatione vnius rei cum alia, & num. 5. cum seqq.*
2 *Statutum, vel lex disponens gabellam deberi ex venditionibus, extendi non debet ad permutationes.*
3 *Statutum permittens consanguineo retrahere rem venditā, non habet locum in permutatione.*
4 *Statuta loquentia in venditionibus, non habent locum in permutationibus, nisi fraus interuenerit.*
5 *Permutatio vicem venditionis obtinet, vt hic latè probatur.*
6 *L. 2. tit. 17. lib 9. Noua Collectionis Regiæ præcipiens, quæ delos trueques se pague alcauala, moribus totius Regni est admissa in praxi, & quid noui disponat num. 7.*

8 *Laudemium debetur de permutatione.*
9 *Emphyteuta licet non teneatur requirere dominum, an velit permutare, tenetur tamen postquam ipse permutauit cum alio, requirere dominum, vt illum inuestiat, & in possessionem ducat, & pro istis laudemiũ accipere debet.*

QVAESTIO XXVII.

Circa intellectum, & praxim gabellæ soluendæ ex permutationis contractu.

1 LEge 2. tit. 17. hoc lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ, ita cauetur: *Porque los trueques, y las ventas se deuen juzgar por vna misma cosa: Mandamos, que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras semejantes, y no semejantes, quier interuenga en ello dinero, o no, que de todo se paguen el alcauala a nuestro arrendador, fiel, o cogedor, siendo cada vna cosa appreciada por lo que vale, y que lo aprecie el alcalde, o juez que conosciere de la causa de la dicha alcauala, o otro, hombre bueno a quien el dicho juez lo cometiere, y la alcauala de lo que se montare en ello à respecto de diez vno, se pague al dicho nuestro arrendador a los plazos en que se ha de pagar el alcauala de las ventas, so las penas en que incurren los que no la pagan.*

Sed in primis pro ratione dubitandi contra decisionẽ
2 huius nostræ legis sic insurgo. Ius † hoc percipiendi gabellas, Regibus nostris ab initio concessum tantum fuit in cõmitijs Regijs ex venditionibus; non verò ex permutationibus, vt constat ex origine *in chronicis supra quæst.* 2. citatis: ergo tamquam res odiosa extendi non debuit ad permutationes rerum, præter concedentium intentionem, &
3 voluntatem: Statutum † enim seu lex, disponens gabellã solui debere ex venditionibus ad permutationes extendi non debet, quia venditio, & permutatio diuersi contractus sunt, & tamquam species oppositæ, vt constat ex *l.* 1. *ff. de contrahen. emptio. & l.* 1. *ff. de rerum permut. & l. fin. ff. de condict. caus. dat. & ex l. naturalis, §. si quidem, ff. de præscrips. verb.* & vbique Doctores notant: & in specie Beracli. *de Gabell. 3. par. 8. partis principal. num. 3.* quem ad hoc refert Lassar. *de decim. vend. Tyber. Decian. respõso 59. num. 1. vol.* 1. quem refert Azeuedo *in hac l. 2. num.* 10. Sic etiam statutum permittens consanguineo retrahere vẽditam, non habet locum in permutatione, vt tenent plures, quos refert Tiraq. *de retr. lig. §.* 1. *gl. 14. num. 29. & 35.* vbi eam opinionem sequitur, quando permutatio fit sine fraude, *secundum Ioan. Igneum, in repet. l. dudum. col. antepen. in vers. sed an is qui prohibetur, & multis seqq. C. de contrah. emptione, & alios quos ibi allegat,* vbi, quomodo in specie cognoscetur, fraudem admissam fuisse. Et supradicta est receptior sententia, & iure nostro Regio in materia retractus iure sanguinis approbata, *in l. 7. tit. 11. lib. 5. Noua coll. Reg.* ibi: *Por otra heredad trocar,* secundũ Matienz. *ibi glo. 10. num. 1. vbi num. 9.* cum communi limitat, quando permutatio fieret in fraudem, & ibi Azeuedo,
4 do, *nu.* 80. Immo, & † generaliter dicunt DD. statuta loquentia in venditionibus, non habere locum in permutationibus, nisi fraus interuenerit, vt constat ex Tiraq. *vbi supra, num.* 30. Semper enim aliàs venditio propriè sumpta (prout sumi debet in statutis) non comprehendit permutationem, vt patet ex tex. *in c.* 1. vbi id nuncupatim notat Abb. *in* 1 *notab. de his quæ fiunt à prælat.* & voluit etiam Bald. *in l. cum hi §. si cui, ff. de transact. in prima lectura,* quos refert & sequitur Tiraq. *vbi supra, num.* 31. Idem igitur dicendum videbatur in materia nostra gabellarum, præmaximè, cum ipsa sit odiosa & strictè intelligenda, vt sæpè documus; & quia diuersis nominibus nuncupantur hi duo contractus, nempè, emptionis & venditionis, ex vna parte, item, & permutationis ex alia: & quia si procuratores suorum Regnorum, qui hoc tributum primitus concesserunt ex simplicibus venditionibus, vellent etiam concedere ex permutationibus, hoc expressissent, cum nulla difficultas esset hoc exprimendi, non expresserunt, neq; concesserunt ex permutationibus, sed tantum ex venditionib. Igitur lex nostra hæc secunda procedere non põt.

His tamen non obstantibus, ipsa contrarium decidit, ea subnixa ratione decidendi: *Porque los trueques, y ventas se deuen juzgar por vna misma cosa,* quod iure cõmuni probatur.

5 Quia permutatio vicem venditionis obtinet, † *l.* 2. *C. de rerum permutat.* quod ideo esse explicant ibi glos. & Doctores communiter, quia multi, & ijdem effectus ex vtroque resultant, nempè causa præscriptionis, euictio, & redhibitio: & etiam in seipsis similes, ac vicinos esse eos contractus, ait Iurisconsultus *in l. 2. ff. de rerum permut.* Denique vterque contractus vnus est, & idem finis propter quem a iure gentium ambo inuenti sunt, scilicet, vt vtilia nobis in vtilibus acquireremus, vt inquit Iurisconsultus *in l.* 1. *ff. de contrahen. emptio.* Vtroque enim contractu, tunc vendentes, siue permutantes, id agimus, vt res nostras non tam vtiles, secundum temporum, ac rerum necessitates alienemus, & alienas nobis vtiliores acquiramus, quod nullo alio contractu ita contingit, prout rectè explicat text. *in princip. tit. 6. par.* 5. Vterque enim permutantium, tam emptoris, quam venditoris loco esse videtur, vt alias dixit Iurisconsultus *in l. sciendum, versic. sed si quis permutauerit, ff. de ædil. edict.* Quinimmo, vt ex probatissimis authoribus deducit Tiraq. *de retractu lignag. §. 10. glos. 1. num. 19. verbo, permutare,* accipitur pro vendere. Ideoq. prædictæ *l.* 2. *Porque los trueques, y las ventas, se deuen juzgar por vna misma cosa:* sufficiens ratio fuit, vt vel ita a principio in illius tributi origine, & concessione caueretur, vel postea lege lata per Reges nostros ad euitandas fraudes, quod de venditione erat inductum, ad permutationem extenderetur, vtrum autem horum factum sit, non benè constat, vt inquit Lassart. *d. capit. 17. num. 2. & prius in schol. add. l. 2. etiam numero* 2. seu legem nostram finem habuisse ad obuiandum fraudibus constat ex ea in suo originali antiquo, nempè *l.* 102. *del Quaderno, de las alcaualas,* ibi, dum dicit: *Porque en los trueques que se hazen, encubren algunos el alcauala, y no la pagan, &c.*

Dispositio autem facta ad obuiandas fraudes est fauorabilis, lateq. debet interpretari, *vt infra dicemus:* Sed neque hæc ratio sufficiens videtur, siquidem ob fraudem aliquorum malorum hominum regula in contrarium fieri non debebat, nec decidi generaliter, quod ex permutationibus omnibus soluatur gabella, cum ipsa sit res odiosa, onus, & impositio præter voluntatem, & intentionem concedentium. Nec obstare videtur, quod permutatio sit similis venditioni, vt *prædiximus*, quia omne simile non est idem.

6 Nihilominus tamen illud palam est, nunc † moribus totius Regni id fuisse, ac esse admissum, ac in praxi vigere, quod ex permutationibus soluatur gabella, iuxta decisionem *dictæ l. 2. & prius dictæ l. 102. del Quaderno, de las alcaualas,* vt probatur Paz lador. *lib.* 1. *rerum quotidianarum, capite 3. §. 2. num. 22. ad finem.* Ergo tacitus hic consensus inueteratus Regni, vt de permutatione soluatur gabella, idem nunc operari debet, quod expressus a principio induxit in venditionibus: eadem enim Regna, quæ primum ius gabellæ concesserunt, postea eam concessionem interpretata sunt, vt de permutationibus quoque gabella soluatur, quæ consuetudo interpretatiua prioris concessionis maximam vim habet, & obseruari debet, iuxta latè a nobis explicata, iureq. probata, *libro 3. practicar. quæstion. 62. numero 25. 26. & 27.* Tandem lex nostra recepta fuit ab his Regnis, estque in viridi obseruantia, & ideo ligat: quæ † licet no-
7 ua visa fuerit Montaluo *in l.* 1. *in glossa Con apercibimiento, in fin. tit. 4. lib. 3. for.* in eo magis noua esse videtur, quod nouum modum exigendi gabellam, ex permutatione præscribat ad euitandas fraudes, vt ipsa ait, quam in eo, quod generaliter permutationis gabellam solui præceperit, hoc enim tamquam ius antiquum relatum est, vt satis ex serie nostræ legis constat, & perpendit
8 in specie Lassar. *d. capite 17. numero* 2. Hinc † est, vt de permutatione quoque debeatur laudemium, *vt late per Amodeum de Ponte, quæstione laudemiali 28. per totã, & Ludouic. Peguer. in repetitio. c. item, ne super laudemio, amplia. 14. num. 87.*

9 *num.*87.† dicens, quod etiam si emphyteuta non teneretur requirere dominum, an velit permutare, tenetur tamen postquam ipse permutauit cum alio, requirere dominum, vt illum inuestiat, & in possessionē ducat, & pro illius laudemium accipere debet. Et in terminis statuti præcipientis, quod de qualibet compra soluatur gabella, vt de iure communi habeat locum in permutatione, probat Firmian. *vbi supra num.* 1. neque ipse ibi *num.* 3. allegatus pro contraria parte, eam tenet, ea quo nostræ legis 2. decisio remanet, tam iure communi attento, quam communi totius Regni receptione, & obseruantia satius cōprobata.

Nec obstat, quod in permutatione non habeat locum retractus, secundum receptiorem sententiam supra adductam, quia in eo, iure communi attento, sunt opiniones, & iure nostro Regio probata est opinio negatiua, *vt prædiximus*: At vero in nostra specie gabellæ probata est opinio affirmatiua, tamquam vsu, & tacito consensu totius Regni probata.

S V M M A R I A.

1 *Gabella à quo tempore deberi incipiat in permutatione.*

2 *Gabella venditionis debetur statim quod emptor, & venditor de pretio conueniunt: quia tunc perficitur venditio ante traditionem.*

3 *Permutationis contractus minimè mutuo consensu perficitur, sed tunc demum, cum res permutata traduntur; & ideo ante traditionem hincinde sequutam, est locus pœnitentiæ.*

4 *Lex 2. tit. 17. lib. 9. Noua Collect. Reg. præcipiens, quod de permutatione soluatur gabella, de permutatione valida, & perfecta intelligenda est.*

5 *Gabella ex contractu nullo & sic non perfecto, non debetur idem in laudemio: adeo, vt si soluatur competat soluenti repetitio & condictio indebiti, vt in num. 6.*

7 *Gabella, attento iure communi non debetur, nec peti potest ex permutatione ante traditionem rerum, hinc inde factam, nec etiam si ab vna tantum parte fuerit sequuta, quousque ab vtraque parte fuerit opere completa: nec debetur pænitentia sequuta.*

8 *Gabella permutationis, attento iure communi, debetur domino, vel gabellario existēti tempore traditionis, & implementi, non verò ei, qui talis erat tempore contractus permutationis.*

9 *Gabella, attento iure nostro Regio, an debeatur ex permutatione, ante rerum traditionem, & num. sequen. resoluitur affirmatiuè.*

10 *Pœnitentia in contractibus innominatis, an hodie attento iure nostro Regio locum habeat, ante implementum, & traditionem rerum, & numeris sequent. resoluitur negatiuè cum veriori, & receptiori sententia.*

14 *Gabella non debetur ex conuentione, & promissione formali permutādi, sed ex ipsamet permutatione facta, vt hic.*

Q V AE S T I O XXVIII.

A quo tempore in permutationibus incipiat gabella deberi.

1 QVÆRO circa eamdem l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. *an † ex huiusmodi permutationibus incipiat deberi gabella, & exigi possit statim, quod permutantes mutuo consensu conuenerint permutare res suas ante traditionem earum, vel requiratur ipsa traditio ab vtraque parte ad hoc, vt gabella debeatur, & peti possit?*

Et profecto magna differentia est in proposito, saltem attento iure communi, quo ad perfectionem contractus, inter emptionem, & venditionem ex vna parte, & permu-
2 tationē ex alia. In † illo enim statim, q; de pretio emptor, & venditor cōueniunt, perficitur venditio, ac proinde debetur gabella ante traditionē, *vt late probauimus supra, q.*
3 7. Contractus † autē permutationis minimè mutuo cōsensu perficitur, sed tunc demū cum res permutatæ tradūtur. Vnde ante traditionē hincinde sequutam, ex natura contractus recedere possunt ab eo permutantes verbis, pœnitentia ducti, cum non fuerit contractus ipse perfectus, *vt in l. 1. ff. de rerum permut.* cuius verba sunt hæc: *Alioquin,* 3
si res nondum tradita sit, nudo consensu constitui obligationem dicemus, quod in his dumtaxat receptum est quæ nomē suum habent, vt in emptione, venditione, conductione, mandato. Idem probat *l. ex placito, C. eodem tit. & l. 1. ad finē, tit. 6. parte 5.* Nec sufficit, quod vnus tradat, nisi & alius quoque tradiderit: quia per traditionem vnius, non erit permutatio, *vt latè probat Fortun. Garf. l. iuris gentium, in princip. fol. 25. ex colum. 4. in fine, ff. de pact.* quem refert, & sequitur Lasar. *de decim. vend. cap. 17. num. 3. & 34. ad finem.* Ergo ex permutatione ante implementū vtriusque
4 partis non debetur gabella, quia † nostra lex. Regia statuens, vt ex permutatione gabella soluatur, de valida, & perfecta intelligenda est, *argum. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. & l. 4. §. condemnatum, & ibi communiter DD. ff. de re iudic. l. non putauit, § non quauis, ff. de bon. poss. contra tabul. l. 2. in fine, ff. quemadmod. testam. aper. l. filium §. si quis bonorum, ff. de legat. præstand.* Idem consuetudine loquente de venditione, vel permutatione, quod intelligi debeat de valida per prædicta iura probauit Mo-
5 der. Paris. *infra statim* citandus. Ex † contractu enim nullo (& sic non perfecto) non debetur gabella, quæ aliàs per legem vel statutum ex contractu debebatur *l. 2. vbi Bald. & Salic. C. de eunuch. Bart. in l. vltim. §. fin. autē. & ibi quoque Bald. in § sed quia nostra maiestas, colum. 1. versic. quærit hic etiam Paul. de Castro, colu. 2. Corneus colum. 2. Ias. colum. fin. C. commun. de legat. Bertach. de Gabell. in 5. parte, num. 7. & in 3. memb. 8. part. num. 25. Mod. Paris. in Consuet. Paris. 1. par. §. 22. nu. 32.* vbi plurima congerit, sequitur, plures allegans, Tiraquel. *de retractu. lignag. § 1. glos. 2. nu. 7. & de retractu conuention. §. 6. glossa 2. nu. 5.* & vtrobique idem sentit in laudemio Rolandus a Valle, *cons. 46. num. 39. lib. 1.* est communis secundum Lasart. *de decim. vend. cap. 14. nu. 1.* Et in terminis gabellæ de qua agimus, quod ipsa non debeatur ex contractu nullo, idem probat Auendan. *respons. 13. num. 3.* & Gomez. *in l. 65. Tauri, nu. 14. Montalau. in l. 3. glossa fin. titulo de las vēdudas, lib. 5. for. Cast. in l. 70. Tauri in glossa Y el alcauala. Didac. Perez. in l. ... tit. 7. lib. 5. ordin. colu. 106. cum Segura, quem refert, & Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. num. 35. & 36. Mezia, in l. Regia Tolet. in 2. par. fundamento 5. nu. 10. Ioan. Garf. de expens. & melior. cap. 18. num. 48. Arias Pinel. in l. 2. C. de rescindenda vend. 2. parte, cap. 3. nu. 15. an fin. Matienc. in l. 7. titulo 11. glos. 3. num. 20. lib. 5. Noua Collect. Reg.* estq. vera, & tenenda sententiam secundum Lasart. *vbi supra* refert plures, & sequitur Gironda, *de Gabell. 5. par. in prin-*
6 *cip. num. 25. cum. seq.* † Adeo, quod si ex contractu nullo soluatur gabella, vel laudemium, competit soluenti repetitio, & condictio indebiti, vt probat Ioan. Garsia *vbi supra, nu.* 47. quem sequitur Gironda, *in d. 5. parte, nu. 27.*

7 Quibus fit, vt attento iure communi, proculdubio gabella non debeatur, nec peti possit ex permutatione ante traditionem rerum permutatarum hincinde factam; nec etiā si ab vna tantum parte fuerit sequuta, quousque ab vtraque parte sit opere completa permutatio, similiter non debebitur gabella pœnitentia sequuta, vt constat ex Menoch. *lib. 1. Controuers. vsu frequent. cap. 11. num. 21.* qui hoc vltimum tenet, quem refert, & sequitur Lasar. *d. c. 17. nu. 25. & iterum, num. 34.* vbi vtrumque probat, & primum probauit prius Parlad. *d. cap. 3. §. 3. nu. 35.* & ante eos Moder. Paris. *d. §. 21. 22. nu. 10* quem, & alios plures referens idem proculdubio probat Gironda, *d. 5. par. in princ. num. 1 a. & iterum in 9. parte in princ. nu. 5. & 7.*

8 Vnde gabella † in præcedēti specie debebitur domino loci, publicano, huc gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non vero ei, qui talis erat tempore contractus permutationis, secundum Lasart. *d. capit. 17. numero 44. cum seq. aduersus Ant. Gom. variar. resolut. 2. tomo cap. 8. de contract. innomin. num. 2. vers. tertius effectus; quem sequitur Parlad. d. c. 3. §. 3. nu. 35. ad finem.* sed opinionem Lasar. prædictam probat, dicens esse mirabile in praxi Gi-

conda, *in d. 9. par. princ. num. 5. in fine, & num. 6.* & Molina Theolog. *in 1. tomo de iustit. & iure disputat. 397. column. 953. & seq.* Hæc attento iure communi.

9 De iure † nostro Regio, non parum dubium est, an *gabella debeatur statim facta permutatione ante traditionem hinc inde sequutam*, stante l. 2. titulo 16. lib. 5. Nouæ Coll. Reg. quæ cauetur: *Que pareciendo que alguno se quiso obligar a otro por promission o por algun contrato, o en otra manera, sea tenudo de cumplir aquello á que se obligo: y no pueda poner exception, que no fue hecha stipulatio, que quiere dezir prometimiento, con cierta solemnidad de derecho, &c.* Ex hac namque lege videtur superiora omnia iure communi tradita, esse correcta. Siquidem omnis promissio obligat, quamuis stipulatio non intercesserit. Ergo comprehendit contractum permutationis, & ceteros contractus innominatos, etiam ante traditionem, & sic cum promissio sit valida, non erit locus pœnitentiæ ante traditionem, vt resoluimus *in nostro tractatu de iuram. confirmat. 1. parte c. 25. num. 4.* & est verior, & communior sententia, *secundū Azeued. in d. l. 2. num. 11. tit. 16. lib. 5. & in l. 1. num. 5. cum seq. tit. 21. lib. 4. & in l. 2. num. 13. tit. 17. lib. 9.* Si igitur promissio, & sic permutatio verbalis est valida, ita quod non sit locus pœnitentiæ, perfectus est cōtractus ante traditionem, & debebitur statim ab eo gabella gabellario præsenti, non expectato tempore traditionis, nec illius temporis gabellario, sicut in venditione perfecta ante traditionem resoluimus in contractu præcedenti, vt tenet, & probat latè Azeuedo, *in d. 2. numero 13. cum sequentib. titulo 17. hoc lib. 9.*

Secundò, pro hac eadem parte considero *l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* quæ præcipit: *Que de todos los trueques se pague alcauala*, simpliciter, & indistinctè loquendo nulla facta mentione de traditione, sed tantum: *Que de todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras, se pague alcauala*: ea forte ratione, quia cum hac lex antiquior multo sit illa secunda, *titulo 2. lib. 5. Noua Collect. Reg.* pro constituto habuerit, ex sola promissione permutationis, hoc est, ea ipsa conuentione de permutando, oriri obligationem præcisam adimplendi illam conuentionē, correcto iam iure communi, quod traditionem rerum requirebat, ad hoc, vt cōtractus hic irreuocabilis fieret: Aliàs enim si hoc ipsum in causa non fuisset, traditionem reū exigeret, vt necessarium requisitum ad validitatem permutationis, prout foret, si non haberemus decisionem *d. l. 2. titulo 16. lib. 5.* sed standum esset iuri communi, quia nostra *lex 2. tit. 17. hoc lib. 9.* tum simpliciter, deberet tunc intelligi iuxta ius commune, de permutationibus perfectis & validis, irreuocabiliter sequuta hinc inde traditione: Attamen cum hodie ad perfectionem, & irreuocabilitatem conuentionis cuiuscumque, & præsertim permutationis non requiratur traditio, sed statim ea conuentio, siue promissio obliget irreuocabiliter, *vt prædiximus*, consequitur, legem nostram de soluenda gabella de permutatione loquentem, verificari sufficienter in conuentione de permutando perfecta omnino, cum omnibus suis conditionibus ante traditionem, & ideo videtur, consulto omisisse traditionē, cum ea hodie non sit necessaria ad valorem, & perfectionē irreuocabilem permutationis: sed tantum nuda conuentio, aliàs omninò perfecta, ideoq. lex nostra contenta est loqui generaliter: *De todos los trueques que se hizieren de vnas cosas a otras*: hodie namque esset dicitur permutatio ante traditionem, quamuis iure communi antiquo, aliud esset decisum.

Tertiò, quia quando permutatio fiebat per stipulationem solemnem, cessabat etiam iure communi dispositio *d. l. ex placito, C. de rerum permut.* vt in ea cauetur, sed hodie promissio pacto nudo facta valet, ac si prædicta stipulatio solemnis interuenisset, *vt in d. lege Regia, 2. titulo 16. lib. 5.* expresse cauetur. Ergo habemus intentum.

Quartò, accedat alia non infima ratio assumpta pro hac parte ex principio eiusdemmet *l. 2. tit. 17. lib. 9.* dum dicit: *Porque los trueques, y las ventas se deuen iuzgar por una misma cosa, mandamos, que de todos los trueques, &c.* quæ ratio (vt patet) mouit Legislatorem ad stabiliendū, quod ex omnibus permutationibus soluatur gabella: Ergo idem ius statui debet in eis, quod in venditionibus: sed in his purè celebratis statim debetur gabella ante traditionem, vt resoluimus procul dubio supra q. 7. ergo, & in illis: *Pues estan equiparadas vnas cosas con otras, en quanto a esto*, tunc ea identitate rationis, *iuxta l. illud, cum simil. ff. ad leg. Aquil.* tum etiam ratione æquiparationis, quod argum. in iure est validum, *vt per Euerard. in sua centuria legali loco 43. à pari, &c.*

Quo fit vt incredibile, omninò videatur, stantibus his verbis, & identitate contractuum, maximè stante *d. lege 2. titulo 16. libro 5.* quod iure possit aliud dici, aut teneri, quā quod iuxta has leges nostras Regias ex permutatione omnino perfecta aliàs quam per traditionē rerum, debeatur statim gabella ante traditionē hinc inde sequutam, correcto iam iure communi, quo attento, probauimus contrarium: & in terminis ita etiam tenet Azeued. *in d. l. 2. num. 13. cum seqq. tit. 17. hoc lib. 9.*

Nihilominus tamen contrarium, etiam attento iure nostro Regio, & non obstantibus præcitatis legibus Nouæ Coll. Reg. voluit, tenet, & probat Parlad. *lib. 1. rerum quotidianar. cap. 3. §. 3. numero 35.* & Gironda, *in locis supra adductis, præcipuè in d. 5. par. num. 12.* dum nulla vtriusque iuris facta differentia, tenet gabellam non deberi ex contractu permutationis ante traditionem, sed eos improbat merito Azeuedo, *vbi supra*.

10 Quare Lassart. *d. cap. 17. num. 28. cum sequent.* † perpendens difficultatem huius articuli, necnon videns (quod Menchacan *de success. creat. lib. 2. §. 12. num. 64.* quem sequitur Menes. *in l. naturalis, §. 1. num. 19. ff. de præscript. verb.* tenet aduersus frequentiorem nostrorum sententiam, nempè, quod immò *d. l. 2. tit. 16. lib. 5. Noua Collect. Regia*, nihil immutatum fuerit in contractibus innominatis, quorum obligatio respectiua est: sed quod tantum loquatur & procedat ea lex in obligatione simplici, & quod huius quoque opinionis fuerit Greg. Lopez sibi contrarius, *in l. 1. in glossa, gran. pro titulo 11. par. 5.*) mediam in hoc passu, & in terminis nostræ principalis quæstionis amplectitur sen-
11 tentiam, † quam ab omnibus accipiendam putat bimembrem: nempe, quod aut in permutatione incipitur à re, vel a conuentione de permutando: si a re, vt quia absque vlla promissione, sed tractu quodam habito in præfatione contractus da rem ea cum tua permutada, statim rem meam, veluti hanc mulam dedi tibi, vt tuam, veluti equum mihi dares, profecto, antequam tu des mihi equum, ego tibi nulla obligatione teneor, quia nihil promisi, nullaq. causa abest, ex qua obliger, cum adhuc ego nullam rem acceperim, sed tu solus obligatus rei interuentu, eo quod rē meam acceperis, vt tuam dares, *vt in l. iuris gentium, in princip. ff. de pact. l. 1. ff. de rerum permutatione*, ac proinde possum pœnitere, *ex l. si pecuniam, ff. de condict. causa data*. & hæc pœnitentia locum habet etiam, attenta *l. 2. titulo 16. libro 5. Noua Collection. Regia*, secundum ipsum, eo quia lex illa loquitur, vbi quis se obligare voluit: hic autem ex mea parte nulla est obligatio, nec vllus animus me obligandi: quia nihil promisi, sed statim feci, quod eram promissurus, solumq. obligor ad euictionem rei à me traditæ, sequuto adimplemento alterius partis per traditionem rei suæ; Vnde in præmissa priori specie tenet auctor hic Lassarte, gabellam deberi non posse, quasi ex imperfecto contractu, etiā iure Regio, ex supradictis: & quod ita procedit opinio Menchac. & Menesij, & Gregor. Lopez *vbi supra*, contra priores supra citatus.

12 Quod si a promissione † de permutando incipiamus, sicut fit in specie *d. l. ex placito, C. de rerum permutat.* non habet locum hodie absque dubio pœnitentia: & statim gabella debetur, dummodo de modo faciendi permutationē omnino; & perfectè conueniat, nempè, vt rem meam istā dem tibi pro tali re tua, cum tali, & tali conditione: etiam si ab ea postea discedamus; vel traditio a neutra parte sequuta fuerit, attenta *d. l. 2. titulo 16. libro quinto Noua Collect. Reg.* quæ hoc casu verificatur, vt probat late Lassart. *d. cap. 17. numero trigesimo, cum sequenti, & numero trigesimo sexto, cum pluribus sequentibus.*

Quid

15 Quid tenendum? Ego † priorem partem in primo casu Lassarte tenendam esse confeso, nempè, vt hodie attentis prædictis legibus Regijs ex contractu permutationis statim celebrato ante implementum vtriusque partis, & etiam si ab vna parte sit sequutum implementum, antequam ab altera fiat, sit contractus perfectus, & irreuocabilis, ac proinde statim debeatur gabella publicano illius temporis, non expectata traditione, & adimplemento alterius partis, quia in contractibus innominatis in nostro Regno non habet locum repetitio, ex capite pœnitentiæ, vel causæ non sequutæ: sed pars potest agere contra alteram partem, non adimplentem actione ex ipso contractu, & remedio competenti ad obseruantiam contractus, vel ad interesse, sicut quando iure communi interuenit stipulatio, vt habet verior, & receptior sententia, quam supra tenuimus, & benè cum alijs probat Anton. Gomez, *2. tomo c. 8. de contract. innomin. nu. 5. vers. ex quibus*. Vnde, si sua voluntate pars, quæ adimpleuit, velit recedere a contractu permutationis, hoc nocere non debet fisco, cui ex illa conuentione perfecta permutationis, fuit ius quæsitum ad gabellam. Et ita merito secundum Anton. Gomez *ibi, numero quinto, in fine*, gabella in hac specie soluenda erit primo gabellario, qui erat tempore præfatæ conuentionis, non vero ei, qui erat tempore traditionis, quem sequitur Parlador. *libro 1 rerum quotidianar. d. cap. 3. §. 1. numero trigesimoquinto, ad finem*. quorum opinio iure tantum Regio sustineri potest: secus vero attento iure communi, *per supradicta*; Et hæc quo ad primum casum Lassart.

14 Quo ad secundum † vero casum Lassart, nempè, in conuentione, & promissione de permutando formali, teneo contra ipsum, immo, quod indistinctè de promissione sola de permutando non debeatur gabella, nisi sequatur ipsa permutatio, vel traditio, quia præfata lex Regia 2. *huius tituli 17.* de permutatione ipsa præcepit soluendam esse gabellam, non verò de promissione de permutando, quantumcumque formali: Ergo ex ea non debetur gabella, quousque permutatio ipsa fiat, vel res vtrinque tradatur, non enim antea permutatio est, nec perfecta esse intelligitur, etiam secundum communem, & vulgarem loquendi vsum, vt patet, quidquid contrarium dicat Lassar. *vbi supra num. 38*. At quod in præmissa specie partes obligentur, & compelli possint, attento nostro iure Regio, ad implendum contractum ipsum permutationis, nihil obest: siquidem ante quam celebretur, saltem verbis, ipse contractus permutationis de præsenti, non dicitur facta, nec perfecta permutatio, ad effectum, vt debeatur gabella, nisi & postquam ipse fuerit celebrata, vt prædiximus.

Et ita hanc partem contra Lassarte, merito probauit latè Molina Theolog. *in secundo tomo, de iustitia & iure, disputatione 397. in versiculo, mihi vero columna 952. cum sequenti, & Azeuedo, in d. leg. 2. numero 18. & 19.* vbi rectè hoc declarat, nisi constiterit de vero partium consensu, volentium, permutationem esse factam, etiam ante traditionem, tametsi Azeuedo, alleget pro hac parte Lassar. *vbi supra*, sed re vera Lassarte tenet, quod prius diximus.

Quibus fit, vt cum gabella non debeatur in hoc 2. casu, nisi ex ipsa vera permutatione, vel traditione rerum, illa, quæ tunc debetur pertinebit ad gabellarium, vel dominum illius temporis, scilicet, quo debetur, non vero existenti tempore promissionis de permutando, cum tunc nulla debeatur, nec deberi incipiat, sed a tempore permutationis, uel traditionis rerum sub præambula promissione de permutando comprehensarum.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex contractibus innominatis, & numero sequenti.*

2 *Trueque verbum, de quo in lege 2. tit. 19. Collect. Reg. quid propriè sit; ubi de uerbo, camio, o cambio.*

3 *Promissio dandi aliquid in genere eorum quæ in pondere, numero, uel mensura consistunt, est contractus generalis innominatus, do, ut des.*

4 *Ea quæ consistunt in pondere, numero, uel mensura, possunt promitti in specie, vt hic, immò, & pecunia, vt in numero 5.*

6 *Homo, bos, equus aut domus, potest promitti in genere, & non in specie designata, & erit contractus innominatus generalis, & non permutationis.*

7 *Genus promitti potest, non tamen datur, nec dari potest, nec possidetur, & num. seq.*

8 *Permutatio fit de rebus certis & signatis tempore contractus, & in eo, sed vide num. 10.*

9 *Gabella an debeatur ex contractu innominato, do, vt des, resoluitur affirmatiuè, limitatur num. 13. cum seq.*

11 *Lex 2. titulo 17 libro 9. Noua Coll. voluit fraudibus obuiare, ac proinde est fauorabilis, & latè debet interpretari, vt in numero 12.*

18 *Gabella non debetur de ceteris contractibus innominatis, do, vt facias, vel facio, vt des, vel facio, vt facias, limitatur num. 10.*

20 *Gabella vt soluatur ex permutatione, æstimatio rerum fieri debet per bonum virum qui est ipse iudex, vel alius, quem iudex designauerit, etiam si sit iudex pedaneus, vt in numero 21. & si aliter fiat, non erit nullum, vt in numero 22. vbi quod debet fieri iusto pretio, & statur æstimationi solius vnius boni viri, cum iuramento, vt in numero 23. & in numero 24. an debeant partes citari ad nominationem boni viri faciendam.*

25 *Aestimatores eligendi sunt à partibus, cum reseruatione iudicis, de quo hic.*

26 *Permutantium vnusquisque debet soluere gabellam valoris rei, quam receperit; non obstante quod partes alium assignent, vt in num. 27. declaratur num. 28.*

29 *Gabella non debetur ex parte rei inæstimabilis permutatæ, cum altera re æstimabili, veluti sepulchri, vel capellæ, ut in num. 30.*

31 *Lex 34. titulo 18. lib. 9. Noue Collect. Regia limitatur in casu, de quo hic.*

QVAESTIO XXIX.

An ex contractibus innominatis gabella debeatur.

1 PRIMO, Videamus † de contractu innominato,
do, vt des, & postea de ceteris tribus contractibus innominatis, nempè, do, vt facias, facio, vt des, facio vt facias,
2 agemus. † Et pro intelligentia huius quæstionis, & nostræ
legis 2. tit. 17. hoc lib. 9. Nouæ Collect. Reg. obseruandum
quidem est, quod *trueque*, de quo eadem lex 2. præcipit, *se
pague alcauala*, propriè est quædam species contractuum
innominatorum consistentium in do, vt des: nempè, cum
datio ex vtraque parte est rei certæ sigillatim designatæ,
non verò pecuniæ, & ideo appellatur permutatio, *glos. &
Doctores, in l. 1. C. de rerum permutat. & in l. 2. in princip.
ff. si cert. petat. & in l. 2. ff. de rerum permut. l. naturalis, §.
1. ff. de præscript. verb.* quem contractum leges septem partitarum vocant vulgari nomine, *camio ò cambio, l. 1. tit. 6.
parte 5.* quamuis Latinè, hoc nomen, cambium, generaliter sit, complectens omnem commutationem, *vt tenet
Bald. in cap. 1. §. cum autem, num. 1. de controuers. inuestit.
in vsibus feud.* Sed in nostra lingua materna, significat
tantum permutationem, *de cosas ciertas, y sennaladas*, vt
dicitur in d. l. 1. *Y assi communmente se lama trueco, y cambio*: præterquam in materia nummorum: quia in his licet
cambia fiant pecuniæ in genere, & incertæ, & sic nominentur permutationes, nihilominus tamé vocantur cambia,
sed de his cambiis nec gabella debetur, *vt in l. 34. tit. 18.
lib. 9.* nec de eis est nobis hic agendum.
3 Cum verò † promittimus dare aliquid in genere, veluti eorum, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura, erit contractus innominatus generalis, do, vt des: vnde hi duo contractus specialis, & generalis, do, vt des, nō
differunt natura rerum, quæ commutantur, sed tāquam
4 genus & species. † Nihilominus tamen, ea quę natura sua
sunt generica, & consistunt in pondere, numero, & mensura,

19 dict.l.2.num. 11.& 12.tit.17 hoc lib.9.† limitat Laffar.fi principaliter celebraretur contractus innominatus,do,vt des,& in consequentiam veniat factum,& erogatio expẽsatum,veluti in donatione, mutuaq. rei debitæ,& exactę translatione ad inuicem facta inter paciscentes,tunc enim cum illa mutua concessio non veniat in consequentiam actus exactionis,sed ea principaliori. & vtiliori pacto , non debet occultari,nec potest ille contractus,do,vt des,fub altern contractu, facio,vt facias,quin illius prioris rationem habeamus ad solutionem gabellæ , de qua agimus, iuxta decisio,dict.l.Regiæ 2.qua in specie ampliatur, quod modo dosumus,gabellam, scilicet,deberi ex contractu innominato,do,vt des,nempe vt procedat,etiam si in consequẽtiam veniat,& contineatur factum ad exequutionem principalis contractus,do,vt des.

20 Deinde,& tertiò pro intellectu , † & praxi nostræ legis Regiæ 2. quæ de permutationibus gabellam esse soluendã præcipit, obseruandam erit,quod ex rebus permutatis gabella soluenda est,iuxta cuiusque ex æstimationem per bonum virum faciendam, qui est ipse iudex, vel alius , quem ipse designauerit,iuxta tradita in *l.continuus,§.cum ita,ff. de verbor.obligat.& in l 31.titulo fin. parte 7.* qui iudex competens in materia gabellarum , & vt ordinarius cuiusque loci,vt patet ex l.11.*titulo 9 libro tertio.Noua Collect.Reg. & l.2.titulo 7.hoc libro nono.* unde in hac nostra lege 2. ibi:

210 *nez que conetere de la causa,de la dicha alcauala.*† quod procedit secundum Azeuedo,*in d.l.2. numero quadragesimooctauo*,etiam si sit iudex pedaneus,nam & hic de gabel

21 latum negotijs cognoscere potest,*ex d l.11.*† Quod si ipse iudex æstimare velit, cum et vir bonus adeatur , bonus viros debet consulere,& peritos in arte, vt ita sententiam ferat,*ex l.43.tit.4. partita 3.*& traditis per Auendan.*in tractatu de except.num.37 in versiculo, immò & aliud.* & in terminis probat Laffar.*d.c.17.num.* 10 non tamen censeo quod erit nullum, quod alias factum fuerit,cum nostra lex Regia 2.illud non requirat, sed simpliciter facultatem tribuat æstimandi iudici , vel nominandi alium virum bonum,qui prædictam æstimationem faciat.

Debet tamen,à quouis eorum fiat,iusto rei pretio fieri, *iuxta l.pretia rerum ,ff. ad legem Falcidiam , ex dictis per Didac Perez in l.2 titulo 23. libro secundo. Ordinam. & Duenas in regula 34.* et qui hos in terminis ita tenent Laffart. *in Scholiis ad nostram legem 2.num.5.in fine,& Azeuedo super ea,num.*47.

2| Quod si iudex hanc † æstimationem facere noluerit,poterit eam alteri bono viro committere faciendam, cuius dicto cum iuramento statur in hac materia , *vt in hac nostra lege Regia 2.* licet regulariter aliàs duo periti in arte intereligendi iuxta tex. *in Authentica,de non alienand aut permut.rebus Eccles.§.quod autem ibi:duobus per testimonium.§ modo haberi queant in loco,* & notat Anton. Gomez.*in tertio tomo variar. resolut cap.3. num* 28. & Bernard.Diaz *in regul.*461.& ibi Igoat,Salzedo,& Azeuedo,

24 *in d lege 2.numero 49 cum sequent.* | Vbi quod cum hic æstimator a partibus approbatus non est,debent partes citati ad eius nominationem faciendam per iudicem,licet in praxi receptum sit , non ex hoc esse nullam electionem & nominationem personæ æstimatoris factam per iudicem sine citatione partium, *secundum Couarru. quem refert libro secundo variar.resolut cap.*13.*numero* 1 & quin tamen contendit Azeuedo,*numero quinto,* citationem partium, vel earum præsentiam ad videndum iurare prædictum æstimatorem, licet non ad prolationem iusti ab æstimatore proferendi,*secundum Couarru vbi supra, canclus.*7. addit Azeuedo,*numero quinquagesimo primo, cum sequent.* qd si æstimator hic vtrique arbitratus fuerit & æstimauerit, in quocumque excessu , poterit pars petere reductionem ad arbitrium boni viri,*argumẽto l.si libertus,ff de oper libert.* & notat in terminis Laffart. *in Schol.ad nostram hac legem secundam,num.*8.

Est & aliud in hac materia speciale,nempè,vt æstimatoc

25 hic eligatur à iudice, † cum alias æstimatores eligendi sint à partibus,ita vt vnusquisque suum eligat,idq. ita fieri iudex iubet, reseruans sibi nominationem in defectum partis cuiusque,& tertij quoque in casu discordiæ,vt habet cõmunis praxis,quo iure vtimur,*secundum Ioan.Garf.de expens.& melior cap fin.numero decimonono refert & sequitur Laffart in Schol.ad d.l.2.numero 7.cum sequentibus,& Azeuedo super ea numero* 53.

26 Denique vnusquisque † permutantium debet soluere gabellam valoris rei , quam receperit , quali ille valor sit pretium rei suæ,ad similitudinem venditoris,*iuxta l.1. eiusdem tit.17 lib.9.*

27 Nec præstabit dicere,quod † partes in contractu permutationis,quod principaliter gerunt,taxent pretium rerum suarum, seu formale pretium constituant, quibus verbis loquitur Iurisconsultus,*in l.lege Falcidia,62 in fine,iuncta glossa 1.ibi:in prima expositione,ff.ad leg. Falcid.* veluti , si rem æstimatam in decem, dedit ibi pro alia re in eadem quantitate taxatam,*iuxta l.1. C. de rerum permut. & quæ ibi Doctores notant* : non enim ad hanc æstimationem attendendum est,ad solutionem gabellæ,sed ad eam , quam iudex,vel alius bonus vir, quem ipse legerit, fecerit , dum tamen semper ab initio de rebus permutandis partes tractauerint;idhuc namque non venditio,sed verè vera permutatio contracta intelligitur,sic , vt in ea quoque specie locum habeat dispositio *d l.2 titulo 17 hoc libro 9.* iuxta resolutionem Anti Pinell *in rubr.C de rescind. vendit 2.parte,capite 1.num.*16.

28 Secùs autem † erit,si pretium rei datæ in pecunia fuerit definitum , & postea ex accidenti in re alia taxata solutio fiat,quia tunc vera venditio manet,iuxta terminos *l. pretij,C de rescindenda vendit.*licq. vnius rei gabella debeatur,iuxta quantitatem, pretij in pecunia definiti , alterius autem rei datæ in solutum,pretij venditionis gabella soluenda erit,vt in terminis probat Laffart *d c.17 num.*17.

29 Quartò,perpendendum † erit legis nostræ secundæ dispositionem non habere locum in permutatione vnius rei æstimabilis cum alia re inæstimabili ; quia ex ea parte gabella solui non debet,vt in terminis tex.et Montalu. *in repetit legum Ordin. verbo,alcauala* , quem refert & probat Laffart.*d cap.17.numero* 18 & prius *in Schol ad d.l.2. numero 6.* cum deficiant in hac specie verba nostræ legis,*ibi: Ciendo cada cosa apreciada per lo que vale*: Ergo deficit eius dispositio,*iuxta l 4 §. toties , ff. de damno infecto* , & doctrinam Bartoli,communiter approbatam , *in §. prætor ait, eiusdem l final addit Laffar.* quod in hoc casu nemo ea con

30 trahentibus tenetur debet. † Is enim , qui sepulchrum dedit, gabellam non soluet, quia etiam si pro pecunia dedisset,quasi vendens, eo iure non tenetur, propterea quod locus ille factus ad sepeliendum destinatus vendi non potest omni iure; atque ideo tanquam ea venditione nulla, gabellam nõ debebit;immò nec ille, qui rem profanam dedit pro iure sepulchri,quia vltra quod nulla est rei spiritualis permutatio cum re profana,iuxta text.*in l.fin C de rerũ permutatione*,res à se recepta æstimari non potest;qua ratione licet valida sit permutatio rerum spiritualium, iuxta glos.& Doctores *in cap ad quæstiones,de rerum permut. & glossa,in cap.super eo de transact.* ex ea permutatione,nemo è sepulchro cum alio sepulchro,vel capella,nõ deberetur gabella,quia neutra res æstimari potest,per supradictos.

31 Quintò † obseruo,quod si rem , quæ aliàs vendita immunis esset à solutione gabellæ,in pretium rei suæ alter ex contrahentibus receptat, non ideo res illius priuilegio excusabitur, veluti si tandem dederit pro equo ornato sella & freno,vel libris , aut alio ex enarratis,*in l 34. titulo 18. hoc lib.9.*quin potius secundum æstimationem, & librorũ valorem gabellam soluam,iuxta *d l. 2.* id enim priuilegiũ locum habet, quando res illæ in contractum veniunt, vt merx,non vt pretium; itque ita debet intelligi , & limitari *d.lex 34.* vt inquit Laffart. *vbi supra,num.*19.

SVMMARIA.

1 *Gabella vna, an duplex debeatur , quando ex vna parte res aliqua,siue species datur.ex altera verò pretium,& res aliqua, & num seq & an tunc sit venditio,vel permutatio,num 2 cum sequentibus.*

a Vea-

a *Venditio an permutatio sit, quando ex vna parte res, ex altera vero res, & pretium datur, & num. seq.*

15 *Duos esse contractus non videtur posse dici, vbi vnum tantum negotium actum est. & num 17.*

16 *Vna eademq. res non debet diuerso iure censeri, & nu. 18. quomodo sit intelligendum.*

19 *Victoria nulla sit a pari.*

20 *In materia æqualitatis, nulla maior ratio cõsiderari potest, vt vnum pluris habeatur, quam alterum.*

22 *Gabella debetur indistinctè, attenta l. 2 tit. 17. lib. 9. Coll. Reg in specie tituli huius quæst. 30. sed contra num 23.*

24 *Lex 34. tit. 18 lib 9. Noua Collect. Regia, quatenus ipsa decidit, quod de pecunia numerata non soluatur gabella, intellectus.*

Gabella quando debeatur de pecunia numerata, & quando non eodem num. 24.

QVAESTIO XXX.

An duplex, vel vna tantum gabella debeatur, quando ex vna parte res aliqua, siue species, ex altera verò pretium, & alia res datur.

1 QVamuis de hac † quæstione supra agere decreuerem, q. 21. nihilominus huc, vt proprio loco ipsius eam remisimus, & diximus, pendere ab altera, *an scilicet in hac specie censeatur celebratus contractus permutationis, an emptionis & venditionis?* In priori namque casu duplex gabella debebitur, tamquam ex permutatione, *vt in l. 2. tit. 17 hoc lib. 9.* In secundo verò vna tantum, tamquam ex venditione, *vt in l. 1 d tit. 17 hoc lib. 9.* Necessario igitur resoluenda est secunda q. prædicta, quam secundam decidamus.

2 Ad rem † igitur deueniendo, communis resolutio Doctorum est, vt contrahentium mens, & verba in hoc inspiciantur, nempè, vt si vendere & emere voluerunt, venditio sit; quod si permutandi animus, & intentio fuerit, permutatio esse iudicetur, præcipuè cum agitur tantum de earũdem partium contrahentium præiudicio, *ita tenent Ioan. Andr. Anton. Imol Cardinal. Florent Panormit. & alij, in c. ad quæstiones, de rerum permut. Bar. Bald in l. si in emptione,* per illum text. *ff. de contr. ahen. empt. Bart. in l. Aristo, num. x. ff. de donat.* sequitur plures referens, Tiraquel. *de retractu lignag. §. 30. gloss. 1. num 2. D. Couarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 4. num 9. Anton. Gomez. lib. 2. variar. resolut. cap. 2 num. 10. Arias Pinel in rubr. C de rescind. vendit. x p cap 2 num. 1.* sequitur etiam & probat, atque communem esse profitetur, plures referens, Matien. *in l. 7. tit. 11 glossa 10. num. 2. 3. & 4. lib.* .. *Noua Collect. Reg.* communem etiam testatur Laisart. *de decim vend. cap. 17. nu. 22.* & Molina *Teolog. de iust. & iure, 2. tomo, disputatione 336. colum. 498. versiculo dubium est.*

3 Constare autem † dicetur, quod principaliter partes intendunt, ex nomine contractus ab eis expresso, vt si permutationem dicunt, sit permutatio: si emptionem, emptio, *secundum Paul. de Castro, in d. l. Aristo, num. 4. in fine, cum sequen. Abb. in dict. cap. ad quæstiones, num. 4 voluit Bart. in l. cotem, §. qui maximos, in 5 quæst. num.* ... *ff de public. & vectig.* & probat Tiraquel. alios allegans *vbi supra, num 7 & 8.* & Matienço *num 4. post Arium Pinel. vbi supra, num. 2.* qui *num. 3.* appellat eam receptissimam conclusionem.

4 Nisi talis † nominatio repugnaret naturæ conuentionis, seu deductæ in conuentione, & nomini expresso: tunc namque potius inspicitur naturæ, & effectus actus, quam nomen a contrahentibus impositum, *l. insulam, ff. de præscript. verb. l. si alei, cum ibi notatis, C. locat. l. si vno, in princip ff. eodem titulo ibi, ita donatur.* Oldrald. *consil.* 139. *Ad habendum, col. 1. Decius in Authen. Ex testamenta, nu 6. versic. sed certè. C de collation Boer decis 144. num. 2 post med. Tiraq d. §. 30. glossa 1. num 11. & 12. & §. 32 glossa,*
5 *vnica num. 34. Matienc. vbi supra, num. 5.* † qui nu. 6. post alios, docens quod tunc dicetur repugnare nominatio partium naturæ contractus, quoties pecuniæ excessus sit magnus, qui excedat valorem rei ab eodem datæ, quia tunc censebitur venditio, etiam si contrahentes exprimant permutationem; Idem è contrario, si excessus rei sit ad pretium: quia tunc erit permutatio, iuxta communem prædictorũ Doctorũ sententiam, quam etiam cum alijs profitetur, Molina Theologus *vbi supra, colum. 498.* tametsi contrarium iure probet aduersus receptam prædicta declarationem Pinel. *vbi supra, num. 11.*

6 Et maximè communis † præfata sententia procedit, si agatur de præiudicio tertij, veluti consanguinei respectu retractus, (vel fisci in nostra materia gabellarum) cuius magis intersit, quod venditio potius, aut magis permutatio esse intelligatur illa conuentio, tunc namque ne fraus aliqua tertio fiat per nominationem partium, magis inspiciendum est, quod re vera agitur, quam quod a partibus simulatè concipitur: puta, si ex venditione debeatur gabella, vel laudemiũ, non vero ex permutatione, vel è contra: vel in venditione sit locus retractui, non vero in permutatione, prout apud nos extat de his lex 7 *tit. 11. lib. 5. Noua Coll Reg.* ita ex alijs resoluit Tiraquel. *d. § 30 glossa 1. num. 11 & 12 D. Couarru vbi supra, d num. 9 & Anton. Gomez d. num. 1*.. *& Pinell. vbi supra, num 3.* dicens, esse communem; quod etiam profitentur, idem sequuti, Matienc. *num. 6.* Laisart. *num. 21 vbi supra,* & Molina *vbi supra, colum. 499.* Vnde cum in nostra materia de iure tertij disputetur, nempè, fisci, pro gabella adquirenda vna, vel duplici, magis inspiciendum est in ea quæst. quod re vera agitur, quam quod a partibus dicitur.

7 Habemus igitur † ex prædictis. Primũ casum vtriusque quæstionis esse, vt attendatur contrahentium mens, & verba, an vendere, vel permutare voluerint, vt in primo casu venditio sit, vnicaq. gabella debeatur: in secundo vero permutatio, duplexq. gabella ab ea debeatur, iuxta decisionem *d. l. 2. tit. 17. hoc lib. 9.* nisi aliàs nominatio repugnaret naturæ conuentionis: tunc namque magis inspicienda esset natura, & effectus actus, quam nomen a contrahentibus impositum, ne tertio præiudicium fiat.

8 Secundus casus est, † quando contrahentes non exprimunt nomen contractus, & tunc, quis contractus sit, iudicatur ex eo, quod plus est (intellige notabiliter) vt si res data plus valeat, quam pecunia, quæ simul cum re datur, censeatur permutatio: si vero pecunia excedat, dicatur vẽditio, ita tenent, ac probant DD. communiter, *in d cap. ad quæstiones, de rerum permut.* per illum text. & plurimos congerens Tiraquel. *d. 30. glossa 1. num 9.* vbi dicit cõmunem D. Couarr. Anton. Gomez. & Pinel. *vbi supra, l. 1. tit. 6. parte 5.* & ibi Greg. Lop. *in gl. 1.* & alios allegans Matienc. *vbi supra, numero 7.* & Laisart. *vbi supra, sub d. nu. 22. in versic igitur,* & communem eam sequutus profitetur Molina *vbi supra colum 498.* Quo fit, vt in nostra materia, quo casu permutatio sit, duplex gabella debeatur: quo autem casu venditio, vnica solum debeat, ex prædictis.

9 Tertius, & vltimus casus † in specie proposita superest in dubio: quando res, & pretium per omnia paria sunt, & eiusdem æstimationis, ita vt neutrum alteri præualeat, seu præponderet: & tunc quidem DD. maximè variant: Bald. etenim *in prælud feud colum. 4. versic. pro intellectu horũ, num 11.* censuit, eo casu venditionem potius contrahi, quã permutationem: quem plures alij sequuntur: At contra, quod permutatio potius sit, quam venditio, communior, & receptior est sententia, vt constat ex Tiraquell. *vbi supra, num. 13. tum pluribus sequentib.* & id affirmat Matienc. *vbi sup nu. 8. post Pinel. etiam vbi supra, num. 5.*

10 Quia æqualitas † rei & pretij in puncto esse non debet: sufficit namque quod differentia non sit notabilis, vel considerabilis, vt censeo, *argumento l in modicis, ff. de contra-*
11 *henda empt.* † & prædicta receptior sententia necessario intelligenda est, ex mente Scribentium, quando partes nõ expresserunt certum nomen contractus: aliàs enim iudicaretur conuentio, iuxta specialem nominationem contrahentium, tunc namque non dicitur res esse in dubio, nisi res, pro qua datur alia, & pretium simul extimasset venditis,

quia

quia tunc contractus censetur emptionis, non verò permutationis, vel nisi pecunia detur nomine pretij, quia censebitur emptio, vt ex alijs probat Pinel. *vbi supra, numero sexto*.

12 Retenta igitur † in praxi prædicta receptiore sententia, debebitur duplex gabella in hac specie, vt ex permutatione.

13 Verior tamen † contra communem videtur aliorū multorum opinio in hac specie, de qua *supra, num. 9.* vt duplex censeatur cōtractus, vnus emptionis, & vēditionis pro media parte, alter innominatus pmutationis pro altera dimidia parte, cum æquales sint vtrinque species, & pecunia, *argumento l. Lucius, ff. de præscript. verb. l. si sponsus, §. circa, l. cum hic status, §. penultimo, ff. de don. inter virū & vxor. l. Aristo, ff. de donat. ita Alciat. in l. 2. in princip. numero 39. ff. si cert. pet. & in aliis locis relatis d. Tiraquello, d. §. 30. glossa 1 num. 38. qui num. 40. & 41.* eam comprobat, & videtur sequutus; sed & Alciat. in hoc probauerunt D. Couarru. *lib. variar. resolut. cap. 4. nu. 9.* verius tamen est, vbi alios citat, & Arias Pinel. (respondens argumentis contrarijs Loti eri) *in 2. parte Rubric. C. de rescinden. vendit. cap. 2. num. 8. & 9.* vbi quod hæc opinio præcipuè procedit, quando ex huiusmodi contractu potest ius deferri tertio, prout est notabiliter casus gabellæ. & Matien. *vbi supra num. 8. ad finem*, necnon & Lassart. *d. cap. 17. nume. 22. ad finem*, quæ sententia in puncto iuris verissima & tenenda videtur, necnon & in praxi, cum sit etiam recepta, & magis veritati consonet, & tamquam distinguens inter alias diuersas; necnon & quia in dubio contra gabellam iudicandum est, *vt resoluimus supra quæst. 6. num. 10.*

14 Immò fit † vt ea retenta, quatenus & ex qua parte venditio est, vnica dumtaxat gabella debeatur, à venditore soluenda, *vt in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* ex parte verò, qua permutatio est, duplex gabella solui debeat ab vtroque scilicet cōtrahente, *ex l. secunda, eiusdem tituli, & libri*.

15 Nec contra † hanc veriorem sententiam facit, quod cū enim tantum negotium actum sit, non videtur posse dici duos esse contractus, vt in simili dicitur *in l. 2. §. 1. ff. locat. cum similibus congestis per Tiraq. vbi supra, num. 39.* ne-
16 que † vna, & eadem res debet diuerso iure censeri, *l. eum qui ades, ff. de vsucap. cum alijs congestis d. Tiraquel. vbi supra, num. 35. & 39. & iterum §. 1. gl. 18. num. 21. & latius in l. si vnquam, in verbo Donatione largitus, nume. 122. in versic. tertia ratio, C. de reuoc. donat.*

17 Ad primum † namque respondemus, duos hic contractus in hac conuentione venire, nempè, emptionis, & venditionis, atque permutationis; Quare non minus separandum est, quod ius ipsum censat separatum, nempè, partem rei venditæ à parte permutata, & in alijs casibus mixtis, *l. idem Pomponius, §. sed si plumbum, & ibi glos. ff. de rei vendic. & in casu d. l. si sponsus, §. generaliter, & ibi glos. ff. de donat. inter virum & vxor. l. rerum mixtura, §. quid ergo, ff. de vsucap.*

18 Ad secundum, quod † regula communis sumpta ex *d. l. eum, qui ades, cum simılib.* nempè, vnam eamdemq. rem non debere diuerso iure censeri, procedat, quando nulla diuersitatis ratio adest; secùs si diuersa ratio in parte eiusdem rei considerari possit, quam in altera parte: itaque diuersis respectibus, diuerso iure censeri potest vna eademque res, *vt in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2. & in l. hinc quæritur, §. 1. ff. de pecul. Abb. in cap. cum in tua, ad finem, de decim. & multis alijs iuribus latè probat Tiraq. d. §. 1. num. 22. cum seq. & Pinel. plures allegans, vbi supra, numero 9.*

19 Mitto igitur, quod † sententiam Alciati, & ab alijs receptam probauerimus: & quia nulla victoria fit à pari, *vt*
20 *in l. non solum, §. 1. ff. de ritu nupt.* † Denique, quia in materia æqualitatis, nulla maior ratio considerari potest, vt vnum pluris habeatur, quam alterum argumento text. *in l. generaliter. versiculo sua, ff. de fideiussor. ibi: cum duæ sint eiusdem potestatis, non potest reperiri, cur altera potius quā altera consumatur.*

21 Hæc præcedēs † casuum distinctio, atque resolutio, quo ad gabellæ debitum & solutionem, iure communi attentum, rectè procedit, vtpotè, deducta à communibus, & veris iuris traditionibus, quo ad diiudicationem contractuū emptionis & permutationis, quibus standum est, quo ad cognoscendum, quis contractus censeri debeat celebratus in specie huius quæstionis principalis.

22 Ceterum, quo ad debitum † & solutionem gabellæ, non recta videtur præfata distinctio, ac proinde indistinctè tenendum, attenta nostra *lege 2. tit. 17. hoc lib. 9.* eiusq. generalitate, vt quotiescumque res aliqua pro alia reddatur, siue pecunia non sit, siue ipsa interueniat, quomodocumque principaliter, aut accessoriè, ita vt iuxta ciuiles regulas permutationis adhuc contractus maneat, aut propter pecuniæ interuentum in venditionis contractum transeat ea conuentio, ex vtraque re gabella debetur, iuxta iudicialem æstimationem, vt generaliter decidit d. l. 2. ibi: *Quier interuenga en ello dinero, ò no*: quibus verbis supra habitam disputationem & distinctionem voluit penitus dirimere, atque destruere: ita, vt si fundum meum dedero tibi pro mille aureis, & vno seruo, vel fundo centum aureorum, proculdubio dicendum sit, quod quamuis eo casu ex prædicta Doctorum resolutione, non permutatio, sed vera emptio & venditio à parte contrahatur, eo quod pretium siue pecunia rei simul datæ præponderet, duplex adhuc gabella soluenda sit, nempe ex vtraque re, iuxta iudicialem æstimationem: & ita fiet, quod nedum venditor decimam, hoc est, gabellam soluet mille aureorum, quos recepit, & æstimationis quoque fundi, seu serui simul cum ea pecunia recepti, sed & emptor quoque pendere debeat gabellam fundi, seu serui, quem dat, quasi in ea parte permutare potius quam emere censeatur, *iuxta d. l. 2.* quæ sic indistinctè debet intelligi & practicari, *secundum Lassart. d. cap. 17. nume. 23.* qui nouissimè hanc opinionem tenet, *& num. 24.* explicat qualiter in hoc casu ab vnoquoque contrahentiū Regalis hæc decima soluenda sit. Eamdem opinionem nouam Lassart. sequitur Molina, *vbi supra, col. 500.*

23 Ego verò nihilominus † etiam attenta nostra prædicta lege Regia 2. adhuc probo præfatam distinctionem casuū, etiam quo ad debitum & solutionem gabellæ, cum videā, quod præfata nostra *lex 2.* simpliciter loquatur, nec aliquid exprimat nuncupatim de æqualitate rei & pretij simul datorum, pro altera re, nec, an pecunia principaliter interueniat, aut accessoriè, sed tantum disponat & præcipiat: *Que de todos los trueques que se hizieren de unas cosas a otras, semejantes, o no semejantes, quier interuenga en ella dinero o no, que de todo se pague el alcauala, &c. siendo cada una cosa tassata per lo que uale.*

Hæc namque lex intelligi, & interpretari debet iuxta ius commune, nempè, quando etiam si interueniat pecunia, nihilominus, est contractus permutationis, vt patet ex ipsamet lege, ibi, dum loquitur: *De todos los trueques, que se hizieren de unas cosas a otras, &c.* Ergo, quando iuxta iuris communis dispositionem, & doctrinas communes Doctorum non fuerit contractus permutationis, sed emptionis & venditionis, nec lex loquitur, nec eius dispositio locum habet, *l. 4. §. quoties, ff. de damno infecto, cū similibus*.

Quando igitur pecunia accessoriè uenit in huiusmodi contractu ad rem, non egreditur formam permutationis, & debet sequi rem, tamquam suum principale, ac ideo erit contractus permutationis, *l. si in emptione, in princip. ff. de contrahen. empt.* Si autem pecunia esset principale, absurdum foret dicere, quod sequeretur rem vilem, aut minoris ualoris, quæ est accessoria: quod enim pretiosius est, attendi debet. Ridiculum namque esset tunicæ fundum accedere, ut inquit Iurisconsultus *in l. iustissime in princip. ff. de ædilit. edicto*, esset que corrigere, *l. fundi partem, ff. de contrahenda empt.* quæ iudicat partem pretij venditionis esse pactum accessoriè, illi cohærens cum præualentia pretij: quod minimè est dicendum, sed magis potius in dubio euitanda est correctio, *cap. cum expediat, de elect. lib. 6.*

Lex ergo nostra Regia secunda, de qua agimus *tit. 17. hoc lib. 9.* intelligi non debet de contractu commutationis duarum rerum eiusdem potestatis & ualoris, ubi non potest reperiri, cur una potius, quam alia consummatur, *vt in l.*

genera-

generaliter, ut sic, neque enim, ff. de fideiuss. & multo minus, quando pretium prævalet speciei datæ: sed tantum quando species data prævalet pecuniæ etiam datæ, & sic quando pecunia ipsa est accessoria, res autem principale, a qua denominatur contractus, nempe permutationis.

34 Non etiam † obest *lex 31 del quaderno, de las alcaualas* quæ hodie est *lex 34. titulo* 18. *lib.* 9. disponens quod de pecunia numerata non soluatur gabella, quia procedit, & loquitur, atque intelligi debet, quatenus pecunia numerata consideratur, vt vendita ex parte dantis: secùs verò quatenus pecunia fungitur vice pretij ex parte eam recipientis in solutum rei suæ, & ideo eam recipiens, vt pretium verũ in pecunia numerata, soluet gabellam tamquam venditor. Obseruanda igitur erit adhuc attenta nostra lege Regia, ea fuia distinctio casuum, quo ad debitum & solutionem gabellæ, vt prædiximus; & reijcienda opinio contraria Lassart. atque intellectus ab eo assignatus ad d. l. 2. & tenendus vt verissimus, quem modo eidem l. 1. assignauimus, per quem vitatur iuris communis correctio, saluo saniori iudicio alterius rectius sentientis.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex contractu dandi aliquid in specie pro pecunia: & num. seqq. affirmatiue resoluitur, & indistincte, num. 11.*

2 *Emptionis & venditionis contractus est, cum pecunia datur pro recipiendo seruo: secus si partes vtantur verbo dare, quia tunc erit contractus innominatus, fallit, si contrahentes expressè eum venditionem appellent, quia tunc, quod est in nomine, præsumitur esse in re, vt in num. 4.*

5 *Venditio ex sui natura non obligat necessariò ad transferendum dominium.*

6 *Translatio dominij licet non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate.*

7 *Vendens seruum debet seruum tradendum non dandum, quia species est in obligatione, non factum.*

8 *Obligatus actione ex empto, non dicitur obligatus ad purum factum, sed ad mixtum, vbi quomodo hoc intelligatur.*

Pretij appellatione in dubio præsumitur contracta emptio & venditio. ibid.

9 *Quando illud, quod pro pecunia datur, est quid genericum, consistens in pondere, numero, vel mensura, verbum, dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem.*

10 *Destinatio rei venalis operatur, vt contractus eius sequens censeatur factus iuxta destinationem præcedentem.*

12 *Verbum, dare, in nostra lingua Hispana est commune, & indistinctum ad dationem & traditionem, eoq. promiscuè vtimur, & quid de iure communi. nu. 13.*

14 *Venditio est, quando pecunia datur pro specie, non vt pretium, contra Bald. distinguentem in hoc.*

QVAESTIO XXXI.

An ex contractu, & obligatione dandi rem aliquã in specie pro pecunia, debeatur gabella.

1 QVæro deinceps: *An † ex contractu, in quo quis obligatur ad dandam rem aliquam in specie, vt alter det illi pecuniam pro ea debeatur gabella:* Dubium facit,
2 † quia licet, quando pecunia datur pro recipiendo seruo, sit contractus emptionis & venditionis, *vt in l. naturalis, §. & si quidem, ff. de præscript. verb.* hoc tamen verum esse intelligunt interpretes nostri, præter quam si partes vtatur verbo, *dare*, vt in nostra quæstione; Tunc enim dicunt esse contractum innominatum, non verò erit emptio aut venditio, *l. vna ff de condict. caus. data, & c.* cuius ratio est; qui enim vendendo obligatur, solum tenetur tradere rem venditam, licet eius dominium non transferat in emptorem, *l. ex empto ff. de action. empto.* Sed, qui obligatur ad dandum, tenetur dominium transferre, alioquin non implet promissionem suam, & ideo, quia obligatur ad plus quam tradere, contractum innominatum efficere videtur, non verò nominatum emptionis & venditionis, *vt per Doctores, in d. l. fin. & in l. 2. ff. si cert. petatur.*

3 Nihilominus † tamen ex huiusmodi cõtractu gabellam deberi, atque soluendam esse censeo: siue sit contractus emptionis, & venditionis, siue innominatus, do, vt des, quia de vtroque gabella debetur, *vt in l. 1. & 2. titulo 17. lib. 9. Noua Collectionis Regia*, iunctis ijs, quæ supra resoluimus, *quæstione 29.* vbi probauimus ex *d. l. 2.* ex contractu generali, do, vt des, deberi gabellam, nam de speciali contractu permutationis nulli dubium est, ipsam deberi, sicut ex venditione.

Sed pro intelligentia rationis dubitandi supra positæ, obseruandum erit, præmissum contractum proculdubio esse emptionis & venditionis in quattuor casibus infra proximis.

4 Primus est, quando † contrahentes, expressè eum contractum venditionis appellant, vel venditionis meminerunt, vt probauimus supra cum communi, *quæst. 30. numero 3.*

In dubio enim, quod est in nomine, præsumitur esse in re; lingua namque est nuncia cordis, *iuxta latè dicta per Bald. in quæstione schismatis, §. si quis aliq. testari probib.* & in hoc nomine venditionis fundatur Bart. *in l. cotem ferro, §. qui maximos, versic. quinto quæro, numero 11. ff. de publ. & vectigal.* dum dicit, standum esse verbis, vt si dico, emo, sit emptio, & induceretur secũdum naturam emptionis: vbi dico *loco*, fit locatio: necnon, & Pinell. *in rubrica C. de rescinden. vendit. in 2. par cap. 3. numero vigesimo tertio, & vigesimo quinto*, dicens, hoc esse de mente Doctorum, scilicet, quod *d. l. fin.* dum probat, quod cum datur pecunia, vt Stichus detur, non esse contractum emptionis & venditionis, procedat in casu dubio, quando aliàs non intelligitur, quod contractus sit venditio es nomine, vel alia ratione: secùs vbi conijceretur contrahentes agere de emptione, vel vbi verbum, *emendi*, seu *vendendi*, ab eis prolatum fuisset: quia tunc vera emptio reluctabit, & quod ita Doctores communiter intelligunt, *d. l. fin. ff. de condict. causa data.*

5 Licet enim † venditio ex sui natura necessariò non obliget ad transferendum dominium, *l. si ita distrahabatur, ff. de contrab. empt.* non tamen contradicit naturæ venditionis.

6 Quinimo licet † translatio dominij non sit ex substantia venditionis, est tamen de ipsius natura, licet non de necessitate, *secundum Rip. in d. l. 2 numero trigesimo. Decius in l. certi condictio, numero 12. ff. si cert. petat.* & tradit latius Pinell. *in rubrica, C. de rescinden. vendit. 2 par. cap. 3.*
7 *num. 15. 16. & 17.* † Vnde ex hoc inquit Bald. in *l. vnica, num. 61. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferuntur*, quod si vendidi seruum, debetur seruus tradendus, non dandus, quia species est in obligatione, & non factum,
8 † & obligatus actione ex empto, non dicitur obligatus ad primum factum, sed ad mixtum, *gloss. & Bart. in d. l. certi condictio, versic. hoc exposito, quæro, vt cum ex omnibus num. 17. cum seq.* tamen si communiter DD. reprobent eam glossam, vt profitetur ibidem Bartol. *num. 20.* qui eam saluat. *num. 21.* in eo, qui non est dominus, qui licet possidendo rem, teneatur eam tradere, & si est dominus dominium transferre in emptorem: secùs si non est dominus, *l. ex empto, in principio. ff. de action. empt.*

Secundus casus est, quando quantitas pecuniæ datur sub nomine pretij, quia appellatione pretij in dubio præsumitur contracta emptio & venditio, ut probatur *in l. fi. C. de pred. Decur. libro 10. & ibi gloss. verbo, intelligi. Arias Pinel. in 1. p rubr c. 3. C. de rescinden. vendit. numero 25.* sub *numero 26.* quomodo hoc intelligendum sit, & Padill. *in l. voluntas, numero 10. & 11. C. de fideicommiss.* sed indistincte id probat Alciat. *in l. 2. in princ. num. 25. ff. si cert. pe-*

9 Tertius casus est, quando † illud, quod pro pecunia datur est quid genericum consistens in pondere, numero, vel mensura: in his namque dare, est de natura venditionis, quia transfertur dominium in recipientem, *Bart. & Doctor.*

Doctor. in l. 2. in princip. ff. si cert. petatur. gloss. in l. si domus, §. si de euictione, ff. de legat. 1. Quod non tam de natura cõtractus contingit, quam natura obligationis generis, *secundum Paul. de Castro, in d. l. fin. num. 5. de condict. cau. data.*

10 Quartus casus est, quando † obligor ad dandam rem quæ alias erat venalis domini destinatione, vt quia eam expositam habebat venditioni: tunc enim contractus sequens censetur factus iuxta destinationem præcedentem, vt probatur ex traditis per Andream Rabezea, *de pactis, num. 517.* & Bald. *in d. l. fin. in 1. oppos.* & Pinell. *vbi supra, num. 23.* & Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gl. 14. nume. 22. & 24.*

11 Sed quamuis hos † casus enumerauerimus, nihilominus tamen in specie quæstionis propositæ censeo, indistinctè deberi gabellam, vt præmisimus, vtpote, ex contractu emptionis & venditionis, cuius naturam alterare non debet adiectio verbi, dare, in præiudicium tertij, hoc est fisci, vel gabellarij: durum enim esset, quod ex mutatione vnius verbi, contrahentes euaderent solutionem gabellæ, ita vt præfata *lex 1. titulo 17. hoc lib. 9.* verbis, & non rebus esset imposita, contra *l. 2. in fin. C. commun. de legat. & in capit. quanto, de priuileg. & in cap. commissa, de elect. in 6.* fraudibus namque est obuiandum *l. cum hi. §. si cum iis, ff. de transactio. l. fin. §. fin. ff. de suspect. tutor.*

12 Denique in † nostra lingua Hispana, verbum, *dare*, est commune, & indistinctum ad dationem, & traditionem, eoq. promiscuè vtimur, & probatur *in l. 13. tit. 15. par. 4.* & communis vsus loquendi est attendendus, *vt in l. Labeo, cum simil. ff. de supel. legat.*

13 Præterea, præfata † distinctio, & differentia inter verbum, *dare*, & verbum, *tradere*, vt scrupulosa & magis verbis, quam rebus consistens, per aliquos Doctores reiecta est, inter quos sunt Alciat. *in d. l. 2. in princip. numero 26. ff. si cert. petat.* & maximè Hieron. Buttig. *ibidem, nume. 43.* & Decius *in fine 2. lectura, versic. non distat.* & Corras. *lib. 2. Miscell. cap. 9. numero 5.* & Pinel. *vbi supra, numero 22.* tandem dicit verisimile videri, vt decisio *d. l. fin.* procedat in terminis strictis, & subtilitatibus de apicibus iuris potius, quam secundum communem vsum loquendi: Superest igitur, *vt d. l. 1. titulo 17. hoc lib. 9.* quæ loquitur in venditionib. intelligi & debeat, in iis, in quibus idem effectus resultet, quoties aliàs fraus esset ineuitabilis, vt diximus *supra q. 30. num. 6.* absque eo, quod alia probatione indigeamus in re sic euidenti.

14 Idem erit probandum, quando † pecunia datur pro specie: non vt pretium, sed quia illa res danda est: licet enim Bald. *in l. 1. colum. 1. num. 5. C. de action. & obligation.* distinguat in hoc casu; dicens, quod si pecunia detur tamquã pretium, erit emptio & venditio: si verò detur pecunia tãquam caussa, erit contractus innominatus: nihilominus tamen vtroque casu erit contractus emptionis, & venditionis, eisdem rationibus prædictis, præcipuè respectu tertij, qui est fiscus, vel gabellarum conductor.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex pretio libertatis seruo datæ? & numeris sequent. per totam quæstionem resoluitur affirmatiuè.*

2 *Datio libertatis pro pretio, non est emptio, & venditio, sed contractus innominatus, facio, vt des, vel do, vt facias.*

3 *Liberatio est factum.*

4 *Dominium, quod dominus habet in seruo, in eumdem seruum transferri non potest, bene tamen in ipsum refutari, & extingui potest, non tamen cedi, nec transmitti, vt in num. 5.*

6 *Inter rem traditam, & recipientem debet esse differentia.*

7 *Legis seruus domino, la 10. ff. pro empt. intellectus.*

QVAESTIO XXXII.

An ex pretio libertatis seruo datæ debeatur gabella?

1 QVæro etiam: *An dominus † serui debeat gabellam soluere ex pretio sibi dato ab eodem seruo pro sua libertate?* Et videtur ex hoc cõtractu gabellam deberi: quia in effectu, & rei veritate dominus vendere videtur in hac specie seruum suum, hoc est dominium, & seruitutem quam in illo habet pro illo pretio, ac si illum venderet alij, & hic emptor libertatem donaret eidem seruo. Sed in hoc casu dominus de pretio serui sui venditi proculdubio teneretur soluere gabellam, quia vera venditio rei suæ est: Ergo, & in casu quæstionis. Secundo ex *l. seruus domino, la 10. ff. pro empt.* vbi partus ancillæ subreptæ, datæ domino a seruo pro sua libertate, præscribitur ab ipso domino, titul. pro emptore: quia quodammodo venditio inter seruum, & dominum contracta est; ergo ex ea venditione debetur gabella: Accedat & tertio, quia si aliud diceremus, facilè fraus committi posset in præiudicium fisci, & gabellarij: ergo fraudibus est obuiandum, & in terminis ita tenet Gironda *de Gabell. 9. p. §. 1. nu. 1. cum seqq.* quem refert, & sequitur Azeuedo, *in l. 2. nu. 33. tit. 17. hoc lib. 9.*

2 Nihilominus † tamen in specie nostræ quæstionis præmissæ cõtrarium videtur esse dicendum, immo, quod non debeatur gabella: quoniam contractus hic inter dominũ, & seruum, non est emptionis, & venditionis, sed contractus innominatus, facio, vt des, vel do, vt facias, de quo non debetur gabella, *vt supra quæst. 29. numero 18. resoluimus.* † Liberatio enim est factum, *text. in §. sed, & tale, & in §. si quis, debitori: Instit. de legat facit l. si mandato meo, §. quoties, ff. mandat. ibi: faciendi causa, scilicet, vt liberet, & voluit Alexand. in l. iuris gentium, in princip. nu. 3. ff. de pact.* † Secundo, quia, scilicet, dominium, quod dominus habet in seruo, sit vendibile, & transferibile in alium eumdem in seruum transferri non potest: non enim possunt in vno eodemq. subiecto concurrere dominium, & seruitus, sicut nec actio & passio, vt notatur *in l. si uxor tua C. de bon. author. iud. possid. & Mod. Paris. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 13. glos. 1. num. 56.* † bene in huiusmodi dominium, quod dominus habet in seruo, in ipsum erit refutabile, & extinguibile, non tamen incessibile, nec transmissibile: † inter rem traditam namque, & recipientem, debet esse differentia, vnumq. idem, vtrumque esse non potest, *l. seruus communis, & ibi Bar. ff. de stipul. seruor.* Hocque patet, quia si in prædicta specie soluto pretio a seruo pro sua libertate dominus renueret ex sua parte adimplere, seruus non deberet petere traditionem sui ipsius, sed potius liberationem, & libertatem, quod est factum, vt probauimus: Atque hic sit contractus, facio, vt des, vel do, vt facias, probatur ex *l. iuris gentium, in princ. vers. sed & si in alium. ff. de pact. & in l. dedi. §. 1. ff. de condict. causa dato. cum simil.*

3
4
5
6

7 Ad primum † & tertium in contrarium adducta fundamenta, iam patet responsum ex supradictis: Ad secundum, nempè, *d. l. seruus domino*, respondemus Primo, ibi diuersum factum esse a nostro; Siquidem in casu d. l. agitur de præscribendo partu, & ancilla surreptitia pro libertate a seruo domino data, quæ ibi loco rei venditæ habetur, & factum libertatis serui manumissi fungitur vice rei venditæ: At quod idemmet sibi venditus censeatur, & seruus sit sui ipsius, est incompatibile prorsus, atque impossibile: Itaque quod dominus facit in nostra specie, est resoluere dominium ex causa pretij sibi dati, non tamen vendere, nec illum in alium transferre. Secundo, quod in casu *d. l. seruus*, non est venditio, vt constat ex ea ibi, *quodammodo*; quod denotat impropietatem, *lex autem 1. tit. 17. hoc lib. 9.* loquens de venditione, de propria, & vera venditione intelligenda est; non vero de impropria, *vt resoluimus supra qu. altera.*

8 Nihilominus tamen † prior opinio affirmatiua, nempè, vt dominus serui in præmissa specie teneatur soluere, gabellam

gabellam ex pretio sibi dato à seruo suo pro libertate, & manumissione sibi à domino concessa, tenenda est in iudicando, & consulendo ex fundamentis Girondæ, *vbi supra*, & præcipue *ex l. 4. in princip. ff. de manumiss.* cuius verba sunt hæc: *Is qui suis nummis emitur, epistola diuorum fratrum ab Vrbium Maximum in eam conditionem redigitur, vt libertatem adipiscatur. Et primo quidem nummis suis non propriè videtur emptus dici, cum suos nummos seruus habere non possit. Verum conuenientibus oculis credendum est, suis nummis eum redēptum, cum non nummis eius, qui eum redemit comparetur.*

Proinde siue ex peculio, quod ad venditorem pertinet, siue ex aduentitio lucro, siue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemptus intelligendum est, suis nummis eum redēptum: satis est enim, quod is, qui emptioni suum nomen accommodauerit, nihil de suo impendit.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex tritico horrei publici distributo inter vicinos à Republica pretio certo quodam constituto? & de vsu negatiuo testatur Parlad. sed nō est solida eius opinio, vt in num. 2.*

3 *De los priuilegios concedidos a los positos tambien gozan los que por bien vniuersal de los vezinos del pueblo fueron instituydos, aunque sea por personas particulares, y sin autoridad Real teniendo los tales positos caudal, arca, y mayordomo, y ordenanza, pero no el trigo de las tierras, y rentas de los concejos, o la harina de los molinos en que consisten sus proprios, que non esto destinado para la prouision de los pueblos, sino que lo venden para gastos.*

4 *Gabella non debetur ex tritico horrei publici distributo à Republica inter vicinos preti, quo constitit cum expensis.*

5 *Rectores ciuitatis, vel villæ sunt administratores eiusdem Reipublicæ, ipsiq; & Respublica idem sunt.*

6 *Tutores & curatores minorum, gabellam non debent ex frumento quod emunt pro alenda minorum familia, licet postea in redditione rationum exigant pretium frumenti cum expensis.*

7 *Frumentum horrei publici quod perit, vel putrescit absque culpa administratorum, periculo vicinorum perit.*

8 *Maritus emens fundum vt pacto dotali satisfaciat non censetur emere nomine suo nec pro se, sed vxoris & dotis assignandæ caussa, nec aliqua iura ex hoc debentur, vt in num. 10. secus si fundum suum proprium maritus in dotem assignauerit.*

9 *Vbi vnum propter aliud, vtrobique est vnum tantum.*

11 *Gabella debetur ex frumento publici horrei venditio exteris, pro quibus comparatum non fuit, vel vicinis carius quam constitit.*

12 *Las panaderas que venden pan cozido del trigo que reciben del posito por precio, y sin el, de lo que le dan particulares de amassar para que se lo bueluan en pan cozido tantos panes por hanega, si ellas o el sennor del trigo deuen alcauala, o no? & num. 13.*

14 *Casus in praxi contingens circa prædicta decisus.*

QVAESTIO XXXIII.

An gabella debeatur ex tritico horrei publici distributo à Republica inter vicinos pretio ab ea constituto.

1 QVarto † vlterius, *Concilium Ciuitatis, vel Villæ emit frumentum para la prouision del pueblo, y posito del alhondiga: postea id frumentū, vel aliquam eius quantitatē ex caussa inter vicinos partitur, & distribuitur certo quodā pretio ab eadem Republica constituto pro qualibet fanega, an in hac specie, ex hoc pretio debeatur gabella necne?*

Et in hoc Parlad. *lib. 1. rer. quot. cap. 3. §. 2. num. 53.* inquit, quod hoc iure vtimur, vt ab eis, scilicet, horreis publicis vectigal non exigatur, quasi rei suæ emptio non detur. *l. cum res. C. de contrah. empt.* & quia, quæ in vsus publicos comparata sunt maximo semper iuris fauore, & prærogatiua affecta sunt; *l. fin. C. de condit. & public. horr. l. 1. vt nemini liceat se excusare, l. 1. C. de condict. ex lege;* Ac proinde si exteris frumentum venderetur, vectigal deberi dicendum esset. Hæc Parlad. *vbi supra.*

2 Sed quo ad primum † assertum Parladotij, nempè, vt non debeatur gabella ex frumento venditio vicinis ex publicis horreis, magis id probat vsu, quam iure, præter quā, quod nimis generaliter loquitur: non enim videtur omninò absolutum, quod vicini habeant dominium tritici horrei publici, sed tantum eius vsum pecunijs sibi comparandum: quod si prorsus essent veri domini ipsius frumenti, pretio id non emerent, sed ad libitum possent, vt de re propria de eo disponere, vel id consumere.

Quare videtur dominium immediatum ipsius frumenti penes Rempublicam, eiusq. administratores, hoc est Cōcilium Ciuitatis, vel Villæ existere. At quod de vsu affirmat Parlad. non semper is erit vniuersalis vbique locorū, sed diuersi mores in hoc introducti erunt. Hic in hac Ciuitate non soluitur prædicta gabella de frumento horrei publici venditio, alibi forsan soluetur. Quare opinio præfata Parlados. non est solida, nec perpetua in omnibus partibus. Ad iuris igitur fundamenta deueniendum est, vt hæc quæstio conuenienter decidatur, † pro cuius rei plena cognitione obseruandum erit. *Que generalmente de los priuilegios concedidos à los positos tambien gozan los que para bien vniuersal de los vezinos del pueblo fueron instituydos, aunque, sea por personas particulares, y sin autoridad Real, pues siendo el beneficio commun, es justo que se amplien en su fauor los dichos priuilegios, teniendo los tales positos caudal, arca, mayor domo, y ordenencas de posito, como lo prueua, y tien e Castill. de Bona en su Polit. de Correg. lib. 3. cap. 3. num. 57. adonde annode, que el trigo de las tierras, y rentas de los Concejos, o la harina de sus molinos en que consisten sus proprios que no es a destinado para la prouision del pueblo, sino que lo venden para los gastos publicos, edificos, y pleytos, y otras cosas, no se puede llamar trigo del posito, ni se ha de regular segun la dispolicion, y penas de la pramatica, y priuilegio de los positos, porque esto es hazienda distinta, y de otra calidad, y destinado para otras cosas.*

4 Hoc supposito † in præfata quæstione principali, tres casus sunt distinguendi. Primus est, quando Concilium vel Respublica nihil amplius exigit pro pretio huius frumenti a vicinis, quam id, quo comparatum fuit, & insuper expensas, *por cada hanega a como saliere de los portes, y de los personas que lo fueron a comprar, y lo traxeron, & simul. aora valga mas, o menos al tiempo que se reparte:* & tunc quidem non debetur gabella in præmissa specie, duobus copulatiuè concurrentibus. *Lo primero, que se comprasse al principio para el posito, y vezinos del tal lugar. Lo 2. que no se lleue mas por ello lo que costò, y sale de costa, y gasto: y aqui tambien podran entrar los reditos de los censos, si la alhondiga los tomo, y tiene sobre si con facultad Real para comprar el pan.* Et hoc ea ratione fundatur, quia distributione hac facta frumenti dominium non mutat, sed remanet penes eosdem vicinos, pro quibus fuit emptum à principio: Neque solutio pretij cum expensis efficit nouum contractum emptionis & venditionis, sed tantum operatur solutionem Reipublicæ factam pretij ab ea soluti administratorin nomine eorundem vicinorum pro eodem frumento emendo in vtilitatem eorum, & pro ipsis, *que puso por ellos la Republica, y alhondiga de su caudal, para cobrarlo despues dellos, para quando lo han de pagar, sin gonar nada en ello.*

5 Rectores † enim Ciuitatis, vel Villæ sunt administratores eiusdem Reipublicæ, ipsiq. & Respublica idem sunt, ac veluti tutores & curatores ipsius, vt constat ex dictis per Ioan. de Platea, *in l. 2. C. de administrator. Reipublicæ. lib. 11. Bart. & DD. in l. ciuitas, ff. si cert. pet.* ad quos spectat

cura,

cura, & prouisio victualium *l. ex facto, ff. de negot. gest. ibi: ad siliginem emendam.* Distribuendo igitur frumentum
inter vicinos suo potius nomine emptum, pretio quo con-
stitit cum expensis, est dare vnicuique quod suum est, non
6 verò nouam venditionem efficere. † Sicut contingit in cu-
ratoribus, & tutoribus minorum ementibus frumentum
pro alenda eorum familia; hi enim administratores, & si-
miles, nullam gabellam debent soluere ea emptione frumē-
ti ad alendas familias suorū minorum, licet postea in red-
ditione rationum exigant pretium frumenti cum expen-
7 sis: Aliàs enim officium suum esset sibi damnosum. † Ac-
cedat, quod in specie nostræ quæstionis frumentum casu
pereat, vel putrescat absque culpa administratorum, peri-
8 culo vicinorum perit. † Sic etiam quando maritus emit
fundum à tertio, vt pacto dotali satisfaciat, non censetur
emere nomine suo, nec pro se, sed nomine vxoris, vel do-
tis assignandæ caussa, & non sunt duo actus per se, sed
vnus, vel duo subordinati, quorum posterior est executio
9 prioris. † & vbi vnum propter alterum, vtrobique est vnū
tantum, *l. cum seruus, & ibi Paul. de Cast. & Ioan. de Imol. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. quicumque, colum 1. C. de seru. fugit. & in c. ex tenore, de rescript. & in rubric. de post. prælat. glos. in c. latores, verbo ab officio, de cler. excom. minist. Ias. in repetitione l. quo minus, vlt. notabili, ff.*
10 *de flumin.* † Et ita in hac specie vltima ex prædicta assi-
gnatione in dotem vxoris facta, nihil debebitur: quia iste
secundus actus non est emptio & venditio, sed implemen-
tum pacti dotalis. Secùs si maritus non emit à tertio, sed
fundum suum proprium in dotem vxoris assignauerit,
quia tunc iura debentur ex venditione, vt probat Mod. Pa-
ris. *in Consuetudin. Parisiens. titulo 2. §. 55. glos. 1. num. 130.*
Cuius distinctio in primo membro multum conuenit in
proposito, & ideo eam adduxi pro decisione huius primi
casus cū limitatione modo præmissa eiusdem Mod. Paris.
11 Secundus casus principalis est, quando † hoc frumen-
tum venditur à Republica tertijs personis, hoc est extra-
neis, quibus comparatum non est, vel etiam vicinis, maiori
tamen pretio, quam constitisset, computatis expensis, vt
res propria Concilij, & non à dominis frumenti, vel si fru-
mentum esset ex redditibus & proprijs Concilij, non ve-
rò, *del posito, o de la alhondiga*, vel si fuisset comparatum
alio fine, non verò pro vicinorum sustentatione, & in his
omnibus casibus erit vera venditio, ex eaq. gabella debe-
bitur, *iux. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* vt ex eius decisione patet, &
ex supra modo dictis.
12 Tertius casus est in pistricibus, † hoc est, *las panaderas*,
ex annona publica recipientibus triticum, pro quo certos
nummos redderent pro qualibet faneca, & ex ea panes co-
ctos ab ipsis confectos venderent publicè in platea publi-
ca, vt suos. Et in hoc casu secundum Azeued. statim ci-
sandum, an tritici, & annonæ deberent gabellam, ex triti-
ci venditione, quia verè tunc venditio est, cum pristices ip-
sæ sic ementes, siue à priuato, siue ab horreis publicis, suū
efficiant triticum pretio emptum, ipsæ tamen pistrices nul-
13 lam debebunt gabellam ex pane cocto. † Sed si ipsæ pi-
strices pretio non emerent prædictum frumentum, sed sin-
gulas fanecas reciperent, vt tantūdem redderent domino
tritici pro sustentatione sua, & suæ familiæ, vel annonæ pu-
blicæ, vt pro ipsa annona per eius administratorem vende-
retur pro publica sustentatione, tunc nulla vtique debe-
tur gabella à domino, vel annona, etiam si conuentum es-
set, vt tot panes mihi ex faneca tritici mei redderent. Ita
distinguit Azeuedo, *in l. 34. numero 5. 6. & 7. titulo hoc libro 9.* dicens, quod hæc est vera solutio, & distinctio, secun
dum quam ipse, & alij consuluerunt: cuius distinctionis se
cundum membrum desumpsit Azeuedo ex Lassar. *cap. 20. num. 12.* & Bobadilla *vbi supra, num. 58.*
Primum tamen membrum huius tertij casus intelligo
verum, præter quam in specie primi casus supra positi, nē-
pe, quando frumentum positi datur pistricib. pretio, quod
constitit cum expensis, & non plus, quia tunc non debe-
bitur gabella ex ibi dictis. *Pero si los panaderos diessen pan cozido por trigo seria permuta, y trueco, y deuera alcauala el que da el trigo, y el que da el pan cozido no*, ita tenet Las-
sar. vbi supra, num. 11. & Bobadilla *d. nu. 58.*

14 Et casum nostræ † quæstionis principalis iam habui in praxi decidendum in quodam posito. *Que vn particular fundo de sus bienes para que se distribuyesse en cada vn año el trigo del entre sus deudos y no otros, parte dello que se les diesse para sembrar por san Miguel de cada año, por el precio que entonces valiesse à pagar à la cosecha siguiente, y bencharlo en trigo al precio que valiesse entonces: y otra parte del trigo se les diesse en trigo para comer en cierto tiempo, dado de gracia, y de limosna, y otro en pan cozido. Dudose, si se deuia alcauala de la venta del dicho trigo, y de lo demas, y auiendose gran pleyto sobre esto, y prouado la costumbre antiquissima de aquel pueblo de repartir alcauala al pan del posito general, que tambien auia en el, que se vendia, declare, que se pudiesse repartir, y se pagasse del trigo se diesse para sembrar por precio a los parientes del fundador particular de aquel posito, pues se pagaua por el trigo del general que era para todos los vezinos del pueblo por auer en ello venta, y compra, y de ordinario con ganancia, y dase solamente a los parientes que tuuiessen possibilidad para pagarlo: y que del trigo que se daua de limosna, ansi en grano, como en pan cozido a las parientes del fundador, no se pagasse, ni repartiesse alcauala alguna, porque tanto menos se dexaria de dar y no se daria de limosna a los pobres, si se huuiera de pagar alcauala dello, y ser obra pia, iuxta resoluta infra, q. 74.*

S V M M A R I A:

1 *Gabella an debeatur de alimentis præstitis certo salario, vel pretio pro eis constituto? como lo hazen los Bachilleres de pupilos, y otras personas, & num. seqq. resoluitur negatiuè, & ampliatur, nu 4.*

2 *Nautæ caupones & stabularii gabellam debent ex victualibus à se venditis viatorib. & nu 4.*

3 *Los obligados de la Republica, deuen alcauala de lo que venden en sus obligationes.*

QVAESTIO XXXIV.

An gabella debeatur de alimentis præstitis certo salario, vel pretio pro eis constituto.

1 QVæro etiam: *quid dicendum sit † de alimentis præstitis por el Bachiller de pupilos, o por otra persona que dan de comer, o alimentan de lo necessario a otros per vn tanto en dinero que dan por cada persona, an teneantur ad gabellam, del pretio que les dan por lo sobredecho, o no?*

Et quidem pars negatiua in hac quæstione videtur tenenda: huiusmodi enim conuentiones non sunt emptiones & venditiones, sed contractus innominatus, do, vt facias, scilicet, *doyto tanto cada dia, o por cada año, porque me alimentes:* vel contractus locationis, & conductionis, scilicet, *por que tengas cargo, y cuydado de comprarme de comer, y de guisarmelo, y darmelo, y lo demas, te do y por tu trabajo, cuydado, y ministerio,* tenetur enim ad factum huiusmodi persona.

2 Diuersum erit † censendum in caupone, & stabulario, qui pretio transeuntibus, & hospitibus res suas certas vendunt, nempè, *tantos celemines de ceuada, y tanto pan, y tantas azumbres de vino, y tantas gallinas, o otras cosas venales*, certo quodam pretio pro singulis rebus constituto: hæc enim vera venditio est, ex qua gabella debetur & soluenda est.

Ceterum in specie nostræ quæstionis principalis, personæ quæ ad alios alimentandos obligantur, ad factum tenentur, & ideo est contractus, do, vt facias, vel locationis

& conductionis respectiue, *vt prædiximus*. Quia res, quibus alimentandi essent, in contractu ueniunt, essent certæ in substantia, qualitate & quantitate. Sed quia ipsæ res in contractu non ueniunt, sed factum alimentandi, non est uenditio, quia pretium certum pro singulis non cōstituitur, nec pro omnibus sed pro ipso proprio facto alimentandi, cui accedit, & assimilatur, quod ab alijs comparatur, ut obligationem suam alimentādi alios adimpleat, argumento text. *in l. plenum. § fin. incip. operas, ff. de vsu & habit.* Vbi probatur, quod licet operas serui non possit operarius suos seruum locare, poterit tamen eis uti in suo do conducto, nihil enim interest, in quam rem opera eius utatur. Supradictæ igitur personæ, quæ alios alendos certo pretio suscipiunt, comparando ab alijs res pro illorum alimentis, magis dicuntur in rem propriam consumere, & expendere, quam nouam uenditionem efficere. Probantur etiam superiora *in l. item si pretio, in princip. ff. locat. ibi: quoties autem faciendum aliquid datur, locatio est*: ex quo tex. inquit Bartol. *in l. 2. ff. locati*, quod quando factum est principale (prout in casu nostro est onus alimentandi) licet secundariò adsit traditio rerum, quæ sunt necessariæ ad factum, nihilominus est contractus locationis. Idem Bart. *in decisione quarta suæ quæstionis principal. incip. publicanus*. Et licet quando res in solutum datur, quæ absque uoluntate partium dari non poterat, nec recipi, nouus contractus uenditionis resultet, & ex hac solutione gabella debeatur, *vt resoluimus supra quæst. 21. num. 1. cum sequentibus*. Ceterum, quando eadem res debita causa, quæ soluitur (ut sunt alimenta in nostra quæstione) hoc potius est solutio, & distractus, quam nouus contractus, ac proinde ex eo gabella non debetur.

3 Diuersum erit † obseruandum in obligatis Reipublicæ ad uictualia, & in obligationibus publicis ipsius, nempe *del abasto o bastecimiento de las carnicerias, tabernas, azeyte, y del pescado, y otros bastecimientos*: hi enim cum obligentur principaliter, & ex proposito ad uendendum certis quibusdam pretijs constitutis à Republica, pro singulis uictualibus & mercibus, consequens est, ut ex eisdē uenditionibus gabellam soluere teneantur, iuxta pretia cōstituta in pacto, lege, uel priuilegio *del Rey assentado en sus libros de lo saluado*, si immunes, & exempti à solutione gabellæ pro parte, uel in totum reperiantur.

4 Limitanda tamen uidetur † resolutio principalis supra facta circa eam quæstionem, *de los que se obligan à alimentar à otros por cierto pretio, y tiempo*, quando illi res proprias in eam obligationem expenderent, tunc enim cum uera harum rerum uenditio efficiatur, uidetur de earumdem iusto pretio gabellam soluendam esse, nisi adhuc magis potius attendendum esse uideatur, factum ipsum alimentandi, quod est principale, ex quo non debetur gabella, quam traditio rei propriæ, quæ secundariò, & minus principaliter accedit huic negotio, inestq. ipsi facto, iuxta doctrinam Bart. *vbi supra*, sicq. limitatio prædicta non procedat, nec tenenda uidetur, uel saltem intelligenda *iuxta ea, quæ infra in quæstione sequenti latius disseremus*.

Secùs est in caupone, & stabulario, in quib. seperatum uenit uenditio rerum suarum à facto hospitandi, & ita pro singulis horum diuersum pretium soluitur, & constituitur, *quando se haze la cuenta con ellos, para pagarles lo que se le deue*: merces enim pro hospitio, ex qua non debetur gabella: pretia verò pro uictualibus uenalibus, ex quibus gabella debetur, & soluenda est proculdubio.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur de locatione & conductione? & num seqq resoluitur negatiuè num 4.*
2 *Locatio & conductio in pluribus venditioni assimilatur.*
3 *Merces in pecunia numerata de substantia requiritur in locatione, nec aliter locatio dici potest sicut venditio sine pretio.*
5 *Pretij mentio proprium & peculiarem contractum emptionis & venditionis demonstrat.*
6 *Venditionis contractus non solum nomine, sed etiam re ab alijs contractibus distinguitur, vt hic.*
7 *Verbum emptionis & venditionis apud nos ex communi vsu loquendi in his Regnis intelligitur tantum de emptione & venditione propriè, non de ceteris contractibus.*
8 *Gabella debetur ex contractu celebrato, qui reuera est emptionis & venditionis licet partes eum locationis & cōductionis appellent.*
9 *Emptio & venditio item locatio, & conductio, familiaritatem in quibusdam habent ita vt dubitetur quis eorum contractus sit vt patet in specie l. 2. §. adeo ff. locati, & §. adeo, Instit. eodem titulo, cui contradicere videtur l. item si pretio. §. 1. ff. eodem ex qua iuris antinomia, vera non videtur distinctio Parladorij hic relata, & in num. 10. sed concordia & distinctio ad cognoscendum, quis contractus celebratus intelligatur in præmissa specie, ponitur num. 12. cum seqq.*
16 *Dominium aliquod an transferatur ab aurifice in eum, qui dedit sibi aurum, vt ex eo illi faceret annulos, certa mercede propria constituta, vt in specie l. 2. §. adeo, & l. 2. responso ff. locati. num. 16. cum seqq.*
17 *Legis 2. § adeo ff. locati. cum simil. dispositio procedit nedum in annulis aureis, vel argenteis de quibus loquitur, aut alijs speciebus quæ ad antiquam, & rudem materiā reuerti queunt, sed & alijs quoque, velutì ligneis, aut marmoreis quæ ad pristinam formam reduci non possunt; idemq. probandum est in specie l. item si pretio. §. 1. ff. locati.*
19 *Legis in nauem Saufeli, versic. aut eiusdem, ff. locati intellectus.*
Aurum, vel argentum dupliciter aurifici dari potest ad confitendum ex eo opus aliquod ipsi danti & tunc distinguitur, vt hic circa dominij translationem in dantem, eodē numero 19.
20 *Gabella an debeatur à fabro quocumque opus facienti certo quodam pretio ad fauorem alterius.*
21 *Aurifices quam gabellam soluant ex operibus à se confectis & venditis? & nu. 22.*
23 *Legis 18 titulo 17 libro 9 Noua Collect. Reg. distinctio inter aurum alienum, & aurum aurificis, est facienda in argento, & alio quocūque metallo, quantum attinet ad inspiciendam naturam contractus, & vim legis gabellaria: secus autem quo ad priuilegium taxatæ quantitatis, quæ solui debet, vt hic.*
24 *Omnia dicta de auro & argento circa materiam gabellarum, intelligenda sunt generaliter in quacumque alia materia, veluti ferro ære stanno, vel plumbo, pannis laneis, sericeis, corijs, vel lignis, & marmoribus, & quacūque alia re in qua mechanicæ artes exercere solent, y en los* bordadures, *vt hic, & in figulis, vt in num. 25. non vero in infectore hoc est en el tintorero, que este non deue al*cauala, *vt in num. 26.*
25 Bordadores, olleros, y tintoreros, si deuen alcauala? *numero 25 & 26.*
27 Los texeros, y los que hazen ladrillos, deuen alcauala de todo ello indistintamente.
28 Los pescadores, cazadores, y heruolarios, si deuen alcauala de lo que uenden? *num. 29. & 30.*
32 Los aguadores *an debeant gabellam ex aqua venali, quam vendunt, & nu seqq.*
33 *Gabella an debeatur ex aqua venali in specie l. mella, §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat.*
34 *Gabella an debeatur ex niue vendita, & num. 35.*

QVÆ.

QVAESTIO XXXV.

An de locatione, & conductione debeatur gabella?

1 QVæro insuper: *An † de contractu locationis & conductionis gabella debeatur, & soluẽda sit, necne.* Et pars altera affirmatiua ex eo probari videtur, quod licet *lex 1. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* de venditione tantum loquatur, *& l. 2. eiusdem tituli, & libri, de permutatione, vt supra latè diximus:* nihilominus tamen locationem, & conductionem comprehendere videntur. Namque sicut permutatio iudicatur pro eadem re, quod venditio, & ideo de permutatione præcipit, *dicta l. 2.* quod soluatur gabella, sicut ven-
2 ditione, † ita etiam locatio, & conductio in pluribus venditioni assimilatur. Etenim illa solo consensu perficitur, & rem, ac pretium, hoc est, mercedem requirit necessariò, iuxta communem glossarum, & Doctorum sententiam, vt probat text. in *l. 2. §. 1. ff. locati, & cond. text. in princip. & in §. adeo, Instit. eodem titulo, tex. & ibi glos. in l. naturalis, §. at cum do, versic. si res ff. de præscript. verb. glossa, in l. si olei, C. locat. & in princip. Instit. eodem titulo, & in l. 1. §. si quis seruum, per text. ibi, ff. depositi, & in l. 2. verbo, mercede, ff. locati. Bart. & communiter DD. in prædictis locis, & alibi. vt resoluit Anton. Gomez. in 2. tomo var. resol. cap. 3.*
3 *numero 3.* † qui omnes tenent, mercedem in pecunia numerata de substantia locationis requiri, nec aliter locationem dici posse, sicut nec venditionem sine pretio numerato, *l. 1. in princip. ff. de contrahen. empt.* Et ab hac receptissima sententia nemo discrepauit præter Ioan. Corras. *lib. 2. Miscelan. cap. 11.* quem sequitur Arias Pinel. *in rubrica C. de rescind. vend. 2. par. cap. 3. num. 29. cum sequenti* vt inquit Lassart. *de decim. vendit. cap. 1. numero 24.* qui *numeris sequentibus,* communem probat, & defendit ab impugnatione Corras. & Pinell. satisfaciendo text. *in d. l. si olei, & l. excepto, C. locati,* qui magis receptæ sententiæ obstare videbantur: Ergo de locatione soluẽda quoq; erit gabella.
4 Secundo, eadem pars † coadiuuanda videtur ex ratione, qua ex permutatione diximus soluendam esse gabellam, nempè, vt obuietur fraudibus, quæ euidenter contingere possent, si aliud diceremus, quia consulto contrahentes propè semper hoc potius contractu vterentur, nempe locationis, & conductionis, quam emptionis, & venditionis, hunc q; in illum simulatè conuerterent in præiudicium fisci & gabellarij, vt gabellam fraudarent. Igitur, vt obuietur fraudibus, prout aliàs fieri debet, dicamus ex contractu locationis, & conductionis gabellam deberi, & soluendam esse.

Nihilominus tamen in quæstione principali supradicta contrarium respondemus, & resoluimus, nempè, ex cõtractu locationis, & conductionis regulariter gabellam nõ deberi, nec soluendam esse, & quidem primum.

Quia leges nostræ gabellariæ tantum præcipiunt, eam soluendam esse ex venditionibus, & permutationibus, nõ vero ex alijs contractibus: Ergo cum simus in materia odiosa, & contra ius commune, iuxta ea quæ de gabellarum statutis inquit Abb. *consilio 83. numero 2. libro 2.* immo contra ius gentium, vt ait Bald. *in l. contractus, numero 2. C. de fide instrumen.* & diximus *supra quæstione 6. numero 2.* minimè extendendæ sunt, *ex regula odia, de regul. iur. in sexto, ac proinde d. l. 1. titulo 17. hoc lib. 9.* de propria, ac vera venditione intelligenda est, non vero de alio contractu, vt alibi probauimus, præsertim cum eadem lex 1. pretij mentionem faciat, ibi: *De todo el precio porque vẽdieren,* quod quidem fit in sola vera, & propria venditione reperitur,
5 vt mentio pretij proprium, & peculiarem † venditionis contractum demonstret, ex sententia glossæ communiter receptæ, *in l. cum dotem, C. de iure dot. probata in l. fin. C. de præd. Decur. libro 10. & diximus supra quæst. 31. numero 8.*

At in locationis, & conductionis contractu non pretium pecuniæ appellatur, sed merces, in quo primum distinguuntur hi contractus.

6 Secundò, † quia contractus venditionis re, non solum nomine a ceteris contractibus distinguitur, & sicut eleganti nomine appellatur, iuxta notata *in l. mritgẽtium, in princip. ff. de pactis,* sic eius non vna, diuersa, ac separata natura est a quocunque alio contractu, aliàs frustra diuersis nominibus nuncuparetur, *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & in §. ius autem gentium, Instit. de iure natur. gent. & ciuili,* quos vna, ac eadem vis, & potestas sociasset, vt aliàs loquit text. *in l. si idem, C. de codicill.* Denique in venditione transfertur dominium in emptorem, vel saltem vsucapiendi cõditio, *l. cum manu sata, ff. de contrahen. empt. cum simil.* in conductorem vero minimè, sed remanet penes locatorem, *l. non solet, ff. locati. l. fin. C. de acquiren. possess.* saltem principaliter, *vt infra dicemus,* & quamuis antiquitus, hoc verbo, emere, facilè in locationibus veteres vterentur, vt ex Festo Calepinus in *Dictionario, verbo, redemptor, ait,* & probat Lassar. *de decim. vendit. capitulo 1. numero 35.* apud
7 † nos tamen ex communi vsu loquendi in his Regnis Castellæ, & Legionis, verbum, *emptionis, & venditionis,* intelligitur tantum de emptione, & venditione propria, nõ de ceteris contractibus, vt bene notat glos. peregrina *verbo, vectigal, circa princip. Parlador. rerum quotid. lib. 1. c. 3. §. 2. num. 22. & Lassart. d. cap. 1. nu. 41.* vbi *num. 40.* quod hoc iure vtimur, & communis vsus loquendi attendi debet etiam contra propriam significationem verborum, *l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3. & l. Labeo, ff. de supellect. legata,* prout ex alijs in simili proposito contendeat Tiraquel. *de retractu linag. §. 1. glos. num. 3.* Consequitur igitur ex locationis, & conductionis contractu, gabellam non deberi: sed tantum ex contractu venditionis, & permutationis, vt in terminis vltra supradicta probat Lassart. *d. c. 1. num. 23. cum seqq.* & Gironda *de Gabellis, 5. in princ. num. 8.* vbi, quod hæc sententia in praxi recepta est, nec de hoc vnquam vidit dubitari.

Non obstat primum fundamentum contrarium, quoniam multum differt contractus emptionis, & venditionis à contractu locationis, & conductionis, *vt probauimus supra in fundamentis nostræ sententiæ, & communis.*

8 Secundum † etiam fundamentum non obstat; quoniam si re vera contractus, qui geritur sit emptionis, & vẽditionis, non vero locationis, & conductionis, vt apparere, & constare poterit ex multis, debebitur gabella, quamuis partes dixerint cõtractum locationis se celebrare: quia plus valet quod agitur, quam quod simulatè concipitur; & quando constat de substantia, & natura contractus, nõ statur nominationi contrariæ partium, *vt latè ostendimus supra, quæst. 30. num. 4.* & tunc propriè procedit secundum fundamentum contrarium euitandæ fraudis. Ceterũ quãdo re vera contractus locationis, & conductionis fit, qui facilè dignoscitur, nulla proculdubio gabella debetur, nec tunc aliqua fraus fieri dicetur, cum vnusquisque contractus se separet, & alter ab altero distinguatur.

Hæc quamuis ita se rectè habeant, veraq; sint, & in praxi procedant, sunt tamen permulti casus, qui vtriusque cõtractus venditionis, & locationis faciem habere videntur, & nonnulli veram mixturam habent, in quibus dubitari merito contingit *an, & quando debeatur ex eis gabella,* qui in praxi necessario sunt scitu, vt hoc facile iudex partibus ius dicere possit: Ideoq; oportet, ut de eis nunc agamus. Et ita quæro, quid dicendum sit in casu *l. 2. §. adeo, ff. locat. & in §. adeo, Instit. eodem tit.* inquit enim ibidem Caius Iurisconsultus.

9 *Adeo autem † familiaritatem aliquam habere videntur emptio & venditio, item locatio, & conductio, vt in quibusdam quæri soleat, vtrum emptio, & venditio sint, an locatio, & conductio, vt ecce si cum aurifice mihi conuenerit, ut ex auro suo annulos mihi faceret certi ponderis, certaq; formæ, & acceperit (verbi gratia) trecenta, vtrum emptio & venditio sit, an locatio & conductio? Sed placet vnũ esse negotium, & magis emptionem, & vẽditionẽ esse: quod si ego aurum dedero, mercede pro opera constituta, dubium nõ est quin locatio & cõductio sit:* Idem probat tex. *in §. item quæritur, Instit. de locatione, & conduct.* & tradit Castror. *locati & conduct. 2. parte, de similitud. locat. q. 3. fol. 43. colum. 4.*
10 In contrarium illi autem facere videtur, *l. item si pre-*

tio, §. 1. *ff. eodem titulo locati & conducti* vbi sic dicitur: *Cū insulam ædificandam loco, vt sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio est: locat enim artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem.*

Ex qua iuris sapientia, vera non videtur generaliter distinctio Ioan. Parlador. *rerum quotidianarum lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 24* dicentis, quod quando artifex dat operam & materiam, tunc emptio & venditio est: at quoties is, cui opus fit, præstat materiam, ex qua opus fiat, opifex verò tantum dat operam, locatio quidem est, non emptio & venditio, *vt tradit Fabian. de Monte in tractatu de empt. & vendit. quæstione 2. num 28.* Licet enim hæc doctrina in specie *d. l. 2. §. adeo ff. locat. & conduct. & in d. § item quæritur, Instit. de locat. & conduct.* vera quidem proculdubio sit, prout est; attamen, quod in hac vna specie posita ad multas possit transferri, *vt ibi inquit Parlador.* falsa est, vbi
11 † in solo meo ex materia tua ædificas pro pecunia, est enim locatio, *vt in d. l. item si pretio, §. 1.* vel cum per ferruminationem partem aliquam tertiam adiungit artifex, quia tunc locatio est, secundum Lassart. *de decim. vendit. cap. 2. numero decimoseptimo.* tunc his prius ab eo resolutis *eodem capite num. 13.*

Quare pro resolutione, & intellectu huius materiæ dictæq. antinomiæ, & pro decisione nostræ quæstionis principalis, hæc est constituenda regula generalis, atque distin
12 ctio, scilicet, quod † aut in contractu venit sola traditio rei pro pecunia, & est venditio, *vt in l. conuenit. ff. de contrahenda empt. & in l. naturalis, §. & siquidem, ff. de præscriptis verb.* aut in contractu venit aliquod factum, ex quo non sequitur dominium alicuius rei, & tunc si certa merces, constituatur, locatio est, *l. qui operas, ff. locati l. cum manu sata, §. fin. ff. de contrahenda empt.* vel cum fundus aliquis, aut domus fruenda conceditur pro certa pecunia, *l. si merces, §. qui fundum, ff. locati.*

13 Quod † si in contractu veniat vtrumque, nempè, factū, & alicuius rei traditio, vel datio, atque ideo dubium sit, quis contractus celebretur, ita distinguendum est (& nunc ad rem) quod aut principaliter venit traditio, secundariò verò factum, & tunc emptio, & venditio fit, inspecto eo, quod principalius est, vt in *d. l. 2. §. adeo, in 1. responso, ff. locati, & in d. § item quæritur,* veluti cum do pecuniam aurifici, vt annulos mihi faciat ex suo auro, aut principaliter venit factum, traditio autem, vel datio alicuius rei secundariò, & tunc locatio & conductio est, *vt in d. §. adeo, in 2. responso, & in d. §. item quæritur,* veluti cum do aurum aurifici, vt ex eo annulos mihi faciat, mercede propria constituta, vel etiam cum pecuniam do, vt in solo meo ædifices tuis impensis, *vt in d. § item si pretio. § 1.* qui in hac specie loquitur, & procedit ad idem *d. l. Sabinus, & l. plenum, §. 1. ff de vsufruct.* ita distinguit Lassart. *d. cap. 2 numero 1. cum sequētibus,* sequitur Molina Theolog. *1. tomo de iust. & iure. disputat. 336. colum. 501. in versic. vt item discernere nescias.*

14 Ceterum si † contingit dubitari, vtrum factum, an rei datio magis principaliter in contractu versetur, vt in contractu superficiario, de quo *in l. 1. ff. de superficieb.* pretii, aut mercedis quantitas eo casu emptionem à locatione discernit: ita, vt si vnicum pretium detur, venditio sit, si autē aliquid annuatim pendatur, locatio sit, iuxta doctrinam glossæ *in d. l. 1. §. 1. verbo, agendo, ff. de superficieb. ita Bart. ibidem, & in l. cotem ferro, § qui maximos, ff de publ. & vectig. & in quæst. 4. incip. publicaui,* cum quo omnes, DD. communiter transeunt in *præd. locis, & in l. 1. C. de iure emphyteut.* prout latè, septem casus distinguendo, resoluit Menoch. *de retinenda possess. remed. 4. ex numero 7.* & agnoscit Lassar. *d. cap. 2. num. 2. & 5.* vbi, quod est Bart. & communis Doctorum distinctio, & regula verissima omnibus iuris principijs fulcita.

15 Et iuxta † eam resoluendum erit, deberi gabellam (extra speciem auri) quoties venditionem celebratam esse iudicauerimus: & non deberi, quoties locatio, & conductio cōtracta censebitur.

16 Attamen dum † Bart. *vbi supra,* voluit, immo apertè ait, quod quando do tibi aurum, vt ex eo mihi facias annulos, certa mercede propria constituta, *vt in d. l. 2. §. adeo, in 2. responso,* aliquod dominium in me transfertur ab aurifice, licet secundariò: similiter, & dum idem probat in specie *d. l. item si pretio, §. 1. ff. locati,* & expressè tradit cum alijs Menoch. *vbi supra, num. 17.* falsum hoc esse in vtraque specie probat Lassart. *vbi supra, num. 3. cum seqq.* quia solum factum venitur in eo contractu principaliter, & omni modo in specie *d. § adeo, in 2. responso,* non verò vlla rei datio, ac traditio, ac ideo nullum dubium fuisse apud veteres, quin locatio & conductio esset, vt inquit Iurisconsul-
17 tus *in d. § adeo, in 2. responso.* † cuius l. decisio, nedum procedit in annulis aureis vel argenteis, de quibus loquitur, aut alijs speciebus, quæ ad antiquam, & rudem materiam reuerti queunt: sed, & in alijs quoque veluti ligneis, aut marmoreis, quæ ad pristinam formam reduci nō possunt. Itemq. probandum est in specie præmissa *d. §. item si pretio, §. 1. ff. locat.* quia id solum requiritur, vt facias, & ædifices, non vt factum ædificium des mihi: quia eo ipso, quod in meo ædificas, naturali ratione meum fit, cum fit ædificium, non quidem ex contractu locationis, sed ex regula text. *in §. cum in suo, versic. ex diuerso, Instit. de rerum diuis & l. adeo, §. ex diuerso, ff. de acquir. rerum domin. cum simil.* Igitur in ea locatione solum factum est principaliter, & omni modo, non verò aliqua rei traditio, vel datio, contra Bartol. *vbi supra,* sed cum eodem *in l. redemptores, ff. de rei vendic.* idq. constat *ex d. l. item si pretium, §. 1. ibi: locat enim artifex operam suam hoc est, faciendi necessitatem.*

18 Potest † tamen præmissa sententia Bartoli à Lassarte improbatæ saluari secundum ipsum, *num. 8.* respectu rerum, quibus, vt instrumentis ædificium factum est: adhuc namque materiæ dominus proprietatem, & dominium eius retineret, nisi voluntate sua intelligeretur alienata: secùs verò de toto ædificio, quia hoc est factum, ad quod principaliter respexit conductor in specie *d. §. item si pretium, §. 1.* nempè, quod fieret ædificium, & quod sibi illud remaneret naturali ratione; hoc vltimum absque alienatione locatoris, sed eo etiam inuito ex iuribus præcitatis, atque ita solū factum, & necessitas ædificandi principaliter ex parte locatoris præstetur, veram ac propriam locationem contrahit, concludit in eo textu Iurisconsultus, nec curari de particulari instrumentorum dominio, quia licet ad conductorem transeat, id quidem accessorium est, & secundarium, vt cōstat *ex l. eum, qui ædes. ff. de vsucap.*

19 Omnia tamen † supradicta conturbare videtur textus *in l. in nauem Saufeli, in versiculo, aut eiusdem, ff. locati* vbi argentum datum aurifici, vt vasa vel annulos faciat, in ipsius dominium transit, & sic cessare videntur rationes supra adductæ, vt locationem contractam fuisse diceramus, nihilo minus tamen, pro solutione huius difficultatis obseruandum erit, dupliciter aurum, vel argentum artifici dari posse.

Primò, vt ex eodem met auro, vel argento annulos, vel vasa conficiat, & tunc dominium materiæ datæ in ipso cōductore manet, & tunc procedit apertè decisio text. *in d. l. 2. adeo, in 2. responso.*

Secundò, quando aurum, vel argentum datur potius, vt ex eodem, aut similis materiæ genere, annuli, vel vasa postulata conficiantur, iuxta speciem text. *in d. l. in nauem Saufeli, versic. aut eiusdem:* & tunc dominium auri, vel argenti dati in artificem transit, nec ideo est venditio, sed locatio & conductio, excedens notissimos locationis terminos, vt contingit in pecunia deposita, ex eadem l. ibidem iussis esse in deposito, & *l. 2. titulo 3. parte 5.* & Doctores quos refert & sequitur hoc bene declarans, & rationem reddens Lassar. *dicto capitulo, num. 19.* vbi latè agit de tertio modo, quo aurifici dari potest, nempè, vt non ex eo auro, sed expressè ex alio annuli fiant, quid tunc dicendum sit?

20 Ex superioribus in † summa obseruandum est, quod si faber lignarius, vel ferrarius, vel quicumq; alius faber, ex suo ferro, ligno, vel alia materia suscipiat in se faciendum certo pretio, erit quidem emptio, & venditio, & ex ea gabella debebitur: si verò ex mea materia, sua tamen

opera

opera id faciendum accipiat, erit quidem locatio & conductio, ex qua gabella non debebitur: quod si faber, vel architectus in meo solo, vel prædio opus ædificandum suis impensis suscipiat, certo quodam pretio, vel ad taxationē peritorum, quod vulgò dicitur, *à destaio por cierto pretio, ò a tassacion*, erit quidam locatio & conductio, quia principaliter venit factum, secundariò verò datio, vel tradito materiæ & instrumentorum, quibus ædificium fit, ac proinde ex hoc contractu gabella non debebitur, *per supradicta*, sequitur Molina Theolog *vbi supra d. col. 501. in versic. obserua præterea*, & à fortiori quando opus fit, *por iornales no se deuera alcauala*.

21 In aurificibus † autem certa forma soluendi gabellam tradita est a l. 18. titulo 17. hoc libro 9. Nouæ Collectionis Regiæ, vbi cauetur: *Que el platero, o cobrador, o mercader, què comprare el plata de qualquiera persona que sea, pague cinco marauedis por marco de alcauala. y no mas, y que no sea obligado à manifestar al arrendador el comprador, ni, cayga en pena alguna por ello: pero que este platero cambiador, o mercader, si vendiere pieca de plata de vn marco, o dē de, arriba que pague otros cinco marauedis por marco. y no mas, y si fuere de ay ab aio de cosas menudas, que solamente pague el alcauala de lo que ganare en aquella plata quitada la costa: y que otras personas algunas no paguen alcauala de la plata qui vendieren, y que estos plateros, cambiadores y mercaderes, sean creydos por su iuramento, an si en la venta, como en la compra, sin otra prouanca alguna*.

22 *Y en † quanto a las cosas de oro, manda, que del oro ageno que labrare qualquiera platero, no pague alcauala de la labor: pero del oro que labrare, o fiziere labrar paro vender, y de lo que vendieren en qualquier manera, pague el alcauala à razon de a dos marauedis por onza, solamēte de lo que ganare en el oro, sacando el pretio que te cuesta, y no mas*, quā legē simpliciter retulit Gironda, *de Gabell. 7. parte, §. 2. num. 10. & 11.* parcè legit eam in proprio loco Azeuedo.

23 Sed circa † versic. eiusdem legis, de auro loquentem, obseruandum est, quod distinctio in eo posita inter aurum alienum, & aurum aurificis, facienda quoque est in argento, & quocumque alio metallo, & materia, quantum ad inspiciendum naturam contractus attinet, & vim legis gabellariæ, quæ venditiones onerat, non locationes, *vt prædiximus*: Transcribit enim ea lex Regia, decisionem text. *in d. §. adeo*, quæ generalis est in quacumque materia: Secùs autem quo ad priuilegium taxatæ quantitatis, quę soluit debet: Minor enim gabella soluitur ex auro vendito, quam ex argento, & alijs metallis, vt ibi ita censet notandum Lassart. *d. cap. 2. num. 22.* sequitur Azeuedo, *in d. l. 18.*

24 Omnia † igitur dicta de auro, & argento, generaliter intelligenda sunt, secundum ipsum Lassart. *vbi supra, num. 21.* In quacumque materia, veluti in ferro, ęre, stanno, vel plumbo, pannis laneis, sericeis, corijs, vel lignis, & marmoribus, & quacumque alia re, in qua mechanicæ artes exerceri solent: immò. *Procede tambien en bordadores, que toman à su cargo hazer alguna bordadura, ò otra obra, poniendo ellos los materiales en vna capa, ò vestido, ò en algun ornamento, porque seria contrato de alquilè, y no de venta, y assi no se deueria alcauala*: Doctrina enim tradita *in d. l. 2. §. adeo, ff. locati*, ad omnem artem, & omnem opificem, seu artificem generalis est (quorum artificum generale cēset *l. 1. C. de excusat. artific. lib. 10.* & sigillatim explicat Cassan. *in Cathālogo gloria mundi, 11. parte, considerat. 34.*) & probatur etiam in *l. conuenit, 65. ff. de contrahend. emptio.* vbi decidit ur, quod si conuenit inter me, & te, quod ex meo fundo tegulas tibi factas datem, est venditio, & conductio: toties enim conductio alicuius rei est, quoties materia, in qua aliquid præstatur, in eodem statu eiusdem manet: quoties verò, & immutatur & alienatur, emptio magis, quam locatio intelligi debet.

25 Vnde † iure optimo figuli, qui ij opifices sont, qui vasa faciunt ex terra in figuris, vt loquit glos. *in l. 1. C. de excusat. artifie. lib. 10.* semper ad gabellam obligantur. Vt plurimum enim ex terra iam sua, sibiq. acquisita operantur, quam ad id ministerium emunt, vnde siue ex præcedenti conuentione vasa aliqua certa forma, & lege postulata efficiant, siue iam arbitrio suo facta vendant alijs pretio, gabellam debent, quia venditores sunt, ex decisione *d. l. conuenit*, vt in terminis rectè probauit Lassarte, *d. cap. 2 numero vigesimoquinto*, & Gironda *de Gabell. 7. parte, §. 2. numero decimoquarto*, vbi inquit, Regia executoria comp. . sos
26 fuisse prædictos figulos soluere gabellā, † & *numero decimoquinto*, dubitat, quid in infectore (hoc est) *en el tintorero*, & tandem probat, eum gabellam nō debere, & quod sic executoria Regia vidit decisum: vtrumque refert & sequitur Azeuedo, *in d. l. 18 numero primo, ad fin. & numero secundo*, estq. pro hac parte *l. 7. tit. 7. hoc lib. 9. ibi*: *Y cosas de pelleieria, y barro*.

27 Quod si casu *d. l. conuenit*, nempè † præcedente conuētione, de faciendis tegulis certo quodam pretio, terra de loco publico, è qua tegulæ fiant, extrahatur, magis terra extracta videtur conductori, quam extrahenti, & ideo cum solum factum vertatur ex parte extrahentis eam, non verò alicuius rei alienatio, videtur esse contractus locationis & conductionis, ex quo non soluitur gabella, non verò emptionis & venditionis: secus si prius terra extracta, & præparata postea sequatur conuentio, quia tunc est venditio, ac si ex fundo proprio tegulæ factæ fuissent, iuxta *d. l. conuenit, secundum Lassar. d. cap. 2. num. 23.* sed verius est indistinctè prædictos tegularios, & laterum artifices, venditores esse, & generaliter gabellam debere, quomodocūque tegulas, vel lateres faciant, & alicui dederint pro pecunia, conuentione scilicet præcedente, vel non, vt postea melius existimauit Lassart. *num. 25.* Quod probo, siue terram ad tegulas, & lateres efficiendos emerint, siue è publico, vel alibi extraxerint: quæ omnia probantur etiam ex *l. Sabinus, 20. ff. de contrab. empt.* vbi quod Sabinus respondit, vt si quam rem nobis fieri velimus (veluti stratum, vel vasa aliqua, seu vestem) vt nihil aliud, quam pecuniam daremus, emptio videatur: nec posse vllam locationem esse, vbi corpus ipsum non detur ab eo, cui id fieret, aliter atque si aream darem, vbi insulam ædificaret, quia tūc à me substantia proficiscitur.

28 Ex supradictis etiam † infertur ad venditionem earum rerum, quæ publici iuris sunt, & occupantis fiunt, veluti ferarum, bestiarum, volucrum, & piscium, cuniculorum, aut herbarum odoriferarum, esui, vel medicinæ vtilium, in locis publicis, vel lignorum, quæ sane, & occupantium fiūt, cum earum rerum vsus publicus sit, *l. penultima, §. fin. ff. de acquir. rerum domin.* vt scilicet, si inter te, & me prius conuenerit, vt in publicum vadas, vt certam mihi, quam petiero, herbarum, aut lignorum quantitatem portes, venatione, aut piscationi illo die studeas nomine meo, certa mercede pro labore constituta, locatio euidens fit, iuxta *l. 1. versic. sed si quis operas, ff. de postuland.* ac proinde gabella nō debeatur ex eo facto: Secus autem si prius collegeris, & postea, cōuētione sequuta, dederis mihi pro pecunia, quia tunc rei tuæ, quam occupaueris, alienatio fit, ac proinde vera venditio contrahitur, gabellaq. debebitur, ita Lassart. *d. cap. 2. numero vigesimosexto*.

23 Idem censeo † dicendum in priori specie, quando conuentio præcessit, non tamen certa merces pro labore constituta fuit, sed pretium certum pro singulis rebus, ex supra dictis tradendis: quia tunc principaliter agere videntur partes de venditione, non verò de facto, & locatione operarū, non minus, ac si futuros fructus emero certa pecunia; & patet: quia præmissa conuentione facta, si nihil captum, vel exportatum fuerit, nihil debebitur, quod post hæc scripta visus probauit Lassart. *d. cap. 2. sub num. 35. ex Bartolo, in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 4 de public. & vectigal.* Quod si eodem themate retento conuenerit, vt nihil capto, vel exportato, adhuc aliquid soluatur pro opera, impensa, vel labore, ex hac mercede gabella non debebitur: sed ex venditione rerum, quæ in exequutione conuentionis captæ, exportatæve, traditæ postea fuerint, debebitur.

Hic enim duo contractus diuersi inter se vidētur, vnus locationis operarum, si nihil capiatur; alter verò venditionis earum rerum, quæ capientur, & portabuntur: Ideoq. videtur dicendum, si conueniat intatè vtrumque,

nempè, vt siue aliquid capiatur, & exportetur, siue non, vltra mercedem certam, quæ pro facto constituitur, singulæ res captæ, & exportatæ pro tali pretio veneant: Ex mercede namque pro opera, & facto constituto gabella vlla nō debebitur: ex pretio verò quo eędem res captæ, & exportatæ, & venditæ fuerint, ipsa debebitur, non secùs, ac si alijs venderentur.

30 Quinimmò si † quod captum fuerit, certo quodam pretio venditum fuerit, & sic spes ipsa, gabella huius pretij debebitur, quia vera emptio & venditio eius, quod capietur contrahi potest, *vt in l. si iactum retis emero, 13. ff. de contrahen. emptione, l. nec emptio, versiculo aliquando, ff. eodem tit. vbi*, qui ante piscationem, & missilium iactationem, aues, seu pisces missilia ve, conuenit, vt aliis sibi daret pro certa pecunia, emisse intelligitur: secùs autem esset, si non in spem, sed in factum potius piscandi, aucupandive collata conuentio foret, quia tunc magis esset locatio, quam venditio, ac proinde gabella non deberetur.

31 Deducitur & tertiò † ex præcedentibus, tunc demum aquatores teneri soluere gabellam de aqua à se vendita, cū eam venalem portant & vendunt, vt fieri adsolet: secùs verò si conuentio cum eis præcesserit, vt in meam, vel alterius apothecam vinariam, tot aquæ onera portet, certo pretio pro singulis oneribus constituto, quia tunc, si credimus Lassar. *d. c. 2. num. 27.* erit locatio & conductio, ex qua gabella non debetur, cum possent aquam ex fluuio, vel fonte publico, quorum vsus communis est § *flumina, cum simil. Instit. de rerum diuis.* & mihi portent, ideoq. cum potius nomine meo, quam suo aquam haurire videantur, nihil præter factum, & operam præstant.

32 Verum † contrarium indistinctè in aquatoribus ex publico ducentibus, & asportantibus aquam, probat Parlador. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 25.* Imminò quod nō debeant gabellam, quia cum aqua hæc venalis non sit, huiusmodi aquatores non tam aquam vendere, quam asportandi operam locare videntur, cuius opinio verior est & tenenda, quia vt ipsemet Lassarte postea fatetur *num. 33. cum seq.* cum aqua vilissima sit, & nullo pretio habita, propterea, quod in quocunque populo huius Regni omnibus pateat, rectissimè credi potest, aquatores non eo esse animo, vt ex fonte publico, aut flumine aquam sibi inutilissimam velint acquirere: quasi laboris sui remunerationem, & illa indigentem statim non inuenerint, cui ferrent, aut perdituri sunt, sed vt laboris potius, ac operæ suæ mercedem consequantur, totum illius pretium in facto portationis est, ac proinde si illud ita à principio teneantur, nullam fraudem committere, sed veram, ac rationabilem suā intentionem, & voluntatem exprimere censendi sunt, ita vt postea pecuniam pro aqua illa asportanda accipiendo, non dicantur vendere, sed innominatum contractum celebrare, facio, vt des, iuxta quem sensum sustentabilem, inquit esse, & obseruandam consuetudinem, & praxim vbi viguerit, quod aquatores isti gabellam non soluant, licet nihil teste tur, & nulla conuentio de portanda aqua præcedat, quasi iam illud per consuetudinem admissum re statum censendum sit, nolle sibi inutilissimam aquam acquirere, sed indigentibus potius asportare, data sibi pro labore pecunia, prout obseruatum vidit in Taurinensi ciuitate; Sed quid opus est tot verbis & fictionibus, atque scrupulosis imaginationibus, melius est simpliciter tenere, aquatores non debere gabellam, ex ratione Parlad. *de qua supra*, & ideo merito eius hanc opinionem simpliciter probarunt Humada *in schol. ad Greg. Lop. super l. 1. titulo 13. glos. 3. num. 8. parte 1. & Gironda de Gabell. 7. par. §. 2. numero 12.*

33 Limitatur † tamen hæc sententia in aqua priuata venali, qualis est illa, cuius meminit *l. Mella. § fin ff. de alimen. leg.* quia hæc vendi pecunia potest: veluti si puteum, fontem, aut stagnum aliquod habeam in fundo meo, & illius aquam dem tibi pro pretio, vicinum, aut inferius prædium habenti ad rigandum: Tunc namque ex hac venditione gabella debebitur, vt probat Lassart. *vbi supra, num. 30. & Gironda d. 7. part. §. 2. num. 13.* quia vere, quod meum est, pecunia do, quam proculdubio venditionem appellat Rebuff. *in tractatu de decimis, quæst. 8. num. 24.* & laudemia deberi, tradit Peguer. *de feud. vers. 1. num. 84.*

34 Quo fit, vt † idem dicendum sit de niue, *secundum Parlad. num. 25. quem sequitur* Lassart. *d. cap. 2. num. 30. & Gironda d. num. 13.* Nam cum hiemali tempore ad alta loca reconditur, quo tempore nulli patens est, præterquam his, qui tempestiuè eam collegerunt, dubium non est, quin, qui eam recondiderit, dominium niuis fuerit assecutus, & verum est, illam alienando pro pecunia, venditionem efficere, & gabellæ subijci. Et idem erit si in hieme eam vendiderit.

35 Quod † si asportantes niuem, de publico eam ducant, quia eam reconditam minimè habeant, puto idem in eis potiori iure dicendum, quod in aquatoribus resoluimus, nempè, vt gabellā non soluant, eisdem rationibus, & quia magis præponderat factum ipsum portationis, quam valor ipse niuis, qui est vilis, & prope nullius momenti, vt portetur alibi, quam pro pecunia.

S V M M A R I A.

Q V AE S T I O XXXVI.

An gabella debeatur ex locatione minarum.

1 QVæro *an ex † locatione lapidicinæ, cretifodinæ auri fodinæ, argenti fodinæ, seu aliæ venæ, nempè plumbi, azogue, alcohol, & similium, debeatur gabella, necne?*

2 Tota vis huius quæstionis consistit † in cognitione huiusmodi contractus, *an locationis & conductionis sit, an emptionis & venditionis*, si enim ille est, non debebitur gabella: si verò hic, ea debebitur, vt patet ex his, quæ superioribus quæst. diximus: Vterque enim contractus supradictus contrahi potest in hac specie, vt patet ex *l. qui saxum, ff. de donat. in versic. plane si mercenarius*, ibi: *qui à me emerat, siue mercede conduxerat, nempè, quando pecuniam ab alio recipio, vt lapidem sibi eximat in fundo meo, vel aliam venam*: d[illegible] tamen est, venditionē à locatione distinguere, quod omisit Iurisconsultus, vt quia fortè parū interesse existimaret. Sed necessaria, & vtilissima apud nos est horum contractuum distinctio, propter gabellam.

Quare cautè agetur si in ea specie, & similibus locemus potius, quam vendamus: Primo enim modo locatio cum

sit, ga-

sit, gabella non debebitur: secus autem in secundo, cum sit venditio, ex *l.* 18. *hoc lib.* 9. nec fraus fiet eidem legi, locando potius, quam vendendo, quia cum liberum sit, cuilibet secundum iuris regulas in hoc casu, vel locare, vel vendere, electioni locus erit, dolo enim non facit, qui iure communi vtitur, *vt in l. si duorum, vers. sed an exceptio, ff. de*
3 *action. empt.* Et † libera est vnicuique facultas in sic, vel sic contrahendo, *l. sicut, C. de actionib. & obligation. l. penultima, C. pro soc.* prout in terminis latius probat Lassart. *de de*
4 *cim. vendit. cap.* 2. *num.* 37. dicens, hoc † verum esse, nisi eo solo animo locaremus, vt lex gabellaria euitaretur, aliàs venditur, tunc enim fraus esset, quæ fisco non nocebit, *l. si libertus minorem, ff. de iure dot.* Et quod hoc admitti non credi potest in specie *d. l. qui saxum*, quia cum æquè possimus vendere, vel locare, quicunque contractus electus fuerit, dici non potest in alterius fraudem electus esse: seiuncta enim legis gabellariæ cogitatione, nulla ratio est, cur magis venderemus, quam locaremus: quæ sententia bene comprobatur ex traditis in simili casu Mod. Paris. *in Consuetudin. Parisiens. tit.* 1. *§.* 23. *quæst.* 4. *num.* 20. vbi decidit, quod emptio facta sub pacto de retrouendendo, ad certum tempus, non est pignoratio, nec contractus vsurarius, aut illicitus ex eo solo, quod præcessit prologuium de mutuo, quia emptor noluit mutuare, quod potuit iusto pretio, vt notant Abb. & alii, *in cap. ad nostram, in fine, de emption. & vendit.* & latè Contrad. *de Contract. quæstio.* 84. *Conclus.* 3. Nec obstat, quod hic dicatur fraus fieri creditori futuro, quia potest esse verum, quando postea itur in creditum, & subsequitur creditor, qui fraudatur ex actu præcedenti ad hoc ordinato: sed hic non fraudatur creditor, quia non proceditur ad vllam venditionem, vel alium actum, ex quo incipiat aliquod deberi domino directo, cui nihil acquiritur ex certo contractu, nisi contrahentibus placuerit ita contrahere, vnde nolint sic contrahere, sed aliter, non fraudatur dominus, cui nihil aliud est acquisitũ: Sed si velint sic contrahere, sed fingunt se aliud agere: tũc detecta simulatione, fraus non patrocinatur, sed dominus iura sibi debita exiget inspecto eo, quod vere actum fuit, argumento *libri primi, & per totum, C. plus valet quod agitur.* Hactenus Mod. Paris. iuxta quam doctrinam iudicandum erit in nostra specie; quando in fraudem gabellæ fiat potius contractus locationis, quam emptionis, & venditionis, nempe, quando partes voluerunt vendere potius, quã locare, & fingunt se locare ne gabellam soluant, tũc enim detecta hac simulatione, fraus non patrocinabitur, sed fiscus, vel gabellarius gabellam sibi debitam exiget, inspectu eo quod vere actum fuit, scilicet de venditione.

5 Est tamen, † & altera difficultas circa inquirendam rationem, & modum qualiter locatio fit in specie, *dict. l. qui saxum.* Quare vt breuiter ab ea me expediam, remitto lectorem ad latius agitata per Lassart. *dicto capit.* 2. *numero* 38. *cum sequent.* qui reprobatis, duabus expositionibus glos. *in dicta l. qui saxum, verbo conduxerat, sub num.* 43. *in versic. vnde in hac difficultate*, recurrendum esse censet ad verba eiusdem legis, ibi: *mercede conduxerat, vt pateretur eum sibi eximere.*

His namque verbis Iurisconsultus ibi aperte significat, non ipsum opus fodiendi, aut prædium ipsum, vel lapidicia locata, conductaq. esse, sed potius ipsemet fundi dominus pecuniaria mercede conductus est, vt conductorem lapidem sibi eximere pateretur, & ita factum patientiæ a locatore præstatur, quod quidam factum de iis est, quæ locari solent, *l. naturalis, §. at cum do, ff. de præscript. verb.* Pecunia autem datur a conductore, ex quo tractatu plenam locationẽ dici necesse est, ea regula tex. *in d. §. at cum do*: ita, vt iam verè intelligamus, quod si dixi: do tibi hanc pecuniam pro tali saxo fundi tui, quod ipse fodiam, & eximam, sit vera venditio, gabellaq. ex ea debeatur.

Hæc licet rectè ita se habeant, veraq. sint: nihilominus tamen adhuc non plenam, nec planam rei cognitionem præstant: quare, vt quam expeditius possim nostram quæstionem principalem apertam reddam, & in praxim faciliorem eius decisionem ostendam, more solito sic procedo.

6 In primis videtur, † quod licet contrahentes exprimant locationem lapidicinæ, & similium facere, & quibusuis verbis vtantur, nihilominus tamen in rei veritate locatio esse non possit, quia lapis non renascitur in Hispania, nec alibi maiori ex parte, & ideo pretium datur pro substantia, & dominio rei, non vero pro vsu eius, remanente domino proprietate, *l. si ex lapidicinis, ff. de iure dot.* Quod si esset locatio, non transferretur dominium rei, *l. conuenit, & l. cum manu sata, ff. de contrahen. empt.* Cum ergo ad conductorem fructus rei locatæ pertinere debeant, non vero ipsa res locata: & cum lapis non renascatur, non sit fructus, *vt in l. diuortio, §. si vir in fundo, ff. soluto matrimon.* necessario dicendum esse videtur, quod nullo modo in præmissa specie sit locatio, sed venditio: quod ex eo etiam coadiuuatur, quia conductor recipit rem locatam, vt vsufructuarius, qui ea vti debet, salua rerum substantia, *vt in §. præterea, & in §. pro vsu, Instit. de locato.* At in nostra specie, cum ea deminet res consumatur, non remanet salua eius substantia. Ergo non est locatio: quibus rationibus iam audiuimus in Regali Cancellaria Granatens. in simili specie pronunciatum fuisse a notatiis, esse venditionem, & inde gabellam deberi.

His tamen non obstantibus pro vera intelligentiá, & cognitione huius materiæ, & nostræ quæstionis, aliquos casus distinguendos esse censeo.

7 Primo est, quando † proprietas lapidicinæ, & simil. hoc est, ius eximendi lapides, venit in contractu, pretio conuẽto: & tunc clarum est, venditionem contrahi, non vero locationem: datur namque ipsa res, & eius substantia, non vero vsus, nec commoditas, annuus, vel annua huius iuris
8 eximendi. Idem est, † quoties aliqua quantitas lapidis exẽpti, & euulsi pretio datur, non vero, vt vsus commoditas lapidicinæ, vt probatur *in dicta l. si ex lapidicinis*, quæ loquitur in lapide iam exempto, & euulso, *secundum Paul. de Castro, & Ias. in l. si fundus, num. .. ff. soluto matrimon.* & ideo, quia iudicatur principaliter, & per se, non vero accessoriè, vt fructus, *vt in l. fundi, §. si ruta, & casa, ff. de action. empt.* si voluntate mulieris vendatur, nummi ea ex
9 venditione recepti sunt dotis. Similiter † erit contractus emptionis, & venditionis, quando pretio conceditur, vt eximatur a lapidicina quidam numerus plaustrorum: tunc namque ipsemet lapis principaliter, & per se, tamquam euulsus venit in contractu, & vt talis ratione numeri fuit consideratus, non vero vsus lapidicinæ, argumento *l. qui pendentem, ff. de action. empt.* quibus casibus cum emptio, & venditio propriè contracta esse intelligatur, ex ea debebitur gabella: Idemq. probandum est in ceteris fodinis & venis, quoties ad pondus, numerum, vel mensuram aliquid ex eis pretio venit, seu conceditur.

10 Secundus † casus est, quando vsus lapidicinæ, & ceterarum fodinarum locatur, videlicet, ius eximendi, extrahendi, euellendi ve lapides, &c. in tot annos: tunc namque dictum ius principaliter venit in contractu, & commoditas, atque vsus lapidis, & simil. qui eximitur in consequentiá, & ideo erit contractus locationis, & conductionis, non vero venditionis, & emptionis, quia domino remanet saluum ius illud eximandi, & euellendi, quod loco proprietatis habetur, *vt in l. si vsufructus, ff. de iure dot.* lapidesq. & cetera, quæ euelluntur pro vsu, & obuentione iuris illius locati, & conducti, vt in vsufructuario probatur *in l. dotis fructus, & it d. l. si usufructus,*
11 *ff. de iure dot.* † Competit enim etiam vsufructuario vsusfructus lapidicinarum, & ceterarum fodinarum, *ut in l. item si fundi, ff. de usufructu*, vbi si fundi vsusfructus sit locatus alicui, quidquid in fundo nascitur, & quidquid inde percipi potest, ipsius vsufructuarij est, & ideo si lapidicinas habeat, & lapides cædere velit, vel cretæ fodinas habeat, vel arenas, omnibus his vti debet, text. etiam optimus in *l. æquissimum, §. sed si inter duos, ff. eodem titulo de vsufructu* ibi: *proinde venas quoque lapidicinarum, & metallorum huiusmodi, poterit inquirere*: ergo, & auri, & argenti, & sulphuris, & æris, & ferri, & ceterorum fodinas, vel quas paterfamil. instituit, exercere poterit, ergo hic lapidicinarum, & similium vsus est locabilis, *argumento*

§. *finali in princ. in versiculo, nec ulli, Instit. de usu, & habit.* & locator ad instar usufructuarij habetur. Decius *consil. 4. col. 2. num. 2. Rip. de privileg. contract. causa pestis, in versic. sextus casus, num. 45. cum plurib. seqq.*

12 Nec iure † dubitari potest lapidicinas, & ceterorum fodinas esse rem locabilem, licet fructus in eis non renascantur, vt patet ex *d. l. qui saxum, ff. de donation. & in l. Cæsar, ff. de publican. & vectigalib.* vbi lapidicinæ cotariæ Cretenses locatæ fuerunt, *& in l. sed & hi. ff. eodem,* vbi sub nomine publicanorum comprehenduntur conductores minarum argenti, plumbi, cretæ, &c. quæ non renascuntur: & quotidie in praxi habemus locationes Regias harum minarum in annos, quibus elapsis, Regiæ Maiestati remanēt loco proprietatis minæ ipsæ, atque ius incorporale eximendi metalla, & conductoribus competit quod ex ipsis minis eximitur, & non renascitur. Idemq. videmus in ceteris dominis particularibus, *que tienen mineros de alumbre,* & similium. Et ita se habet generalis consuetudo horum Regnorum Hispaniæ, quæ posset id locabile efficere quamuis iure non esset huiusmodi, *vt in l. si quis donaturus, ff. de vsufructu* quinimo videre licebit exemplum locationis venarum ferri penes Corneum *consil. 152. præses, volum. 4.*

13 Quod si † aliud diceremus, sequeretur inde maximum absurdum, nempè, quod maioratuum possessorum in Hispania, qui gauisi sunt huiusmodi fructibus minarū, quæ non renascuntur, tenerentur namque ad eorum restitutionem faciendam successoribus proprietatis: quod minimè est dicendum, nisi tantum eo casu, quo ex venæ lapideæ, quæ renasci non solet, inuentione, fundus maioratus deterior redditur, *iuxta latè probata, & resoluta per D. Ludouic. Molinā, libro primo, de Hispan. primogen. cap. 23. nu. 8. cum sequent. Conclus. 1. 2. 3. & 4.*

14 In hoc † igitur secundo casu principali gabella non debebitur, nec soluenda erit, cum sit locatio, & conductio, nō verò emptio & venditio.

15 Nec supradictis † obstat text. *in d. l. diuortio, §. si vir in fundo, ff. soluto matrim.* ibi: *quia neque in fructu est marmor, nisi talis sit, vt lapis ibi renascatur, quales in Gallia sunt, & in Asia:* ergo vbi lapis ex lapidicina non renascitur (quod est regulare) non est in fructu; Si non est in fructu, locari non dicitur, sed potius vendi.

Qui text. communiter per DD. ibi, demptis Paulo de Castro, & Fulgosio, intelligitur in prima sui parte, vt loquatur in ea lapidicina, quæ semel excisa ex fundo dotali, renasci solet, & ideo merito ad maritum pertinet, nec ei impensa præstatur: non autem in ea, quæ non renascitur, quamuis ex eius inuentione, dotalis fundus fructuosior efficiatur: Lapis namque excissus, qui non renascitur, non dicetur esse in fructu, ideoq. ad maritum non pertinet, etiā si ex eius inuentione fundus vberior reddatur, vt probatur ex textu *in d. l. diuortio. §. si fundum, & ex d. l. si ex lapidicinis, ff. de iure dot. & ibi per Scribent.* & tenuit glos. 1. *in d. §. si vir in fundo quam ibi sequuntur Bart. ante nu. 1. Bald. colum. 1. Alexand. num. 1. Ias. num. 1.* & communiter DD. secundum Molinam, *vbi supra, num. 8. in vers. sed intellectus iste:* quinimo probari videtur *in l. 27. tit. 11. parte 4.* in illis verb. *Casi la pedrera fuesse de natura, que non cresciesse despues que taxassen de ella, que deue ser de la muger, & non del marido.*

Non inquam obest *d. §. si vir in fundo,* iuncto suo communi prædicto intellectu: quoniam verior, est ad illum textum intellectus, quem, et assignat in proprio loco Paul. de Castr. *num. 1.* & Fulgos. *ibidem,* nempè, vt procedat non solum, quando maritus reddit fundum dotale vberiorem ex inuentione lapidis, qui excissus renasci solet, sed etiam quando renasci non solet, sed ex alia caussa fundus vberior redditur, vtroque enim casu lapides cæsi sunt mariti, quem intellectum probarunt etiam Duaren. *ibidem, verbo, fructuosiorem feceris,* vbi optimè respondet ad text. *in l. fin. ff. de fundo dotali* qui pro communi opinione citari solet, & D. Molina, *vbi supra num. 9.*

16 Et insuper † non obstat ille text. *in d. §. si vir in fundo,* dum probat, quod quando lapis non renascitur, in fructu non est: nam quamuis verum sit propriè, atque strictè loquendo, lapides, seu cetera metalla, quæ non renascuntur, in fructu non esse, vt ibidem deciditur, habentur tamen nihilominus loco fructuum, obuentionum, atque cōmoditatum, ideoq. is, qui fructibus frui debet, commoditatibus etiā, atque prouentibus rei fruetur, quāuis propriè loquēdo, fructus non sint, vt probatur ex *l. vsufructu legato, ff. de vsufruct. leg.* & præcitata *l. item si fundi, ff. de vsufruct.* quod adnotarunt Paul. de Castr. *in d. §. si vir in fundo, nu. 3. & ibi Duaren in princip.* quos sequitur D. Molina, *d. nume. 9. vers. non obstat,* vbi inquit, hoc apertius probari in illo textu, dum decidit, impensam non esse marito præstandam ex eo, quod lapis non renascitur: Ergo illo casu maritus lapidibus excisis frui debet, aliàs enim tex. non diceret, quod non est impensa sibi præstanda: Et est pro hoc optimus text. *in l. si fundus, 9. ff. soluto matrim.* vbi deciditur, quod si fundus in dotem datus sit, in quo lapis cæditur, lapidicinarum commodum ad maritum pertinet, quia palam fit eo animo dedisse mulierem fundum, vt iste fructus ad maritum pertineat: Ecce vbi commodum lapidicinarum appellatur fructus, non tamen simpliciter, sed cū relatione ad commodum lapidicinarum, hoc est iste fructus.

17 Duobus igitur † modis in proposito fructus considerantur, iisdemq. diuersis. Primo modo, respectu lapidis cæsi, qui impropriè dicitur fructus, nihilominus tamen habetur loco fructus, in quantum est commoditas, & vsus lapidicinæ, & sic ad maritum pertinet, tamquam fructus, & commoditas fundi dotalis, constante matrimonio habitus, vel habita. Secundo modo respectu proprietatis: & tunc si lapis renascatur erit fructus proprietatis, quia per apertionem huiusmodi lapidicinæ fructuosior effectus est fundus, & ideo in hac specie impensa est præstanda viro, non solum vtilis, sed etiam necessaria, vt decidit expressè *l. final. ff. de fundo dotali,* contra opinionem Labeonis Iurisconsulti. Si verò lapis non sit eius naturæ, vt renascatur, non est in fructu quo ad proprietatem, & ideo impensa facta à marito in aperiendo huiusmodi lapidicinam, est ei soluenda ab vxore, quia per eam proprietas fundi dotalis non est effecta fructuosior, sed maritus fruetur, lapidibus cæsis, tamquam commoditatibus eiusdem lapidicinæ, quæ non renascitur, *vt in d. § si vir in fundo,* quod etiam probatur *in d. l. fin.* partum expressè, nempè id, quod diximus de lapidibus cæsis à marito, quod sint eiusdem partim tacitè, nempè, quod in hac specie, nempè quando lapidicina aperta à marito in fundo dotali, non est de iis, quæ renascuntur, impensa non sit soluenda ab vxore viro, cum tantum decidat textus ille, esse soluendam impensam viro, quādo talis sit lapidicina, in qua lapis crescere possit.

18 Non † etiam obest *d. l. 27. tit. 11. partita 4. in verbis prænarratis,* quæ videntur communem intellectum probare: quia ipsa non loquitur in casu, quo maritus fundum dotalem, in quo lapidicina inuenta est aliàs fructuosiorem fecerit, prout text. *in d. § si vir in fundo, loquitur:* Vnde quando fundus dotalis aliter fructuosior effectus fuerit, dicendum erit, prout *in d. §. si vir in fundo,* decisum est, quia lex noua secundum distinctionem legis antiquæ accipienda, & intelligenda est, *argumento l. sciendum, in princ. & ibi gloss. & Doctores. ff. qui satisdare cogant. & in l. Decurionib. C. de silentiar. lib. 11.* qui intellectus verior & probabilior videtur Molinæ, *vbi supra, num. 10.* reiecta communi illius interpretatione, quæ non potest absque pluribus erroribus, atque diuinationibus sustineri, & sequitur Barbos. *in d. §. si vir in fundo, numero 12.* & Ioannes Garc. *de expens. & melior. cap. 22. num. 48. ad finem.*

Cum igitur lapides, & cetera metalla, quæ non renascuntur loco fructuum, obuentionum, atque commoditatum, (vt dicebamus) habeantur, licet propriè in fructus non
19 sint, locari † possunt, vt probatur in iuribus præallegatis: & non solum vsus rei sine fructu, veluti equi, serui, vel domus comprehenditur sub nomine fructus, sed etiā interesse, quod ex re sequitur, licet re vera fructus non sit, *l. loci corpus, §. 1. ff. si seruit. vēdic. & l. si quid. & ibi Bal. ff. de seruit.*

Non etiam obest, quod conductor, sicut vsufructuarius vti debeat re conducta, salua rerum substantia, quia

iam

iam diximus, lapidicinam ipsam, aliaq. metalla, insq. ab ipsis euellendi lapides, &c. remanere dominis saluo loco proprietatis, & lapides cæsi, tamquam commoditates lapidicinæ pertinent ad conductorem.

20 Quæ omnia, non † solum in vena lapidea, sed in quacumque alia, siue aurea, argentea, metallica, vel salinaria, aut simili pari ratione dicenda erunt, vt supra quoque nos diximus, id probantes *ex l. item si fundi, ff. de vsufructu*, vbi de lapidibus, & alijs venis indistinctè, idem disponitur, quod sic resoluit glossa *in d. §. si vir in fundo, verbo, habebuntur, & in l. si ex lapidicinis, verbo, fructus, ff. de iure dot.* & probat Alber. *in d. §. si vir in fundo*, & Bart. *ibi, in summario*, expressiusq. Angel. & Imol. *ibidem*, quos refert, & sequitur D. Molina, *lib. 1. de Hisp. primog. cap. 23. num. 10. vers. quæ omnia.*

21 Nec huic † verissimæ, & receptæ sententiæ obstat text. *in d. §. si vir in fundo, vers. sed si*, dum videtur loqui discretiuè de lapidicinis, & alijs venis, distinguens in eis, vt prædiximus. Quare melioramenta indistincta disponit viro cedere debere, vt patet in eodem textu ibi: *sed si cretæ, fodinæ, vel auri, vel cujusuis alterius materiæ sint, vel arenæ, vtique in fructu habentur*. Ex quibus verbis videtur, Iurisconsultum apertè voluisse differentiam constituere inter lapidicinas, & alias venas: quia secundum Molinam, *vbi supra*, Iurisconsultus hæc non diuisisset, vt in eis diuersa iuris ratio constituenda esset, sed solum gratia clarioris intelligentiæ, id in vena lapidea dixisse, vt in alijs venis genericè in fine id textus statueret, quod gloss. & communiter Scribentes sic intellexerunt: quamuis aliàs natura illius dictionis (*Sed*) repugnare videatur: Sed hoc argumentum tollitur alijs legibus, quibus de lapidicinis, & alijs venis indifferenter, atque vniformiter disponitur.

22 Vel potest † dici, & verius, meo iudicio, ne impropriemus verum sensum, & naturam dictionis (*Sed*) vt, quod *d. §. si vir in fundo*, negat esse in fructu, in marmore, quoad vtilitatem perpetuam proprietatis, id ipsum affirmet in fructu haberi in cretæ fodinis, vel argenti, vel cuiusuis alterius materiæ sint, vel arenæ, quia hæ vtique in fructu habebuntur, vt inquit litera illius text. Itaque sensus illius textus sit, quod in omnibus prædictis venis tam lapideis, quam in ceteris, idem indistinctè disponat, iuxta communem illius textus intellectum: Differentia tamen est in hoc, quod lapides cæsi ex lapidicina, non sint propriè fructus, quando lapis non renascitur, quamuis eorum commoditas ad maritum spectet, & ideo ei non sit præstanda impensa ab vxore; At verò, quod cæsum fuerit in ceteris fodinis aliarum materiarum, in fructu habebitur, quamuis minus renascantur, & nihilominus efficitur mariti, eiq. impensa non soluitur ab vxore, sicut in lapidibus excisis, idem statuit Iurisconsultus in priori parte illius textus. Aduersatiuo igitur sensum adest, & verificatur in eo, an excisum sit in fructu, necne; ceterum in vtrisque idem ius disponitur, quo ad acquisitionem mariti, & non solutionem impensæ ipsi faciendam, & sic conformis est hæc decisio, decisioni textus *in d. l. item si fundi.*

23 Quare autem † magis cæsum es ceteris metallis habeatur in fructu, quam ex lapidicina excisum, ea esse potest, nempè, propter maiorem æstimationem, & preciositatem caterarum minarum, quam lapideæ, ideo illarum apertio fructuosiorem reddit fundum in proprietate, quam huius, scilicet, lapideæ: & nihilominus adhuc impropriè in fructu esse id, quod exciditur es ceteris minis insinuat textus ille, quandoquidem inquit, vterque in fructu habebitur. Quod igitur non esse in fructu in lapidicina, inquit textus hoc loco fructus haberi in ceteris minis, affirmat Iurisconsultus ibidem.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex venditione, vel locatione fructuum, vnius, vel plurium annorum? cum seqq.*

2 *Fructus fundi, & vendi, & locari potest.*

3 *Alienatio fructus fundi facta pro vnica pecuniæ quantitate semel soluenda, est mera venditio; secùs si fiat pro pensione in plures annos, vel menses distributa, quia erit locatio: præcipuè, si fiat per verbum, concedo, vt in num. 4. vel loco, vt in num. 5. Secùs si per verbum, vendo, quia erit venditio, vt in num. 6. si fiat vnico pretio. nam si fit diuisio in singulos annos, erit locatio, vt ibidem, quod si promiscuè vtantur partes verbo, loco, & vêdo, attenditur effectus de vnica, vel multiplici solutione, vt in nu. 7. sed aliter distinguit in hoc Menoch. vt in nu. 8 & aliter Ioan. de Imola, vt in num. 9 aliter Carrot. vt in num. 10. & 11. aliter Lassarte, vt in num. 12 & 13. vsque ad nu. 17. exclusiuè, quo numero, & alijs sequentibus, breuius, & expeditius author resoluit articulum hunc & in num. 20 docet quo ad gabellæ solutionem standum esse in hac specie consuetudini, & in num. 12 & 23*

21 *Consuetudo iuris gabellarij derogatoria & contra, etiam immemorialis excluditur ex l. 1. tit. 18 lib. 8 Nouæ Collect. Reg. secùs consuetudo interpretatiua, & declaratoria.*

24 *Conditio 26 de los apuntamientos de las alcaualas intelligenda est, iuxta consuetudinem soluendi, vel non soluendi gabellam existentem in loco, de quo agitur.*

25 *Los Commendadores de las Ordenes militares de Santiago, Alcantara, Calatraua, pagan alcauala de las yeruas de sus Encomiendas, adonde ay costumbre de pagarla: y adonde no la pagan.*

Consuetudo interpretatiua legum sufficit decem annorum, licet aliàs ad præscribendum requiratur tempus immemoriale.

Q V AE S T I O XXXVII.

An ex venditione, vel locatione fructuum vnius, vel plurium annorum, gabella debeatur?

1 QVæro modo † in proposito de quæstione admodum difficili, sed in praxi quotidiana, *an ex venditione, seu locatione fructuum vnius, vel plurium simul annorum, debeatur, & soluenda sit gabella, necne?*

Punctus huius difficultatis consistit in eo, *an quando fructus fundi pretio conceditur, sit locatio, vel venditio?* In quibus enim casibus locatio erit, proculdubio gabella non debebitur; quod si venditio fuerit, debetur gabella.

2 Sed difficile nimis est agnoscere, atque discernere in hac specie locationem à venditione. Fructus † namque fundi & vendi, & locari potest, vt patet ex *l. in venditionem, §. 1. vbi vendere, vel locare debet, & l. ait Prætor. § in eu, ibi: qui neque locauit fructuum prædij, nec vendidit, ff. de bon. author. iudic. possid. l. si vsusfructus ibi: vel locet, vel vendat, ff. de iure dot. l. arboribus, § vsufructuarius, ibi: vel locare, vel vendere potest, ff de vsufructu text. in specie in Clem. 1. de reb. Eccles non alienan. ibi: ad locationes, vel redituum, vel fructuum venditiones.* Quando autem alterutrum horum fiat, aut fieri dignoscatur, in dictis iuribus non exprimitur, hinc est, quod DD. maximè varient in huius rei disquisitione, & agnitione.

3 In primis † enim Cart. *in quæst. 4. incip. Publicanus, nu. 12. & in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 3. ff. de public. & vect.* docet, quod aut alienatio fructus fundi mei fit pro vnica pecuniæ quantitate semel soluenda, & est vera vêditio: aut alienatio pro pensione in plures solutiones, & annos, vel menses distributa, & erit locatio, iuxta doctrinam glossæ *in l. 1. verbo agendo, ff. de superficieb.* nec curandum, an contrahentes vti sint verbo, locationis, vel venditionis; & ita intelligendam esse alternatiuam iurium prædictorum: quam doctrinam Bart. latè prosequitur, & probat cum alijs, quos refert Philip. Corneus *cons. 58. per totum, volum. 2. & cons. 81. per totum, vol. 5.* & plures citans Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 86.* & est communis *secundum Lassart. de decim. vendit. capite 2. num. 47. cum seqq.* communis vt plures allegans testatur Carrotius *locati, & conduct. 1 par. de qualit. nu. 4. vnica solut. folio 44 num. 1. cum seqq. vbi num. 5. cum seqq.* distinguit quattuor casus.

Pu-

4 Primus † est verbum *concedo*, quod generale est, & hoc casu erit locatio si fit diuisio pretij in singulos annos, iuxta glo. *in l. 2. C. de iure emphyt.* & communem opinionem, de
5 qua per Ripam *de priuileg. contra pestem, num.* 54. † Secundus casus erit per verbum loco, & erit locatio, siue pretium in singulos annos, siue pro vno pretio præstando pro omnibus annis, siue locatio fit facta pro vno anno, *secundum* Paul. Castr. *in d. §. qui maximos, & in l. 2. §. adeo, ff. lo-*
6 *cati.* Tertius † casus est, in verbo, *vendo*, & erit venditio, si vnicum est pretium: secus si fiat diuisio in singulos annos, quo casu erit locatio, iuxta doctrinam Bart. & communem *vbi supra*, vt per Carrot. *qui supra, num.* 7. vbi & ampliat, vt sit locatio, quando ab initio vnica est constituta solutio, sed diuisa præstatur in tempora, dummodo præstatio sit vniformis, *secundum Corneum, & Rip.* quos ibi
7 refert declarando mentem Bar. † Quartus casus est, si promiscuè vtatur verbo, loco, & vendo, & tunc attenditur affectus de vnica vel multiplici solutione, *vt dictum est, ita cum alijs Carrot. num.* 8.
8 Iacobus † Menoch. *de retinen. possess. remed.* 4. *num* 18. *cum seqq.* admittit prædictam Bart. & aliorum distinctionem cum in dubijs versamur, quia ignoratur, an principaliter veniat factum, vel datio: vt tunc, si pretium, quod semel tantum præstatur, conuenit æstimationi rei, emptio dicatur: si verò pretium, quod præstatur, non semel præstatur, sed annuatim, tunc sit locatio.
9 Rursus † Ioan. de Imol *in d. §. qui maximos*, a prædicta Bart. & communi distinctione discedens, eamq. improbans, censet contra Bart. verba contrahentium attendenda esse, vt si dixerint *vendo, & emo*, venditio sit, si verò *loco, & conduco*, locatio potius contracta esse videatur, in dubio autem quod seruetur prædicta distinctio Bartoli, & communis, veluti si ita dixero: *concedo tibi fructus fundi mei in decem annos proximos pro mille aureis venditio sit.* Si autem dixero: *concedo fructus in decem annos pro*
10 *centum aureis annuis*: locatio sit. † Sed Carrot. *vbi supra, num.* 5. inquit: *dicant igitur contrahentes quidquid velint attenditur effectus*, vt ibi latè: ite prodat, dicens tunc esse
11 communem opinionem, plures allegans, † & inferius *folio* 50. *quæst.* 6 *de venditione in herba*, inquit, *quod si venditio Sempronio fructus talis fundi, vt vulgo dicitur, in herba, licet ex facie verborum videbatur venditio, item ex conuentione certi quodammodo pretij, contrarium est verius, & sit sicut locatio, vel eius naturam mutat, secundum Bar. in d. l. cotem ferro, §. fin num.* 11. *ff. de publ. & vectig. Bald. in l. 2. C. de contrab. empt. & alios quos ibi citat.*

Lassartus *d. cap. 2. de decim. vend num* 51. *cum sequent.* distinguit plures casus in hac quæst. quos breuiter sic summo.

12 Si concedo † tibi ius percipiendi fructum ex meo fundo certa pecunia, est venditio, non locatio: si verò in fundo alieno concedo tibi ius vsusfructus, quod ipse habeo, inspiciendum est, an per pacta in conuentione apposita natura alterutrius contractus magis eluceat, vt quia dictum sit, quod ob bellum, vel similem causam, fiat mercedis remissio: nam tunc dicitur locatio. Ita respondit Socin. sen. *cons.* 88 *col.* 2. *vers. quod etiam dignoscitur, lib.* 1. quem sequitur, & probat Menoch. *vbi supra, num.* 25 *&* 26. relatus per Lassart. *num* 25. quod si nihil actum appareat, seruanda sit distinctio Ioan. de Imol. supra relata.

13 Ceterum si † non ipsum ius, aut commoditas vsusfructus concedatur, sed potius res ipsæ, scilicet, fructus & corpora colligenda, concessæ sint, aut conceduntur fructus apparentes, qui pendent in arboribus, & tunc vera ac perfecta venditio est, quomodocumque contrahatur, siue contrahentes vsi sint verbo, venditionis, vel locationis, vt in proprijs terminis gabellæ, inquit decidere cap. 26. *de los apuntamientos que su Magestad embio a los lugares no encabecados el anno passado de mil y quinientos y setenta y seys, quiso allegar el anno del* 1575. *porque entonces es la fecha de la cedula Real de su Magestad, impressa, y firmada de su Real mano en el Pardo a* 26. *de Nouiembre del dicho anno de* 1575. *que tengo original, y es la condicion del tenor siguiente.*

Condicion 26. de los apuntamientos de las alcaualas.

14 *Y porque se ha tenido relacion, que en algunas ciudades, y villas y lugares destos Reynos, despues que han labrado y cultiuado algunas personas heredades, que tienen, y labrã de panes, y uiñas y oliuares, y otros frutos, y esquilmos: y despues de estar mostrados los dichos frutos y esquilmos, antes de los coger los uenden a otras personas, y se substraen de pagar el alcauala de las uentas destos frutos, con color que las escrituras que hazen desto se fecuna y dizen, que son arrendamientos, siendo real, y uerdaderamente uentas: para obuiar estos fraudes, se ponga por condicion, que han de pagar el alcauala de las tales uentas cunque, como dicho es, sue nen, y se diga en las escrituras, que de sto se hizieren, fue arrendamiento: y no embargante, que hasta aqui no se aya acostumbrado pagar alcauala de lo suso dicho, ni de qual quier cosa de ello.*

Aduertit tamen Lassartus *vbi supra, nu.* 55. quod quamuis
15 mons, & † pratum pascuum, siue vel colles, aut quilibet que pascuus ager paratum fructum, nempè herbam habere soleat, adhuc tamen in his pascuis recentissime cadit locatio, siue prompta, & patens herba sit, siue nascitura, & etiam venditio, vt vtrumque probat lex 23. *tit.* 7. *lib.* 7. nouos Noue Collect. Reg. ibi: *Y permitimos, que el que tuuiere ganado pueda arrender la yerua que ouiere menester para ello, y una tercia mas: y si algo le sobrare de ella, y la quisiere uender, &c.* quo casu cum in dubijs seruandæ sint coniecturæ supra traditæ, nempè, vt prius inspiciamus quid actum sit iuxta opinionem Socini, & Menoch. *vbi supra*, deinde, quibus verbis vsi fuerint contrahentes, iuxta sententiam Ioan. Imol. *vbi supra*, vltimi pretij qualitas attendatur, iuxta sententiam Bart. & communem supra adductam, ita vt deficiente prima coniectura, quæ omnium potior est, ad secundum sit deueniendum, & deinde ad tertium, cum secunda defecerit: quibus obseruatis impossibile est, (inquit Lassarte) quin contractus qualitas detegatur.

16 Quod si † futuri fructus, siue vnius, vel plurium annorum tibi concedantur pro certa pecunia, ita vt curã, & cultura fundi, ad te transeat, erit locatio, *iuxta l. si olei, C. locat.* siue vnica pensio pro omnibus annis, siue plures pensiones soluantur. Si verò in præmissa specie cura, & cultura fundi, apud dominum maneat, & soli fructus liquidi & puri, absque vllo facto, & labore tradendi sint ei, qui pecuniam dat, propria venditio est, non locatio, siue pretium pensione vna, siue in singulos annos distribuatur, atque soluatur, prout benè considerat hanc speciem Petrus à Salazar, *in tract. de vsu & consuetud. Curiæ, cap.* 11. *num.* 30. atque ita procedit venditio fructuum *in l. nec emptio, & in l. si debitor, ff. de contrahen. empt.* Et iuxta hanc distinctionem sunt accipienda iura in principio quæstionis allegata. Quod si in contractu non exprimatur, ad quem spectare debeat cura, & cultura fundi, seu fructuum, tunc si contractus fiat super quinta parte, vel qualitate fructuum fundi, cura, & cultura in dubio pertinet ad dominum fundi, qui reliquos fructus habere debet. Si verò contractus sit super omnibus fructibus fundi, cura, & cultura in dubio ad eum transit, qui pecuniam dedit, iuxta doctrinam Bart. *in l. cotem ferro, §. maximos, num.* 10. *ff. de publ. & vectig.* Hactenus Lassarte, *vbi supra.*

Hæc tamen longa distinctio Lassart. maiorem occasionem confusionis, & difficultatem cognitionis præstare videtur, ad discernendum in praxi, quis contractus iudicandus sit in specie nostræ quæstionis principalis, locationis, vel venditionis, ac proinde *an gabella soluenda sit, uel non.*

17 Quare breuius, † & magis expedite dicendum est: quod cum in venditione pretium principaliter pro dominio rei venditæ constituatur, atque detur, *l. conuenit, l. cum manu fata, ff. de cõtrab. empt.* in locatione uerò pretium, seu merces constituatur, & soluatur pro usu rei principaliter: & in eius consequentiam ueniant fructus accessoriè, uel consequenter rei locatæ, *l.* 2. *in princip. ff. locati, l.* 1. *tit.* 8. *parti-*

ta 5. *Anton Gomez in 2. tomo variar. resol. capit. 3. in princ.*

18 Si in contractu, in † quo fructus pro pecunia conceduntur, veniunt fructus per se, & principaliter, absque respectu huius rei, vel iuris vnde exierunt, licet ipsa res, ex qua percepti sunt fructus, nominetur in contractu, non quidē ad concedendum vsum eius, sed caussa demonstrationis fructuum, erit contractus venditionis, *vt in l. qui pendentem. ff. de action. empt.*

Ceterum si fructus non veniunt in ipso contractu principaliter, sed consequutiuè ad vsum rei locatæ, quæ principaliter venit in contractu, tunc erit quidem locatio, & nō debebitur ex ea gabella: in priori vero casu, cum sit venditio, gabella debebitur.

19 Iuxta quam distinctionem † accipiendum est, quod tradunt Imola, & Cardinal. *in Clementina prima, §. fin. de rebus eccles. non alienand.* & ceteri: nempè, quod venditio, & locatio fructuum sint Synonima, & locationem significantia. Et hæc resolutio tenenda videtur, & si quid ei defuerit, pro casuum contingentia mutuo accipiēdum erit, ex distinctione latiore Lassart.

20 In contractibus autem † concessionis, seu locationis herbæ pro pretio vnius, vel plurium annorum, quo ad hanc materiam gabellæ soluendæ, vel non, ex eis, standum est consuetudini, quæ est optima legum interpres, præcipuè in casibus dubijs, hæc enim potest interpretari contractus hominum, *vt in l. semper in stipulationibus, & ibi latè Decius, ff. de regul. iur.* & præmaximè in nostra specie, in qua potest venditio, & locatio fructuum celebrari: si ergo alicubi consuetudine antiqua introductum fuerit, ut ex locatione, uel venditione herbarum, aut glandium, quomodo enim pie contractum sit, gabella non soluatur, ipsa non debebitur, nec soluenda erit, prout hic a Ciuitatens. proculdubio ab immemorabili tēpore non soluitur, nec in ceteris partibus soluenda erit, ubi uiguerit similis consuetudo.

21 Nec superioribus † obstat *lex prima, titulo 18. lib. nono, huius Nouæ Collect. Reg.* dum præcipit, quod omnes soluāt gabellam ex venditionibus suis, & quod nullus ab ea soluenda immunis sit: *Por vso, ni costumbre, aunque sea inmemorial, &c. Porque esto habla, y so entiendo,* vbi consuetudo est iuris gabellarij derogatoria, & contraria: secùs de consuetudine interpretatiua, & declaratoria contractus, qui celebrari censeatur, quando herbæ pretio conceduntur, & ita, quod censeatur potius contractus locationis, & conductionis celebrari, quam venditionis, cum vterque posset celebrari, *vt in iuribus citatis in principio huius quæstionis,* quæ consuetudo interpretatiua, non censetur sublata a præfata *l. 1. titulo 18. hoc lib. 9.* sed tantùm derogatoria legis gabellariæ, vt resoluimus *supra alia quæst.* & tenet Lassart. *de decim. cap. 2. num. 34.*

22 Ceterum in locis, † & partibus, vbi consuetudine introductum est, vt ex locationibus, vel venditionibus herbarum, & glandium, quocumque modo contrahantur, debeatur, & soluatur gabella, quasi, ibi semper venditio herbę, non verò pascuorum locatio contrahi videatur, ex antiqua consuetudine, quę sic hoc negotium interpretata est, seruanda erit eadem ratione præfata consuetudo, & gabella proculdubio soluenda, & hoc iure vtimur. Et ita hac in secunda specie disponit textus sic intelligendus, secundum Lassart. *d. cap. 2. num. 56. in l. 12. tit. 17. hoc lib. 9.* ibi: *Porque los arrendadores de las alcaualas de las yeruas, del Maestrazgo de Calatraua, de que nos solemos, y acostumbramos cobrar alcauala, sepan como han de cobrar, y coger las dichas alcaualas, mandamos, &c.* Eodem modo, & secundum prædictam distinctionem debet intelligi lex sequens: nempe, *l. 14. eiusdem tituli,* quæ generaliter disponit: *Que el arrendador a quien pertenecen las alcaualas de las yeruas, las aya de demandar y demande, hasta el fin del anno de las salidas de los ganados, y no dende en adelante:* nempe, in locis vbi: *Por costumbre antigua de la tierra, se deue, y ha de pagar alcauala de las yeruas:* secùs vbi contraria consuetudo viguerit, vt ait supradicta: *Y ansi ay diuersas costumbres acerca desto en estos Reynos. Porque en Plasencia por costumbre muy antigua de arrendamientos de yeruas y bellota, aunque sean por annos, se paga alcauala, y se llama alcauala de yeruas, y landes,* vt testis sum, & pretera affirmat Doctor Azeuedo *in l. 24. tit. 7. lib. 7. Nouæ Collect. Regiæ, num. 10. Y lo mismo en otros lugares de Estremadura: pero aqui en Ciudad Rodrigo por costumbre immemorial no se paga alcauala del arrendamiento de las yeruas, o venta dellas: y lo mismo en otras muchas partes, como tambien de ellas lo refiere Azeuedo, vbi supra.*

23 Seruanda † igitur erit in hoc consuetudo præscripta tam non soluendi, quam soluendi gabellam, vt prædiximus, & probatur *in d. l. 12.* quæ licet loquatur in consuetudine introducta in fauorem gabellæ, & eius solutionem, idem erit probandum eadem ratione, vbi contra gabellam, & eius solutionem fuerit probata consuetudo præscripta, cum *d. lex 12.* in sua decisione fundetur in consuetudine: Ergo ita etiam, & eodem modo, vbi fuerit contraria consuetudo, seruanda erit, quia contrariorum eadem est disciplina.

24 Iuxta † supradicta etiam circa consuetudinem soluendi, vel non soluendi gabellam ex locatione, vel venditione herbæ, vel glandium, intelligenda videtur dicta condicio *26. de los apuntamientos de las alcaualas,* & quæ aliàs simpliciter, licet latè, tradit Gunnda, *de Gabell. 8. parte, num. 16. cum seqq.* probans de pretio dato pro glandibus gabellam deberi, quādo venditio, seu locatio fit pro vnico anno.

25 Superiora † etiam probantur etiam ex decisione textus in *l. 9. tit. 18. lib. 9. Noua Collect. Reg.* vbi cauetur: *Que los Comendadores de las Ordenes de Santiago, Alcantara, y Calatraua, y san Iuan, paguen alcauala de las yeruas de sus Encomiendas: y que adonde huuiere costumbre de pagar la dicha alcauala, manda que la paguen los dichos Comendadores, segun, y como la pagan, y la acostumbran pagar las otras personas seglares: luego donde huuiere, vay costumbre de no la pagar vnos, ni otros, no se deue, ni ha de pagar, argumento* [illegible] *à contrario sensu, que es fortissimo, y valido en derecho, l. 1. § huius rei. ff. de officio eius cui mand. est iurisd.* Buctari dante *in Centuria legali loco 4.*

Y pues estas leyes defieren a la costumbre tanto en esta materia de deuerse, y pagarse alcauala de las yeruas, por la misma razon se deue, y ha de estar a la costumbre contraria de no la pagar de ellas, sin que obste a ello la dicha ley 1. tit. 18. lib. 9. pues no habla en costumbre interpretatiua ni declaratoria, sino en contraria, y derogatoria, como auemos di-

26 *cho.* Quinimo † consuetudo interpretatiua legum (prout est hæc de qua agimus) sufficit decem annorum, licèt aliàs ad præscribendum requireretur tempus immemoriale, vt cum communi resoluimus *libro 3. practic. quæst. 64. num. 26. & 27.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex locatione fundi ad pastum, & culturam? & quid si conductor fundo vsus non fuerit propter fugam, negligentiam, aliamve caussam, quæ eum ab obligatione non liberauit? num. 2. & 3. quid si propter sterilitatem, pestem, aut bellum, aliamve caussam ob quam locator pensionem remittere iure tenetur, & quid si conductor renunciauit casibus fortuitis.*

4 *Periculum casuum fortuitorum rei conducta, non pertinet ad conductorem, sed ad locatorem.*

6 *Diuisio pretij conuenti locationis fundi ad pastum, & culturam, quomodo fieri debeat.*

QVAESTIO XXXVIII.

An ex locatione fundi ad pastum, & culturam debeatur gabella.

1 QVæro circa præmissa, an † *ex locatione alicuius fundi ad pastum & culturam, vulgo a pasto, y labor, debeatur gabella in locis, & partibus, vbi iuxta consuetudinē gabella debetur, ex vēditione, vel locatione herba, hoc est, pastus?*

Respondeo, quod si in contractu partes fundi ad pastum, & culturā fuerint distinctæ, ex parte pastus debebitur

tur: partibus vero non distinctis, vsus vtriusque rei partem cuiuslibet insinuabit, & soluetur gabella æstimationis eius partis, quæ pastui fuerit exequutiuè destinata, nō vero eius, quæ ad culturam seruierit: Quod si nihil ad culturam fuerit redactum, totius pastus debebitur gabella, quā uis fundus in contractu ipso ad pastum, & culturam fuerit locatus, vt veritas attendatur, & fraudibus obuietur. Si vero in præmissa specie, qua fundus ad pastum, & culturam fuerit locatus, conductor totum fundum coluerit, pars pastus fundi, quæ ignoratur in dubio erit dimidia, *argumen. l. quoties, § hæredes. ff. de hæred. instit. & l etiam. ff. de vsufructu, & l nomen filiarum, § portionis. ff. de verborum significationib.* ex eaq. debebitur gabella, quamuis conductor totum fundum coluerit, quia hoc locatori, & fisco, & gabellariis nocere non potest, nec eis auferri ius ex contractu quæsitum. Quod si contractus alternatiuè conceptus fuerit, nempè, ad pastum, vel culturam: secus erit, cum conductoris electio sit. *Si* enim tunc totus fundus cultus fuerit, non debebitur inde gabella; Si vero totus, vel pars eius pasti seruiuit ex toto, vel ex parte pastus, soluetur gabella respectiuè. Si vero a principio fundus ad pastum solum locatus fuerit, & conductor postea eum totum, vel partem eius coluerit, ex toto, etiam ex parte culta debebitur gabella, vsus namque conductoris, & propria eius voluntas ex interuallo subsequuta alterare non potest naturam contractus præcedentis in præiudicium locatoris, nec fisci: præterquam si re integra incontinenti partes voluntatem mutauerint, quia tunc licitum est eis a contractu discedere, *vt ff. & C. quando liceat ab emptione discedere*: Ergo, & alterare, absque eo, quod fiscus, nec alius tertius possit conqueri, nec allegare, sibi præiudicium inferri non posse.

2 Sed quid erit quarto † in specie nostræ quæstionis, nempè, *quando fundus ab initio fuit locatus ad pastum, & culturam, partibus pastus, & culturæ non designatis, & conductor fundo vsus non fuit, propter fugam, negligentiam, aliāue caussam, quæ eum ab obligatione non liberauit, cuius partis debebitur gabella?* Et puto in dubio dimidiæ partis, quæ pastui seruire debebat gabellam deberi, *vt dicebamus supra in simili casu*: nisi minor, vel maior pars fundi sit, quæ non soleat coli, quia tunc iuxta coli consuetum, censetur locatus fundus, & iuxta pasturam solitum concedi ad pastum, & ex hoc tantum debebitur gabella.

3 Ceterum † si conductor fundo vsus non fuerit propter sterilitatem, pestem, aut bellum, aliamue causam, ob quam locator pensionē remittere iure teneatur, huiusmodi casib. in contractu non renuncians, crederem profectò, locatorem ad plus gabellariis non teneri, quam pretij eius partis pastus, quod a iudice sibi præciperetur accipere, & eo

4 contentum esse: quia † periculum casuum fortuitorum, rei conductæ, non pertinet ad conductorem, sed ad locatorem, *vt in l. si merces. §. vis maior*, & ibi glossa, & communiter Doctores. *ff. locati, & in l conductor, §. 1. ff. eodem. & in l. licet, C. locati. text. in capit. propter sterilitatem, eodem titulo. l. 22. titulo 8. partita 5.* Anton. Gomez. *in secundo tomo variarum resolution cap. 3. de locat. numero 18.*

5 Secus erit dicendum, si conductor renunciauerit prædictis casibus fortuitis, quia tunc non excusabitur a solutione pensionis, *vt in l si quis fundi, ff. locati, l. item quæritur, §. si Gemma, eodem titulo, l. 23. titulo 8 partita 5. latè Anton. Gomez, vbi supra, numero decimo nono*, ac proinde locator tenebitur in hac specie soluere gabellam pensionis, siue pretij pastus, licet ipse spontè eam pensionem, vel aliquam eius partem conductori remiserit, hoc enim fisco nocere nō potest, sed tantū ipsi locatori: cū aliàs cōductor iure teneretur integram pensionem soluere propter renunciationem sufficientem casuum fortuitorum a se factam.

6 Diuisio autem † pretij conuenti pro locatione totius fundi, pro parte pastus, & culturæ, in superioribus casibus mixtis, ad sciendum, cuius partis pretij soluenda sit gabella debita, fiet iuxta æstimationem solitam in similibus casibus in illo loco, vbi dubium versabitur, vel arbitrio peritorum in ea materia.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex pretio speciei data pro operis hominis?*

Q V AE S T I O XXXIX.

An ex precio speciei datæ pro operis hominis debeatur gabella?

1 QVæro etiam circa † hanc materiā locationis, & conductionis, *Conduxi hominem, vt laboraret in meo fundo pro specie aliqua quam illi dedi, vel promisi, nempe aliquam supellectilem, vel aliam rem pro suis operis, an ex pretio huius speciei debeatur gabella?* Et quidem distinctione opus est pro decisione huius quæstionis; aut enim a principio conuenta fuit merces quædam, vel salarium pro prædictis operis conductis, & postea fuit data in solutum species pro mercede, vel pretio a principio conuento: & tunc ex hac datione in solutum procuidubio gabella debebitur, iuxta latè a nobis supra resoluta *quæstione 23.* Quod si in principio nulla merces constituta fuit, nec salarium, sed seruitium fuit factum, operæq. impensæ sub promissione satisfactionis simpliciter: & tunc si pro huiusmodi seruitio, & operis, lege, vel statuto, vel consuetudine, erat taxatum certum quoddam pretium, illud intelligitur promissum, & species postea pro eo tradita noua conuentione in solutum, erit datio in solutum, & ex ea, vt prædiximus, debebitur gabella. Ceterum, si neque a partibus, neque a lege, statuto, vel consuetudine est taxatum, nec constitutum aliquod pretium, mercesue certa, quæcumque detur species pro his operibus, ante quam impendatur, vel post, non debebitur gabella: quia non est contractus emptionis vel venditionis, sed innominatus, do, vt facias, similis locationi, *l. si tibi polienda, & in l. naturalis, §. at cum do, ff. de præscript. verb.* *ex quo non debetur gabella*, vt resoluimus *supra quæst. 19. num. 18.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex locatione ad longum tempus decem videlicet, vel plurium annorum, & num. sequen. resoluitur negatiuè, nu. 5.*

2 *Dominium vtile transfertur ex locatione ad longum tempus, etiam si cōtrarium dicatur in ipsomet contractu locationis, vt in nu. 3.*

4 *Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus rei emphyteutica, vel feudalis, sed contrarium nu. 8.*

6 *Retractus non habet locum in locatione ad longum tempus etiam si esset perpetua; si tamen pensio singulis annis soluatur: quia nihilominus adhuc retinetur dominium directum, quod remanet penes locatorem, & eum, qui rem suam in emphyteusim concessit, vt in numero 7.*

9 *Gabella non debetur ex locatione ad longum tempus, etiam si pro eo toto tempore vnum pretium constituatur.*

Q V AE S T I O XL.

An ex locatione ad longum tempus debeatur gabella?

1 QVæro vlterius, *an † ex locatione ad longum tempus, decem, videlicet, vel plurū annorum debeatur gabella?*

2 Et ipsam deberi ex eo probari videtur, quia † per eā transfertur vtile dominiū in conductorem, & sic est alienatio,

vt in

vt in l. 1. & 2. ff. si ager vectigal. uel emphyt. pet. iuxta communem intellectum, & ita tenent communiter Doctores, vt constat ex Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 74. *cum seq.* & Didac. Conar. cum communi *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 16. *num.* 1. Aluar. Valasc *de emphyt.* 1. *par. q.* 49. est communis, eamq. passim tenent DD. vt alios allegans, profitetur Amodeus à Ponte, *de laudem. quæst.* 14. sequitur alios allegans Lodou. Peguer. *de feud. num.* 78. g. communiter approbata *in Clem.* 1. *verbo locationes, de reb. eccles. non alien.* communis, secundum Ioan. Orosc. *in l. manumissiones, num.* 9 *ff. de iustit. & iure, & Pinel in l.* 1. *in* 3. *parte, num.* 64 *&* 66. *C. de bon. mater.* vbi quod hæc est receptissima doctrina Scribentium aduersus glos. communiter reprobatam, *in l. penult. §. instituto, ff. de legat.* 2. eamdem dicit communem sententiam Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit.* 2. §. 56 *glos.* 1. *num.* 6.

3 Quinimmò etiam si in hac † locatione ad longum tempus additum sit, quod nullum transferatur dominium, habebitur nihilominus eo casu locatio pro alienatione, quia huiusmodi pactum videtur in fraudem appositum, secundum Bald. *in Auth. Hoc ius, colum* 1. *ver sexto. C. de sacrosan. eccles. & in cap.* 1. *num* 7. *de prohibita feudi alien. & Fabian. de Monte, de empt. & vendit. in* 4. *par. princip. quæst. vlt. num.* 98. Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit.* 1. §. 41 *quæst.* 8 *super num.* 46. & Conar. *vbi supra*, licet alij plures contrarium teneant, quos refert Peguera *vbi supra*, qui de eorum opinione dubitat, adhærens priori contrariæ cum distinctione.

4 Et ita quod † ex locatione ad lōgum tempus rei emphyteusis, vel feudalis debeatur laudemium probarunt, Petr. Iacob. *in versic. item pretium*, vbi subdit, idem si ad modicum tempus fiat de loco publico fruendo, & *in versic. item in locatione, Alex. cons.* 165. *volum.* 2. *Dec. cons.* 104. *Paris de Put. in cap.* 144. *Pone quod facta fuit locatio. Caßan. in Consuetud. Burgun. titulo des censes.* §. 7. *nu.* 3. quos, & alios refert probat, & sequitur Amodeus à Ponte, *in quæst. laudem.* 34 *per totam*, dicens, hoc verius videri de iure circumscripta consuetudine, & quod etiam in venditione fructuum, quando fit vltra nouennium, Senatus censuit deberi laudemium, vt tollatur via fraudibus. Eamdem opinionem sequitur Peguera *ubi supra, num.* 78.

Ergo eadem ratione ea locatione ad longum tempus gabella debebitur; quod sentit Bertach. *de Gabel.* 8. *par. princ.* 3. *memb num.* 6. *Vol.* 11. *tract. diuers. Doct.*

5 His tamen non obstantibus, † proculdubio contrarium est tenēdum in praxi, tamquam verius in iure, immò, quod gabella non debeatur ex locatione ad longum tempus, si pensio soluatur singulis quibusque annis: quia in hac specie locatio viribus, & effectu est quædam concessio in emphyteusim, neque ad venditionem accedit, quia in hoc discernitur locatio à venditione, nempè, per constitutionem annuæ pensionis iuxta doctrinam Bart. *in l. cotem ferro, §.*

6 *qui maximos, num.* 3. *ff. de publ. & vectig.* At † quod locatio ad longum tempus, & etiam si esset perpetua, si tamen pensio singulis annis soluitur, viribus, & effectu sit quædam concessio in emphyteusim, & idem de vtroque iudicandum, ac proinde non habeat locum eo casu retractus, qui aliàs in venditionibus locum habet, resoluit, plures allegans, Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 84. *cum duobus sequen.* & Valasc. *ubi supra, num.* 1. Pariad. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. .. *num* 28. Ex emphyteusi autem gabella non debetur, *vt infra latè agemus quæstione altera.* Et in terminis gabellæ, quod ipsa non debeatur ea locatione ad longum tempus indistinctè probat Pariad. *d. nu.* 28. dummodo in fraudem contractus non fiat, & in idem citat Boer. *decis.* 234. *num* 5. *ad finem*, & Lassar. *de decim. c.* 2. *num.* 59. Girondas, *de Gabel* 9. *par princ.* §. *vnico, num.* 9. *cum seqq.* vbi idem citat Anchar. *cons.* 72. & Boer. *ubi supra.*

Nec obstat, quod ex locatione ad longum tempus, & ex contractu emphyteutico transferatur vtile dominium in conductorem, contra naturam locationis, & sic efficitur

7 alienatio, vt in primo fundamento prioris partis, † quia nihilominus adhuc retinetur dominium directum, quod remanet penes locatorem, & eum qui rem suam in emphyteusim concessit, vt resoluit Auendan. *respons.* 12. *num.* 5. & probat *in l.* 28. *tit.* 8 *par.* 5. *& in l.* 3. *tit.* 14. *par.* 1. At ex natura contractus emptionis & venditionis est, vt venditor, si sit dominus rei venditæ, transferat in emptorem dominium vtile, & directum eiusdem rei venditæ, *ex l. emptor in princ. ff. de action. empt. cum similib.* præmaximè, si teneremus opinionem Pinel. *vbi supra, num.* 66. *versic. facilè igitur*, vbi contra omnes nititur probare, regulariter ex locatione ad decennium, vel paulo longius tempus, iure ciuili non transferri vllum dominium. Quam opinionem saltem in praxi, minimè probauimus, cum communis, & receptissima sententia omnium ceterorum contrarium habeat, nempè, ex locatione ad longum tempus vtile dominium transferri. Nec & iure hinc probatur. Ceterum, sufficit in proposito dominium directum in prædicta specie non transferri, sed remanere penes locatorem, vt probauimus.

8 Non obstat secundum, nempè, † quod de locatione ad longum tempus soluatur laudemium: hoc enim firmum, & inconcussum nō est, plores siquidem authores probant, & tenent contrarium, inter quos est doctissimus Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit.* 2. §. 56. *gl.* 1. *num.* 6. *& in addit. ad Alexan. cons.* 119. *uol.* 3. *& in addit. ad Dec. d. consil.* 204. *Boer* & alios referens Et hæc opinio ex generali consuetudine Galliæ videtur approbata secundum Ioan. Pap. *lib.* 3. *titulo* 2 *artic.* 1. & Amodeum à Ponte, *d. quæst. laudemiali* 34. & Girondam *ubi supra, num.* 12. aduersus Peguetam, *ubi supra.*

9 Quod † autem nonnullam dubitationem habet in terminis nostræ quæstionis, illud est, an idem sit dicendum respectu gabellæ, vt ea non debeatur ea locatione ad longum tempus, si pro eo solo tempore vnum pretium constituatur: videbatur enim ex hoc temporalem ipsius fundi venditionem contrahi, vt resoluit cum alijs Tiraquel. *ubi supra, num* 66. Denique, quia in hac eadem specie emptus videtur fortuitus euentus, ac proinde huic conductori non fieri remissio pretij propter guerram, *ita Bertachin. de Gabell* 2. *par. quæst.* 23. *num.* 43. Ergo in hac specie gabella debebitur, & limitanda videtur hoc casu resolutio nostra præcedens.

Nihilominus tamen contrarium constat ex authoribus præcitatis, indistinctè tenentibus, ex locatione ad longum tempus gabellam non deberi, prædictis rationibus. Nec obstat, quod vnum pretium sit constitutum pro omnibus annis, & sic pro solo tempore locationis: per hoc namque dominium directum non transfertur in conductorem, sed remanet penes ipsum locatorem; nec etiam mutat naturam contractus: Ergo idem ius statuendum est in hac specie, quod in priori, nempè, quando in singulos annos pēsio soluenda constituitur in locatione ad longum tempus, & ita merito in terminis hanc opinionem probanit Lassart. *ubi supra d. num.* 59. Nec obstat doctrina, quæ mouetur Tiraquel. de qualitate pretij obseruanda: quia intelligenda est in casu dubij, quando non constat, quis contractus a partibus celebratur: secùs, vbi de aperta locatione constaret, siue breui, siue longa, non enim ex constitutione vnici pretij desinit esse contractus locationis & conductionis, aut saltem viribus, & effectu emphyteusis, ex quibus gabella non debetur.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione cum pacto, quod dominium rei uendita ad emptorem non transeat, distinguitur, ut hic.*

QVAESTIO XLI.

An debeatur gabella ex venditione cum pacto, quod dominium rei venditæ ad emptorem non transeat.

1 QVæro etiam: *An † debeatur gabella ex venditione eo pacto celebrata, vt dominium rei vendita ad emptorem*

rem non transeat? Et videtur, nullam gabellam deberi in præmissa specie, cum nulla venditio sit, sed locatio, aut alius contractus, iuxta text. *in l. cum manu sata, vers. nemo potest, ff. de contrah. empt.*

Nihilominus tamen ita distinguendum censeo in hac specie: nempè, vt si possit intelligi ex prædicto modo contrahendi, alium contractum fieri, puta locationis, & conductionis, aut alium quemcumque, ille seruandus sit, *ex d. l. cum manu sata, in fine.* Si verò nullus alius contractus fieri, intelligi commodè potest, præterquam venditio, tūc quidem vitiabitur pactum, & venditio valet, ex notatis *in l. vbi ita donatur, ff. de donat. caus. mort.* & per Bald. *in l. si paterfamil. ff. de adopt.* per text. *in l. cum precario, ff. de precar.* ac proinde gabella debebitur, *iuxta l. 1. tit. 19. hoc lib. 9.* ita in terminis distinguit Cassan. *in Consuetud. Burgund. in tit. de retraytz, rubr. 10. in glos. le venditeur, num. 2. & 3.* ea ratione, ne qua via fraudibus aperiatur, prout notat quoque Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 37.* quos refert, & sequitur in proposito nostræ quæstionis Lassar. *de decim. vend. c. 2. num. 60.* quos libenter sequor.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex locatione tertiarum iam collectarū penes tertios existentium a domino earum, facta resolutur affirmatiuè.*
2 *Multum distat inter rem separatam, quæ principaliter de per se existit, & inter rem accessoriam vnitam suo principali.*
3 *Casus fortuitus contingens in fructibus collectis locatis, seu potius venditis, non pertinet ad locatorem, nec potest ei opponi sterilitas, guerra, nec pestis.*
4 *Gabella debetur de locatione fructuum pendentium.*
5 *Gabella debetur ex locatione agri frumēto seminati, eo iam nato, & in herba producto, quia est venditio.*

QVAESTIO XLII.

An laicus dominus tertiarum, vel decimarum, locans eas iam collectas penes tertios existentes, teneatur ad solutionem gabellæ.

1 QVamuis prima facie videatur dicendum † *gabellam in præmissa specie non deberi, cum locationis sit cōtractus:* nihilominus contrarium est dicendum: quia cum iam fructus sint collecti, & separati a solo, verè venditio eorum fit, non verò locatio, nisi nomine tenus: hic enim in contractu non venit principaliter vsus decimandi, vt in consequentiam eius vsus veniant fructus: sed ipsimet fructus collecti principaliter in hoc contractu deducuntur per se, & sic eorum dominium: Ergo venditio principaliter contrahitur horum fructuum, non verò locatio, quid
2 quid aliud partes velint, ac dicant: multum † enim distat inter rem separatam, quæ principaliter de per se subsistit, & inter rem accessoriam vnitam suo principali, *vt in l. itē*
3 *si fundi, §. sed si insula, ff. de vsufructu.* Hinc † est, vt in nostra specie casus fortuitus contingens in prædictis fructibus sic locatis, seu potius venditis, non pertineat ad locatorem, nec poterit ei opponi sterilitas, guerra, nec pestis, *secundum Paris. cons. 40. num. 7. lib. 1. per l. damnum, C. locati, & Bald. in l. licet, eodem titulo. & Bart. in l. eotem ferro, §. qui maximos, num. 4. ff. de public. & vectig. & per l. si quis ita, ff. de vsufructu.* Ergo debebitur gabella ex hoc cōtractu, cum propriè sit venditio, non verò locatio, *iuxta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.*
4 Idem erit † dicendum in locatione fructuum pendentium (præmaximè eorum, qui sunt proximi collectioni, & separationi) quia in fraudem gabellæ locari videntur, cum tamen propius sit venditio, quam locatio. Quinimmò idem est dicendum etiam si fructus pendentes non sint proximi eorum collectioni, sed tantum apparentes, cum tamen propius adhuc sit venditio quam locatio, vt probat intrepidè Lassar. *de decim. vend. c. 2. num. 53.* & diximus *supra, q. 37.*

5 Similiter, & si † quis agrum frumento seminatum, eo iam nato, & in herbis producto, alteri locaret, erit venditio, ex qua debebitur gabella, licet hunc contractum partes locationem & conductionem appellent: quia reuera euentus huius sementis venditus est: dominus namque agri *da los baruechos, simiente, y sembradura adherente a la tierra,* quæ sunt, velut fructus pendentes, in quibus domino nulla alia remanet proprietas: & quamuis terra agri ad hue producendis perfectè fructibus sit necessaria: nihilo minus cetera, vt separata iudicantur, in quibus, vt prædiximus, nulla domino remanet proprietas, sed tantum in terra, quę sola frumentum non producit, sed cetera omnia suprædicta simul, quæ æstimatione præualent.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex sublocatione vsus rei.*
2 *Ius vsus, quod primus conductor recepit, est cessibile, & locabile, vt hic.*
3 *Vsusfructus est locabilis, licet vsufructuarius non habeat proprietatem.*
4 *Conductori datur idem quod vsufructuario conceditur,*
5 *Gabellarum & similium iurium locatio ad instar vsufructuarij habetur.*
6 *Emphyteuta, vel feudatarius alium loco sui subrogans, domino directo approbante, habetur loco domini directi.*
7 *Dominium idem non potest esse insolidum apud plures, fallit diuersis respectibus, vt in num. 8.*
9 *Primus conductor sublocans alijs, remanet vt dominus directus rei locatæ, & eius periculo remanent sterilitas, & omnis quicumque casus fortuitus contingens in fructibus rei sublocatæ ab eo, nisi eisdem fuerit renunciatum per secundum conductorem.*
10 *Sublocatio, verè & propriè est locatio: nisi partes in contractu agerent, vt esset venditio, & tunc ex ea gabella deberetur, vt in num. 11. idem, si in hac specie contractus vsus rei locatæ principaliter non veniret in hac sublocatione, sed fructus ipsius, vt in num. 12.*
13 *Fructus collecti, & a solo separati, vel etiam pendentes, dupliciter considerantur, principaliter, & de per se, & non in consequentiam fundi, & tunc pretio dati venditionem præseferunt, & sicut bona mobilia secundo modo accessoriè, & vt appendices ipsi fundo, & tunc sunt immobilia, prout est ipsemet fundus, & num. 14.*
15 *Fructus pendentes proximè collecturi continentur sublegato bonorum mobilium.*

QVAESTIO XLIII.

An ex sublocatione vsus rei debeatur gabella?

1 QVæro modo † circa præmissa in quęstionibus de locatione: *quid si is qui conduxit rem aliquam, hoc est, vsum principaliter rei ipsius, & sic fructus veniunt in consequentiam, eum vsum sublocet alij, hoc est,* re attendere, *an ex hac sublocatione debeatur gabella.*

Videtur enim hæc sublocatio venditio, cum primo conductori nulla remaneat rei proprietas, prout remanere debet locatori, ad hoc, vt potius dicatur locatio quam venditio, *l. conuenit, & l. cum manu sata ff. de contrah. empt.* Ergo debetur gabella.

Nihilominus tamen resoluimus, gabellam ex hac sublocatione non deberi: licet enim locator concedat vsum rei locatæ, sibi remanente eiusdem rei proprietate, vt per Bald. *in l. 1. ff. locati,* glos. & Bartol. *in l. non solet, ff. locati.*
2 adhuc † tamen ipsum ius vsus, quod primus conductor recepit, est cessibile, & locabile, vt in consequentiam eius vsus, habeantur, & recipiantur commoditates, & fructus rei locatæ, *l. nemo prohibetur, C. locati, & l. si tibi la 2 ff. eodem titulo, & l. cum in plures, & l. qui vniuersas, 2. si ff. eo-*

dem

3 *dem titulo*, † sicut similiter vsusfructus est locabilis, licet vsusfructuarius non habeat, prout non habet proprietatem. *vt in §. fin. Instit. de vsu, & hab.* sufficit enim proprietas ipsius iuris incorporalis vsusfructus, quæ distinguitur a fructibus, *l. dotis fructus, ff. de iure dot.*

4 Idemque quod † vsufructuario conceditur, conductori datur, nempè, rem vtendam, & fruendam, *vt in §. præterea, Instit. de locato, & conducto, & in § pro vsu, eodem tit.*
5 & † locatio gabellarum, & similium iurium, ad instar vsufructuarij habetur, Dec. *consl.* 4 *colum.* 2. *num.* 1.

6 Sic etiam si emphyteuta, † vel feudatarius, qui non habet dominium directum, sed vtile tantum, alium loco sui constituat, vel alij subinfeudet eamdem rem feudalem, dominiumq. vtile concedat, domino directo approbante, habetur ad instar domini directi respectu subemphyteutæ, vel feudatarij, vt constat ex Moder. Paris. *in Consuetud.*
7 *Paris tit* 1. §. 1. *glos.* 6. *num.* 4. licet enim idem † dominium non possit esse in solidum apud plures, *l. si vt certo*, §. *si duobus, ff. commod. l. hæreditatem*. §. *pater, ff. de castr. pecul.* sicq. videbatur, vt eiusdem feudi, vel emphyteusis non possint esse duo, vel plures domini directi, vnus immediatus, alter, & superiores, mediati, & pariter duo, vel plures domini vtiles, scilicet, vasallus primus, & omnes subuasalli:
8 nihilominus † diuersis respectibus plures possunt esse directi domini, vel vtiles, vel vnus directus tantum, & vtilis tantum simul eiusdem rei. Vnde primus author feudi, vel emphyteusis, dicitur esse dominus directus respectu primi vasalli, vel emphyteutæ immediatè, & respectu subuasallorum, & subemphyteutæ mediatè: Idem dicendum de primo vasallo respectu secundi vasalli, & vlteriorum, & sic de alijs. Pariter primus, aut alter medius vasallus dicitur dominus vtilis, respectu domini superioris, & dominus directus respectu inferioris vasalli. Nec est inconueniens propter diuersas rationes quia dicta regula contraria loquitur nedum de dominio eiusdem speciei, sed etiam eiusdem relationis, vt in his terminis tenet Ioan. Faber, *in §. adeo, colum.* 2. *num.* 4. *Instit. de locat.* & sic reperitur directum dominium superioris domini, & directum inferioris, & vtile dominium superioris domini, & vtile inferioris, vt in eisdem terminis tradit Curt. in 4. *par. princip. feud. numero* 83. & probat latè Molina *vbi supra, dicto num.* 4. & 5.

9 Ita, & eodem modo † in specie nostræ quæstionis primus conductor sublocans alij, remanet vt dominus directus rei locatæ, & ita eius periculo remanebit sterilitas, necnon, & quicumque alius casus fortuitus contingens in fructibus rei sublocatæ ab eo, nisi eisdem fuerit renunciatum
10 per secundum conductorem. † Fit igitur, vt sublocatio verè, & propriè sit locatio, vt in iure vocatur, *in d. l. nemo prohibetur, cum simil. C. locati*, non verò venditio, & sic ex ea non debebitur gabella.

11 Limitari tamen † meo iudicio poterit hæc sententia, quando partes agerent in contractu, quod esset venditio prædicta sublocatio, quia tunc erit venditio, *secundum Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num.* 8. *ff. de publ. & vectigal.* non enim materia in ea specie repugnat receptioni formæ, locationis, vel venditionis, tuncq. periculum pertinebit ad emptorem: ergo debebitur tunc gabella facto, & voluntate partium, natura contractus non repugnante.

12 Similiter † si in hac specie contractus vsus rei locatæ principaliter non veniret in hac sublocatione, sed fructus ipsius, erit venditio eorum, non verò sublocatio, ac proinde gabella debebitur, vt resoluimus *supra q.* 32. *per totam, præcipue num* 18.

13 Sicut, quando fructus † collecti, & a solo separati, vel etiam pendentes pretio dantur, vel conceduntur, ita vt constet ipsos fructus venire principaliter, & per se in contractu, & non in consequentiam fundi, est venditio: quia de ipsis fructibus, qui principaliter venerunt in contractu, nulla alia proprietas domino remanet, *l. qui pendentem, ff.*
14 *de action. empt.* Multum † enim interest, cum fructus considerantur tamquam accessorij, ac veluti appendices ipsi fundo, vt in exemplis positis à Tiraquello *num.* 42. & 43. *statim citando*, vel quando considerantur per se principaliter, diuisim, & separatim.

In prima namque specie fructus sunt bona immobilia, prout est ipsemet fundus, cuius pars sunt fructus pendentes: at verò principaliter per se ipsi considerati fructus, & sic in secunda specie, quamuis sint pendentes, sunt bona mobilia, vt bene probat Tiraquel. *vbi supra. numero* 44.
15 Qua † ratione respondet Paul. de Castro *consil.* 151. *Videtur dicendum, quod dictum frumentum, num.* 2. *volum* 1. in pulchro casu legati facti aliquibus per testatorem, de bonis mobilibus ad eum pertinentibus, vt intelligatur, & comprehendatur frumentum, & alij fructus, qui tempore testamenti conditi erant pendentes, quia scilicet, tunc non essent res mobiles in actu: erant tamen in habitu, & sperabantur de proximo fieri res mobiles, & ad hoc erant ordinati, & destinati, secundum suam propriam naturam, & ideo proinde est, ac si tempore testamenti fuissent res mobiles. Et opinionem Pauli *vbi supra*, sequitur Dec. *consil.* 471. *num.* 15. Tiraq. *de vtroque retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 17. *nu.* 44. post Decium *ab eo allegatum*. Et quamuis Alciat. *lib.* 9. *cons.* 182. & Crau. quos refert & sequitur Mantic. *de coniect. vltim. vol lib.* 9 *tit* 3. *num.* 6. & Carol. Ruin. *cons* 134. *num.* 13. *vol.* 1. Rebuff. *in l. mouentium*, 93. *versic. ad hæc, de verbor signific.* & Addit. Decij, *vbi supra*, & ante eos Specul. *de fruct. & interesse, nu.* 5. contrarium teneant: opinionem tamen Paul. de Castr. suprad. in fructibus de proximo colligendis, in quibus expressè loquitur Paul. veriorem, & tenendam rectè creditur. Simon de Pret. *de interp. vlt. volunt. lib.* 4. *dubitat.* 7. *num.* 61. *folio* 304.

SVMMARIA.

1 *Conductores decimarum Ecclesiasticarum, an gabellam soluere debeant ex venditione eorumdem fructuum, & nu. seqq. resoluitur affirmatiuè, num.* 3. *cum seqq*

2 *Pluris venduntur bona libera, quam onerata aliquo tributo.*

4 *Mutatione personæ priuilegiatæ amittitur priuilegium.*

5 *Gabella debetur ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis, venditis, vel permutatis a laicis conductoribus, numero* 3. 4. & 5.

6 *Clericus conductor decimarum Ecclesiasticarum, si eas vendat, gabellam debet tamquam negotiator.*

7 *Laici domini tertiarum, vẽdentes fructus earum, gabellam soluere tenentur.*

8 *Emens frumẽtum in herba ab illo, qui immunis est a solutione gabellæ,* de su labranca, y crianca, *tenetur eam soluere de tritico, vel hordeo exinde collecto a se uẽdito, idemque est in re priuilegiata a solutione gabellæ, ut in exemplo de quo, num.* 9.

10 *Genus recipit usum & functionem in genere suo, & quomodo hoc intelligatur.*

11 *Incertum de certis debetur, ut species, & tunc perempto illo quod certum est, debitor ita liberatur, ac si esset debitor certæ speciei.*

12 *Conductores redditũum Episcopalium sedium uacantium soluere teneantur gabellam ex uenditione prædictorum redditũum?*

QVAESTIO XLIV.

An conductores decimarum Ecclesiasticarum, debeant soluere gabellam ex venditionibus eorumdem fructuum?

1 QVæro insuper: *An conductores † decimarum Ecclesiasticarum debeant soluere gabellam ex uenditione eorumdem fructuum, nempe, del pan, uino, menudos, &c. de los frutos y diezmos que arrendaron.* Et videtur eos gabellam non debere: quia cum clerici, & Ecclesia sint immunes a solutione gabellæ, vt expressè cauetur *in l.* 6. *titulo* 18.

hoc

hoc lib.9. Noua.Collect.Reg. si aliud diceremus in condu-
ctoribus fructuum Ecclesiasticorum, per indirectum fieret
contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ: tanto enim
minus Ecclesia venderet, vel locaret fructus suos Ecclesia-
2 sticus, quantum est illud onus: † Pluris enim venditur res
libera, quam onerata aliquo tributo, *l. si venditor, in fine,*
ff. de seru. export and. Tiraq. de retractu conuent. in præfa-
tione, num. 22. Et in terminis hanc rationem in fauorem
emptoris ab Ecclesia. Bald. *consil.* 31. *incip. Statuto Ciuitatis*
Asteusis, nu. 1. *volum.* 1. *& consil* 496 *Punctus quæstionis, in*
vers. interdum statutum non grauat, volum. 4. Sic etiam vi
demus quotidie Ecclesiam plus locare suos fundos immu-
nes a solutione decimarum, & sic cum priuilegio portādi
conductores sibi decimas illorum fundorum, quam cum
onere soluendi decimam.
3 Sed proculdubio † tenendum est contrarium in præmis-
sa quæstione principali, immo, quod prædicti conducto-
res decimarum Ecclesiæ ex venditionibus eorumdem fru-
ctuum gabellam soluere teneantur, quamuis Ecclesia, vel
beneficiati locatores, si eos venderent, eam non deberent,
nec tenerentur soluere: hoc enim priuilegium non soluen-
di gabellam, quod habent Ecclesia, & Ecclesiasticæ perso-
4 næ, personale est, † & motatione personæ amittitur priuile
gium, *l. Paulus per procuratorem, vbi Bart. num.* 3. *ff. de ac*
quirenda hæred. text. expressus *in l. licitatio, § fiscus, & ibi*
Din. & Bart ff de public. & vectig. vbi inquit tex. *fiscus ab*
omni vectigalium præstatione immunis est: mercatores au-
tem, qui de fundis fiscalibus mercari consueuerunt, nullam
immunitatem soluendi publici vectigalis vsurpare possunt:
ex quo text. ... in proposito deducit Decius, *in l. in om-*
nibus caussis id obseruatur, num 2. *cum sequentibus, ff. de re*
gul. iur. Doctor Castillo in l. 13 *Tauri, num.* 10. *cum sequenti*
bus, gl. 1. vbi, quod res dotales, decimabiles, & Ecclesiasti-
cæ, & aliæ, priuilegiatæ, mutatione personæ amittunt pri-
uilegium suum. *Idem Castill. in l* 6. *Tauri, glossa, magna in*
versiculo, & quod dixi. Auendan in 2. *par. c.* 12. *prætο. nu.* 11.
Anton. Gomez in l. 70 *Tauri nu.* 24 *Didac. Perez in l.* 1. *tit.*
3. *lib.* 1. *Ordinam colum.* 89. *cum sequentibus.* diximus *lib.* 1.
Practicar. quæstion. 3. *nu.* 16 *& lib.* 2. *quæst.* 132. *nu.* 3. & op
timè Boer. *decis.* 13. *nu.* 19. *& Petrus de Muneribus.* 3. *par-*
te, §. 1. *nu.* 71. *colum.* 11. *tract. diuers. Doct. Azeuedo, in l.* 10.
tit. 1. *nu* 59. *lib.* 4. *Nouæ Collectionis Regiæ Gironda, de Ga-*
bell. 7. *par. §.* 1. *nu* 15. Et in terminis nostræ legis, hanc par-
tem probant, & tenet Bal. *in vtroque consilio supra citato,*
& Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 3. *§* 1. *num.* 12. vbi quod hoc
iure vtimur est communis opinio, vt plures allegans, testa
tur Tiraquel. *de retractu, tit.* 1. *§.* 1. *gl.* 13. *nu.* 12. & Boer. vbi
supra eadem plurimis fundamentis, & doctrinis compro-
bat Rolan. a Valle, *consil.* 61. *per totum, volum.* 4. sequitur
etiam Lasar. *de deci. uendit. c.* 19. *nu.* 27. & Gironda, *de Ga*
5 *bell.* 7. *par. in princip. nu.* 19. † Quo fit, vt idem sit dicendum
in permutatione, horum fructuum, nempè, gabellam ex ea
deberi, iuxta *l.* 2. *titulo* 17. *hoc lib.* 9. Neque obstat authori-
tas Baldi supra in contrarium allegati, quia vt prædiximus
potius probat, & tenet hanc opinionem rectè inspectus, &
magis communis, & verior sententia est, vt vidimus. Non
etiam obstat ratio supra considerata, quia procedere pos-
set, vbi priuilegium non esset omnino personale: secus est,
si sit huiusmodi, prout est hoc, de quo agimus, non soluen-
di gabellam ex venditionibus rerum clericorum, & Ec-
clesiarum, iuxta dispositionem d. l. 7. titulo 18. hoc lib. 9.
ibi: *De las ventas que hizieren de sus bienes a qualesquier*
Iglesias y Monesterios, Perlados, y clerigos destos Reynos,
ne de los trueques, por lo que a ellos toca, y puede tocar, fa-
ciunt tradita per Boer. *d. nu.* 19. *ad finem.*
6 Quinimmo etiam † clericus conductor harum decima-
rum, si eas postea vendat, soluet gabellam tamquam nego
tiator, *iuxta d. l.* 7.
7 Similiter etiam † laici domini tertiarum, vendentes fru-
ctus earum, licet aliàs a decimis originem trahant, attamē
cum ipsa bona decimata, & fructus, qui a laico vendun-
tur, profana sint, nulla lege priuilegiata, ex venditione eo-
rum proculdubio gabella debebitur, immo, & ex vendi-
tione iuris ipsius tertiarum, vt latè probat Lassart, *d. capit.*
19. *num.* 28. *cum seqq.* quem sequitur Gironda, *vbi supra,*
num. 20.
8 Hinc etiam est secundum † ipsum Girondam, *in d. l.* 7.
§. 1. *num.* 4. *cum seqq.* vt emens frumentum in herba, ab illo
qui immunis est a solutione gabellæ, *de su labrança, y crian*
ça, teneatur eam soluere de tritico, vel hordeo exinde colle-
cto, ipso vendito, quia mutatione personę amittitur priui
legium.
9 Quinimmo idem † erit dicendum in re priuilegiata, ve-
luti si habens immunitatem, & priuilegium non soluendi
gabellam frumenti collecti in certo quodam territorio, vel
ex tali collectione decimarum quorūdam annorum illud
alij, mutuaret, postea, quod sibi redditur ratione mutui a
se dati vendiderit. Soluitur namque gabella ex pretio ven-
ditionis huius frumenti sibi soluti loco sui mutuati: licet e-
nim videatur vnum, & idem hoc frumentum, cum reci-
piat functionem in genere suo, quia est de his, quæ consi-
stunt in numero, pondere, & mensura, *l.* 2. *§.* 1. *ff. si cert. pe*
tat. Et hinc est, vt genus non possit perire, *vt in l. in tradi-*
tione, §. incertæ, ff. ad leg. Falcid. cum simil. Nihilominus ta
men adhuc debebitur gabella in specie præmissa, quia mu-
tatione rei priuilegiatæ, amittitur etiam illius priuilegiū,
10 sicut mutatione personæ. † Neque obstat, quod genus re-
cipiat vsum, & functionem in genere suo, ita vt idem red-
ditum videatur; hoc enim verum esse fatemur, sed conten
dimus, procedere inter eosdem contrahentes mutuum, ad
hoc, vt recipiens mutuo frumentum, & similia mutuabilia,
si illud consumpserit, adimpleat soluendo tantumdem in
genere suo, eiusdem bonitatis: quia habetur pro eodem in-
ter creditorem, & debitorem. Ceterum, inter priuilegian-
tem, & priuilegiatum diuersa quidem ratio est, sicut diuer-
sus etiam contractus est: licet enim priuilegium sit quid ge
nericum, potest tamen considerari tamquam species. Cum
igitur hoc priuilegium de non soluendo gabellam, non sit
concessum frumento in genere, sed tamquam speciei, nem-
pè, illius territorij, anni, vel talis conductionis, ni-
hil præstat, quod aliàs triticum simpliciter sumptum,
sit genericum, quandoquidem, priuilegiatum, vt cer-
ta rès, & designata consistit in specie, *l. plane, §. sed*
11 *si eadem, & l sed & si certos nummos, ff. de legat.* 1. † Qui-
nimmo, & incertum de certis debetur, vt species, & tunc
perempto illo, quod certum est, debitor ita liberatur ac si
esset debitor certæ speciei, *Bald. in l. seruus, §. dolis, ff. de a-*
ction. empt.
Quod non esset, si hic debitor generis fuisset, quia genus
non potest perire, *vt modo dicebamus.* Cum ergo (& nunc
ad rem) hoc triticum priuilegiatū a solutione gabellæ mu-
tauerit dominium, & per mutuum fuerit consumptum, &
peremptum, *§. constituitur, & ibi glossa, verbo, permutatio*
ne, Instit. de vsufructu, & in l. 2. *ff si cert. petat.* ex frumen-
to, quod nunc venditur, cum non sit priuilegiatum, debe-
bitur gabella; nec subrogatio hic locum habet in præiudi-
cium tertij, hoc est, fisci, uel gaballarij.
12 Ex supradictis † etiam deducitur, parum securam es-
se praxim, qua utuntur laici conductores redditnum Epi-
scopalium Sedium uacantium, qui ut se eximant a solu-
tione gabellæ uenditionum eorumdem fructuum, produ-
cunt litteras publicas a Collectore generali Apostolico si-
bi concessas, qui sibi locauerat certo pretio dictos reddi-
tus, quibus litteris constituuntur ab eodem administrato-
res prædictorum redditυum nomine Cameræ Apostolicæ,
in eum finem, ut tamquam ex uenditione rerum Cameræ
Apostolicæ gabellam non soluant: hoc enim, si ita res se ha
13 beat, prout sonat, nempè, quod uerè fructus prædicti non
sint locati, sed colligantur, & uendantur pro ipsa Camera
Apostolica, suoq. damno, & periculo, salario quodam cer-
to assignato pro labore administratoribus eius nomine po
sitis, rectè procederet, gabellaq. non deberetur. Ceterum
cum aliter re uera res se habeat quam sonat, quia fru-
ctus prædicti, sunt certo pretio locati & conducti, seu po-
tius uenditi, ita, quod iam non sint Cameræ Apolto-
licæ, sed tantum eidem soluendum sit pretium conuen-
tum periculo conductorum, etiamsi in contractu fi-
at mentio locationis, & conductionis, non uero uen-
ditionis,

ditionis, nec emptionis, sibi non proderunt prædictæ litteræ administrationis pro Camera Apostolica, quo minus gabellam non soluant: illam namque debent, & soluere tenentur, quia plus valet quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & fraudibus est obuiandum, quibus in ea specie via aperiretur in præiudicium fisci, & gabellariorum, vt nuncupatim in hac materia gabellarum cauetur *in lege* 11. *titulo* 17. *hoc libro* 9.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex transactione, compromisso, & fideiussione? & nu. seqq.*
2 *Transactio aliquantulum emptioni, & venditioni coniungitur, est enim alienationis species.*
3 *Transactio est contractus.*
4 *Stãte statuto, quod ex alienatione debeatur gabella, de transactione debebitur.*
5 *Emptionis appellatione comprehenditur transactio, ex eaq. debebitur gabella, ac ex propria emptione.*
6 *Gabella in his Regnis regulariter ex transactione non debetur.*
7 *Transactio re vera est contractus innominatus, do, ut facias, nempè, vt a lite discedas, & ex ea laudemium domino directo non debetur, & num. 8. & an sit contractus innominatus, do, vt des nu. 9.*
10 *Actio personalis non est cessibilis, aut vendibilis in debitorẽ: in certum vero cessibilis, aut vendibilis est.*
11 *Actio actiua creditoris successione debitoris statim perit, & extinguitur, & confunditur inuentario non facto.*
12 *Aestimatio litis in actione reali, est vt pretiũ rei: sed in personali est vt interesse; ampliatur hoc numero.*
13 *Actor transigenda non cedit, aut transmittit in reum rei petitæ dominium, sed solum a lite discedit, &c. vt in numeris seqq.*
14 *Actor desistens a lite, non tenetur de euictione.*
15 *Transigens actor, rem non dat, nec cedit titulum ad eam, quamuis dicat, quod renunciat liti, & causa, & ab eis discedit, &c.*
16 *Transigens simpliciter cum reo super actione reali intẽtata, non facit contractum innominatum, do, vt des, sed facio, vt des, vel do, vt facias, ex quo gabella non debetur.*
17 *Gabella an debeatur ex transactione in qua actor cedit possessori omne ius suum, quod iure litigiosa habet pro pecunia: distinguitur numeris sequentibus, & nu. 21. ponitur, quid debeat probare gabellarius in hac specie, ad hoc, vt obtineat.*
22 *Retractus habet locum, cum res manet apud ipsum possessorem, dato aliquo pretio, non quidem ipsius rei, sed iuris ipsius transigentis.*
3 *Gabella ex transactione debetur, quando litis æstimatio soluitur ex caussa transactionis.*
4 *Gabella ex transactione debetur, quando pecunia datur pro pretio rei, vel actionis, & iuris.*
15 *Gabella an debeatur ex transactione simplici, quando reus dimittit rem a se petitam actori pro pecunia, sine concessione noui titulo, aut cessione sui iuris.*
26 *Gabella an debeatur ex transactione, quando trãsigens refutat, & renunciat suum pro pecunia? & numeris sequentibus.*
28 *Transactio nimium liberalis, captiosa, & fraudulenta præsumitur.*
29 *Gabella de compromisso non debetur.*
30 *Gabella non debetur de fideiussione.*
31 *Gabella non debetur de cessione iuris in correos, vel fideiussores facta in casu l. Modestinus, ff. de solut.*

QVAESTIO XLV.

An ex transactione compromiso, vel fideiussione gabella debeatur.

1 QVo ad primum, an † ex transactione gabella debea-
2 tur? Pars affirmatiua ex eo suadesi videtur, † quia trã
sactio aliquantulum emptioni, & venditioni coniungitur
est enim alienationis species, *l.* 1. §. *vtrum autem, ibi: at si
transegit. ff. si quid in fraud. patroni*, quã n in id ouncupa-
tim expendit Bald. *in l.* 1. *post princip.* & *ibi Salic. C. si ad-
uers. transact.* & voluit idem Bald. *in cap. contingit, colum.*
a. in duobus locis, de transact. & *aliis*, quos refert, & sequi-
tur Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1. *glossa* 14. *num.* 63. &
67. tametsi idem Bald. *in cap... de controuers. inter vassal.*
& *alium*, & ibi Cardinal. Alexand. teneant contrarium,
sed cum Firmino eos reprobat Tiraquell. *vbi supra, nume-*
3 *ro* 75. † est etiam transactio contractus, *l. contractus, in prin
cip. C. de fide instrument. l. cum te transegisse, C. de transa-
ction. l. si. C. de litig. Bar. in l. sine apud acta*, & *ibi communi
ter Doctores, C. de transaction.* & *Tiraquel. vbi supra nume
ro* 5.
Et in terminis nostræ quæstionis, quod stante statuto,
quod ax contractu debeatur gabella, ea ex transactione de
beatur tenet Bald. *in l. si donationis, in fine, C. quod metus
causa Alelland. in d. l. sine apud acta, nu.* 13. *Bertach de Ga-
bell.* 3. *membro.* 8. *partis princip. quæst* 11. *nu.* 19. *volum* 15.
trac. diuers. Doct. fol. mihi 35. *in antiquis. Tiraquel. vbi su-
pra, nu.* 61.
4 Immo etiam stante statuto, † quod ex alienatione de-
beatur gabella, ex transactione debebitur, *ut tenet Angel.
in consilio* 215. *Thema tale est, colum. vltim.* & *Bertach ubi
supra, num.* 13.
5 Immo vero idem † Angel. *consilio* 230. *Instrumentum,*
inquit, appellatione emptionis comprehendi & transa-
ctionem, ex eaque similiter deberi gabellam, ac ex propria
emptione, quem refert, & sequitur Tiraquel. *d. num.* 65. *ad
finem.*
6 Nihilominus † tamen regulariter contrarium est tenen
dum in his Regnis, immo quod ex transactione gabella
non debeatur, nec sit soluenda, cum ipsa solum debeatur
ex contractu emptionis, & venditionis, & ax permutatio-
ne, *l.* 1. & 2. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. At transactio non est huiusmo
di, vt patet: quia specificum habet nomen alterius contra-
ctus ab illis, & verbis diuersum: Ergo ex ea non debetur,
gabella, argumento *l si idem, C. de codicill. cum simil.* At qđ
Bald. & ceteri iuris communis interpretes, aliud teneant,
nihil præstat, quoniam loquuntur, stante generali statuto
quod ex contractibus, vel alienationibus soluatur gabella:
sed nostræ leges Regiæ hoc restringunt ad contractus em-
ptionis, & venditionis, & permutationis, è quorum nume
7 ro non est transactio: Ergo, &c. † Secundo, quia reuera trã
sactio est contractus innominatus, do, vt facias, nempè, vt
a lite discedas, ex notatis *in d. l. sine apud acta*, & *in l si pro
fundo, C. de trans.* & probat Tiraq. *vbi supra, nu.* 61. Et in ter
minis transactionis, quod ex ea non soluatur gabella, pro-
bat cũ aliis Cassan. *in Consuetud. Burg. rub.* 3. §. 8. *titulo des
fieus. verbo. en alienacion. nu.* 21. & *in tit de ratraytz.* §. 1.
verbo, vendis, nu. 4. *rubr.* 11. §. 1. *verbo, retenue, ad finẽ.* Et in
laudemio, quod ex transactione domino directo nõ debea
tur, probat latè Peguera *in sua repet. de feud. nu.* 83. & ante
eum Mod. Parisi. *in Consuet Paris. tit.* 1. §. 22. *nu.* 67. & di-
stinguit Amodeus de ponte, *in quæst. laudem.* 32. Et in his
Regnis, ꝙ ex transactione gabella non debeatur, probant,
ac profitentur Paclad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 3. §. 2. *nu.* 31. &
Lassa. *de dec. vend. c.* 7. *nu.* 5. *in fine*, & *c.* 17. *nu.* 51. *Gironda,
de gabel.* 10. *p. n.* 10. *par.* 2. *et Aze in l.* 2. *n.* 20. *tit.* 17. *hoc li* 9.
8 Quæ opinio vltra supradictos in trãsactione super actio
ne personali comprobatur hoc radicali fundamento: quo-
niam transactio simplex ex se, si aliud non interueniat,
quod eius naturam alteret, & in aliam speciem contractus
digredi faciat, is est contractus innominatus, qualis ex fa-
cto principali partium resultat: si enim vtraque pars dede
rit, erit cõtractus innominatus, do, vt des; si vero vna parte
det, altera vero faciat, erit contractus innominatus, do,
vt facias, vel è contra, facio, vt des; si vero ambæ partes fa
ciunt, erit facio, vt facias. *Bart. in d. l. sine apud acta, colum.
finali. Paul. de Castro, consil.* 379. *Primo videndum est, vo-
lum.* 1. At vero licet ex contractu innominato, do, vt des,
debeatur gabella, ex ceteris vero contractibus innomina-
tis prænarratis, in quo factum ex vna, vel vtraque parte

interuenit, minimè gabella debetur, *vt supra resoluimus,*
9 *quæst.* 19, contractus † innominatos, do, vt des, esse non
potest in trãsactione, nisi tunc demum, cum in lite agitur
rei vendicatione, & ex caussa transactionis res, quæ vendi-
catur, apud eum pretio dimittatur: secus vero, quando res
petitur actione personali, etiam si ea actio competat ad rẽ
dandam, vel tradendam, quia tunc, etsi actor pretio libe-
ret rem ab actione personali, non ex hoc potest dici, eidem
dare, sed liberationem facere, vt sibi aliquid detur. Est igi-
10 tur contractus, facio, vt des, non vero, do, vt des, † non e-
nim actio personalis est cessibilis, aut vendibilis in debito-
rem, licet in tertium cedi, aut vendi possit, quia actio, & pas
sio non possunt cadere in vnum, & idem subiectum, *l. Va-
ranius ff. de fideiuss. cum similibus:* Ergo actio quæ in debi
tore inest passiue, non potest simul in eo actiuè permanere
contra eum, *Bald. in l. emptor. nu.* 3. *C. de hæred. vel action.*
11 *vendit.* † Hinc est quod actio activa creditoris successione
debitoris statim perit, extinguitur, & confunditur, inuenta
rio non facto, *l. finali, §. in computatione, in versic. si vero,*
& ibi communiter, DD. C. de iure delib. Quod igitur actor
reo dare potest, non est ipsamet actio personalis actiua, sed
refutatio, liberatio, & extinctio obligationis passiuæ debi-
toris, quod est contractus innominatus, facio, vt des, non
vero, do, vt des.
12 Quia, vt † inquit Bald. *in l. item si fundi, quæstione* 5. *co-
lumna* 3. *ibi quia in personali, quod soluitur, & c. ff. de vsufru
ctu,* æstimatio litis in actione reali est vt pretium rei, sed in
personali gabella non debebitur.
Quod nedum procedit in transactione, super actione
personali, sed etiam si trãsactio simpliciter fiat super actio
ne reali rei vendicationis: transactio namque vera ex sui na
tura non fit super re ipsa petita, sed super lite, *secundum*
13 *Bald. in l.* 1. *§. sed numquid, C. de bon. matern* † Non enim
tunc actor cedit, aut transmittit in reum dominium rei
petitæ, sed solum a lite discedit, faciendo pactum de non
petendo, quod est certa quædam refutatio sui iuris, iuxta
glos. 3 *in l. de fideicommisso, C. de transact. & ibi DD.* non ve
ro per eam intendit dominium transferre, nec reo titulum
dare rei petitæ, ea quo dimissio hæc loco dationis habere-
tur, sed non est ita: nec res traditur, sed relaxatur, *vt tra-
dunt Bartol. Alexand. & alii DD. in l. stipulatio ista, §.* 1. *nu
mero* 7 *ff. de verborum obligation.* addit Cassan. *in Consue-
tud. Burgund titulo de retractu, rubr.* 10. *num.* 15. vbi quod
dimissio rei existentis in lite ex causa transactionis, non est
alienatio, ex *d. l. si pro fundo, & ibi DD.* præcipuè *Iason nu-
mero* 9. *Alexan consil.* 41. *numero* 1. *&* 2. *volum.* 6. *& An-
ton. Gomez libro* 2. *var. resolut capite* 2 *numero* 28. vbi a-
lios allegat, & est communis, vt plures referens, testatur Pa
14 dill. *in d. l. si pro fundo, numero* 10. † vbi, quod omnes te-
nent, per illum textum in hac specie actorem desistentem a
15 lite, non teneri de euictione. † Quod adeo verum est, nem
pè, ex vi propriæ transactionis rem ipsam non dari, aut ce
di, nec titulum ad eam, vt quamuis actor dicat, quod renũ
ciat liti, & causæ, & ab eis discedit: nihilominus reus ex hoc
ius nouum, nec titulum rei a se possessę recipere dicatur, sed
in pace remanere cum iure sibi antea competente, & ideo
dimittens, non tenetur de euictione, vt post alios tenet, &
probat Alexander, *in d. l. si pro fundo numero* 5. vbi alios al-
legat.
16 Actor itaque † cum simpliciter transigit cum reo super
actione reali rei vendicationis intentatæ ab eodem actore,
si eidem rem petitam, vel titulum ad eam non dederit, nec
ius suum cesserit, quamuis aliquid a reo recipiat, vt a lite de
cedat, & liti, & causæ cedat, non ideo dici potest contra-
ctum innominatum, do, vt des, facere, sed potius, facio, vt
des, vel do, vt facias, ex quo gabella non debetur.
17 Quod † autem maiorem dubitationem habet in propo
sito est: *an ex transactione in qua actor cedit omne ius suum
quod in re litigiosa habet, pro pecunia a possessore soluta, vel
soluenda, aut è contrario, tunc ex huiusmodi transactione de
beatur gabella, nec ne.*
18 Et in hoc † distinguendi sunt duo casus. Primus est cla-
rius, nempè, quando transactio fit super ipsamet re petita,
non vero solum super lite, ita, vt reus contentus det acto-
ri pecuniam expresse, vel æquipollenter, pro ipsa re: & a-
ctor pro ea se recipere profiteatur, atque ideo concedit do
minium reale, quod in ea habet, tunc namque negari non
potest, hanc esse venditionem, atque proinde gabella pro-
culdubio ex ea debebitur: idem namque est dimittere rem
possidenti pro pretio, vel eam vendere, quando talis dimis
sio fit in finem transferendi dominium, vel titulum præ-
bendi, *l. eius rei, ff. de rei vendic. Iason, in d. l. si pro fundo,
numero* 9. Vnde secundum tibi pulchrè inquit Baldus, *in l.
si inter vos, C. commun. vtriusque iudic.* quod *d. l. si pro fun-
do, in fine,* procedit, quando contractus celebratur super in
stantia litis, secus quando concernit rem ipsam, quam se-
quitur Alexander *in d. l. si pro fundo, numero quadragesimo
primo, in fine,* & Bertrandus *consil.* 22. *Quæsitum, volum.* 3.
19 *Rubeus consil.* 152 *column.* 2. † Et quemadmodum nomen
venditionis non excludit transactionem, *l. cum ea quæ, C.
de transact.* ita nomen transactionis non excludit, quod ex
se est venditio.
20 Secundus casus est † quando transactio, & cessio fit to-
tius iuris, & actionis realis, quod actor habet in re litigio-
sa, pro pecunia, & tunc quidem etiam contrahitur aperta
venditio, vt nuncupatim tradit Bartol. *in l.* 1. *numero* 2. *ff.
pro empt.* quod Paulus de Castro ibi etiam *num.* 2. verum
esse explicat, si modo constet ius aliquod in ea recedentẽ
habuisse, habebitq. locum dictum Baldi *in l. per diuersas C.
mandati,* affirmantis, statutum disponens, quod de emptio
ne, & venditione soluatur gabella, habere locum in transa
ctione, & quietatione, prout eum refert Amodeus a Ponte
in quæstione laudemiali 32. *in principio,* Aliter enim si de iu-
re cedentis non constet, quamuis ab eo sui iuris cessio fiat,
nulla venditio erit, sed sola transactio: quia deficit res, quæ
veneat, *vt in l. nec emptio, ff. de contrab. empt.* ideoq. nec ga
bella debebitur.
21 Hinc est, quod siue † actor rem litigiosam relinquat reo
pro pecunia, siuè reus eam restituat actori pecunia accepta
gabellarius non ex hoc habet suam intẽtionem fundatam
pro exigenda gabella, si sola transactio attendatur: quia
hæc regulariter est contractus innominatus, do, vt facias,
ex quo gabella non debetur, *vt prædiximus.* Gabellarius
igitur, vt obtineat, probare debet eum, qui rem restituit, &
ius suum cessit, siue actorem: siue reum, tunc fuisse verum
dominum, vel litem fictam ad occultãdam veram permu
tationem, vel venditionem, iuxta textum *in l. cum hi, §. sed
cum lis, ff. de transactio.* ut resoluit in similibus terminis
nempè iuris debiti patrono ex venditione rei feudalis, Mo
der. Paris. *in Consuetudine Paris. tit.* 1. *§.* 22. *quæstione* 2. *nu.*
67. quem refert & sequitur applicans ad gabellam Lassar.
de decim. venditione, d cap. 17. *sub num.* 51. *in versic. ex quo
illud.* sequitur eum Gironda, quem citat Azeuedo, *in d. l.* 2.
nu. 20. *tit.* 17 *hoc lib* 9.
22 Quorum opinio † non parum coadiuuatur ex resolu-
tione Tiraquel. *de retrac. lignag. §.* 1 *glos* 14. *numero* 94. ubi
probat, quod cum res manet apud ipsum possessorem, da-
to aliquo pretio, habet locum retractus, non quidem ipsius
rei, sed iuris, siue actionis transigentis, qui a se rem omnino
abdicauit. Et ita est tenendum in nostris terminis gabellæ,
iuxta præcedentem resolutionem: tametsi non desit qui cõ
trarium tentare voluerit, gabellam scilicet in prædicta spe-
cie, & secundo casu simpliciter, & indistinctè deberi ex præ
dicta cessione, contendens non obstare dicta Mod. Paris.
vbi supra, quia ea locum habent in materia laudemij, in
qua si cedens dominium non transfert, nec illud habet ad
transferendum, non dicitur alienare rem feudalem, ac pro
inde laudemium non debet, quod aliàs ex alienatione,
deberet; secus in materia gabellaria, ex quacumque uen-
ditione formali, etiam rei incertæ, uel alienæ, debetur
gabella, ex eo solum, quod uenditio ualeat, vt distin-
guit idem Mod. Paris. *d. §. vigesimo secundo, numero quar-
to, ad finem.*
Nihilominus tamen adhuc, & in materia nostra ga-
bellaria idem rectius probandum cum Lassarte, & ceteris
vbi supra, cum enim in specie huius secundi casus, non fiat
transactio, & cessio de re ipsa, sed super lite, cessioq. fit iu-
ris actori, uel reo competentis, consequitur manifestissimè
necessario

necessariò discutiendum,& probandum esse,ad hoc,vt gabella debeatur,cedentem verum dominum tunc fuisse: aliàs namque non constat esse venditionem: Accedit non infima ratio,nempè,quod si aliud diceremus, propriè semper ea transactione gabella posset peti, quia vt plurimum in ea conceditur omne ius,&c. At leges nostræ Regiæ gabellariæ,vt sæpè, ac sæpius admonuimus, tantum præcipiunt solui gabellam ex contractu emptionis,& venditionis,& ex contractu permutationis,non verò ex alijs ut transactione,& alijs contractibus,cessante fraude.

Denique,licet per cessionem,quæ fit in transactione, videatur statim fieri quædam cessio illius iuris alias competentis,siue certum,siue incertum sit,huiusmodi cedentem aliquod ius habere,ex quo videbatur deberi gabellam, tanquam ex valida,& subsistente venditione, vt volebat ille, quem prædixi,iuris peritus:nihilominus tamen, cum hæc non sit vera,aut propria venditio,de qua *l. 1. titulo 17. hoc libro 9.* præcipit solui gabellam. Nec principaliter hæc impropria venditio subsistat, sed accessoriè ad transactionē, de qua gabella non debetur, ipsius naturam sequi debet, nisi cum de iure,& dominio cesso constaret, ea quo digressio ad venditionem propriam tunc fieret. Vera igitur est, & tenenda resolutio supradicta, quam ex Mod. Paris.in priori loco Lassart. & ceteris probauimus.

23 Idem videbatur † dicendum, vbi in transactione inter partes celebrata, litis æstimatio soluitur ex caussa transactionis:nisi in hac specie, magis quam in præcedenti venditionem contrahi intelligamus, ac proinde gabellam deberi;tum,quia æstimatio facit emptionem,in dubio, *vt supra resoluimus, quæst.25.* tunc etiam quia æstimatio litis, emptorem facit dantem,& vēditorem recipientem,& pro ea cedentem ius suum,*l.si.& l litis æstimatio, ff pro empt. l.sed & si,§.si lis, ff de public. in rem act.* At si quis dubitat,quod si transigentes verbo, venditionis,aut permutationis vtantur, gabellam teneantur soluere, iuxta doctrinam Bart.*in l Cotem ferro,§.qui maximos, versic.quinto quæro,num.11.ff.de public.& vectig.* vbi quęrēs de illa quæstione:si emo fructus vnius anni, cuius erit periculum,resoluit,standum esse uerbis,ubi dico,emo,fit emptio,& iudicaretur secundum naturam emptionis, ubi dico, loco, fit locatio;sequitur alios allegans Tiraquell. *de retractu linag.§.30.glos.1.num.7.*& Arias Pinel.*in repet. rubr.C.de rescind.vendit in 2.par.c.2.num.2.*

24 Idemq.probari † potest,quando pecunia datur in transactione pro pretio rei, uel actionis,& iuris cessi; nomen enim pretij,uenditionem importat, ut per *DD. in l.2.in princip.ff.si cert.peta.gloss.verbo.intelligere, & Platea in l.fin.C.de Decur.lib.10.glos.& Bald.in l. cum dotem, C de iure dot.& in l.apud Celsum,§.si cū legitima, in gl. verbo, pretio accepto.ff de doli except.* quas glos.dicit cōmuniter approbari Ripa *in tract. de peste.cap.de priuileg caussa pestis,nu.48.*& Pinel.plures referēs *in rubrica,C.de rescind. vend.in 2.par.c.3.n.23.*& hoc referēs Girōda *de Gab.* in 11.p.n.14:

25 Ceterum, si reus † conuentus tantum dimitteret rem à se petitam actori sine concessione noui tituli, aut cessione sui iuris,quamuis pro eo pecuniam reciperet,essetq.possessor,non deberetur ex hoc gabella;quia est simplex transactio,& actori in ea specie uidetur pecuniam soluere,ad cuius tandā molestiā litis,argumento *c. dilectus,de simon.* quod dignosceretur ea paruitate pecunię sic datę, quę non correspondeat ualori rei petitę. Proportio igitur pecunię datę ad rem dimissam,in dubio demonstrabit, utrum pecunia data fuerit respectu rei dimissę,uel litis, *argumento l 1.ff. de rebus dub.& l.1.§.1.versicul agendo, ff. de superficieb. Bald & Salic.in l.1.C.de iure emphyt.Paul. de Cast.in l.1. §.1.ff locat.Dec.consil.* 500.*sub num 5.& ibi eius Addi-*
26 *tion.* † licet enim refutans, & repudians ius suum pretio, non dicatur cedere,nec transferre, etiam si dicerit, se abstinere,& renunciare in fauorem alterius,dummodo semper sit mera abstentio,uel refutatio,ēt si forte illud, quod numeratū est,ęquiualeat portioni,seu rei abstensę,*iuxta tradita per Mod.Paris in Consuetud.Paris titulo,1.§.9 glos.4.*
27 *nu. 4.* † adhuc quātitas pecuniæ æquiualēs rei dimissę per magnam secum habet suspicionem cessionis, & venditionis occultæ,quia valde verisimile est,neminem per transactionem dare pro re petita idem, quod pro emptione ipsius citra litem,& trāsactionem daret;atque perinde plurimū in hac specię versabitur arbitriū iudicis, propter fraudis suspicionem, quæ contra gabellam plerumque fit, in hoc dignoscendo, vt iustis,ac rectis cōsiderationibus motus, vel condemnet,vel absoluat sic transigantes super ga-
28 bella petita, prout iustius ei videbitur: † transactio enim nimium liberalis,captiosa,& fraudulenta præsumitur, & ideo reprobatur,*l.cum Aquiliana,ff de transact.ibi. liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit.Gironda, de Gabell.10.parte,numero 4.& 5.Azeuedo,in d.l.2.numero 20.*

29 De compromisso † gabella non debetur,*secundum Bertachin de Gabell.parte 8.membro 3. numero decimotertio, in fine* quē referunt,& sequuntur Gironda, *de Gabell. 3.p. numero decimo.*& Azeuedo,*in l.2.num.21.titulo 17.hoc libro 9.*

30 De fideiussione autem † planum est, gabellam non deberi,*vt latè probat ibi Azeuedo,num.28.cum sequentibus,* vbi refert casum in praxi contingentem, circa hoc, nec
31 † decessione iurium,& actionum in correos,vel fideiussores facta in casu *l.Modestinus,ff.de solut.* vt latè resoluimus *supra,quæst.60.*

S V M M A R I A.

1 *Gabellam soluendi onus ad quem ex contrahentibus spectet, & incumbat,tam iure communi quam Regio? & numeris seqq.*

2 *Gabellam attento iure communi,ex contractibus debitam, soluit emptor,secundum magis receptam sententiam; sed contraria est verior, immo, quod spectet ad venditorem.*

3 *Gabella iure nostro Regio spectat ad venditorem, nisi aliud inter partes conuentum fuerit; fiscus autem,vel gabellarius,priuilegium habet conueniendi pro gabella debita nō soluta,venditorem,vel emptorem.*

4 *El cōprador esta obligado a retener ensi el alcauala en los casos aqui declarados,& quis dicatur in proposito potentior persona,declaratur numero 5. vide etiam numero 9. & 12.*

6 *Venditor nomine proprio,vel simpliciter vendens, tenetur soluere gabellam: secus,qui nomine alterius sub commemoratione officij vendit,nempè,tamquam procurator illius,tunc namque dominus rei eam debet:quid quando rē tamquam alienam,& vt rem illius domini eam vēdidit, nu.7.vide etiam nu.10.cum seq.*

8 *Venditio rei alienæ valet,& tenet,ex eaq. gabella debetur, quando ea,vt propria,vel simpliciter venditur, secus,si vt aliena talis domini.*

13 *Gabella soluenda non est ex uenditione rei clerici facta per alium contemplatione domini.*

14 *Clericus per alium exercens tabernam,non amittit priuilegium clericale.*

15 *Clerico rem laici suo nomine vendente,gabella debetur.*

16 *Clericus vendens nomine suo rem laici, vt gabellam fraudet,male facit,& in suam conscientiam peccat; & ad restitutionem gabellæ gabellario tenetur.*

17 *L.3.titul.17.lib.9.Collect.Reg casus exceptus a regula,l.1. d.tit.17.refertur.*

18 *L.18.tit.17.lib 9 Collect.Reg alter casus refertur.*

19 *L.7.tit.17.lib 9 Collect Reg.alius casus refertur.*

20 *L.16.tit.17.lib 9 Collect.Reg.alius casus refertur.*

21 *L.32.tit.19 lib.9.Collect.Reg.alius casus refertur.*

22 *L.8.tit.17.lib 9.Collect.Reg alius casus refertur.*

23 *L.31.tit 19 lib 9.Collect Reg.alius casus refertur.*

24 *Minor læsus in non manifestando gabellam intra terminum a lege Regia ad id assignatum,restituitur aduersus suam hanc negligentiam,nisi dolus interueniat,& nu.25.*

26 *L.33.titulo 19 lib.9.Collect. Reg.alius casus exceptus refertur.*

27 *L.34.eiusdem tituli,& libri alius casus refertur.*

28 *L.4.titulo 20.lib.9.Collect.Reg.alius casus refertur.*

29 *Emptor tenetur soluere gabellam in omnibus casibus in qui bus lex ob suam culpam eum obligat ad eam soluendam.*
30 *Permutantium uterque tenetur gabellam soluere.*

QVAESTIO XLVI.

Ad quem ex contrahentibus spectet, & incumbat onus soluendi gabellam, tam iure communi, quam Regio?

1 ET quidem iure † communi gabellæ solutionem ad emptorem spectare probarunt communiter DD. ex *l. debet in fine, de ædilit. edict.* vt resoluit Mol. Paris. *in Consuet. Parisien. titulo* 1. §. 23. nu. 7. & tenuit Roman. *Singul.* 582. & prosequutus Castr. *in l.* 70. Tauri, *in glos penult.* & ibidē Palat. *Rub num.* 37. & Tiraquel. *de retractu conuention.* §. 6 *glos* 2. & Matien. *in l.* 7. *glos.* 3 *num.* 15 *titulo* 11 *lib.* 5. *Nouæ Collect. Reg.* Lassart. *de decim vend. in Scholiis*, *ad l.* 1. *nu.* 7. Gironda, *de Gabel* 4 *parte princ.* §. 1 *num* 1. & ceteri communiter DD. vt affirmat Azeuedo, *in d l.* 1. *nu.* 72 *tit.* 17. *hoc lib.* 9.

2 Rursus alij † contendunt aduersus communem sententiam, etiam iure communi attento, onus gabellæ soluendæ spectare ad venditorem, & d. enim *l. debet, ff. de ædilit. edict.* contrarium non probat; vt inquit Mol. Paris. *vbi supra*, & explicat Arias Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 2. *parte, c.* 3. *nu.* 4. & latius optimè probat Lassart. *de decim. vend. cap* 15 *nu.* 1. *cum sequentibus*, aduertens, Iurisconsultum *in d. l. debet, ex principio, vsque ad versic. quid ergo*, loqui, quando tributum venditionis, vel aliam impensam soluisset emptor ex voluntate, & consensu venditoris, puta, ex pacto in venditione apposito, *vt benè explicat Gomez, Arias, in l.* 68. Tauri, *num.* 27. Ergo magis ad venditorem iure ipso pertinere text. significat: Et ita hæc secunda opinio verior videtur in puncto iuris: prior tamen magis recepta est.

3 Iure tamen nostro Regio per d. l. 1. *titulo* 17. *hoc lib.* 9. venditores tenentur soluere gabellam ibi: *Los vendedores*, & ibi: *De todo el pretio por que vendieren.* & in alijs quam pluribus, legibus huius Regni, & hoc agnoscunt & profitētur omnes regnicolæ indiscriminatim: sicut autem, vel gabellarius, priuilegium habet conueniendi pro gabella debita venditorem, vel emptorem, utrum velit eorum, si a neutro gabella soluatur, licet eius solutio spectet ad venditorem (nisi aliud inter partes conuenerit) tunc namque ad emptorem spectabit eam soluere, *vt in l.* 41. *tit.* 19. *hoc lib.* 9. vbi quod venditor, & emptor sic tenentur, & sub pœna ibi contentis, tenentur gabellarium certiorare de venditionibus, & permutationibus factis, & per eam l. ita tenet Mencha. *de succes creat* §. 10 *nu.* 25. *vers in summa*, *Gironda, de Gabel in* 4. *p.* §. *unum autem nu.* 2. *pag.* 76. & Azeued. *in d l.* 11. *nu.* 75. quæ lex generaliter loquitur tam inter vendiores, & emptores vicinos, quam non vicinos.

4 Quod si † venditor, vel emptor non fuerit vicinus ciuitatis, vel opidi, vbi fit venditio, vel permutatio, ò si fuere hombre poderoso, ò official de Rey del tal lugar donde se haze la venta, ò trueque, el comprador esta obligado a tener en si el alcauala, halla que le ti ygran carte de pago de ella, so pena de pagarla el tal comprador, ò trocador có la mitad mas: pero si el vendedor estuuiere concertado có el arrendador, ò fiel, ò cogedor de las alcaualas por todo lo que vendiere, el comprador no tocurre en pena por no hazer saber las compras a quien eltas era obligado: ni tam poco se han de hazer saber las ventas de carne, y pescado, y otros mantenimientos que se venden por menudo, de que se ha de pagar el alcauala, segun, y en la manera que en el quaderno de las alcaualas se contiene, inserto en las leyes de la nueua Recopilacion deste libro nono, vt cauetur *in l.* 32. *d tit.* 19. *eodem lib.* 9.

5 Potentior autem † persona in proposito intelligitur, nedum iuxta ea, quæ tradit *l.* ... *in fine, titulo* 10. *d. lib.* 9. sed, & tripliciter; Primo ratione generis, & familiæ: secundo, ratione pecuniæ, diuitiarum, & dignitatis status: tertio, ratione paupertatis, quæ est periculosior ceteris potentijs. Gabellario deinde quomodocumque difficil s futura sit decimæ exactio te persona venditoris, emptor, qui nō retinuit gabellam tenetur ad eam ex decisione d. *l.* 32. iuxta ea, quæ Siluest. & cum eo Simanc. *in Enchiridio iudi. violare relig. titulo* 35. *de testibus, num* 15. tradit in expositionem text. *in cap vltimo. ibi, propter potentiam personarum, cōtra quas inquiritur, de heret. libro* 6 & in terminis ita existimat in proposito Lassarte, *de decim. vendit. capit* 15. *numero* 10.

6 Venditor † autem, qui tenetur gabellam soluerē, is intelligitur, qui nomine proprio, vel simpliciter rem tamquam suam vendidit, vel permutauit secus si nomine alterius sub commemoratione sui officij procuratoris vendiderit, vel permutauerit, tunc enim dominus, cuius nomine res vendita fuit, tenetur gabellam soluere, non vero venditor, Ita cauetur *in l.* 8. *titulo* 17. *hoc libro* 9. vbi hmitatur: *Ex los taberneros, y otros hombres, y mugeres que vendieren vino de qualquiera persona que deua alcauala: porque estos son obligados a retener en si el alcauala que montare el tal vino que assi vendieren, y acudir con ella al arrendator, o fiel, o cogedor, assi como si fuesse su yo el vino, &c.* vt in dicta lege latius cauetur. Ex qua hanc nostram declarationem, intellectum, & interpretationem ad dictam *l.* 1. *titulo* 17. *hoc libro* 9. in terminis probauit Lassart. *d cap* 15. *num.* 4. *cum sequentibus*.

7 † amplians *num.* 7. quod prædiximus de venditione procuratorio nomine factā, vt procedat etiam, quando non expresse prædictis modis, sed expresse tamquam alienam, & vt rem illius domini vendidisset, quia semper videtur alieno nomine facere: quo casu mādatum habuit, venditio, valebit, decimaq. debebitur ab ipso domino rei, ex *dicta l.* 8. si autem mandatum non habuerit, nec a domino venditio fuerit ratificata, huiusmodi venditio erit nulla, ex eaq. gabella non debebitur, ex communi resolutione, quę habet quod ex venditione nulla, gabella non debetur, & iuxta hanc veram, & communem distinctionem, intelligi debet dictum Pauli de Cast. *in l.* 1. §. *exercitorem ff. de exercit.* secundum Laur. Siluan. *consil.* 8. *lib.* 1. & Lassart. *vbi supra d. num* 7. *ad finem.* quod si venditio a domino fuerit ratificata, qua do, & cui gabellario debeatur gabella, agemus infra suo loco.

8 Neque obstat, quod † venditio rei alienæ, valet, & tenet, ex eaq. debetur gabella, *vt docuimus supra quæstione* 15. *numero* 2. & 3. quia id verum est, & recte procedit, quando ea, vt propria, vel simpliciter, secus vero, si sint aliena talis domini, quia tunc nomine illius domini videtur vendi, & procedit præfata communis distinctio.

9 Ex quibus † infert Lassart. *vbi supra num.* 8. quod si talis pcurator, qui tacito nomine domini in hoc loco cōtraxit, sit vicinus, & incola illius loci, non tenebitur emptor decimam ex pretio retinere, licet rei dominus foraneus esset: quia uerē nō hic dominus forensis, sed uicinus ille uenditor est, & ad gabellam tenetur, *vt prædiximus*: & sic in hac specie cessat dispositio *d. l.* 32. *tit.* 19 *hoc lib* 9. Si uerò ille pcurator uendiderit expresso nomine domini rei, qui sit foraneus, uel tamquam alienam, & propriam illius domini, habebit locum dispositio *d. l.* 32. quia tunc dominus rei est uerus uenditor, & sic ille decimam debebit, quod iam semel litigatum, & iudicatum se uidisse affirmat Lassar.

10 Quæ † quidem uera sunt, & in praxi tenenda, tametsi Girond. *de Gabel* 5. *p* §. 1. *nu.* 2. *cum seq.* contrarium aduersus Lassart. probet, nempè; ut quamuis uenditio facta sit nomine alieno, uel procuratorio nomine, uenditor ipse teneatur ad gabellam, eius namque fundamenta ad hoc tendūt sed nihil probant: in primis namque *l.* 1. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. non præcipit generaliter quod ipse Gironda dicit, nēpè, uenditores nomine alieno, uel rerum alienarum, teneri soluere gabellam, præterquam in casu particulari, *de taberneros, y otros hombres, y mugeres que vendieren vino ageno:* Vnde per locum speciale † egula generalis deducitur in eo tantūdem deinde ipsamet *l* 8 *in principio* ... expressè decidit, ibi: *Y no el que la uēde se... quel el q uēde la cosa de otro, no deue el alcauala sino el dueño, ued. dáje en su nóbre,* q. uis

uis Gironda inaduertenter contrarium dicat, nempè, le-
11 gem illam hoc non asserere. † Non aliâ abest aliud funde-
mentum eiusdem Girondæ, nempè, iure constitutum esse,
competere gabellarijs ius hypothecarium aduersus res ven
ditas, quocumque vadât, *ex reg. l. Imperatores, cum simil.*
ff. de public. & vectigal. sicut etiam pro laudemio soluêdo
competit exactori ius hypothecarium, iuxta doctrinam
Mod. Paris. *in Consuetud. Parisiens. titulo 2. §... gloss. 1. nu.*
139. & Cassan. *in Consuetud. Burgund. rubr. 11. §. 1. in titulo.*
des censes, nu. 9.

12 Quoniam respondemus, † tunc temporis, si dominus,
cuius nomine res vendita est, foraneus sit, tenebitur qui-
dem emptor retinere in se gabellam debitam, iuxta *d. l. 32.*
tit. 19. hoc lib. 9. & deinde tenebitur idem emptor denuncia
re venditionem gabellario intra triduum, ad quod etiam
tenetur venditor intra quintum diem sub pœna contenta
in l. 31. eiusdem tituli 19. & hoc modo erit consultum ga-
bellario, licet dominus, cuius nomine venditio sit, esset fo
raneus, & ita non compelletur dominus rerum vendita-
rum in longinquis quærere. tandem Gironda, loquitur cô-
tra litteram, & decisionem expressam *d. l. 8. princip.* & ideo
merito contra eum cum Lassart. vbi supra, tenet Azeuedo,
in l. 1. nu. 76. tit. 17. hoc lib. 9.

13 Quod si procurator † laicus vendat rem, non quidem
expresso nomine domini, sed simpliciter, vel suo nomine
proprio, contemplatione tamen sui domini, cum verè re ip
sa, & effectu venditionis inspecto, non egerit illè rem suã,
sed alienam, nempè, negocium domini sui qui tamen cleri
cus sit, vel aliàs priuilegiatus, & immunis a solutione ga-
14 bellæ, non erit soluenda gabella ex hac venditione, † quia
clericus per alium exercens tabernam, non amittit priuile
gium clericale, *secundum Alberic. in l. humilem, C. de incest.*
nupt. quem refert, & sequitur Mexia, *in prag. taxæ panis, cô*
clus. 5. num. 29. & est text. *in l. 10. ibi: Ellos, o otros por ellos,*
15 *titulo 18. hoc lib. 9.* † & è contra, si dominus esset laicus
priuilegiatus, quamuis procurator vendens suo nomine
clericus sit, aut aliàs exemptus, gabella debebitur, *secundũ*
Siluestr. in Summa, verbo, Gabella, 3. numero 10. quem re-
fert, & sequitur Otalora *de Nobilit. 2 parte, capite* 1. *nume*
ro 11. & Mexia *vbi supra, num.* 23. Azeuedo, *in d. l. 1. nu. 78.*
16 & vtrumque probat Lassart. *d. cap. 15. num. 9.* † vbi etiam
quod clericus vendens nomine suo rem laici, vt gabellam
fraudet, malè facit, & in suam conscientiam peccat, *vt tra*
dit Didac. Perez, in rubr. tit. 2. q 8 Ordinam. pag. 34. co-
lum. 2. ad medium addo ego, eum ad restitutionem gabel-
læ gabellario teneri, ratione fraudis ab eo admissæ, &
quia per eam iniustè abstulit gabellario, quod sibi iniustè
debebatur, & non dimittitur peccatum, nisi restituatur
ablatum.

Nunc vero reg. text. *in d. l. 1. titulo 17 hoc lib. 9.* quæ ha-
bet, quod venditores soluant gabellam, limitatur in pluri-
bus casibus.

17 *El primero, † en el azeyte de Seuilla paga la mitad de la*
alcauala el vendedor, y la otra mitad el comprador, vt caue-
tur *in l. 3. d. tit. 17. hoc lib. 9.*

18 El 2. el caso de la *l. 18. titulo 17. hoc lib. 9.* quæ † disponit,
que el platero, o cambiador, o mercader que comprare plata
de quasquier persona que sea, pague cinco marauedis por
marco de alcauala, y no mas: y si este platero, o cambiator, o
mercader vendiere pieca de plata, o dende arriba que pague
otros cinco marauedis por marco, y no mas. Y si fuere la ven
ta de ayabaxo de vn marco de cosas menudas, solamente pa
gue el alcauala de lo que ganare en aquella plata, quitada la
costa: y que estos plateros y cambiadores, y marcaderes
sean crey dos, ansi en la vente, como en la compra, por
su iuramento, sin que se haga contra ellos otra poruanca al-
guna.

19 El 3. en † los ganados, y carnes del Arcubispado de Se-
uilla, y Obispado de Cadiz, que aunque el vendedor deua
el alcauala, con todo esso los carnizeros, que compran
los ganados, son obligados a retenerla, e si quando pagã
el precio, y se les puede pedir, y estan obligados a pagarla
por costumbre antigua de los dichos Arcobispado de Se-
uilla, y Obispado, de Cadiz, y en sus villas, y lugares,
como lo refiere, y manda la *l. 7. in titulo 17. hoc li-*
bro 9.

20 El 4. es, en † qualquier carnizero que corta, y vende car
ne muerta, por si, o por otro, quæ este tal, aũque ministro,
y no vendedor, ni comprador, esta obligado a pagar
el alcauala della, vt cauetur *in l. 16. titulo 17. li-*
bro 9.

21 El 5. es, quando † el vendedor, o comprador, no es del lu
gar donde se haze la venta, u trueque, ò fuere hombre po
deroso, o oficial del Rey, del tal lugar donde se haze la ven
ta, o trueque: porque en estos casos, o qualquier dellos, el
cõprador es obligado a retener en si el alcauala, hasta que
el vendedor, o trocador le trayga certa de pago de ella del
arrendedor, o fiel, o cogedor, so pena de pagarla con mas la
mitad, vt generaliter in omnibus rebus venditis, vel per-
mutatis cauetur *in l. 32. tit. 19. hoc libro 9.* præterquam, en
el vino, que se vendiere por menudo, y en la carne, y pesca
do, o otros mantenimientos, que se venden por menudo;
que se ha de pagar el alcauala destas cosas, como se contie-
ne en el quaderno de las alcaualas, *vt in dicta l. 32. in fine*
cauetur.

22 El 6. es, en los taberneros, † que vendieren vino de o-
tras personas: porque estos, anque son solos ministros,
estan obligados a retener en si el alcauala, para acudir
com ella a quien la ouiera de auer, vt latius cauetur *in l. 8.*
tit. 17. hoc lib. 9.

23 El 7. es † el caso de la *l. 31. titulo 19. lib. 9.* quando el com
prador no manifiesta dentro de tres dias la venta al alca-
ualero, aut do primero el tal alcaualero pregonado el pue-
blo por dos dias su recudimiento, y donde posa. Pero si el
vendedor se lo notifico, non esta obligado a ello al com-
24 prador, vt ibidem cauetur. † Ceterum, si minor negligens
fuerit in hoc, aduersus suam hanc negligentiam restitui in
re poterit, arg. text. *in l. si causa, §. si in commissum, ff. de mi*
nor. vbi secus esse dicitur, si dolus interueniat, probatur e-
25 tiam *l. 6. titulo 7. part. 5.* † vbi cauetur: quel menor de 14.
años, que anda deseaminado por encubrir, o hurtar los
portazgos que deue de la cosa que lleua, no caerie en la pe
na de perder todas las cosas que lleua de aquella manera,
como las pierden los mayoras de edad: y lo mismo dispo-
ne la dicha ley, scilicet, que no pierda las dichas cosas el ma
yor de 14. annos y menor de veynte y cinco annos, que-
riendo pagar el portazgo, fueras ende si le fuesse prouado,
que lo hazia e sabiendas manifiestamente, nec opus est re
stitutione in prædictis minoribus, vt voluit d. l. Regia; ita
rectè obseruauit tibi Gregor. Lopez, *in glos. menor, de 25.*
años. in fine. Ergo idem uidetur dicendum in specie nostra
minoris, qui uendidit, uel emit rem aliquam, & uenditio-
nem gabellario non manifestauit intra terminos *d. l. 31.*
quod etiam comprobatur ex decisione text. *in l. denique. §.*
& si hæres, ff. de minor.

26 El 8. caso † es da los compradores, u personas, que sa-
cam mercaderias de alcun lugar preguntadoles el arren-
dador, fiel, o cogedor de aquel lugar, de quien las compra
ron, si no lo dizen, y declaran con iuramento, paraque, pue
dan cobrar el alcauala de los uendedores, y diziendo, que
hezieron en sus casas los dichos pannos, y mercaderias, o
que las traxeron de otras partes, no lo prouãdo antes que
las saquen y lleuen a otras partes, son obligado a pagar el
alcauala de ello con el doblo, ita cauetur *in l. 33. tit. 19. lib.*
9. Noua Collect. Reg.

27 El 9. es la † ley 34. del mismo titulo, y libro: del merca-
der, o recuero, que traxere al lugar dondo uiue bestias
de aluarda, u marcaderias de qualquier lugar para el lu-
gar donde uiue, pidiendole el arrendador del lugar donde
uiue, a quien pertenece al alcauala de lo sudodicho, y re-
quiriendo selo por ante escriuano que le diga, y declare
de donde traxo aquellas cosas, y que le muestre testimo-
nio, como se pago al alcauala de ello en el lugar donde
le saco, si la bestia fuere de quatro mil marauedis ende ar-
riba, sea obligado de le mostrar testimonio signado de
escriuano de ello dentro de tres dias del requeri-
miento, con iuramento, que el tal testimonio,
es uerdadero, y que en esto no uuo cautela,

Y no lo haziendo assi, esta obligado a pagarla el alcavala de ello, *excepto*, si la cosa fuere de menor valor de quatro mil maravedis, que en tal caso no ha lugar lo suso dicho.

28 El 10. es † de los que fueren a vender, o comprar qualesquier mercaderias y otras cosas a qualesquier ferias, y mercados francos, los quales estan obligados a pagar el alcavala adonde son vezinos, excepto si las franquezas estuviesen assentadas en los libros de su Magestad, ita latius cavetur *l.* 4. *titulo* 20. *hoc libro* 9.

29 El undecimo † es, todas las vezes, que por culpa del comprador las leyes le obligan por pena a que la pague.

30 El duodecimo, † en los trueques, y cambios, en los quales como ambos contrayentes se digan vendedores, cada qual deve, *y ha* de pagar alcavala de la estimacion, y aprecio de la cosa que da por la otra que le dan, iuxta l. secundam, cum materia, de qua *supra tit.* 17 *lib.* 9.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex promissione de vendendo, resolvitur negative, nu.* 5 *cum sequent. & communis, ut in nu.* 9 *ampliatur num.* 11. *&* 12. *declaratur nu.* 13. 14. *&* 15. *cum sequent.*

2 *Actio ratione vitandi circuitus competit alias sine cessione.*

3 *Promittens se obligaturum ad dandum mihi decem intra certum diem, potest statim, cedente die, sine alia actione conveniri ad illa decem. contrarium nu.* 18.

4 *Pactum formale de vendendo expresso certo pretio, & conditionibus pro vera venditione censeri debet, secus si pactum sit informe: nihilominus in utroque casu gabella non debetur, ut in nu.* 5.

6 *Aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo, & num.* 7.

7 *Publicani si statuto habeant arbitrium super venditionibus, id tamen habebunt super pacto de vendendo.*

8 *Laudemia non debentur de promissione de vendendo.*

9 *Promissio de vendendo, etsi producat actionem, non tamen transfert dominium.*

16 *Promittente aliquo se ratum habiturum, quod acturum erit de futuro, an sit necessaria ratihabitio, vel statim censeatur facta?*

17 *Circuitus quando sit vitandus, & quando non?*

19 *Gabella cui gabellario debeatur ex promissione de vendendo re postea tradita.*

QVAESTIO XLVII.

An ex promissione de vendendo debeatur gabella?

1 De promissione † de vendendo, gabellam deberi, videtur prima facie dicendum, ratione vitandi circuitum.

2 † Hac neque ratione competit alias actio sine cessione, *l. cum fundus, §. servum tuum imprudens, ff. si cert. petat. l. dominus testamento ff. de condict. indeb. Clement. Auditor, de rescrip. cum concordantibus allegatis, per gl. utrobique.*

3 Hinc est, si quis † promiserit intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decem, potest statim, cedente die, sine alia actione conveniri ad illa decem, ita tenet Albert. Gal. & post eum Ioan. Andr. *in add. ad Specul. in rubric. de obligat. & solut. colum.* 1. & sequuntur plurimi quos congerit Tiraquel. *de retractu convent. ad finem tit. q.* 5 *num.* 26. ex quo numeris sequentibus possunt alia plurima doctrinae pro hac parte affirmativa, cuius ratio coadiuvari potest etiam in terminis nostrae quaestionis principalis, quod ex promissione de vendendo debeat solui gabella, non tamen de venditione postea sequuta, stante statuto, quod ex quolibet contractu, ex quo ius oritur, solvatur gabella, tenet Bal. & Ang. *in l. si pupillus, in fine, ff. ad leg. Falc.* quos & alios refert, & sequitur Bertac. *de Gabel. in* 3. *mëb.* 8. *p. prin. q.* 13 *nu.* 35. vol. 11. tract. divers. *Doct. in antiquis*; sed de iure nostro Regio ex quocumque pacto nudo oritur actio efficax ad agendum, *l.* 2. *titulo* 16. *lib.* 5. *Nova Collect. Reg.* Ergo &c.

4 Denique haec sententia † saltem tenenda videtur quoties pactum venditionis esset formale, expresso pretio, & aliis conditionibus, quibus res vendenda erit, nempe: *promitto tibi vendere talem domum, his & his finibus designatam, mille aureis, ita solvendis & his conditionibus, & pactis*, & tu in idem placitum consentias, dicasque, te recepturum, & empturum eamdem rem dicto pretio, & illis pactis facturumque. ita promittas mihi: tunc namque vera, & propria venditio celebrata videtur, vel saltem gratia vitandi circuitum pro tali censeri debet, iuxta opinionem similem Lassart. *in pacto formali, de permutando cap.* 17. *nu.* 36. *cum sequentibus*, secus si pactum fuisset informe, veluti de vendendo, & emendo re tua, non autem convenitur de pretio, quia hoc casu, solum pactum de vendendo est, non vero venditio.

5 Nihilominus † tam in nostra quaest. de pacto de vendendo, contrarium indistincte probant DD. communiter, scilicet, quod gabella non debeatur de pacto de vendendo, etiam formali, expresso pretio, & conditionibus, siquidem nostra *lex* 1. *titulo* 17. *hoc lib.* 9. & statutum simile de venditione ipsa, praecipiat gabellam solui, non vero de promissione de vendendo, & materia gabellarum sit odiosa, & sic stricte intelligenda de propria, nisi fraus interveniat, ut resolvimus, & non semel diximus, non enim verba legis vel statuti verificantur in promissione de vendendo, Ergo ipsius dispositio locum non habet, *l.* 4. *§. totres, ff. de damno infecto, cum similibus.*

6 Aliud namque est vendere, aliud † vero facere pactum de vendendo, ut notant in *l. in bonae fidei, ff. de eo quod certo loco.*

7 † ubi docent Albe. Paul. de Castro, Fulgos. & Ias. quod si statuto caveatur, quod publicani habeant arbitrium super venditionibus, si aliquis promittat vendere, non pertinet ad eorum arbitrium, quia aliud est vendere, vel locare, aliud est promittere de vendendo, vel locando, quos refert, & sequitur Molines Paris. *in Consuetud. Parisi. titulo* 2. *§.* 55. *glos.* 1. *num.* 78 *ubi num.* 80. quod † similiter

8 aliud est donare, aliud promittere de donando, ex quibus *ibid. num.* 78. *cum seq.* decidit, quod de promissione de vendendo, non debentur laudemia, sicut nec retractus locum habet, ut per Tiraquel. *de retractu lignag. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 54. conducunt aliae plures doctrinae ad propositum, congestae per Tiraquel. *in priori loco supra citatum*, nempe de retractu conventionali *ad finem tituli q.* 5 *nu.* [illegible] *cum seqq.*

9 Non † enim contractus venditionis in praedicta specie perfectus est, cum non sit venditio, sed promissio de vendendo, quae dominium non transfert, & si producat actionem, ut promissor ille cogatur vel ad vendendum, vel ad interesse, ut responderunt Ias. *cons.* 117. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 2. [illegible] Curtius iun. *cons.* 81. *num* 6. & alios referens [illegible] *consil.* 946 *num.* 11. *vol.* 10. *folio mihi* 157.

Tandem in nostris [illegible], quod si ex statuto debet solui gabella de contractu venditionis, non solvatur de contractu promissionis de vendendo, Bald. & Angel. post Iacobum Butrium *in l.* 1. *C. de pact. pignorum.* Boer. *decis.* 48. *num.* 9. Tiraquel. *de retractu lignag. §.* 1. *glos.* 14. *numero* 144 *cum seq.* & sequuntur plures congesti per Moliniae Paris. *ubi supra. num.* 81. quos notabiliter [illegible] *ibidem num.* 86. cum aliis, quos refert, tenet contra Bal. in dicta *l. si pupillus, in princ. ff. ad leg. Falcid.* & sequitur post Tiraquel. *ubi supra*, quod quoniam [illegible] quaeritur ex causa prioris conventionis de vendendo, nihilominus debentur iura, & gabella de venditione ipsa, etiamsi de promissione fuissent solutae, quia tunc de venditione, quae venit in exequutionem non debent nempe solui gabellae. Hanc eamdem sententiam in terminis nostrae leg. Regiae, referens supradictos Authores, ex communi sequitur Lassart. *de decim. vendit. cap.* 17. *numero* 41. loquens etiam in pacto formali de vendendo, subiciens etiam, quod venditione ipsa non celebratur, etiam praecedente pacto de vendendo periculum rei, de qua vendenda pactum praecedit, est domini, non vero eius, qui esset empturus: secus contrarium foret, si vere emisset *ex sola est. ut ias ff. de periculo*

riculo, & commoda rei uendit. & quæ tradit Ant. Gomez. *2. tomo variar. resolut. cap. 2. num. 32.* & prosequitur in specie Lassart. *d. num. 41.* eamdem sententiam principalem cum supradictis, tenet etiam Gironda, *de Gabel. 5. par. in princ. num. 24. & iterum in 9. par. in princ. num. 1. cum seqq.* & Roland. à Valle, *cons. 69. num. 20. 136. cum sequenti, & l... num. 18. & 19. tit. 17 hoc lib 9.*

20 Ampliatur hæc † vera, & communis sententia, vt procedat, etiam si in promissione de vendendo, adderetur, quod venditio facta, intelligatur facta ex nunc, prout ex tunc: quia in præiudicium gabellarij futuri, hoc est, tem-
21 pore venditionis veræ, & realis extituræ, non † habet locum fictio translatiua, *argumento l. stipulatio de dote, ff. de iure dot.* non igitur debebitur gabella, ex prædicto pacto de vendendo, sed ex ipsa venditione, postea re ipsa sequuta, gabellario existenti tempore venditionis, *ut infra dicemus.*

22 Limitanda † tamen erit prædicta communis sententia, nisi, is, qui ita promisit vendere, postea rem ipsam ei, cui promissio facta est, tradiderit, & vicissim ab eo pretium acceperit, id namque facientes, videntur venditionem ipsam perfecisse, & in actu venditionis consummatæ deduxisse, vt a Socino, cum ea species ex facto contigisset, scienter responsum est, *consilia 170. In præsenti consulatione, libro secundo,* ab eodem repetitum *in l. si ante, ff. soluto matrimonio,* quam sententiam probauit Tiraquel. *de retractu conuent. ad finem tituli, in 8. quæst. num. 63. cum sequentibus,* idem resoluit Couar. *libro 3. variar. resolution. cap. 4. num. 8. versiculo, decimooctauo,* & in terminis nostris ea supradictis ita limitat, & recte communem præcedentem sententiam Lassartus, *dicto cap. 17. num. 42.* id verum intelligens, siue rei traditio, aut pretij solutio sequuta sit ex vi promissionis, quantumuis noua verba de vendendo non intercesserint, quia & tunc purificata, & contracta venditio videtur ex tacito consensu, secundum Couarr. *vbi supra.* Et eamdem limitationem tenet etiam Azeuedus *d. l... nu. 18. & 19.* cum enim promissio pura facta est de vendendo, & pretium certum, vel pars eius numerata est: & certum etiam est, res vendi promissas, iam amplius non est promissio de vendendo, sed ipsamet venditio: sicque contractus perfectus, & propterea fructus sunt eius, cui facta est promissio, hoc est emptoris, glos. magna, ad finem, *in l. venditis, C. de contrahen. emption.* & alios plures authores, quos refert, & Menoch. *d. cons. 946. num. 12.*

23 Secus tamen † erit, quando promissione pura facta de vendendo, apud venditorem reperitur pretium, incertum tamen, etsi res vendenda est certa, quia hoc casu non dicitur perfectus contractus, cum pretium non sit certum, vt respondit Paul. Iurisconsl. *in l necessaria, in princ. ff. de periculo, & commod. rei vendita, ibi, pretium,* sicut de re certa paulo supra dixerat: non enim dicitur pretium, nisi certum sit, *l pretium, vbi glos. & Doct. communiter, Instit. de empt. & vend.* & alibi sæpissimè. ita in terminis tenet & probat Menoch. *vbi supra, num. 13. cum seqq.* ac per consequens in hac specie non debebitur gabella.

24 Nec similiter † debebitur, quando facta est promissio de vendendo, in certa re, & pretio, sub conditione ab arbitris declaranda, hoc enim casu clarum est contractum esse perfectum, ex quo conditionalis est, *l. vltima, C. de contrahen. empt.* & de locatione idem cauetur *in l. si merces, in princip. ff. locati,* & cum alijs ita docet Menoch. *vbi supra, num. 16. & 17. vbi num. 18.* quod venditio facta ad mensuram, dicitur conditionalis, & sic imperfecta, *vt in l. si in venditione. §. vbi vero, ff. de periculo & commod. rei vendita, & in l. Iulianus, §. Titius, ff de action. empt.* & tenent Bart. & alij, quos refert Menoch. *d. num. 18.* & Socin. *cons. 26. col. fin. volum. 1.* Roland. *cons 7. num. 14. vol. 3.* Addit. Matthæi de Afflict. *decis. Neapol. 68.* & Azeuedus, *in d. l. 1. nu. 141.* in qua specie non debetur gabella, nec peti potest: quia non est perfecta venditio, quousque facta sit mensura, pondus, vel numerus, & tunc debebitur primo gabellario, non verò existenti tempore mensuræ, ponderis, vel numerationis, *vt supra resoluimus alia quæstione.*

15 Secundò limitat prædictam communem † sententiam Mod. Paris. *dicto §. 51. glos. 1. numero 82.* vt ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partium, & verba dispositiua, transferantur ad actum de futuro: secùs, si, & verba obligatiua, & mens referantur ad actum præsentem, & omnia ad substantiam actus requisita præsto sint: quia tunc licet inferantur verba sonantia in futurum, vt promitto talem rem tanti vendere, tradere, & infra tot dies instrumentum authenticum sub tali sigillo puta Parisiensi, conficere, nihilominus celebratur contractus de præsenti, attenta intentione, partium dispositione, & capacitate materiæ subiectæ, vt in primo casu, inquit consuluisse Anton. Rub. Alerand. *consil. 29.* & notare Fortun. Garf. *in l. iurisgentium, in principio, num. 32. in fine, ff. de pact.* & allegat pro hoc text. quem dicit rotundum in fortioribus terminis,
16 *in l. si procuratorem absentem, ff. de procurat.* vbi † si quis promittit, se ratum habiturum quod actum erit, scilicet, etiam in futurum, hoc indicit ratificationem de præsenti, vt nulla alia deinceps opus sit: quia procurator erat certus, & iudicium certum, & sic omnia concurrebant ad ratificationem de præsenti: etiam si negotium nondum esset consummatum, vt etiam inquit tenere Aretin. *consil. 90. & cons. 100 num. 2. cum seqq.*

Hæc tamen limitatio Moder. Paris. quamuis in eius specie, & exemplo procedere posset promissionis ratificationis futuræ, eius, quod per suum procuratorem actum erit, quod negat Tiraquel. *de retractu lignag. glos. 10. quæst. 14. num. 89.* censet enim cum communi, quod etiam purè promittens habere ratum, non tamen ratificat, & respondet *ad d. l. si procuratorem absentem,* quod ibi præcedebat mandatum, & sic sequens promissio de ratum habendo, operatur ratificationem de præsenti, sine alia ratihabitione; quod si non præcessit mandatum, credit, non satis esse, quem promittere se ratum habiturum. Neque obstat id esse iam ratificatum, nisi re vera (hoc est de præsenti) ratum habuerit, quod congruit litera *d. l. si procuratorem,* vbi non agebatur de constituendo nouo procuratore, sed de iam constituto relevando à satisdatione, tametsi verum non esse contendat Moder. Paris. *vbi supra, num 84.*

Quidquid tamen de hoc sit, in quo potius adhæreo opinioni Tiraquel. quam Moderni Paris. Aliud est enim ratificata, aliud promittere de ratificando; ideoq. non sufficit promittere ratum habere intra tempus, quo actus fieri potuit, nisi, & intra ipsum tempus ratum habuerit *secundum Paul. de Castro, cons. 181. In causa ista quinque principaliter, col. penul. vers. præterea aliud, in 1. par. cons. Bertr. cons. 345. Visa consultationis themate, lib. 2.* idem Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. num. 49.*

Limitatio prædicta Moder. Paris. ad nostrum propositum de promissione de vendendo, subsistere non potest: est enim contra literam, & mentem *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* quæ tantum præcipit de venditionibus deberi gabellam, & strictè est interpretanda, & intelligenda, nempè, de venditionibus, non verò de promissione de vendendo, quantumcumque formali, cum pretio certo, & conditionibus de pactis, quousque ipsa venditio verè fiat de præsenti, vel saltem pro tali reuera habeatur, per traditionem rei, & pretij, *vt supra dicebamus,* & in terminis satis rectè probauit Lassarte *vbi supra, num. 41. cum sequentibus,* & etiam Gironda præcitatus: aliud enim est emere, & vendere, aliud promittere de vendendo, & emendo, & ideo ex sola promissione de vendendo, & emendo, non potest agi ad pretium, *secundum Paul. de Castro cons. 93. In causa, quæ vertitur coram nobili viro, col. 3. versic. ueniendo ad decisionem libro 2.* quem refert, & sequitur, pluribus alijs doctrinis confirmans, Tiraq. *ubi supra, d. num. 49.* non enim verba pacti de vendendo, nec mens partium referuntur ad actum præsentem, sed omnia in futurum conferuntur, ideo prædicta limitatio in proposito nullo modo congruit.

Modo non obstant adducta supra pro prima parte affirmatiua, in principio huius quæstionis.

17 Et non quidem † primum de circuitu euitando, quia

procedit in casibus expressis a iure, qualis hic noster non est; alias secus; vel etiam habet locum vbi circuitus esset inutilis; secus si aliqua inde vtilitas, vt notat Cardin. in d. Clementina, Auditor, 14. quaestione de rescriptis; Dec. in d. l. cum fundus, 6. seruum tuum imprudens, in 1. notab. Tiraq. de retractu conuentionali, glos. num. 71. & ad finem titul. sub num. 41. hic autem circuitus est vtilis propter obligationem ad soluendam gabellam.

18 Non obstat † secundum ex doctrina Ioannis Andreae, desumptum; qua habetur, vt ex sola promissione aliquid faciendi, agi possit, ac si iam factum esset: quia Decius, vbi supra, inquit, illud dictum Ioan. Andr. semper multis doctoribus visum fuisse dubitabile, multis rationibus, de quibus ibi per eum, quas refert Tiraq. d. num. 41.

Ex quibus fit, vt † praecedente praedicta promissione de vendendo, postea re tradita, gabella quidem non debeatur publicano, qui erat tempore conuentionis, & pacti praecedentis, vt deberi censuerunt Antonius Gomes. in 2. tomo variarum resolutionum, capitulo 8. numero 2. & Parladorius libro rerum quotid. cap. 3. §. 3. num. 32. sed praedicta gabella pertinebit ad eum publicanum, qui tempore traditionis fuerit, vt latissimè contra praefatos Authores, bene probat, & tenet, respondens eorum fundamentis Lasart. dicto cap. 17. num. 44. cum sequentibus; & postea in suis nouis additionibus ad dictum suum primum locum, sequitur etiam Gironda, de Gabellis, 9. parte, in princip. num. 5. & 6. folio 181. col. 2. & diximus supra, quaestione 28. tametsi Parladorus vbi supra, in noua impressione facta Salamanticae, anno 1595. suam priorem sententiam, num. 33. cum Anton. Gomez. dicat veriorem, atque eam conatur defendere ab argumentis Lasart. vbi supra.

S V M M A R I A.

1 Venditioni consentiens, an teneatur soluere gabellam? & numero 3.

2 Retractus an habeat locum, quando quis consentit venditioni.

QVAESTIO XLVIII.

An venditioni consentiens, teneatur soluere gabellam?

1 QVaero etiam: An qui non † vendit, sed venditioni consensit, teneatur soluere gabellam? Et videtur casu ipso non debere, aliud enim est consentire, aliud contrahere, Bald. in rubr. in fi. C. de pact. ex textu in l. si pater, §. fin. ff. de manumiss. vindicta. Afflict. in cap. 1. §. vectigalia, num. 40. quae sint Regal. Praeterea, aliud est vendere, aliud venditioni consentire, vt in l. aliud est vendere, & ibi Dec. ff. de reg. iur. ideo, venditio attribui debet vendenti, non vero consentienti, cap. pastoralis, & ibi Collectar. col. 1. ver. ista Decretalis, de donat. & in princ. ne sede vacant. lib. 6. cum similib. ideoq. iura in vno loquentia, non habent locum in alio, vt in d. l. si puto, §. vlt. & in l. si minor, la primiera, ff. de manumiss. vindict. cum simulib. de quo agit Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 9. num. 105.

2 Nihilominus † tamen in praemissa specie locus erit retractui, ac si consentiens venderet, quia mens consuetudinis retractus, & iuris nostri Regij id permittentis est, quod si res transeat in extraneum titulo venditionis, habeat locum retractus, quae quidem mens & hic locum habet: quia consensus in proposito venditioni praestitus, vim habet venditionis, quantum ad id, de quo agitur, vt probat in specie retractus Tiraq. in legibus connubialibus, gl. 1. in 12. quaest. in verbo contractus, & in repet. l. si vnquam, verbo, donatione largitus, in 12 quaest. num 278. cum seqq. C. de reuocan. donat. & de retractu lignag. § 1 glos. 1. num. 56. & glos 9 num 106 cum seqq.

3 Ergo eisdem † rationibus consentiens venditioni rei propriae, debebit gabellam: & hoc est verius, & tenendum, quando consentiens venditioni, recipit, vel recipere debet pretium, vel partem eius, eius namque partis soluet gabellam, vel totius pretij si totum recipiat, vel recipere debeat, vel si ad euictionem se obligauerit, quia tunc censetur vendere, vt in l. in aedibus, §. quod filius ff. de donat. vel etiam si probabilibus coniecturis appareret, consentientem noluisse vendere, sed venditioni consentire in fraudem gabellae; veluti, si vendens esset clericus, vel aliter exemptus: his autem cessantibus consentiens venditioni non tenetur ad gabellam, sed vendens, per l. aliud est vendere, & ibi Dec. ff. de regul. iur. consensus enim domini pretium non recipientis, donationem operatur in fauorem venditoris; itaque in hac specie venditio tribuitur vendenti, non verò consentienti, argumento l. 2. §. cum verò ff. de donat. & in l. id, quod, § si cum primus, ff. de donat. caus. mort. & non inspicitur consentiens, sed is, in cuius fauorem consensit, Salicet. in l. si liqueat, in princip. C. de inoff. donat. vbi quod ille videtur donare, cuius res est, non is, qui tantum verbo donat.

S V M M A R I A.

1 Gabella an statim debeatur de venditione purè celebrata, habita fide de pretio? & num. seqq. resolutiuè affirmatiuè, num. 3. & pertinet ad gabellarium existentem tempore contractus: vt in num. 4.

2 Laudemium an statim debeatur ex venditione purè celebrata habita fide de pretio.

5 Venditor ante diem solutionis pretij, non liberatur vedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellae debitam contra emptorem.

QVAESTIO XLIX.

Vtrum de venditione iure celebrata, habita fide de pretio, debeatur statim gabella?

1 QVaero vlterius, an ex † venditione pura, habita fide de pretio debeatur statim gabella vel expectandus sit lapsus termini solutionis pretij ad hoc, vt gabella peti possit?

2 Et quidem † quo ad solutionem laudemij attinet, quod ante lapsum termini solutionis pretij peti non possit, probat Moder. Paris. in Consuetud. Paris. titulo 2. §. 55. glos. 1. numero 40 cum seqq. vbi dupliciter limitat: Primo, nisi fraus fiat; & dilatio ad soluendum pretium simuletur, tunc namque, quod verè actum est obseruabitur.

Secundo limitat Modern. Paris. num. 46. suam praedictam sententiam, nisi ex alia causa non respiciente rationem, & limitationem pretij, sed in compensationem, vel contemplationem alicuius oneris per emptorem vltra pretium suscepti, & promissi in fauorem venditoris concesserit venditor dilationem pretij: vel si postquàm purè venditor rem vendidisset certo pretio statim soluendo, hodiem de eo habuerit emptori, vt gratiam ei faceret: tunc enim statim laudemium domino debebitur: ergo & gabellario: Cum enim purè gabellario obligatio gabellae acquisita sit, in eius damnum venditor pacisci non potuit, dilationem pretij soluendi emptori concedendo.

Et in terminis strictè praecipientis, quod ex contractu soluatur gabella, idem probat Alexander de Imola, in l. in lege Falcidia non habetur, numero 2. ff. ad leg. Falcid. quem sequitur Roderic. Suarez, in titulo de las arras, §. ex quibus, numero 9. tametsi Bartol. in dicta l. in lege Falcidia, in ea sit sententia, vt licet statim debeat solui vectigal, deducendum tamen sit interusurium medij temporis, quia minor est illa quantitas, quae ad diem est soluenda: Sed opinionem negatiuam Alexandri, sequitur Parladorus libro 1. rerum quotidianarum, capitulo 3. §. 7. numero 15. cum sequentibus, dicens hoc quidem magnam habere rationem, durum enim, & per se iniquum videtur, vt venditor ante pretium receptum vectigal soluere cogatur. Cuius opinionis aliae rationes assignantur, nempè, quod cum nomine gabellae solui debeat decima

psis pretij, quoties venit *l. 1. titulo 17. hoc libro 9. Nona Collection. Reg.* ante solutionem pretij non potest dari eius decima quæ soluatur. Ergo gabella regulanda erit eadem mensura temporis, qua ipsum pretium, argumento *l. nec semel, §. si in habitatione, ff. quando dies legato ced.* Cum igitur gabellarius petens gabellam se similes in contractu venditionis, necesse habet sequi limites ipsius venditionis; nec poterit eos anticipare, vt aliàs inquit Mod. Parif. *in Consuetudin. Parisiens. 1. part. 1. titulo 1. §. 19. glos. 2. in fine.* Deinde, quoniam liberum est vnicuique rem propriam vendenti, fidem habere de pretio, hoc est eam vendere ad crediturn, nec inde aliqua fraus fieri videtur fisco, vel gabellario, quod solutionem pretij in tempus differat, cum non debeat esse melioris conditionis in hoc fiscos, quam dominus ipsius rei; sed venditor vt sibi consulat, vt plurimum contingit, habet fidem de pretio, ergo & fiscus respectu gabellæ, eidem conuentioni stare tenetur, ea enim gabellaria non rogit sic, vel sic vendere.

3 His nihilo secius non obstantibus, † contraria sententia verior est, & receptior in praxi, immo quod in specie nostræ quæstionis ex venditione rei, habita fide de pretio celebrata, statim debeatur gabella; & peti possit antequam veniat dies solutionis pretij.

Primò ex *l. 31. titulo 19. hoc libro 9.* dum generaliter præcipit, statim post quinque dies, a tempore venditionis contractæ computandos, deberi solui gabellam, nulla distinctione facta, an venditio pura sit, vel in diem celebrata: ergo nec nos distinguere debemus, *vt in iuribus vulgaribus.* Vnde minus benè dixisse videtur Paiadorus *vbi supra,* scilicet, cum venditio habita fide de pretio facta sit: hæc namque limitatio ad eam legem nimis licentiosa est, & non secura, immo falsa, vt ex prædictis patet, & affirmat Laffartus *de decim. vendit. cap. 6. nu. 24.*

Secundò, ex *l. 10. tit. 17. hoc libro 9. ad finem,* ibi. *Por no ser acabada, de pagar, &c.*

Tertiò, quia licet decima pretij soluenda sit nomine gabellæ, *vt in d. l. 1.* non tamen est, nec dici potest onus adiectum ipsi pretio, ita, quod ipsius naturam, & conditionem sequi debeat, sed potius est onus consequutiuum contractus venditionis, & permutationis, vt sæpècum Baldo *in l. 1. numero 4. C. de contrahenda emptione* docuimus in hac materia. Etenim propter ipsam venditionem, aut permutationem, ex ipsa soluitur gabella: atque principio concessa fuit gabella nostris Regibus a populis huius Regni ex venditionibus rerum suarum: quantitas autem gabellæ a lege definata est decima pretij, quo res venierit: Aduerta tamen, ipsam legem non dicere: *De todo el pretio por que vendieren, y se pagare:* sed tantum *de todo el pretio por que vendieren.* & in principio: *Mandamos que los vendedores paguen el alcauala,* itaque nullibi repetitur facta mentio solutionis pretij, ad hoc vt gabella debeatur, & soluenda sit, sed tantum de venditione pretij ideo autem fit mentio, vt designetur quota eius soluenda pro gabella, hoc est decima: non ergo gabella soluenda sequitur rationem, aut conditionem pretij: aliàs enim si pretium ad venditorem numquam perueniret, gabellæ locus non fieret, quod verum non est, quia venditione semel celebrata, quidquid de pretio postea contingat, debetur gabella, vt quotidie in praxi videmus, atque ita curandum non est, an res tradita vel pretium solutum sit ad hoc, vt illud peti possit, vt docuimus supra alia quæst. Tandem quia si aliud diceremus, in manu venditoris esset differre gabellæ solutionem pro libitu suo, asserendo sæpè, ac sæpius, sibi pretium non esse solutum, vel dilationem concedendo per gratiam emptori ad solutionem verè, vel fictè, vel exigendo per partes etiam minimas, aliasq. fraudes confingendo in præiudicium iurium Regalium, quod esset maximum absurdum.

Et in terminis hanc partem sequitur, & tenet Auendan. *responso 29. in principio, ante numerum primum, & in versiculo fiscus,* sed ex oppositio latè contra Paiadorum probauit dicens, ita ex facto iudicasse Laffartus, *dicto capitulo 6. numero 29. cum sequentibus,* & Gironda, *de Gabellis, 4. parte, §. 2. numero 1. cum sequentibus, vbi numero 8.* quod istam opinionem semper practicatam vidit: & quod intelligi potest, & habeat locum in casibus, in quibus res vendita traditur, nec dominium transfertur venditione facta, habita fide de pretio: Eamdem sententiam latè etiam probat, & tenet Azeuedus, *in dicta l. 1. numero 82. cum sequentibus, titulo 17. hoc libro 9.* vbi refert quinque effectus resultantes, ex hac tenenda sententia: & in praxi sic video receptum, & obtentum, prout etiam affirmat Azeuedus *in dicta lege, numero 95.* dicens, se vidisse Regia sententia in Senatu Regio dominici patrimonij determinatum, & decisum nullo interlapso medij temporis venditori per gabellarium soluto, neque soluendo, vt volebat Bartolus vbi supra, citatus. Non obstant etiam rationes contrariæ partis: quia iam ex supra dictis diluuntur, & nuncupatim eis satisfaciunt Laffarte, & Gironda, *vbi supra.*

4 Illud autem procul dubio in proposito est, † quod siue hanc quam sequimur, siue priorem opinionem sequaris, gabella illa omnino soluenda est iis gabellariis, qui tempore contractus fuerint: non autem illis, qui fuissent die solutioni adiecto, *vt tradit Ioannes de Platea, in l. sancimus, C. de Consul. lib. 12.* quem refert ad hoc Laffart. *vbi supra nu. 25.* & probatur in l. 12. *ad finem in versiculo, y los arrendadores, ibi. Y puesto què las dichas yguales y pagas se fanan a la salida de los ganados:* & tenet Azeuedus *in d. l. nu. 86. versiculo quintus, & nu. 87.* vbi refert Laffartum idem tenentem *cap. 5. num. 10.*

5 Nec venditor † ante diem solutionis pretij rei venditæ liberabitur, cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debitæ, vt illam exigat ab emptore, adueniente termino solutionis pretij: cum enim venditor statim venditione celebrata, ratione ipsius contractus, teneatur soluere gabellam; vt verissimum, & receptum esse docuimus: non adimplebit cedendo actionem, nec potest obligationem suam personalem in emptorem transfundere, inuito creditore, qui est gabellarius, contra regulam *l. si mandato meo, § item si cum ibi notatis, ff. mandati.* ita est tenendum, tamen in hoc contrarium velit Mod. Paris. *in Consuetudine Paris. 1. parte, titulo primo, § vigesimo secundo, ad finem,* dicimus ita illud notabile: sed illud in nostra materia gabellæ verum non est, nec in praxi recipietur, sed quod præmisimus, *secundum* Laffartum, & bene, vbi supra, *num. 28.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex remissione partis pretij conuenti? distinguitur numero secundo, vbi quid ex augmento, & num. 4.*

2 *Laudemium an debeatur ex diminutione, vel augmento pretij.*

3 *Fraus quomodo probetur in diminutione pretij contra gabellarium?*

Q V AE S T I O L.

An ex remissione partis pretij conuenti debeatur gabella?

1 QVæro deinde: An ex remissione partis pretij conuenti facta debeatur gabella? Et videtur quidem ex hoc gabellam non minui, sed ex toto pretio conuento deberi integram, quia postquam est debita gabella, partes in præiudicium tertij, hoc est fisci, vel gabellarij, non possunt a contractu discedere, iuxta doctrinam Baldi, *in l. si constante, columna, secunda C. de donation. ante nupt.* communiter ubique receptam, de qua supra *quæst. 10. num. 2.* meminimus.

2 Nihilominus tamen † in re hac ita distinguendum videtur: ut siquidem incontinenti re integra pretium constitutum, atque conuentum diminuatur, gabella etiam diminuatur respectiuè, & ea solum soluatur, quæ

quæ conuenit pretio rei venditæ soluto, vel soluendo: cum liberum sit partibus incontinenti ab emptione discedere, *vt in l. ab emptione, cum similibus de pactis*. Si verò ex interuallo hoc fiat, aut causa donationis, gabella non minuitur, sed integra soluitur ex pretio primum conuento: donatio, enim, *o illa quita*, nihil attinet ad venditionem præcedentem semel perfectam in præiudicium tertii: si verò diminutio pretii ex interuallo fiat, absque fraude, ad reformationem excessus, vel inæqualitatis iusti pretii in illo cōtractu subsistentis, tunc cum reformatio hæc respiciat ipsum contractum emptionis, & venditionis, diminuat etiā respectiuè gabellam, quemadmodum per contrarium, & ipsa augebitur, si pretium conuentum augeatur, vt in terminis laudemii probauit Mod. Paris. *in Consuetudine Parisien. titulo secundo, §. quinquagesimo quinto, glossa quinta, numero secundo*, dicens, quod si emptor emit pro mille, sed non soluit, nisi sexcentum, & liberatus fuit, nihilominus tenetur soluere laudemium ad rationem pretii conuenti, non autem soluti, & hoc, nisi constaret, rem non valere circiter vltra sexcentum; & quod remissio pretii conuenti facta est ex iusta causa, & per modum reformationis contractus, quæ etiam ex interuallo, re non sequuta, fieri potest, dummodo non simulatè, sed ex iusta causa, licet in consequentiam redundet in præiudicium domini; Quemadmodum è diuerso, si, eo quod res plus valebat, reformatum fuerit pretium in augendo, nedum si per modum reformationis contractus, sed etiam si per modum simplicis supplementi, vel ex libro secundo C. de *rescindenda venditione* vel etiam citra compulsionem dictæ legis, quia nō erat læsio vltra dimidiam, secundum veram proportionē, sed voluntariè bonam fidem agnoscendo suppleuerit emptor iustum pretium, debēt solui laudemia nedum de pretio conuento, sed etiam de augmento, vel supplemento: & è contra, de pretio bona fide diminuto tantū, nisi hæc fiāt donandi causa. Et addit *num. 3.* quod in dubio, quando non apparet de causa augmenti, sed constat de pretio soluto, fundatam habet dominus intentionem suam ad ratam pretii veri soluti: nisi essent fortiores præsumptiones pro donatione, quod res non valaret vltra pretium conuentū, & venditor erat plurimum meritus, vel dilectus ab emptore, qui etiam allegaret, se plus soluisse animo donandi? Ergo idem videtur obseruādum in terminis nostræ quæstionis gabellæ soluendæ.

Fraus autem in diminutione pretii contra gabellam fieret, quando ex commensuratione pretii, & appretiati, interesse, constaret maximum inter hæc differre, hæc namque est coniectura magis iuridica dignoscendæ fraudis, *l. 1. §. 2. ff. de superficieb. Decius conf. 500. num. 5. & ibi eius Addition.* Sed & aliis coniecturis id constare poterit, & ideo iudices tenentur inquirere ad petitionem gabellariorum super huiusmodi fraudibus, quibus partes vt plurimum vtuntur ad fraudandam gabellam, & veritatem eruere: *Si fingen vnos contratos, de que no se deue alcauala, como son donaciones, por otros de que se deue, o si pone menos precio de aquello que reciben, o hazen otras fraudes, por encubrir la dicha alcauala: y si hallaren ser ansi, hande des hazer las fraudes, y hazer acudir al arrendador o receptor de las alcaualas, con todo lo que montare el alcauala auido respeto al verdadero precio, con mas el quatro tanto de la dicha alcauala.* Ita decidit nuncupatim *l. 11. titulo 17. hoc libro nono, Noua Collect. Reg.*

4 Aliàs autem, si † cessante fraude ex prædictis iustis causis diminuatur, vel augeatur pretium conuentum, rectè procedere videntur superiora. Nihilominus tamen in nostra materia gabellarum, etiam si reformatio pretii absque fraude fiat, ex causa læsionis intra, vel extra dimidiam, contrarium tenendum, & obseruandum erit: immò, quod gabella debeatur, & soluatur respectu totius pretii conuenti, licet excessiuum sit, vel etiam respectu augmenti suppleti ex rationibus, quibus supra hoc probauimus, & resoluimus *quæst. 12. per totam in materia l. 2. C. de rescind. vend.* & tenet Azeuedus *in d. l. 1. numero 156.* Quod si fraus contra gabellam intercesserit, a fortiori idem erit dicendum.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex franquitia, hoc est, quando se vende por precio franco de alcauala? resoluitur affirmatiuè numero 2.*
3 *Onera adiecta emptori sunt pars pretij, sicut contra adiecta venditori sunt pars rei.*
4 *Restitutio non conceditur pro minimo, idemq. in materia pœnali procedit, in qua, qui omisit facere quod tenebatur, vel indebitè fecit in minimo pœnam non incurrit, & potius præsumitur error quam culpa: secus quando agitur de iure ordinario cuiusque, tunc enim minimum consideratur.*
5 *Gabellarius potest venditorem conuenire pro gabella, licet ille pro pretio franco à gabella vendiderit: non tamen emptorem, nisi cessa per venditorem actione, vt in num. 7.*
6 *Venditor, quod soluerit nomine gabellæ, recuperabit ab emptore, cui ex pacto incumbit eius solutio.*
8 *Emptor à gabellario conuentus in præmissa specie, si iudicium sponte suscipiat quamuis de iure non teneatur, exceptione taciti pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, vtiliter repelletur.*

QVAESTIO LI.

An ex franquitia (hoc est) de la franqueza que se heze en el precio de alcauala, gabella debeatur.

1. QVæro præterea, † *an cum venditio sit franco pretio, nēpè mille aureis, ea lege, vt emptor teneatur soluere gabellam, ipsa soluenda sit tantum de illo pretio conuento mille aureorum, vel etiam de quantitate gabellæ?*

Et prima quidem facie videtur dicendum, de pretio tantum conuento, quod peruenit ad venditorem, gabellam esse soluendam, ex *l. 1. titulo 17 hoc libro 9. Nouæ Collect. Reg. ibi: Los vendedores paguen el alcauala de cada diez marauedis vno, de todo el precio por que vendieren.* Facit præterea doctrina Mod. Paris. *in Consuet. Paris. titulo 2. §. 55. glos. 2. num. 3.* vbi in simili specie conuentionis tenet, non deberi duodecimam duodecimæ, quæ est infra centesimam quinquagesimam partem pretii: quia vix est præsumendum pretium pro tantillo augmētatum, nec de hoc habenda est ratio, *l. scio, ff. de in integr. restit.* per Antoniū Cortesium *in tractatu de minimis*, nisi de maximo pretio ageretur, & verisimile esset ad notabilem aliquam quantitatem auctum pretium, propter dictum onus adiectum in venditione.

2 Nihilominus tamen † contraria sententia in nostra quæstione gabellæ tenenda est, immò, quod ipsa debeatur, & soluenda sit non solum de pretio conuento, quod peruenit ad venditorem, sed etiam de ipsa gabella eiusdē pretii, quæ pacto contractus emptori adiecta fuit: hæc enim est pars pretii, quia verisimiliter, res minori pretio venditur, & emitur ex eo quod emptor se grauet onere soluendi gabellam, quod aliàs ad venditorem nostræ legis authoritate spectabat, & sic minor esset gabella, si non solueretur nisi de pretio conuento, debet enim solui etiam de oneribus adiectis emptori, † quæ sunt pars pretii; sicut onera
3 adiecta venditori sunt pars rei, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt. l. si sterilis, §. si tibi, ff. de action. empt.* Augent enim, vel minuunt contractum, & ideo debent æstimari secundum *Bald. cons. 164. Maritus, in fi. lib. 5.* Ex quibus hanc opinionem in venditione feudi, hoc pacto celebrata, quod pretium sit francum, & liberum venditori quod debeatur patrono quintum, & sub quintum pretii, probauit idem Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 24. nu. 1.* Ergo idem dicendum est in nostra quæstione.

Secundò eadem verissima sententia probatur in prætata *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: De todo el precio que vendieren:* qui enim totum dicit, nihil excludit: sed prætera

prædictæ

prædictū quod emptor teneatur soluere gabellam, est pars pretij, quia ob id res minori pretio venit, *vt probauimus*. Ergo, & de hac gabella subgabella etiam solui debet, ex
4 quo cessat primum fundamentum partis contrariæ. † Secundum etiam eiusdem partis fundamentum in proposito locum non habet, quia quod dici solet, de minimis non esse curandum, procedit in eum sensum, vt pro minimo nō conceditur restitutio, & sic remedium extraordinarium, *vt in d. l. scio*, idemq. in materia pœnali procedit, in qua qui omisit facere quod tenebatur, vel indebitè fecit, in minimo pœnam non incurrit, & potius præsumitur error, quam culpa, *l. quamuis*, & ibi Bald. *ff. de condit. & demon.* Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 56. num. 38. & 39.* Secus quãdo agitur de iure ordinario cuiusque: tunc enim minimum etiam consideratur, *l. si proprietarius*, & ibi Bart. *ff. de damno infecto.* Alciat. *de verb. signific. lib. 1. num. 79.* & Tiraq. *in repet. l. si vnquam, verb. omnia, vel partem aliquam num. 15. C. de reuocan. donat.*

Et ideo in terminis nostræ quæst. hanc secundam partem merito probarunt Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 7. num. 45. secundum priorem impressionem*, & Laßartus *de decim. vendit. cap. 15. num. 19. cum seqq.* vbi quod iure viuitur, & seruatur in praxi: sequitur etiam Gironda, *de Gabellis in prælud. num. 34.* tametsi eorum opinio non placeat Azeuedo, *in d. lib. 1. num. 81.* priuatis quibusdam rationibus, quæ potius opinionem supradictorum comprobant, quam propriam ipsius Azeuedi.

5 Illud tamen addiderim, quod † in specie nostræ quæstionis, quoties pacto conuentum ad emptorem spectat gabellæ solutio, nihilominus gabellarius poterit pro ea venditorem conuenire, non enim is suo pacto facere potuit, vt obligationem suam, inuito creditore, fisco, scilicet, aut gabellario, in alium transferret, vt probat text. *in l. inter debitorem ff. de pact. & in l. si mandato meo, §. item si, cum ibi notatis, ff. mandati* & in terminis probat Laßartus *d. cap. 15. num. 11. qui num. 12.* rectè ex hoc obseruat, nihil speciale tradi *in l. 8. tit. 19. lib. 9. Nouę Collect. Reg.* dum decidit, quod vendens clerico, vel aliæ personæ priuilegiatæ, atque a solutione gabellæ immuni, sit aeque pretio, hoc est, *horro de alcauala*, teneatur soluere gabellam, quia hoc non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita recte conueniri queat, quam quod ita de iure est, ex prædicta ratione in quocumque emptore, quod quidem manifestè probat nobis lex illa in illis verbis: *Que los vēdedores ayan de pagar el alcauala, como si los vendiessen a personas legas*: iunctis verbis statim sequentibus, *b. Y que esto aya lugar, y se guarde no embargante, que los compradores estēn ptos compren los bienes horros de alcauala*: Probat ergo expressè lex ista: *Que vendiendo vno horro de alcauala, aora sea o Clerigo, o a personas legas, se puede cobrar de los herederos, y otras cosas, que se vendieren*: quam legem intelligit Gironda, *de Gabellis, 3. parte §. 1. num. 31. & 34.* per iudicem sęcularem, quia hypotheca, & causa successionis tributi iurisdictionem.

6 Sed quod † venditor in hac specie soluerit nomine gabellę recuperabit ab emptore actione ex vendito, argumento text. *in l. 2. C. de hæred. vel actione vendit. & l. 2. §. si venditor, ff. eod. tit.* & in terminis probant Menchia. *de succeß. creat. §. 20. num. 25. versic. in summa*, & Laßartus
7 *vbi supra, num. 13.* gabellarius † autem non poterit conuenire in specie præmissæ quæstionis emptorem, nisi cessa
8 per venditorem actione, † quod si emptor aliàs a gabellario conuentus, iudicium sponte susceperit, quamuis de iure non teneatur, exceptione tacita pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, videtur repellendus, *argumento l. 2. C. de pact.* quam ad hoc latè expendit contra glossam ibi, & omnes, Laßartus, *vbi supra, num. 14. cum seqq.*

SVMMARIA.

1 *Gabella an deducenda sit ex toto pretio, quo res venit antequam deducantur ex eo expensa facta in venditione, vel deductis prædictis expensis? & num. sequen. resolutur affirmatiuè.*
2 *Gabella soluenda ex legato solum deducenda erit ex eo, quod superest deducto onere legati.*
4 *Decima prædialis Ecclesię debita computatur sine deductione expensarum, quæ fructuum ratione fiunt: idem est in tributis quotæ partis fisco debitis.*
5 *Gabella soluenda pretio venditionis, an sit soluenda deductis expensis factis in proxenetis, & subhastationibus, & aliis, refertur distinctio Bart. communiter approbata.*
6 *Promissum an sit deducendum de pretio rei venditæ, antequam de eo soluatur gabella? & num. seqq. resolutur affirmatiuè.*
7 *Impensæ venditionis in duplici sunt differentia, ut hic.*
9 *Promissum non est de natura venditionis, nec de eius substantia, sed dans causam eidem.*
11 *Administratores redditum Reipublicæ possunt promissa licitantibus concedere.*
12 *L. 6. tit. 13. lib. 9. Noua Collect. Reg. intellectus.*

QVAESTIO LII.

An ex pretio pro quo res venierit, deducantur expensæ antequam gabella, vel ex toto pretio sit soluenda?

1 QVæro modo † circa eamdem *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* an ex toto pretio quo res venierit, *quodque ab emptore solutum sit, gabella deduci & solui debeat, an potius de residuo pretij deductis prius impensis factis, tam pro præparanda applicanda, & perficienda venditione, vt puta sumptibus subhastationum, si res subhastetur, vel sumptibus chartarum proxenetarum, tabellionum, & huiusmodi; vel etiam quod promissi nomine datur*, hoc est, lo que se da de prometido.

2 Et quidem quo ad priores sumptus (extra causam promissi, de quo postea in hoc eodem capite agemus) Doctores nostri fuse inter se dissident mouent enim Bald. per tex. *ibi in l. non amplius ff. de leg. 1.* quod si debeat solui gabella ex legato, ea tum soluenda erit de eo, quod onere legati deducto, superfuerit, quem DD. sequuntur, & plura in proposito congerit Segur. *in l. si ex legati causa col. 13. ff. de verb. oblig.* & in terminis nostræ quæstionis Pirmian. Berract. *de Gabel. 8. par. 3. memb. num. 45. vol. 12. tract. diuers.* Doctor in antiquis, & postremis gans Tiraq. *de utroque retractu, tit. 1. §. 15. glos. 1. num. 5.* & Compegius *de dote, 2. parte, quæst. 22.* & e nostris in tu Audito Castell. *in l. 70. Taur. in glos. El alcauala, in addition* Mexia, *in pragmaticam taxæ panis, conclus. 2. num. 94.* & Baptista Villalobos *in suo ærario communium opinionum, littera E, num. 3.*

3 Contrariam tamen sen tentia † in hoc verior est, & tenendam, immo quod gabella soluenda sit ex toto pretio conuento,
4 absque deductione prædictarum expensarum, † quia sicut decima prædialis debita Ecclesiæ computatur sine deductione expensarum, quæ fructuum ratione fiunt, *ut in c. tua nos, & ibi Doctores, de decim.* Rebuff. *de decim. quæstione 11. num. 3. & D. Soto, de iustitia, & iure lib. 9. quæst. 4. artic. 2.* itaetiam, † ii quota parsta ne tributi fisco debeatur, absque villa expensarum deductione soluenda est, ob vtilitatem publicam, quæ tributorum solutione consistit, *ut inquit Auendan. 2. par. cap. 14. num 15.* Mat. in de Afflict. *decis. Neapol. 252. num. 7.* Tiraq. *ubi supra* Hunt Paul. *de Castro, num. 3. & ceteri in l. si ui ctus, ff soluto matrim.* & quantorum specie deteriores tantum si altera certitium tenent utroq. consonante valde id, vt non illa et adductis per Tiraq. *ubi supra, num. 12. & 13.* & per Addit. Bernar. Diaz de Lugo, *in reg. 202. uers. 2 limit.* & Bart. *de decim. cur. c. 20. num. 2.* & Ioan. Guti. *de expens. & meliorat. cap. 1. num. 20.* & ideo ad decisionem huius quæstionis principalis de gabella secura satis non videtur doctrina Auendani, & ceterorum prælatorum.

Nihilominus tamen prælata nostra 2. principalis sententia, de re hac verissima est, & tenenda in praxi, nempe, quod prædictæ expensæ non deducantur ex pretio, sed quod

quod gabella soluenda sit ex toto pretio conuento, prædictis expensis minime deductis, eo nempe potissimum fundamento, quod lex nostra non præcipiat gabellam solui ex pretio, quod ad emptorē perueneri, quo casu ingenuè faterer prædictas expensas deducendas esse, sed potius inquit: *de todo el pretio por que vendieren*: ergo non deducuntur impensæ, quia alias non solueretur gabella de toto pretio, quo vendiderint, stante autem, & communiter recepta doctrina Bar. *in l. sed si hoc, §. cuidam, num. 1. ff. de con-*
5 *dit. & demonstrat.* † quæ habet, quod si lege, vel statuto caueatur, vt ex pretio rei venditæ soluatur gabella sex denariorum pro libra, ea solui debet, deductis expensis, quæ in proxeneticis, & subhastationibus, aliosve modo factæ erūt, quia pretium rei dicitur, deductis expensis, & labore: si autem lex, vel statutum ita disponat, vt ex pretio, quo res uenierit, gabella soluatur, vt nostra lex 1. Regia præcipit, atque disponit, tunc absque vlla expensarum deductione ex toto pretio conuento, & per contrahentes in venditione deducto, soluenda est tem tanti venditam esse; quam Bart. doctrinam, & distinctionē sequitur, plures allegans, Mod. Paris. *in Consuetud. Paris titulo 1. §. 24. numero 2. & 3. & Afflict. in capit. 1. §. vectigalia, numero 146. quæ sint regal. in vsib. feud.* estq. communiter approbata, *secundum Lassartum, de decim. vendit. capite 19. numero 2. cum seq.* Ergo cum nostra lex Regia, 1. titulo 17. hoc libro 9. *Mande, que se pague el alcauala de todo el precio por que vendieren*, ad huius regalis decimæ computationem non erunt deducendæ expensæ prædictæ, prout in terminis eiusdem legis & ex præfatis verbis ipsius rectè probauit Ioannes Parladorius *rer. quotid. lib. 1. capit. 3. §. 7. numero 46.* & sequuntur Lassart. *vbi supra, num. 3* & Girond a *de Gabellis in prælud. num. 34.* & Azeuedo, *in d. l. 1. Regia, num. 152. & 153.* Et ita tenendum, & quotidie in praxi obseruari videmus quidquid vix id defendi posse dicat Ioannes Orosc. *in l. cum quædam puella, §. quoties, numero 4. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et licet contrarium probent ceteri supra citati, & Antonius Gomez *in 1. tomo variar. resolut. capit. 12. num. 25.* quorum dicta ad terminos dictæ communis distinctionis Bartoli reducenda sunt, & iuxta eam intelligenda, tamen etsi in eius applicatione ad nostram legem Regiam valde errauerint, *secundum Lassart. vbi supra, num. 2.*

6 Superest, vt videamus † de secundo, nēpè, de promisso, hoc est, *del prometido, si de ello se deue, y ha de pagar alcauala, o si ha de sacar el prometido, y de lo restantè solamente pagarse el alcauala*: Hæc aliquanto maiorē dubitationem habet, quam præcedens de alijs impensis, quas resoluimus non esse deducendas, sed de omni pretio soluendā asse gabellam, ex nostra lege vt supra inducta.

7 Impensæ enim † venditionis in duplici sunt differentia; quædam enim sunt ab extra ipsius contractus venditionis, vt iura portationis rei venditę, & in proxeneticis, præconiis, & tabellionibus expēsum, & similia, quæ, etsi requirātur pro adiuuanda, & præparanda uenditione, adhuc tamen non efficiunt, nec constituunt ipsum contractum, aut eius pretium, quia sunt extra rem, & contractum, & de his loquitur distinctio Bartoli communiter approbata, de qua supra, ut patet: Aliæ uero sunt expensæ ipsum contractum efficientes, atque perficientes, uel saltem dantes caussam eidem, & pretio ipsius, *como el prometido*, quo emptores alliciuntur ad maius pretium pro rebus offerendum, quam aliàs offerrent, si eis non promitteretur, & adeo hæc impensa cohæret contractui, ut si non soluatur promissum, de iure communi posset rescindi uenditio, *l. cum te, C. de pact. inter emptor. & vendit. & l. 58. titulo 5. partita 5.* Et ideo hæ impensæ, *del prometido*, a principio uidentur pretium mouere, quandoquidem apud uenditorem non remanent, sed apud adiicentes sub prædicto promissio, modo ipsi remaneant cum rebus uenditis, modo alii, & sic diuersę uidentur hę expensę à primis: præcipuè, quia hoc genus promissi, de quo loquimur, ipso iure minuit pretium, ita vt reuera pretium rei venditæ hoc promissum non videatur, *l. quod dicitur, ff. de impensis in rebus dotalibus factis*. At impensæ in rerum venditione factæ, nunquam ipso iure pretium diminuūt,

l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. l. si cognouerit, ff. de pignorat. act. Ergo nil mirum si diuersum ius in eis statuatur, hoc est, *que del prometido no se pague alcauala*.

Secunda autem pars coadiuuatur, si obseruemus nostram legem *titulo 17. hoc lib. 9.* non imponere nobis soluendi gabellam verbis habentibus respectum ad certum, & determinatum pretium, hoc est, reiiciendum, vel quo res venierit, quia potius loquitur verbis respicientibus res ipsas venditas, quod autem pertinet ad pretium, remanet indistinctum, loquitur enim: *El alcauala de todo lo que se vendierē*, Nec obstat, quod infra sequitur, scilicet, *De diez vno*, quia hoc non pungit, vt vnum pretium potius quam alterum soluatur, nempè, receptum, vel recipiendum, aut conuentum, sed potius designat quintam partem soluendam, non vero aperit, cuius pretij hæc quota sit soluenda.

Non etiam obest eadem l. 5. dum inquit: *Que los vendedores paguen el alcauala enteramente*, hoc namque eumdem habet sensum, & intellectum, vt venditores integram gabellam soluant, non vero partem, hoc est, pro medietate, vt olim erat in vsu, *iuxta l. 17. tit. 18. hoc lib. 9.*

Tertiò, pro hac eadem parte repugnat iustitia naturalis; cum enim hoc promissum caussam det contractui, & crescere faciat eius pretium in communem vtilitatem Regis, & venditoris, secundum naturam est, vt quem sequuntur commoda, sequantur & incommoda, atque admonitio, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. c. qui sentit, eodem titulo, cum similib.* alias enim esset melioris conditionis fiscus, quam dominus rei venditæ, atque inæqualitas magna daretur inter eos, & iniusta, diuersoque iure censeretur vnus idemq. contractus, absque diuersis respectibus, sine culpa venditoris, quinimmò sua propria industria, & diligentia fisco proficua, eidem domino noceret, quo ad solutionem gabellę respectu promissi. Cum igitur nostra lex 1. huic iuris regulæ prænarratæ expressè non deroget, iuxta eam intelligenda, atque interpretanda est, vt careat in dubio vitio iniquitatis, *argumento l. in ambigua, ff. de legibus*.

Quibus fit, vt hāc opinionem in terminis nostris, nempè, vt promissum deduci debeat a pretio rei, & ex residuo tantum debeatur gabella, probauerit Parladorus *lib. 1. rerum quotidian. cap. 3. §. 7. num. 47.* quam etiam scio prius tenuisse, & sequutum fuisse grauissimum Iurisconsultum huius Regni vita iam functum, vt in eius priuatis scriptis probatam vidimus, & procul dubio in praxi admissam accepimus, & affirmat Azeuedo sequutus Parladorū contra Lassartum *in d. l. 1. num. 154.* dicens, male voluisse Lassartum contrarium.

Sed quod promissum hoc deduci non debeat quo ad so-
8 lutionem gabellæ, sed potius † ex toto integro pretio gabella computatur, & soluenda sit, verissimum esse censet atque late probare nititur Lassarte *d. cap. 56. num. 6. cum seqq.* tam ex littera *d. l. 1.* Regiæ, dum generaliter dicit, præcipit, & statuit, vt pro gabella soluatur decima totius pretij, quo res vendita fuerit, quam quod licet centum (verbi gratia) data sit emptori promissi nomine, vt mille rem emeret, nihilominus res mille vendita est, quia promissum pretium non minuit ipso iure, alia enim licitatio non fieret super promisso, nec si alius pluris licitetur, primus emptor promissum acciperet, quod est falsum, & præterea necessarium esset in præconio explicari promissum datum: hoc autem non est ita, quin potius contrarium seruatur in praxi: ergo prior opinio vera non est.

Præterea allegat pro se Lassar. quasi expressam legem 6. titulo 13. hoc lib. 9. ibi: *Y que la dicha quarta parte de puja se entienda ser fecha contando por precio de la renta todo lo que della nos emos de auer, y saluado, y situado que aya en ella; y los prometidos que en ella se han otorgado*: quæ decisio non ex alio procedit secundum ipsum, quam quod promissum extra pretiū rei sit, nec illud minuat, alia enim ratione datur, scilicet, vt emptores ad pluris licitandum inuitentur, cui leg. Regiæ, tantum respondet Parlador. illic alia ratione, promissa hæc in pretio computari, sed eam rationem non aperit, & Lassar. nullam inuenit nisi quam

pra dixit: ergo fortis est hæc lex, & expressa contra Parladori opinionem.

Neque secund. Lassart. doctrina Bart. communiter recepta secundum Parlador. *vbi supra. d. num. 47.* & Lassar. *d. cap 16 num. 5. & 14.* quam pro se allegat Parlador. *in l. quantitat. ff. ad leg. Falcid.* nocet. quoniam potius pro hac secunda opinione facit, cum ibi Bart. promissum cum dato proxeneris, & alijs impensis confert, atque coniungit: ergo quod de impensis supra diximus, iuxta eiusdem Bart. alibi communem distinctionem, de promisso quoque dicendum est. Nec etiam inquit Lassart. obstat *l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact.* quia immò ea lex de impensis loquitur, quas certum est, gabellam non minuere.

9 Similiter pro Lassart. responderi † poterit ad primum fundamentum, quod nos supra pro opinione Parlad. adduximus, nempè, de duplici differentia expensarum ab extra, scilicet, & ipsum contractum efficientium, &c. vt promissum, nempè, promissum nihilominus rem separatam esse ab ipso contractu, est enim præmium quod dominus offert, vt pluris liciretur res sua, & sic quid accessorium: non tamen ideo est de substantia, & essentia contractus, qui sine promisso fieri potest, & sæpè accidit, vt quis promissum lucretur, & remaneat sine se vendita: est igitur causa inductiua contractus, non verò essentialis ipsius, nec de eius natura, vt videre licet in casu *l. 58. titulo 6 par. 5.* & constat ex glos. *in l. eum te, C. de pact. inter empt. & vend.* vbi aliud est contractus venditionis, & aliud, quod causam dat contractui; & ita pro eo quod præcedit contractum eidem causam dante, agitur præscriptis verbis, *l. apud Labeonem, §. . . ff. de præscript. verb.* ex pacto tamen incidenti in ipso contractu tam perfecto agitur actione ex empto, *l. tenetur, §. si vendidi, ff. de act. empt.* nihilominus tamen aliud est, quod in venditione incidit, aliud verò, quæ causam præbet: Fit igitur ex supradictis, vt promissum non sit de natura contractus, nec de ipsius substantia, sed dans causam eidem tamquam res alliciens ad licitandum maiusq. pretium offerendum pro re venali, venditioniq. exposita: Ergo in pretio connumeratur.

Ad considerationem supra factam nostræ legis primæ *tit. 17. hoc lib. 9.* pro prima opinione respōderi pōt, potius eam hanc secundam partem probare verbis expressis, quā priorem, cum præcipiat gabellam esse soluendam a venditoribus, *De todo el precipio porque vendieren de diez vno,* sed promissum est pretium, *vt in d. l. 6 tit. 13. libro 9.* Ergo Lassarius habet intentum contra Parladorum. Quibus, alijs fundamentis firma manere videtur hæc secunda sententia Lassarti cum qua ipse residet ad finem illius capitis 26. *& num. 32.* quidquid (vt ipse ait) audierit a senioribus quibusdam gabellarijs, quos in hac materia sæpè consuluit, numquam se de toto pretio decimam exegisse, nec vidisse ab alio exigi, sed deductis promissis: nihilominus tamen verius esse resolutu, promissorum, & impensarum vnum, & idem ius esse, cuius veritati praxis non derogat, *iuxta l. 1. tit. 18. hoc lib. 9.*

Quid tenendum? Ego in expensis, de quibus primo loco egimus, eas non esse deducendas ad solutionem gabellæ, probo, & hoc iure vtimur.

10 De promisso † contrarium resoluo, & teneo cum Parladoro & reliquis contra Lassart. scilicet, quod id deducitur prius a pretio rei venditæ, & de residuo tantum soluatur gabella, multum siquidem differt promissum a ceteris impensis: illud namque pro communi vtilitate venditoris, fisco conceditur, postquam res venditioni exposita est, non sic de ceteris impensis, Vnde stante prædicta iustitia naturali, de qua fecimus vltimum fundamentum pro opinione Parladori, absurdum profectò, & iniquum videtur, vt quod pro communi vtilitate gestum esse patet, domino gerenti vtiliter negotium etiam fisci noceat.

11 Præsertim † quia etiam administratores redditum Reipublicæ, possunt allicere conductores dando eis, & promittendo certam quantitatem pecuniarum, vel aliarum rerū, ob id, quod conducant in certa quantitate, vel in euentum alicuius conditionis, quod vulgo apud nos dicitur: *Dar prometidos, por ser como es esto en fauor de la Republica, y de sus rentas, y en atrecentamiento dellas,* Ita tenet, & probat Auen. *cap. 12. in versic. circa quod est notandum, in 2. par.* & Auiles *cap. 32. præt. colum. 1. versic mihi 219.* & Girond. *de Gabellis, 2. par. §. 1. num. 10.* & alij communiter, estq. verissimum, & in praxi receptum. Ergo a fortiori id licitè, & sine damno, & incommodo suo hoc idem poterit dominus rei, eam vendēs facere vtilitatem communem sui, & sociorum, hoc est, fisci, ratione iuris gabellarij, quod habet in pretio prędictæ rei venditę, & reliquorum habentium communitatem in illa re. Denique, si praxis hanc opinionem recepit, & ita seruatur ab antiquo, vt fatetur idē Lassarte, quorsum nititur contrarium probare, grauando dominos rerum venditarum in plusquam consuetudo habet, præcipuè in odiosis, & quæ non habent euidentiam in contrarium.

Non obstat *d. l. 1. tit. 18. hoc lib. 9.* dum probat: *Que todos pague en alcauala y que no se escusen por vso, ni costumbre aunque sea immemorial, ni por otra razon alguna, &c.* quia praxis nostra iuxta priorem sententiam Parladorij non est derogatoria gabellæ, sed potius interpretatiua iuris gabellarij, hoc est, vt promissa in pretio non computentur, nec habeantur pro pretio, siquidem ipsa minuunt re vera pretium, & pro communi negotio venditorum, & fisci, promittuntur atque soluuntur: at dispositio *d. l. 1. tit. 18.* vt sæpè in hac materia admonuimus, loquitur, & procedit in cōsuetudine derogatoria gabellæ, non verò in consuetudine, de qua nos agimus.

Similiter non obstat *d. lex 6. tit. 13. hoc lib. 9.* quam expressam pro sua opinione reputat Lassart. quia ipsa, vt patet ex eius littera, loquitur tantum quoad materiam, *de las pujas del quarto en las rentas de las alcaualas, para que el que huuiere de pujar en el termino de los tres meses que la misma ley dize aya de ofrecer, contando pr precio de la renta lo que el Rey ha de auer de ell, y saluando, y situādo bue aya en ella, y los prometidos, y que de otra manera no se ha de poder admittir la dicha puja del quart:* Præscribit igitur formam ea lex obseruandam in licitatione *del quarto,* non verò disponit, quod ad solutionem gabellæ soluendę, non deducatur promissum, neque ob id, quod ibi pro pretio habeantur promissa quo ad licitationem quarti faciendā, decidit lex, nec decidere vila fuit, quod ex promissis quoque soluatur gabella, quia de hoc verbum nullum in ea lege, nec in alia habetur: illud verò, quod decidit illa lex quo ad licitationem quarti, notissimum est, & clarum: *porque las pujas claro es que han de ser sobre el prometido,* & nihilominus necessarium fuit hoc ibi declarare legislatorem, cum præscriberet formam omninò seruandam in licitatione *del quarto,* ad euitandas lites, & hominum vanas cōtētiones. Ad hoc igitur, vt licitatio fiat, verum est promissa in pretio computari, quamuis reuera pretium nō sit, quod remanere debeat penes venditorem, quin potius pretium diminuunt.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an deduci debeat de pretio rei venditæ prius quam alia debita? & numeris sequentibus resoluitur affirmatiuè, etiam si debitum sit priuilegiatum, & hypothecarium, vt in num. 5.*

2 *Decima executionis soluenda est, soluto prius debito integro creditori.*

4 *Patrimonij quantitas computanda est, deducto eo quod explicandarum venditionum causa in proxeneris, & gabellis impenditur.*

6 *Decima fructuum Deo debita præfertur decima gabella.*

Q V AE S T I O LIII.

An de pretio rei venditæ deduci debeat prius gabella, quam alia debita?

1 QVæro modo: *An gabella ex pretio prius soluenda sit, quam debitum ipsum pro quo res venit, quoties pretium*

non

non sufficit pro vtroque? Et quod cetera priora debita sint prius soluenda, persuadere videtur regula iuris ordinaria, qui prior est tempore, potior est in iure: non enim lex gabellaria nocere debet prioribus creditoribus, quibus est iã ius quæsitum, cui nec in dubio Princeps non videtur derogare, *l. 2. §. si quis a Principe, cum simil. ff. ne quid in loco publico.*

2 Secundo, quoniam † sic etiam videmus, quod si debitor non habet tantum in bonis, quod possit integra solutio fieri tam debiti principalis, quam decimę exequutori, prius soluendum est creditori integrum suum debitum, quam exequutori sua decima, vt constat *ex l. 10. tit. 9. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ*, ibi: *Hasta que el dueño de la deuda sea pagador, & lege 7. tit. 21. lib. 4.* ibi: *Saluo siendo primeramente contento, y pagado el acreedor de la deuda, & lege 8. eiusdem tituli*, ibi: *Y que esto llene su siendo primeramente pagada la parte principal de su deuda, y costas*: Ex quibus legibus hanc opinionem deducit, & tenet Doct. Azeuedo, *in d. l. 10. num. 2. per totam*, contra Auendan. *lib. 1. cap. 17. prae. num. 10. versic. vnum tamen*, tenentem in hac specie iuxta id, quod soluitur creditori, debere exequutorem habere decimam, & iura eidem competentia, quia non dicitur esse in bonis creditoris, nisi id quod superest, deductis expensis, nihilominus tamen contra ipsum Auendan. in hoc proculdubio tenendum est in iudicando, & consulendo; & ita quotidie practicatur, vt inquit Azeuedo, *ubi supra*, quem sequitur Lassar *de decim. vendit. cap. 7. num. 59.* Ergo ita, & eodem modo videtur dicendum, vt debitum anterius, pro quo res venit, & subhastatur, prius soluendum sit, quam gabella, deficientibus bonis debitoris pro integra satisfactione omnium.

3 Nihilominus † tamen contrarium respectu gabellæ tenendum est, nempè, vt prius hæc deducenda sit, & ex residua pretij pecunia satisfaciendam creditoribus, pro qua

4 parte sufficiat, ea nempè ratione, † quod patrimonij quãtitas computanda est, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa in proxenetis, & gabellis impenditur, *l. quantitas, vbi glos. & DD. ff. ad leg. Falcid. & l. quod priuilegium, versic. plane, ff. depositi.* quod verè in hac nostra specie procedit, in qua gabella expensa debetur ratione rei, & propter rẽ, ex qua debiti solutio fit, vt ex pretio venditionis solutio debiti fiat; merito ergo, vt expensæ factæ in venditione, veluti gabella, expensum in proxenetis, & præconijs prius soluatur, quam creditori satisfiat, quod his solutis superest, dicitur esse in bonis debitoris; At secùs est in decima exequutori debita, hęc enim quamuis ratione exequutionis debeatur, nõ tamen ratione rei ipsius, & propter eam, sed ob laborem, & diligentiam, & vt debitores tædio expensarum affecti, satisfaciant creditoribus, & tandem, quia in decima executionis ita decisum extet prædictis legibus Regiis. Et in terminis hanc secundam sententiam respectu gabellæ, vt prius sit soluenda, quam debitum ipsum principale, pro quo res ipsa venit, etiam si eius pretium omnibus non sufficiat, tenet Azeuedo *ubi supra, num. 2. ad finem*; cuius opinionem latè alijs fundamentis comprobat, & tenet Lassar. *vbi supra, num. 59. cum*

5 *seqq.* id † verum esse intelligeos, quantumcumque priuilegiatum, & hypothecarium sit debitum illud, pro cuius solutione facta executio est, etiam si fiscale sit, quia adhuc prius est soluenda decima, quam priori creditori, fiscove satisfiat ex principali debito, & refert casum, in quo in facti contingentia consultus idem respondit pro gabellario membri rerum mobilium venditarum pro executione solutionis alterius gabellæ membri hæreditati prius debitæ, atque contractæ, & pretium mobilium non sufficiebat vtrisque decimis gabellarum, nempè, ex hac iudiciali venditione gabellarum rerum mobilium pro sua decima esse præferendum in distributione pretij, & Lassarte in hoc sequitur simpliciter Girondam *de Gabellis, 4. par. §. 1. num. 7.*

6 *vbi num. 8. cum seqq.* benè probat Ioannes Garsias *de expens. & meliorat. cap. 1. num. 18* quem refert, quod decima fructuum Deo debita, præfertur decimæ gabellæ.

Non obstãt fundamenta pro priori parte adducta quia ex supradictis pro secunda diluuntur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur statim ex constitutione census consignatiui de quo in Extrauag. 1. & 2 de empt. & vendit. & Motus proprij Pij V. super forma creandi census, & numeris seqq. resoluitur affirmatiuè.*

2 *Retractus sanguinis locum non habet, quando census venditur, vel imponitur super re patrimoniali, idem in retractu communionis, vt hic.*

4 *Emptio vera & venditio contrahitur ex census constitutione, & impositione iuris percipiendi redditus, vel fructus rei, vel rebus censui suppositis, vsque ad quantitatem census quotannis soluendi.*

5 *Legum 10. & 11 tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. declaratio.*

6 *Impensa instrumẽti obligationis, ei incũbit, qui se obligauit.*

7 *Gabella debetur statim ex venditione census iam constituti ab antiquo, & est soluenda in loco, vbi bona primitus censui supposita sita fuerint, sicut quando a principio constituitur. vt in num. 8.*

9 *Census constitutus si pro re alia detur, erit permutatio, duplexq. gabella ex ea debebitur.*

10 *Gabella non debetur ex redemptione census a principio ex pacto redimibilis, nisi clausula redimendi esset apposita in nouo contractu, ex eoq. redimeretur, vt in num. 11. vel nisi redemptio fieret in alijs rebus, quam in pecunia numerata, vt in num. 12 limitatur hoc num. 13. cum seqq.*

14 *Gabella an debeatur ex cessione, vel datione fundi specialiter censui suppositi pro ipso redimendo, facta ipsi creditori, & domino census, vel extraneo, & numeris seqq. refertur opinio Lassare, in hoc num. 15. resoluitur num. 19. cum seqq. & ampliatur num. 29.*

16 *Censu constituto super tribus fundis, si postea vnus eorum vendatur cum onere totius census, ita vt ceteri liberi remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata soluendo, de quo sit soluenda gabella? & num. seqq.*

17 *Soluens pensionem impositam suo fundo, & alijs ab alijs possessis, repetere potest a ceteris dominis partes eos tangentes.*

18 *Quando plures res vno pretio simul venduntur, illud pro singulis distribuitur iuxta suum vniuscuiusque ualorem.*

21 *Quilibet singularis successor, uel possessor unius fundi ex pluribus, super quibus est census constitutus, potest insolidum conueniri.*

24 *Rem censui subiectam habens, tãtum uidetur habere, quantum ultra censum res ipsa ualet.*

25 *Laudemium totius ualoris rei infeudatæ, legatæ, censuatæ non debetur, sed deducto onere census.*

26 *Gabella totius pretij fundi hypothecati pro securitate census personalis debetur.*

27 *Gabella debetur totius prædij uenditi pro pretio quodam certo soluendo in pecunia numerata, & pro alio soluendo creditoribus uendentis, uide etiam num. 30. cum seqq.*

28 *Possidentes censum collectantur pro eo, & tanto minus soluit dominus proprietatis.*

32 *Gabella an debeatur ex datione bonorum cum pacto, ut ea recipiens alimenta præstet danti, eiusq. debita soluat: & num. seqq.*

34 *Gabella an debeatur ex toto pretio rei censuatæ, uenditæ tamen pro libera, non facta mentione census? & numeris sequentibus.*

QVAESTIO LIV.

An ex constitutione census debeatur statim gabella?

1 QVæro † vlterius: *An ex constitutione, & impositione census consignatiui redimibilis, uel perpetui, hoc est, qui in re propria consignari, & constitui solet pecuniario pretio, in fauorem emptoris, de quo loquitur Extrauagans 1. & 2. de empt. & uendit. & Motus proprius Pij V. super forma creandi census, debeatur statim gabella?*

Vide-

Videtur prima facie dicendum, gabellam statim non deberi, quia hæc non est propriè venditio, cum res ipsa, super qua census constituitur, apud ipsum census venditorē in plena proprietate remaneat; is enim est, qui re illa vtitur, & fruitur, eiusq. vacuam, & liberam possessionem habet: emptor autem minimè, sed redituum pecuniarum dumtaxat percipit: at res vendita transit, vel transire debet ad emptorem, *vt in toto tit. ff de contrahen. empt. & de act. empt. & Instit. in tit. de empt. & vendit.* Ergo ea constitutione, & venditione prædicti census, vera, & propria venditio non celebratur, *sed l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Regia*, loquitur, & procedit in vera, & propria venditione, non vero in impropria, & irregulari. Ergo ex venditione census non debetur gabella.

2 Quo fit, vt retractus † sanguinis locū non habeat, quando census venditur, seu imponitur super re patrimoniali, quia res illa non exijt à potestate venditoris per constitutionem census, sed apud ipsum manet, vt benè resoluit D. Couar. *lib. 3. variar resolut. c. 11. nu. 5. vers. hic profectò. & D. Castil. in l. 70 Tauri, in glos. magna, col. 4 in vers. ex quo vnum singulare infero, ibi: si enim illa impositio census*, & Mauen. *in l. 7 gl. 1. num. 17 tit. 11. lib. 5. Noua Collect. Reg.* & Lassart. *de decim. vend. cap. 10. num. 21.* vbi idem resoluit in retractu communionis, nempè, vt habens censum super fundo, non dicatur socius, ad hoc, vt cum venditus fuerit ille fundus, retrahere eum possit ratione communionis, *ex Auend. responso 12. & 23.* id quod latius probauimus *lib. 2. Pract. quæst. 166. per totam.*

3 Nihilominus tamen procul dubio † in nostra specie gabellæ contrarium probandum est: immò, quod ex constitutione, & venditione huius census consignati super rebus, quæ penes ipsum venditorem remanēt, statim debeatur gabella, redemptione ipsius census minime exspectata.
4 Et ita in praxi obseruatur, ea solida ratione, † quod ex hac census constitutione vera emptio, & venditio contrahitur, vt patet ex textu *in Auth Vt hi, qui obligat. &c. § quoniam, vers. licebit, iuxta glos. ibi, verbo, redditus, in 3. expositione, & ex Extrauaganti 1. & 2 de empt. & vend.* quidquid Villalob. *in suo Ærario commun. opin. littera L num. 131.* hoc locationi tribuat, est namque vera venditio, *vt resoluit* Greg. Lopez, *in l. 28 tit. 8. par. 5. in glos. A censo; & late* Domin. Couar. *lib. 3. variar. resolut. c. 7. num. 2.* estq. hoc indubitabile apud omnes *secundum Lassart d. c. 10 num. 4.* Venditur enim non quidem ipsa res censui supposita, nec dominium eius vllo modo in emptorem transfertur, sed ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus eius, vsque ad quantitatem census quotannis soluendi, vt late cum alijs resoluimus *lib. 2. practic. qq. quæst. 168. num. 6.* idemq. tenet, nos citans, & addens, quod hoc DD. communiter affirmant Molina Theolog. *in 2. tomo. de iustit. & iure, disputat. 383. col 837. in fine, & in princ. col. seq. & col. 844. in uersic. ex dictis*, quod ius percipiendi annuam pensionem pretio vendi, & emi potest, sicut iurisdictio, ius percipiendi tributum, aut fructus rei alienę, vt probat Moder. Paris. *de usur. num. 20.* quem refert, & sequitur Lassar. *d. c. 10. num. 4.* At iuxta præfatam *l. 1. tit. 17. hoc libro 9.* ex quacumque venditione debetur gabella; Nec enim ea lex requirit quod res vendita transeat ad emptorem, præsertim cum etiam si id desideraret, adhuc in nostra specie verificatur, siquidem ius illud percipiendi redditus fructusque transit ad emptorem census.

5 Secundò eadem verissima sententia † comprobari potest *ex l. 10. tit. 17. hoc lib. 9. in uersic. Y que los dichos*, ibi: *Empennamientos*, vbi præcipitur tabellionibus, vt pignorationum copiam edant gabellarijs, quasi ex eis gabella soluenda sit: nam profectò, nisi de hac census constitutione, & reali pignoratione intelligeretur, lex illa 10. iuxta ea quę ex sententia Speculatoris notat Auen. *responso 23. num. 4.* dicens, quod impositio census potius est quædam pignoratio, seu obligatio pro securitate pensionis, quam alienatio dominij, non videtur aptè intelligi posse: nisi verius illam intelligas, ideò ibi iuberi tabellionibus, vt omnium illorū contractuum copiam edant gabellarijs, non quia ex omnibus gabella debeatur, sed quia in omnibus posset esse aliqua, vel occulta venditio, seu permutatio sub alterius contractus titulo, & nomine celebrata, in fraudem gabellæ, vt aliàs cauetur *in l. 11. d. tit. 17.* atque ideò nedum eorum cōtractuum, ex quibus planè gabella debetur, nempè, venditionis, & permutationis, sed generaliter omnium alienationum copiam dare iussi sunt tabelliones *in d. l. 10.* ibi: *Enagenamientos.* Ex quo non ideo arguere licebit, ex quacumque alienatione gabellam deberi, cum tamen ex venditionibus, & permutationibus eisdem legibus gabellarijs aliàs soluendam esse præcipiatur. Ita *d. l. 10.* rectè intelligit Lassart. *d. cap. 10. num. 5.*

Cum ergo census constitutio sit vera venditio, vt probauimus, & ex titulis impositionis censuum euidenter apparet, in quibus venditionis fit mentio, ne aliquibus verbis fraudulenter nomixtis hoc occultetur: ideò iubetur *in d. l. 10.* tabellionibus, vt omnium alienationum, & pignorationum copiam gabellarijs edant.

Et in terminis nostrę quæstionis hanc opinionem, nempè, vt ex census, de quo loquimur constitutione debeatur, & sit soluenda statim gabella, tenet, & probat Moder. Paris *in tract. de usur. q. 6. num 119. uersic. pulchrè autem*, & Ioan. Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap 3. § 4. num. 38. & § 8. num. 49.* estq. frequentiori omnium vsu receptum, secundum Auen. *d respon. 23. num. 1.* & ita practicari affirmat Didac. Perez. *in rubr tit. 2. lib. 8. Ordinam pag. 33. col. 2. uersic. sed quæro, an debeatur gabella:* sequitur Lassart. *d. cap. 10. num 5. cum seq* Gironda, *de Gabel 5. par. in prin. num. 1.* vbi citat etiam hoc tenentem Ant. Gomez *2. tomo uariar. resolut cap. 11. num 44 uersic. secundus effectus*, & Monterol. *in 7. tract. suæ praxis, folio 154.* & Azeuedo, *in d. l. 1. num 98. tit. 17 hoc lib 9.* vbi in idem citat Felic. *de Censibus, lib 2. cap fin. num. 1.* tenet etiam Molina Theolog. *2. tomo de iustit. & iure disputat. 384 col 847* & Gaspar Rodrig. *de annuis reddit. lib. 2 quæst. 4. num. 6.* estq. verissimū, atque in praxi receptissimum procul omni dubio, vt semper obseruari vidimus, nempè, vt qui pecuniam in cēsum recipit, gabellam soluat, insuper, & expensam pro instru-
6 mentis: † quia de iure talis impensa propriè illius est, qui se obligat, vt constat ex resolutis per Tiraquel. *de retractu conuent. § 6. glos. 2. num. 24.* Montalu. *in l. 5 tit. 8 in glo. Reciba, lib. 1 uersic. & in terminis census, Licentiatus Pizarro, in glossa Ordinationis Guadalupæ, in 4. conditione, folio 25. col. 1. in uersic quarto quia, ibi: in expensis, & gabellis, & inferius col. 4 in fine, ibi: deducta gabella & expensis, quem refert, & sequitur Lassart. vbi supra num 7.*

Quibus non obstant ex aduerso prius adducta: quia iam cessant ex fundamentis huius secundæ partis.

7 Idem a fortiori dicendum est † in venditione, seu cessione census iam constituti pro pecunia celebrata, ex ea namque gabella debetur, quia propria, & realis venditio contrahitur, vt in terminis probat Didac. Perez. *ubi supra, pag. 34. in uersic. quæritur tamen*, dicens, quod ita sæpissime vidit in practica iudicatum, & ipse iudicauit in fauorem gabellarij. quem refert, & sequitur Lassart *ubi supra, num 8.*
8 dicens, † esse soluendam in loco, vbi bona primitus censui supposita sita fuerint, sicut quando a principio constituitur, idem probat Molina *ubi supra, col. 847. ad finem.*

9 Quod si census ipse semel constitutus pro alia re detur, puta, domo, uel fundo, &c. tunc erit permutatio, duplex q. decima debebitur, iuxta dispositionem *l. 2. hoc titulo 17. lib. 9. Noua Collect. Reg.* ut benè resoluit Lassart. *d. cap. 10. num 9.* & Molina, *ubi supra, col. 848. in princ.*

10 Ex redemptione tamen ipsius † census ex pacto principio in ipso contractu census apposito redimibili, noua gabella nō debetur: illa namque solutio sortis, distractus est potius, quam nouus contractus, *ut latè probat* D. Cou. *lib. 3. uariar resolut. cap. 8.* ergo non debetur ex hoc distractu noua, nec altera gabella, ut in terminis tenet Didac. Perez, *ubi supra, pag. 34. col. 1. & Monterol ubi supra, folio 153. pag. 2. & Mencha. lib. 1. controuers. usu frequent. cap. 11. num. 16.* quos refert, & sequitur Lassart. *d. cap. 10. num. 10, & Gaspar Rodrig. de annuis reddit lib. 2. q. 4. num. 9.*
11 nisi † clausula redimendi esset apposita in nouo contractu, tunc namque, si ex noua conuentione redimeretur census,

sus, cum sit nouus contractus, ex eo gabella debebitur, secundum Didac. Perez, & Lassart. *vbi supra, numero* 11. virumque sequitur Molina, *vbi supra, colum.* 848. *in vers. si autem census.*

12 Similiter, & illa † debebitur, etiamsi census a principio redimibilis sit, si redemptio fiat non in pecunia numerata, vt conuentum fuit a principio, quod fieret, sed alia re de communi consensu partium, veluti fundo dator tunc namque cum vetus, & nouus contractus esse intelligatur, nempè, reuenditionis census, aut permutationis pro illo fundo, vel dationis in solutum, non dubium est ex tali census redemptione nouam decimam deberi, iuxta resoluta per Lassart. *dicto capitulo decimo, numero duodecimo,* vbi addit, se ita semel in praxi obseruatum vidisse. Ceterum *hoc ibi numero* 13. verum intelligit, quando fundus ille in redemptionem datus non esset ex bonis specialiter d. censui suppositis, & eodem obligatis, sequitur Molina *vbi supra.*

13 Quod † si fundus ille esset ea suppositis, & eidem censui obligatis (intellige specialiter) secus erit dicendum secundum ipsum Lassart. *vbi supra, numero* 13. quia licet aliter in hac specie redemptio fiat quam ab initio conuenerit, adhuc tamen in ea nullus est venditionis, aut permutationis contractus, sed simplex quædam cessio rei hypothecatæ, censuique suppositæ in fauorem censuarij celebrata, per quam cetera bona, quæ simul obligata fue-
14 runt, libera manent, † quod procedit secundum ipsum, nedum eo casu, quo res ista obligata vero domino census in redemptionem datur: sed etiamsi alicui extraneo data sit hac lege vt ipse solus totum eum censum recognoscat, & soluat, & immunem indemnemque seruet damnum ab obligatione ceterorum bonorum, quæ apud ipsum prædicto censui obligata manent, quia cum verè ex eo pacto, & cessione nihil amplius agnoscat, vel maius onus in se recipiat, quam quod verè à re ipsa debetur, nihil pro re illa dare dici potest, quominus simplex cessio sit: cuius quidem in hoc iudicium procedere videtur, attento, quod fundus ipse, qui datur pro redemptione census, siue emptori, siue alteri extraneo erat prius censui suppositus, nihilq. vltra pretium ipsius census datur pro fundo.

15 Hæc † tamen doctrina, & opinio Lassarte, de qua modo agimus in versiculo, *quod si fundus illo*, non videtur expedita, nec opinio certa, cum hæc redemptio, eiusq. forma nouitatem quamdam præ se ferant, & differentiam a pacto redimendi eodem pretio in pecunia numerata in contractu censuali apposito, & ideo noua venditio fundi in proprietate, & redditus, hoc est, cum fructibus fieri videtur, cum tamen prius per census constitutionem, & venditionem super ipsis fundis, non quidem fundi ipsi, nec dominium ipsorum venditi fuerant, sed tantum ius percipiendi censum annuum ex redditibus, & fructibus eorum. *vt supra resoluimus.* Quare dare unum fundum pro redemptione totius census, eo pacto, ut ceteri fundi, similiter obligati, liberi remaneant, iam ille fundus pro redemptione datus, pro omnibus soluit, hoc est, onus omnium subit, sicq. venditio eius fieri intelligitur pro pretio, & capitali census impositio super omnibus fundis; Ergo aliter fit redemptio quam a principio pacto conuenit, & ideo forsan Molina, *vbi supra, colum.* 849. *in princip.* de opinione præd. Lassart, dubitauit, & potius contra ipsum perpendit. Et hac opinione contra Lassart. retenta, gabella in hac specie tantum soluitur pro rata tangente ceteros fundos liberos remanentes apud venditorem census, præter illum, qui pro redemptione datur, quia pretio illius redemptio omnium fiat, ex quo pretio iam principio fuit soluta gabella census.

16 Sed pro vera resolutione † huius articuli præmittenda est decisio alterius, ex qua apparebit, quod in vtroque tenendum sit, nempè, an censu redimibili certæ cuiusdam quantitatis quotannis soluendæ super tribus fundis constituto, si postea vnus eorum vendatur cum onere totius census in posterum soluendi, ita vt reliqui duo fundi liberi ab eo onere remaneant, & insuper certò pretio in pecunia numerata debitori soluendo pro fundo illo a se vendito, vtrum ex quantitate census, & pretio prædicto in pecunia soluendo, debeatur gabella: vel tantum ex prædicto pretio in pecunia soluendo, non verò ex sorte principali census? Si enim hoc vltimum resoluerimus, & in præcedenti specie hinc remissa necessariò fatendum erit, nullam gabellam soluendam esse, siquidem nullo pretio vltra sortem principalem census soluitur domino fundi venditi cum onere recognoscendi, & soluendi totum censum. Sin autem in hac, de qua nunc agimus, quæstione, dicemus, ex quantitate totius census insuper, & ex pretio in pecunia numerata soluendo, vltra liberationem aliorum fundorum remanentium apud venditorem soluendam esse gabellam, similiter erit dicendum in quæstione præmissa, illam, scilicet, deberi ex partibus capitalis census tangentibus pro rata ceteros fundos à censu liberandos. Ad rem igitur deueniendo in hac vltima, de qua nunc agimus, quæstione, prima facie videtur dicendum, gabellam vtriusque deberi, tam ex sorte principali census, quam etiam de pretio in pecunia soluendo. Pro cuius cognitione, & faciliori probatione obseruandum est,
17 quod † licet respectu creditoris census, prædicti tres fundi sint obligati in solidum, iuxta glos. *in l. communi diuidundo, ff. commun. diuidun.* nihilominus tamen ipsi fundi, si fortè successione, vel alia caussa ad diuersos possessores peruenerint, inter se habent diuisionem, ita vt si dominus vnius fundi in solidum pensionem solueret, repetere posset a ceteris dominis partes vnumquemque eorum tangentes, *l. 1. C. de duob. l. reis, l. si diuersa, C. locati,* Bar. *in l. reos ff. de duobus reis, gloss. magna in l. frater a fratre, verbo, consequutos, ff. de condict. indebiti.* & notatur *in l. qui hominem, ff. de condict. indebit.* quo ad recursum namque, quem inter se correi habent, obligatio est diuisibilis, iuxta notata *in l. debitorum, C. de pact.*

18 Sicut enim, quando † plures res vno pretio simul venduntur, vbi de distributione huius pretij vnicuique rei assignandi agendum est, tantum censetur esse pretium singularum, quantum eas tangit iuxta suum vniuscuiusque rei valorem, secundum Paul. de Castr. *in l. finali, §. quod ex Pamphila, num. 1. ff. de leg. 2. & glos. fin. in l. si ex falsis, C. de transact.* ita etiam vnica quantitas vi pensionis imposita super pluribus fundis, cum de distributione & diuisione agendum est, nempè, ad solutionem gabellæ, vt quia sunt constituti fundi in diuersis territorijs, vnaquæque res iuxta suum valorem æstimanda est, vt pro rata eius oneris distributio fiat.

19 Nunc ad rem. Cum † igitur pars census ad hunc venditorem pertinens soluenda pro rata, & portione reliquorum duorum fundorum sibi remanentium emptori adijciatur, ipseque eam in se suscipiat ex prædicto pacto, ita quod in posterum emptor integrum censum soluere debeat, remanentibus liberis ab eius solutione omnimoda duobus fundis manentibus penes venditorem, apparet, pactum hoc esse partem pretij, *vt in l. fundi partem, ff. de contrahenda emptione,* ac ideo gabellam ex eo deberi: sit igitur ex prædictis et ex parte census tangente fundum venditum, iuxta suum valorem distributione totius census facta in ipsos tres fundos, super quibus census fuit impositus, gabella non debeatur, quando minus ille fundus venit, *vt infra resoluemus,* sed debebitur ex ceteris partibus census correspondentibus reliquis duobus fundis penes venditorem remanentibus, iuxta suum valorem, distributione facta, & ex pretio in pecunia soluendo, verbi gratia: *Si vno que tenia tres heredades impuso sobre ellas diez mil marauedis de censo al quitar a razon de a catorze mil marauedis el millar, y pago su alcauala: y despues vende vna destas tres heredades a otro con cargo, y condicion, que el comprador pague los diez mil marauedis de censo por todas las tres heredades: y mas de, y pague al vendedor por precio desta heredad, quarenta mil marauedis en dinero para saber de que cantidad se deuera el alcauala deste contrato: se han de tassar, y estimar todas tres heredades cada vna dellas de por si, y valiendo todas tres cien-*

to y sesenta mil marauedis, y de ellos valia la heredad vendida ochenta mil marauedis, le cabra de la pension, y censo la mitad, que es cinco mil marauedis cada año, de los quales no se deuera alcauala, mas de los cinco mil marauedis que caben a las otras dos heredades que valen ochenta mil marauedis, se pagara el alcauala, y del precio de los quarenta mil marauedis que se da de mas en dinero al vendedor, y a este respeto se terna la misma cuenta en otros casos semejantes rata por cantidad : Hæc sententia in summa, fuit Mod. Paris. licet non ita appareat *in Consuetud. Paris. titulo 2. §. 58. nu. 12. & §. 55. gl. 4. nu. 39.* Verum scio eam ita expeditè defendisse quendam Hispanum Iurisconsultũ subtilis admodum ingenij, & est contra opinionem Lassarte, *vbi supra*.

20 Verum † cum hæc quæstio consulta fuisset a potioribus Iurisconsultis practicis Prætorij Regalis Granatensis, & inter se varij essent; maior pars eorum tenuit contrarium, nempe, in præmissa specie nullam deberi gabellam ex pretio totius census, sed tantum ex pretio in pecunia numerata soluendo, quam sententiam, ut veriorem sequendam esse in praxi censeo, aduersus priorem modo fundatam; quia reuera vnicuique fundo ex prædictis tribus consetur onus
21 soluendi censum in solidum iniunctum, † & ideo quilibet singularis possessor vnius fundi ex pluribus super quibus census est constitutus, potest in solidum cõueniri, vt late cum alijs probauimus *consil. 49. per totum*, & nunc probat nouissime Molina Theolog. *in 2. tomo, de iust. & iure, disputatione 383 col. 843. vers. constat.* Ergo, cum census in solidum censeatur venditus super quolibet fundo, & ideo super pluribus fuit constitutus, ut securior esset exactio, nihil noui ex prædicto pacto venditur, nisi, quod in pecunia numerata superadditur, nec pars pretij esse censetur id pactum, sed quod erat singulis fundis impositum, ut securior esset exactio, resumitur in fundo vendito prout reuera inerat: unde nihil interest, quod redemptio fiat aliter quam in pacto censuali continetur, siquidem fit pretio eiusdem fundi in solidum obligati, & ex æquipollentibus idem est iudicium, ut late iuribus probat Euerard. *in sua Centur. legali cap. 55.* Et in terminis ultra prædictos iurisperitos, quorum iudicium in scriptis nõ habemus, ita tenet, & late probat Lassart. *d. cap. 10. num. 19. in versic. adeo, vt quamuis*. Nec distributio, quam in singulos fundos faciendam esse prædiximus, iuxta eorum ualorem, quidquam huic nostræ ueriori sententiæ in proposito nocet; ea enim locum habet in sensum, quem prædiximus, nempe, quando plures fundi, super quibus census est impositus, sunt in diuersis territorijs, ad sciendum, quid quantumue nomine gabellæ soluendum sit gabellario cuiuslibet territorij. At uero in nostro præsenti casu, hæc distributio non est necessaria, cũ totius census onus cuiusq; fundo censeatur in solidum cõstitutum, impositũ, & uenditum, atque ob id possessor cuiuslibet fundi possit in solidum pro toto censu conueniri. Ergo pacto hoc ipsum effici potest, ita ut reliqui fundi liberi maneant ab eo censu.

22 Ex qua resolutione † iam patet, idem esse dicendum respectiue, in priori specie, de qua supra cum eodem Lassarte, *d. capitulo 10, numero 13.* quæ est eadem, ac præcedens, excepto, quod nullum aliud pretium datum fuit pro redemptione census super pluribus fundis constituti a domino census, quam unius ex eisdem cum prædicto pacto, quod ceteri fundi liberi remaneant penes uenditorem, uel quod emptor solus, si extraneus sis, totum eum censum recognoscat, & soluat indemnemque obseruet uenditorem, ab obligatione ceterorum bonorum, quæ apud ipsum prædictum censui obligata maneant, nempe, ut nulla gabella debeatur in hac specie, per supradicta, quidquid Lassartem, re tamen non excussa, mordere uelit Molina, *vbi supra*, in supradictis, sua opinione.

23 Deducitur etiam ex † supradictis, quod re uendita (uerbi gratia) mille aureis, quorum quingentis solutio fieri debet, aliorum uerò censuum emptor agnoscat, cui aliàs res illa uendita erat specialiter obligata, & supposita, gabella tantum debebitur, & soluenda erit ex pretio nummis soluto, non uerò ex quantitate, & principali ualore census, cui ipsa res specialiter supposita erat; Illud nemque onus iam semel est apud emptorem primum, & in eo remanet res uendita pro parte tributi, de quo iam fuit soluta gabella, & sic reuera nunc non uenditur per tributarium, sed solutionis onus transfertur in emptorem;
24 quæ sententia eo confirmatur fundamento, † quod rem censui subiectam habens, tantum uidetur habere, quantum ultra censum res ipsa ualet, iuxta text. *in l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de iudicijs, & l. generali capite, §. finali, in fine, ff. de vsufructu legato*, prout in timili quæst. one feudalis materiæ resoluit Ludou. Peguera *de feud. ver-*
25 *sic. prima limitatione 21. num. 182.* ubi † quod si lege ut res feudalis, quæ esset censuata, non debetur laudemium ualoris totius rei, sed deducto onere census. Et inquit Tiraquel. *de retractu lignagier, §. 6. glos. 1. numero 8.* quod si uendatur res feudalis paruo pretio soluendo uenditori, ut quia erat censuata, & emptor recepit eam cum suo onere, laudemium debetur ex solo illo pretio recepto dumtaxat, non uerò ex toto ualore, quo æstimata est res, quos refert, & sequitur Lassart. *de decim. vendit. capite 10. num. 18.* & Molina Theolog. *2. tomo, de iustitia. & iure, disput. 384.*
26 *col. 849. versic. dubium est*, ubi † cum eodem Lassart. addit, quod si census esset personalis, prædiumq. suppositum esset speciali hypothecæ in securitatem illius census, tunc si prædium illud trecentis aureis uenderetur, deberetur ga-
27 bella ex toto eo pretio, † insuper, & quod si quis uendat prædium mille aureis, quingentis sibi soluendis, & alijs quingentis soluendis creditoribus suis, ex utrisque gabella debebitur.

28 Sic etiam habemus † in iure, quod licet possidentes censum etiam redimibilem, possint collectari, tamquam res immobiles possidentes, sicut, & usufructuarij, *vt in l. quaro ff. de vsufructu legato*, attamen quantum soluit dominus census, tanto minus soluit dominus proprietatis, ut probat Auendan. *responso 23. numero 2.* & Roland. à Valle *consil. 66. num. 33. & 34. vol. 1.* Ergo ita in quæstione proposita gabella soluenda erit illius pretij dumtaxat, quod ad uenditorem peruenturum est, non inspecto pretio census, qui etiam inuitis contrahentibus transire debet cum re, eo quod ipsi rei censuatæ inhærebat, *l. 1. C. sine censu, vel reliq.* & soluta sit iam gabella ex eo censu, qui à principio fuit constitutus; & in terminis ita tenet Didac. Perez, *in rubrica, titulo 2. libro 8. Ordinam. pag. 35. colum. 2. in versic. dubitatur*, ubi quod ita fuit iudicatum Salmanticæ, & uoluit Parlador. *lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. fin. num. 53. ubi: nec illud interim omittam*, & probat latè Lassart. *d. cap. 10. num. 16. cum pluribus seqq.*

Hæc planè procedunt, quando res censualis venditur cum suo onere census, & præterea aliquo etiam pretio in
29 pecunia soluendo. Ceterum † vbi pretium census simul cum alio pretio pecuniario iungitur, & vtrumque vnum efficitur, & connumeratur, ita ut res mille aureis vendatur, cum tamen pars eius tantum soluenda est in pecunia numerata, & reliqua pars ad complementum mille aureorum pretij conuenit est, quod in censu sumatur, vt in themate quæstionis præmissæ forsan aliquibus causidicis contrarium in praxi videbitur dicendum. Ego vero verius existimo, adhuc in hac specie idem probandum, nempè, vt tantùm gabella soluatur de parte pretij in pecunia soluendi: quoniam re vera ex his, quæ inter contrahentes de solutione, & declaratione pretij acta sunt, manifestè apparet, in solis quingentis aureis in pecunia numerata soluendis venditori totam venditionem consistere; Nihilq. re ipsa refert, quod rem vendam quingentis aureis cum declaratione, quod aliorum quingentorum res ipsa censu affecta sit, & cum eo onere eam vendo; vel, quod eam vendam mille aureis, ita vt quingenti mihi soluantur, & aliorum quingentorum censum agnoscat emptor, quo res ipsa ab antiquo erat onerata: idem enim effectus est in vtroque casu, quamuis uerba differant, præcipuè cũ in hac materia gabellarum tam pro

Y no lo haziendo assi, esta obligado a pagarle el alcauala de ello, *excepto*, si la cosa fueren de menor valor de quatro mil marauedis, que en tal caso no ha lugar lo suso dicho.

38 El 10. es † de los que fueren a vender, o comprar quales quier mercaderias y otras cosas a qualesquier ferias, y mercados francos, los quales estan obligados a pagar el alcauala adonde son vezinos, excepto si las franquezas estuuiessen assentadas en los libros de su Magestad, ita latius cauetur *in l. 4. titulo 20. hoc libro 9.*

39 El vndecimo † es, todas las vezes, que por culpa del comprador las leyes le obligan por pena a que la pague.

30 El duodecimo, † en los trueques, y cambios, en los quales como ambos contrayentes se digan vendedores, cada qual deue, *y ha* de pagar alcauala de la estimacion, y aprecio de la cosa que da por la otra que le dan, iuxta l. secundam, cũ materia, de qua *supra tit. 17 lib 9.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex promissione de vendendo, resoluitur negatiuè, nu. 5 cum sequent. & communis est in nu. 9 ampliatur num. 11. & 12. declaratur nu. 13. 14. & 15. cum sequent.*

2 *Actio ratione vitandi circuitus competit aliàs sine cessione.*

3 *Promittens se obligaturum ad dandum mihi decem intra certum diem, potest statim, cedente die, sine alia actione conueniri ad illa decem: contrarium nu 18.*

4 *Pactum formale de vendendo expresso certo pretio, & conditionibus pro vera venditione censeri debet, secus si pactum sit informe: nihilominus in vtroque casu gabella nõ debetur. ut in nu 5.*

6 *Aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo, & num. 7.*

7 *Publicani si statuto habeãt arbitrium super venditionibus, id tamen habebunt super pacto de vendendo.*

8 *Laudemia non debentur de promissione de vendendo.*

9 *Promissio de vendendo, etsi producat actionem, non tamen transfert dominium.*

16 *Promittente aliquo se ratum habiturum, quod acturum erit de futuro, an sit necessaria ratihabitio, vel statim censeatur facta?*

17 *Circuitus quando sit vitandus, & quando non?*

19 *Gabella cui gabellario debeatur ex promissione de vendendo re postea tradita.*

QVAESTIO XLVII.

An ex promissione de vendendo debeatur gabella?

1 DE promissione † de vendendo, gabellam deberi, videtur prima facie de æquitate, ratione vitandi circuitum,

2 † Hac neque ratione competit aliàs actio sine cessione, *l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, ff. si cert. petat. l. dominus testamento ff. de condict. indeb. Clement. Auditor, de rescrip. cum concordantibus allegatis, per gl. vtrobique.*

3 Hinc est, si quis † promisit se intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decẽ, potest statim, cedente die sine alia actione conueniri ad illa decem, ita tenet Albert. Gal. & post eum Ioan. And. *in add. 2. ad Specul. in rubric. de obligat. & solut. colum. 1.* & sequuntur plurimi quos congerit Tiraquel. *de retractu convent. ad finem tit. q. 3. num. 26.* ex quo numeris sequentibus, etiam possunt alia plurima doct. sunt pro hac parte affirmatiua, cuius ratio coadiuuari potest etiam in terminis nostræ quæst. opis principalis, quod ex promissione de vẽdendo debeat solui gabella, nõ tamen de vẽditione postea sequuta, stante statuto, quod ex quolibet cõtractu, ex quo ius oriũ, soluatur gabella, tenet Bal. & Ang. *in l. si pupillus, in fine, ff. ad leg. Falc.* quos & alios refert, & sequitur Bertac. *de Gabel in 3. indb. S. p. priu. q. 13 nu. 35. vol 12. tract. diuers. Doct. in antiquis*; sed de iure nostro Regio ex quocumque pacto nudo oritur actio efficax ad agendum, *l. 2. titulo 16. lib. 5. Noua Collect. Reg.* Ergo, &c.

4 Denique hæc sententia † saltem tenenda videtur quoties pactum venditionis esset formale, expresso pretio, & alijs conditionibus, quibus res vendenda erit, nempe: *promitto tibi vendere talem domum, his & his finibus designatam, mille aureis, ita soluendis & his conditionibus, & pactis*, & tu in idem pactum consentias, dicasque, te recepturum, & empturum eamdem rem dicto pretio, & illis pactis facturumq. ita promittas mihi: tunc namque vera, & propria venditio celebrata videtur, vel saltem gratia vitandi circuitum pro tali censeri debet, iuxta opinionem similem Lassart. *in pacto formali, de permutando cap. 17 nu. 36. cum sequentibus*, secus si pactum fuisset informe, velut de vendendo, & emendo re illa, non autem conuentum de pretio, quia hoc casu, solum pactum de vendendo est, non verò venditio.

5 Nihilominus † tam in nostra quæst. de pacto de vendendo, contrarium indistinctè probant DD. communiter, scilicet, quod gabella non debeatur de pacto de vendendo, etiam formali, expresso pretio, & conditionibus, siquidem nostra lex 1. *titulo 17. hoc lib. 9.* & statutum simile de venditione ipsa, præcipiat gabellam solui, non verò de promissione de vendendo, & materia gabellaria sit odiosa, & sic strictè intelligenda de propria, nisi fictis interueniat, vt resoluimus, & non semel diximus: non enim verba legis vel statuti verificantur in promissione de vendendo, Ergo ipsius dispositio locum non habet *l. 4. §. totter, ff. de damno infecto, cum similibus.*

6 Aliud namque est vendere, aliud † verò facere pactum de vendendo, vt notatur *in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod certo loco.* † vbi docent Albet. Paul. de Castro, Fulgos. & Ias. quod si statuto caueatur, quod publicani habeant arbitrium super venditionibus, si aliquis promisit vendere, nõ pertinet ad eorum arbitrium, quia aliud est vendere, vel locare, aliud est promittere de vendendo, vel locando, quos refert, & sequitur Moder Paris. *in Consuetud. Paris. titulo 2. § 55. glos. 4. num. 78. vbi num. 80.* quod † similiter

8 aliud est donare, aliud promittere de donando, ex quibus *ibid. num. 78. cum seq.* decidit, quod de promissione de vendendo, non debentur laudemia, sicut nec retractus locum habet, vt per Tiraquel *de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 54.* conducunt aliæ plures doctrinæ ad propositum, congestæ per Tiraquel. *in priori loco supra citatum*, nempè de retractu conuentionali *ad finem tituli q. 3. nu. [illegible]*

9 Non † enim contractus venditionis in prædicta specie perfectus est, cum non sit venditio, sed promissio de vendendo, quæ dominium nõ transfert, & si producat actionem, vt promissor ille cogatur vel ad vendendum, vel ad interesse, vt responderunt Ias. *cons. 117. vol. 2. [illegible] Curtium, cons. 32. num 6.* & alios referens Menoch. *consil. 946 num. 11. vol. 10. folio mihi 157.*

Tandem in nostris terminis, quod licet statuto debeatur solui gabella de contractu venditionis, non soluatur de contractu promissionis de vendendo, Bald. & Angel. post Iacobum Butrium *in l. 1. C. de pact. pignorum.* Boer. *decis. 48. num. 9.* Tiraquel. *de retractu lignag. § 1. glos. 2. num. 124 cum seq.* & sequuntur plures congesti per Moderni Paris. *vbi supra, num. 81.* quos non est necesse referre, & ibidem *num. 86.* cum alijs, quos refert, tenet contra Bald. *in d. l. si pupillus, in princ. ff. ad leg. Falcid.* & sequitur post Tiraquel. *vbi supra*, quod quoties venditio subsequatur ex causa prioris conuentionis de vendendo, nihilominus debentur iura, & gabellæ de venditione ipsa, etiamsi de promissione fuissent solutæ, quia nec de venditione, quæ venit in exequutionem non deberent iterum solui gabellæ. Hanc eamdem sententiam in terminis nostræ leg. Regiæ tenens supradictis Authores, ex communi, sequitur Lassart. *de decim. vendit cap. 17. numero 41.* loquens etiam in pacto formali de vendendo, ita tenet, quod venditio ipsa non celebratur, etiam præcedente pacto de vendendo periculum rei, de qua vendenda pactum præcedit, est domini, non verò eius, qui esset empturus secus contrarium foret, si vere emisset *ex potestatibus ff. de periculo*

riculo, & commodo rei uendit. & quæ tradit Ant. Gomez. *2. tomo uariar. resolut. cap. 2. num. 32.* & prosequitur in specie Lasiart. *d. num.* 41. eamdem sententiam principalem cum supradictis, tenet etiam Gironda, *de Gabel. 5. par. in princ. num. 54. & iterum in 9. par. in princ. num. 1. cum seqq.* & Roland. à Valle, *cons. 69. num. 20. 136. cum sequenti, & l... num. 18. & 19. tit. 17 hoc lib. 9.*

20 Ampliatur hæc † vera, & communis sententia, vt procedat, etiam si in promissione de vendendo, adderetur, quod venditio facta, intelligatur facta ex nunc, prout ex tunc: quia in præiudicium gabellarij futuri, hoc est, tem-
21 pore venditionis veræ, & realis extituræ, non † habet locum fictio translatiua, *argumento l. stipulatio de dote, ff. de iure dot.* non igitur debebitur gabella, ex prædicto pacto de vendendo, sed ex ipsa venditione, postea re ipsa sequuta, gabellario existanti tempore venditionis, *ut infra dicemus.*

22 Limitanda † tamen erit prædicta communis sententia, nisi, is, qui ita promisit vendere, postea rem ipsam ei, cui promissio facta est, tradiderit, & vicissim ab eo pretium acceperit, id namque facientes, videntur venditionem ipsam perfecisse, & in actu venditionis consummatæ deduxisse, vt a Socino, cum ea species ex facto contigisset, scienter responsum est, *consilio 170. In præsenti consulatione, libro secundo,* ab eodem repetitum *in l. si ante, ff. soluto matrimonio,* quam sententiam probauit Tiraquel. *de retractu conuent. ad finem tituli, in 8. quæst. num. 63. cum sequentibus,* idem resoluit Couar. *libro 3. variar. resolution. cap. 4. num. 8. versiculo, decimooctauo,* & in terminis nostris ex supradictis ita limitat, & recte communem præcedentem sententiam Lasiartus, *dicto cap. 17. num. 42.* id verum intelligens, siue rei traditio, aut pretij solutio sequuta sit ex vi promissionis, quantumuis noua verba de vendendo non intercesserint, quia & tunc purificata, & contracta venditio videtur ex tacito consensu, secundum Couarr. *vbi supra.* Et eamdem limitationem tenet etiam Azeuedus *d. l... nu. 18. & 19.* cum enim promissio pura facta est de vendendo, & pretium certum, vel pars eius numerata est: & certum etiam est, res vendi promissas, iam amplius non est promissio de vendendo, sed ipsa met venditio: sicque contractus perfectus, & propterea fructus sunt eius, cui facta est promissio, hoc est emptoris, glos. magna, ad finem, *in l. venditis, C. de contrahen. emption.* & alios plures authores, quos refert, & Menoch. *d. cons. 946. num. 12.*

23 Secùs tamen † erit, quando promissione pura facta de vendendo, apud venditorem reperitur pretium, incertum tamen, etsi res vendenda est certa, quia hoc casu non dicitur perfectus contractus, cum pretium non sit certum, vt respondit Paul. Iurisconsl. *in l necessaria, in princ. ff. de periculo, & commod. rei vendita, ibi, pretium,* sicut de re certa paulo supra dixerat: non enim dicitur pretium, nisi certum sit, *l. pretium, vbi glos. & Doct. communiter, Instit. de empt. & vend.* & alibi sæpissimè, ita in terminis tenet & probat Menoch. *vbi supra, num. 13. cum seqq.* ac per consequens in hac specie non debebitur gabella.

24 Nec similiter † debebitur, quando facta est promissio de vendendo, in certa re, & pretio, sub conditione ab arbitris declaranda, hoc enim casu clarum est contractum esse perfectum, ex quo conditionalis est, *l. vltima, C. de contrahen. empt.* & de locatione idem cauetur *in l. si merces, in princip. ff. locati,* & cum alijs ita docet Menoch. *vbi supra, num. 16. & 17. vbi num.* 18. quod venditio facta ad amensuram, dicitur conditionalis, & sic imperfecta, *vt in l. si in venditione, §. vbi vero, ff. de periculo & commod. rei vendita, & in l Iulianus, §. Titius, ff. de action. empt.* & tenent Bart. & alij, quos refert Menoch. *d. num. 18.* & Socin. *cons. 26. col. fin. volum. 1.* Roland. *cons 7. num. 14. vol. 3.* Addit. Matthæi de Afflict. *decis. Neapol. 68.* & Azeuedus, *in d. l. 1. nu. 141.* in qua specie non debetur gabella, nec peti potest: quia non est perfecta venditio, quousque facta sit mensura, pondus, vel numerus, & tunc debebitur primo gabellario, non verò existenti tempore mensuræ, ponderis, vel numerationis, *vt supra resoluimus alia quæstione.*

15 Secundò limitat prædictam communem † sententiam Mod. Paris. *dicto §. 55. glos. 1. numero 82.* vt ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partium, & verba dispositiua, transferantur ad actum de futuro: secùs, si, & verba obligatiua, & mens referantur ad actum præsentem, & omnia ad substantiam actus requisita præsto sint: quia tunc licet inferantur verba sonantia in futurum, vt promitto talem rem tanti vendere, tradere, & infra 10. dies instrumentum authenticum sub tali sigillo puta Parisiensi, conficere, nihilominus celebratur contractus de præsenti, attenta intentione, partium dispositione, & capacitate materiæ subiectæ, vt in primo casu, inquit consuluisse Anton. Rub. Alerand. *consil. 29.* & notate Fortun. Garf. *in l. iurisgentium, in principio, num. 32. in fine, ff. de pact.* & allegat pro hoc tex. quem dicit rotundum in fortioribus terminis,
16 *in l. si procuratorem absentem, ff. de procurat.* vbi † si quis promittit, se ratum habiturum quod actum erit, scilicet, etiam in futurum, hoc indicit ratificationem de præsenti, vt nulla alia deinceps opus sit: quia procurator erat certus, & iudicium certum, & sic omnia concurrebant ad ratificationem de præsenti: etiam si negotium nondum esset consummatum, vt etiam inquit tenere Aretin. *consil. 90. & cons. 100 num. 1. cum seqq.*

Hæc tamen limitatio Moder. Paris. quamuis in eius specie, & exemplo procedere posset promissionis ratificationis futuræ, eius, quod per suum procuratorem actum erit, quod negat Tiraquel. *de retractu lignag. glos. 10. quæst. 14. num. 89.* censet enim cum communi, quod etiam purè promittens habere ratum, non tamen ratificat, & respondet *ad d. l. si procuratorem absentem,* quod ibi præcedebat mandatum, & sic sequens promissio de ratum habendo, operatur ratificationem de præsenti, sine alia ratihabitione; quod si non præcessit mandatum, credit, non satis esse, quem promitteret se ratum habiturum. Neque obstat id esse iam ratificatum, nisi re vera (hoc est de præsenti) ratum habuerit, quod congruit litera *d. l. si procuratorem,* vbi non agebatur de constituendo nouo procuratore, sed de iam constituto relevando à satisdatione, tametsi verum non esse contendat Moder. Paris. *vbi supra, num 84.*

Quidquid tamen de hoc sit, in quo potius adhereo opinioni Tiraquel. quàm Moderni Paris. Aliud est enim ratificare, aliud promittere de ratificando; ideoq. non sufficit promittere ratum habere intra tempus, quo actus fieri potuit, nisi, & intra ipsum tempus ratum habuerit *secundum Paul de Castro, cons. 281. In causa ista quinque principaliter, col. penul. vers. præterea aliud, in 1. par. cons. Bertr. cons. 345. Visa consultationis themate lib. 2.* idem Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. num. 49.*

Limitatio prædicta Moder. Paris. ad nostrum propositum de promissione de vendendo, subsistere non potest: est enim contra literam, & mentem *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* quæ tantùm præcipit de venditionibus deberi gabellam, & strictè est interpretanda, & intelligenda, nempè, de venditionibus, non verò de promissione de vendendo, quantumcumque formali, cum pretio certo, & conditionibus de pactis, quousque ipsa venditio verè fiat de præsenti, vel saltem pro tali reuera habeatur, per traditionem rei, & pretij, *vt supra dicebamus,* & in terminis satis rectè probauit Lasiarte *vbi supra, num. 41. cum sequentibus,* & etiam Gironda prædictus: aliud enim est emere, & vendere, aliud promittere de vendendo, & emendo, & ideo ex sola promissione de vendendo, & emendo, non potest agi ad pretium, *secundum Paul. de Castro cons. 93. In causa quæ vertitur coram nobili viro, col. 3. versic. veniendo ad decisionem libro 2.* quem refert, & sequitur, pluribus alijs doctrinis confirmans, Tiraq. *vbi supra, d. num. 49.* non enim verba pacti de vendendo, nec mens partium referuntur ad actum præsentem, sed omnia in futurum conferuntur, ideo prædicta limitatio in proposito nullo modo congruit.

Modo non obstant adducta supra pro prima parte affirmatiua, in principio huius quæstionis.

17 Et non quidem † primum de circuitu euitando, quia

procedit in casibus expressis a iure, qualis hic noster non est; alias secùs; vel etiam habet locum vbi exercitus esset necessarius: secùs si aliqua iusta extitisset, vt notat Cardin. in d. Clementina, Auditor. 14 quæstione de rescriptis; Decan. in d. l. iura fundus, §. seruum tuum imprudens, in 1. notab. Tiraq. de retractu conuent. §. 2. gloss. num. 71. & ad finem tituli, sub num. 41. hic autem excusatus est vtilis propter dilationem ad soluendam gabellam.

18 Non obstat † secundum ex doctrina Ioannis Andreæ, ... quia habetur, vt ex sola promissione aliquid ... agi possit, ac si traditum factum esset: quia Decius vbi supra, inquit, illud dictum Ioan. Andr. semper multis ... visum fuisse dubitabile, multis rationibus, de quibus ibi per eum, quas refert Tiraq. d. num. 41.

Ex quibus fit, vt † præcedente prædicta promissione de vendendo, postea re tradita, gabella quidem non debeatur publicano, qui erat tempore conuentionis, & pacti præcedentis, vt deberi censuerunt Antonius Gomes. in 2. tomo variarum resolutionum capitulo 8. numero 2. & Paladorus libro rerum quotid. cap. 3. §. 3. num. 2. sed prædicta gabella pertinebit ad eum publicanum, qui tempore traditionis fuerit, vt latissimè contra præfatos Authores, bene probat, & tenet, respondens eorum fundamentis Lasart. dicto cap. 17. num. 44. cum sequentibus; & postea in suis nouis additionibus ad dictum suum primum locum, sequitur etiam Gironda, de Gabellis, 9. parte, in princip. num. 5. & 6. folio 180. col. 2. & diximus supra, quæstione 38. tamen Paladorus vbi supra, in noua impressione facta Salamanticæ anno 1595. suam priorem sententiam, num. 35. cum Anton. Gomez. dicat veriorem, atque eam ... conatur defendere ab argumentis Lasart. vbi supra.

SVMMARIA.

1 *Venditioni consentiens, an teneatur soluere gabellam? & numero 3.*
2 *Retractus an habeat locum, quando quis consentit venditioni.*

QVAESTIO XLVIII.

An venditioni consentiens, teneatur soluere gabellam?

1 QVæro etiam: *An qui non † vendit, sed venditioni consensit, teneatur soluere gabellam?* Et videtur eum ipsum non debere, aliud enim est consentire, aliud contrahere, Bald. *in rubr. in fi. C. de pact. ex textu in l. si pater, §. fin. ff. de manumiss. vindicta.* Afflict. *in cap. 1. §. vectigalia, num. 40. quæ sint Regal.* Præterea, aliud est vendere, aliud venditioni consentire, *vt in l. aliud est vendere,* & ibi Dec. *ff. de reg. iur.* ideo, venditio attribui debet vendenti, non verò consentienti, *cap. pastoralis & ibi Collectar. col. 1. ver. ista Decretalis, de donat. & in princ. ne sede vacant. lib. 6. cum simil.* ideoq. ista in vno experientia, non habent locum in alio, *vt in d. l. si puto, §. vlt. & in l. si minor, la primera, ff. de manumiss. vindict. cum simil.* de quo agit Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 9. num. 105.

2 Nihilominus † tamen in præmissa specie locus erit retractui, ac si consentiens venderet, quia mens consuetudinis retractus, & iuris nostri Regij id permittentis est, quod si res transeat in extraneum titulo venditionis, habeat locum retractus, quæ quidem mens & hic locum habet: quia consensus in proposito venditioni præstitus, vim habet venditionis, quantum ad id, de quo agitur, vt probat in specie retractus Tiraq. *in legibus connubialibus, gl. 2. in 12. quæst. in verbo contractus. & in repet. l. si vnquam, verbo, donatione largitus, in 12 quæst. num 278. cum seqq. C. de reuocan. donat. & de retractu lignag. §. 1 glos. 1. num. 56. & glos. 9 num 106 cum seqq.*

3 Ergo eisdem † rationibus consentiens venditioni rei propriæ, debebit gabellam 3. & hoc est verius, & tenendum, quando consentiens venditioni, recipit, vel recipere debet pretium, vel partem eius, eius namque partis soluet gabellam, vel totius pretij si totum recipiat, vel recipere debeat, vel si ad euictionem se obligauerit, quia tunc censetur vendere, *vt in l. in ædibus, §. quod filius ff. de donat.* vel etiam si probabilibus coniecturis appareret, consentientem noluisse vendere, sed venditioni consentire in fraudem gabellæ; veluti, si vendens esset clericus, vel aliter exemptus: his autem cessantibus consentiens venditioni non tenetur ad gabellam, sed vendens, *per l. aliud est vendere,* & ibi Dec. *ff. de regul. iur.* consensus enim domini pretium non recipientis, donationem operatur in fauorem venditoris; itaque in hac specie venditio tribuitur vendenti, non verò consentienti, *argumento l. 2. §. cum verò ff. de donat. & in l. id, quod, § si cum primus, ff. de donat. caus. mort.* & non inspicitur consentiens, sed is, in cuius fauorem consentit, Salicet. *in l. si liqueat, in princip. C. de inoff. donat.* vbi quod ille videtur donare, cuius res est, non is, qui tantùm verbo donat.

SVMMARIA.

1 *Gabella an statim debeatur de venditione purè celebrata habita fide de pretio, & num. seqq. resolutiuè affirmatiuè num. 3. & pertinet ad gabellarium existentem tempore contractus: ut in num. 4.*
2 *Laudemium an statim debeatur ex venditione purè celebrata habita fide de pretio.*
5 *Venditor ante diem solutionis pretij, non liberatur cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debitæ contra emptorem.*

QVAESTIO XLIX.

Vtrum de venditione iure celebrata, habita fide de pretio, debeatur statim gabella?

1 QVæro vlterius, *an ex † venditione pura, habita fide de pretio debeatur statim gabella vel expectandus sit lapsus termini solutionis pretij ad hoc, vt gabella peti possit?*

2 Et quidem † quo ad solutionem laudemij attinet, quod ante lapsum termini solutionis pretij peti non possit, probat Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. titulo 2. §. 55. glos. 1. numero 40 cum seqq.* vbi duplicem assignat rationem, ... fraus fiat; & dilatio ad soluendum pretium simuletur, tunc namque, quod verè actum est obseruabitur.

Secundò limitat Modern. Paris. *num. 46.* suam prædictam sententiam, nisi ex alia causa non recipiendo ... tionem, & limitationem pretij, sed in compensationem, vel contemplationem alicuius muneris per emptorem vltra pretium suscepti, & promissi in fauorem venditoris concesserit venditor dilationem pretij: vel si postquam purè venditor rem vendidisset certo pretio statim soluendo, hac ... de eo haberet emptori, vt gratiam ei faceret: tunc enim statim laudemium domino debebitur: ergo & gabellario: Cum enim purè gabellario obligatio gabellæ acquisita sit, in eius damnum venditor paciscі non potuit, dilationem pretij soluendi emptori concedendo.

Et in terminis statuti præcipientis, quod ex contractu soluatur gabella, idem probat Alexander de Imola, *in l. in lege Falcidia non habetur, numero 2. ff. ad leg. Falcid.* quem sequitur Roderic. Suarez, *in titulo de las arras, §. ex quibus, numero 9.* tametsi Bartol. *in dicta l. in lege Falcidia,* in ea sit sententia, vt licet statim debeat solui vectigal, deducendum tamen sit interusurium medij temporis, quia minor est illa quantitas, quæ ad diem est soluenda: Sed opinionem negatiuam Alexandri, sequitur Paladorus *libro 1. rerum quotidianarum, capitulo 3. §. 7. numero 15. cum sequentibus,* dicens eam nullam magnam habere rationem, durum enim, & per è iniquum videtur, vt venditor ante pretium receptum vectigal soluere cogatur. Cuius opinionis aliæ rationes assignantur, nempè, quod cum nomine gabellæ solui debeat decima

pars pretij, quoties venit *l. 1 titulo 17. hoc libro 9. Noua Collection. Reg.* ante solutionem pretij non potest dari eius decima quæ soluatur. Ergo gabella regulanda erit eadem mensura temporis, qua ipsum pretium, argumento *l. nec semel, §. si in habitatione, ff. quando dies legato ced.* Cum igitur gabellarius petens gabellam se fundet in contractu venditionis, necesse habet sequi limites ipsius venditionis, nec poterit eos anticipare, vt aliàs inquit Mod. Paris. *in Consuetudin. Parisiens. 1. part. 1. titulo 1. §. 19 glos. 2. in fine.* Deinde, quoniam liberum est vnicuique rem propriam vendenti, fidem habere de pretio, hoc est eam vendere ad creditum, nec inde aliqua fraus fieri videtur fisco, vel gabellario, quod solutionem pretij in tempus differat, cum non debeat esse melioris conditionis in hoc fiscus, quam dominus ipsius rei; sed venditor vt sibi consulat, vt plurimum contingit, habet fidem de pretio, ergo & fiscus respectu gabellæ, eidem conuentioni stare tenetur; ex eo, quod gabellarius non rogit sic, vel sic vendere.

3 His nihilo secius non obstantibus, † contraria sententia verior est, & receptior in praxi, immo quod in specie nostræ quæstionis ex venditione rei, habita fide de pretio celebrata, statim debeatur gabella, & peti possit antequam veniat dies solutionis pretij.

Primò *ex l. 31. titulo 19 hoc libro 9.* dum generaliter præcipit, statim post quinque dies, a tempore venditionis contractæ computandos, deberi solui gabellam, nulla distinctione facta, an venditio pura sit, vel in diem celebrata: ergo nec nos distinguere debemus, *vt in iuribus vulgaribus.* Vnde minus bene dixisse videtur Parla dorus *vbi supra,* scilicet, nisi venditio habita fide de pretio facta sit: hæc namque limitatio ad eam legem nimis licentiosa est, & non secura, immo falsa, vt ex prædictis patet, & affirmat Lassartus *de decim. vendit. cap. 6. nu. 24.*

Secundò, *ex l. 10 tit. 17. hoc libro 9. ad finem,* ibi. *Por no ser acabada, de pagar, &c.*

Tertiò, quia licet decima pretij soluenda sit nomine gabellæ, *vt in d. l. 1.* non tamen est, nec dici potest onus adiectum ipsi pretio, ita, quod ipsius naturam, & conditionem sequi debeat, sed potius est onus consequutiuum contractus venditionis, & permutationis, vt sæpè cum Baldo *in l. 1. numero 4. C. de cotrahenda emptione* docuimus in hac materia. Etenim propter ipsam venditionem, aut permutationem, ex ipsa soluitur gabella: atque principio cōcessa fuit gabella nostris Regibus a populis huius Regni ex venditionibus rerum suarum: quantitas autē gabellæ a lege definita est decima pretij, quo res venierit: Aduerte tamen, ipsam legem non dicere: *De todo el pretio por que vendieren, y se pagare:* sed tantum *de todo el pretio por que vendieren.* & in principio: *Mandamos que los vendedores paguen el alcauala,* itaque nullibi reperitur facta mentio solutionis pretij, ad hoc vt gabella debeatur, & soluenda sit, sed tantum de venditione pretij ideo autem fit mentio, vt designetur quota eius soluenda pro gabella, hoc est decima: non ergo gabella soluenda sequitur rationem, aut conditionem pretij: aliàs etiam si pretium ad venditorem numquam perueniret, gabellæ locus non fieret, quod verum non est, quia vēditione semel celebrata, quidquid de pretio postea contingat, debetur gabella, vt quotidie in praxi videmus, atque ita curandum non est, an res tradita vel pretium solutū sit ad hoc, vt illud peti possit, vt docuimus supra alia quæst. Tandem quia si aliud diceremus, in manu venditoris esset differre gabellæ solutionem pro libito suo, asserendo sæpè, ac sæpius, sibi pretium non esse solutum, vel dilationem concedendo per gratiam emptori ad solutionem verè, vel fictè, vel exigendo per partes etiam minimas, aliasq. fraudes confingendo in præiudicium iurium Regalium, quod esset maximum absurdum.

Et in terminis hanc partem sequitur, & tenet Auendan. *responso 29. in principio, ante numerum primum, & in versiculo fiscus,* sed ex proposito late contra Parladorū probauit dicens, ita ex facto iudicasse Lassartus, *dicto capitulo 6. numero 29. cum sequentibus,* & Gironda, *de Gabellis, 4. parte, §. 2. numero 1. cum sequentibus, vbi numero 8.* quod istam opinionem semper practicatam vidit: & quod intelligi potest, & habeat locum in casibus, in quibus res vendita traditur, nec dominium transfertur venditione facta, habita fide de pretio: Eamdem sententiam latè etiam probat, & tenet Azeuedus, *in dicta l. 1. numero 82. cum sequentibus, titulo 17. hoc libro 9.* vbi refert quinque effectus resultantes, ex hac tenenda sententia: & in praxi sic video receptum, & obtentum, prout etiam affirmat Azeuedus *in dicta lege numero 95.* dicens, sic vidisse Regia sententia in Senatu Regio dominici patrimonij determinatum, & decisum nullo interlapso medij temporis vēditori per gabellarium soluto, neque soluendo, vt volebat Bartolus vbi supra, citatus. Non obstant etiam rationes contrariæ partis: quia iam ex supradictis diluuntur, & nuncupatim eis satisfaciunt Lassarte, & Gironda, *vbi supra.*

4 Illud autē procul dubio in proposito est, † quod siue hanc quam sequimur, siue priorem opinionem sequaris, gabella ista omnino soluenda est ijs gabellariis, qui tempore contractus fuerint: non autem illis, qui fuissent die solutioni adiecto, *vt tradit Ioannes de Platea, in l. sancimus, C. de Consul. lib. 12.* quem refert ad hoc Lassart. *vbi supra nu. 25.* & probatur in l. 12 *ad finem in versiculo, y los arrendadores, ibi: Y puesto que las dichas yguales y pagas se fanan a la salida de los ganados:* & tenet Azeuedus in d. l. nu. 86. *versiculo quartus, & nu. 87.* vbi refert Lassartum idem tenentem *cap. 5. num. 20.*

5 Nec venditor † ante diem solutionis pretij rei venditæ liberabitur, cedendo gabellario actionem, vsque ad quantitatem gabellæ debitæ, vt illam exigat ab emptore, adueniente termino solutionis pretij: cum enim venditor statim venditione celebrata, ratione ipsius contractus, teneatur soluere gabellam, vt verissimum, & receptum esse docuimus: non adimplebit cedendo actionem, nec potest obligationem suam personalem in emptorem transfundere, inuito creditore, qui est gabellarius, contra regulam *l. si mandato meo, § item si cum ibi notatis, ff. mandati.* ita est tenendum, tametsi in hoc contrarium velit Mod. Paris. *in Consuetudine Paris. 1. parte, titulo primo, § vigesimo secundo, ad finem,* distinctia illud notabile: sed illud in nostra materia gabellæ verum non est, nec in praxi reciperetur, sed quod præd̄iximus, *secundum* Lassartum, & bene, vbi supra, *num. 28.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex remissione partis pretij conuenti? distinguitur numero secundo, vbi quid ex augmento, & num. 4.*

2 *Laudemium an debeatur ex diminutione, vel augmento pretij.*

3 *Fraus quomodo probetur in diminutione pretij contra gabellarium?*

Q V AE S T I O L.

An ex remissione partis pretij conuenti debeatur gabella?

1 QVæro deinde: An ex remissione partis pretij conuenti facta debeatur gabella? Et videtur quidem ex hoc gabellam non minui: sed ex toto pretio conuento deberi integram: quia postquam est debita gabella, partes in præiudicium tertij, hoc est fisci, vel gabellarij, non possunt a contractu discedere, iuxta doctrinam Baldi, *in l. si constante, columna, secunda. C. de donation. ante nupt.* communiter absque receptam, de qua supra *quæst. 10. num. 2.* meminimus.

2 Nihilominus tamen † in re hac ita distinguendum uidetur: ut siquidem incontinenti re integra pretium constitutum, atque conuentum diminuitur, gabella etiam diminuatur respectiuè, & ea solum soluatur,

quæ

quæ conuenit pretio rei venditæ soluto, vel soluendo: cum liberum sit partibus incontinenti ab emptione discedere, vt *in l. ab emptione, cum similibus de pactis*. Si verò ex interuallo hoc fiat, ex causa donationis, gabella non minuitur, sed integra soluitur ex pretio primum conuento: donatio, enim, *o illa quita*, nihil attinet ad venditionem præcedentem semel perfectam in præiudicium tertii: si verò diminutio pretii ex interuallo fiat, absque fraude, ad reformationem excessus, vel inæqualitatis iusti pretii in illo cōtractu subsistentis, tunc cum reformatio hæc respiciat ipsum contractum emptionis, & venditionis, diminuat etiá respectiuè gabellam, quemadmodum per contrarium, & ipsa augebitur, si pretium conuentum augeatur, vt in terminis laudemii probauit Mod. Paris. *in Consuetudine Parisien. titulo secundo, §. quinquagesimo quinto, glossa quinta, numero secundo*, dicens, quod si emptor emit pro mille, sed 900 soluit, nisi sexcentum, & liberatus fuit, nihilominus tenetur soluere laudemium ad rationem pretii conuenti, non autem soluti, & hoc, nisi constaret, rem non valere circiter vltra sexcentum, & quod remissio pretii conuenti facta est ex iusta causa, & per modum reformationis contractus, quæ etiam ex interuallo, re non sequuta, fieri potest, dummodo non simulatè, sed ex iusta causa, licet in consequentiam redundet in præiudicium domini; Quemadmodum è diuerso, *li. eo*; quod res plus valebat, reformatum fuerit pretium in augendo, nedum si per modum reformationis contractus, sed etiam si per modum simplicis supplementi, vel ex libro secundo C. de *rescindenda venditione* vel etiam citra compulsionem dictæ legis, quia nō erat læsio vltra dimidiam, secundum veram proportionē, sed voluntariè bonam fidem agnoscendo suppleuerit emptor iustum pretium, debét solui laudemia nedum de pretio conuento, sed etiam de augmento, vel supplemento: & è contra, de pretio bona fide diminuto tantú, nisi hæc fiāt donandi causa. Et addit *num. 3.* quod in dubio, quando non apparat de causa augmenti, sed constat de pretio soluto, fundatam habet dominus intentionem suam ad ratam pretii veri soluti: nisi essent fortiores præsumptiones pro donatione, quod res non valeret vltra pretium conuentū, & venditor erat plurimum meritus, vel dilectus ab emptore, qui etiam allegaret, se plus soluisse animo donandi? Ergo idem videtur obseruādum in terminis nostræ quæstionis gabellæ soluendæ.

Fraus autem in diminutione pretii contra gabellam fieret, quando ex commensuratione pretii, & appretiati, interesse, constaret maximum inter hæc differre, hæc namque est coniectura magis iuridica dignoscendæ fraudis, *l. 1. §. 1. ff. de superficieb. Decius. cons* 500. *num. 5. & ibi eius Addition.* Sed & aliis coniecturis id constare poterit, & ideo iudices tenentur inquirere ad petitionem gabellariorum super huiusmodi fraudibus, quibus partes vt plurimum vtuntur ad fraudandam gabellam, & veritatem eruere: *Si fingen vnos contratos, de que no se deue alcauala, como son donaciones, por otros de que se deue, o si pone menos precio de aquello que reciben, o hazen otras fraudes, por encubrir la dicha alcauala: y si hallaren ser ansi, mande des hazer las fraudes, y hazer acudir al arrendador o receptor de las alcaualas, con todo lo que montare el alcauala auido respeto al verdadero precio, con mas el quatro tanto de la dicha alcauala.* Ita decidit nuncupatim *l. 11. titulo 17. hoc libro nono, Nouæ Collect. Reg.*

4 Aliàs autem, si † cessante fraude ex prædictis iustis causis diminuatur, vel augeatur pretium conuentum, rectè procedere videntur superiora. Nihilominus tamen in nostra materia gabellarum, etiam si reformatio pretii absque fraude fiat, ex causa læsionis intra, vel extra dimidiam, contrarium tenendum, & obseruandum erit: immò, quod gabella debeatur, & soluatur respectu totius pretii conuenti, licet excessiuum sit, vel etiam respectu augmenti suppleti ex rationibus, quibus supra hoc probauimus, & resoluimus *quæst. 12. per totam in materia l. 2. C. de rescind. vend.* & tenet Azeuedus *in d. l. 1. numero* 156. Quod si fraus contra gabellam intercesserit, à fortiori idem erit dicendum.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex franquitia, hoc est, quando se vende por precio franco de alcauala: resoluitur affirmatiuè numero 2.*

3 *Onera adiecta emptori, sunt pars pretij, sicut contra adiecta venditori sunt pars rei.*

4 *Restitutio non conceditur pro minimo, idemq. in materia penali procedit, in qua, qui omisit facere quod tenebatur, vel indebitè fecit, in minimo pœnam non incurrit, & potius præsumitur error quam culpa: secus quando agitur de iure ordinario cuiusque, tunc enim minimum consideratur.*

5 *Gabellarius potest venditorem conuenire pro gabella, licet ille pro pretio franco à gabella vendiderit: non tamen emptorem, nisi cessa per venditorem actione, vt in num. 7.*

6 *Venditor, quod soluerit nomine gabellæ, recuperabit ab emptore, cui ex pacto incumbit eius solutio.*

8 *Emptor à gabellario conuentus in præmissa specie, si iudicium sponte suscipiat, quamuis de iure non teneatur, exceptione taciti pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, vtiliter repelletur.*

QVAESTIO LI.

An ex franquitia (hoc est) de la franqueza que se heze en el precio de alcauala, gabella debeatur.

1 QVæro præterea, † *an cum venditio sit franco pretio, nēpè mille aureis, ea lege, vt emptor teneatur soluere gabellam, ipsa soluenda sit tantum de illo pretio conuento mille aureorum, vel etiam de quantitate gabellæ?*

Et prima quidem facie videtur dicendum, de pretio tantum conuento, quod peruenit ad venditorem, gabellam esse soluendam, ex *l. 1. titulo 17 hoc libro 9. Nouæ Collect. Reg. ibi: Los vendedores paguen el alcauala de cada diez marauedis vno, de todo el precio por que vendieren.* Facit præterea doctrina Mod. Paris. *in Consuet. Paris. titulo 1. §. 55. glos. 1. num. 3.* vbi in simili specie conuenimus tenet, non deberi duodecimam duodecimæ, quæ est infra centesimam quinquagesimam partem pretii: quia vix est præsumendum pretium pro tantillo augmentatum, nec de hoc habenda est ratio, *l. scio. ff. de in integr. restit.* per Antoniū Cortesium *in tractatu de minimis*, nisi de maximo pretio ageretur, & verisimile esset ad notabilem aliquam quantitatem auctum pretium, propter dictum onus adiectum in venditione.

2 Nihilominus tamen † contraria sententia in nostra quæstione gabella tenenda est, immò, quod ipsa debeatur, & soluenda sit non solum de pretio conuento, quod peruenit ad venditorem, sed etiam de ipsa gabella eiusdē pretii, quæ pacto contractus emptori adiecta fuit: hæc enim est pars pretii, quia verisimiliter, res minori pretio venditur, & emitur ex eo quod emptor se grauet onere soluendi gabellam, quod aliàs ad venditorem nostræ legis authoritate spectabat, & sic minor esset gabella, si non solueretur nisi de pretio conuento, debet enim solui etiam de oneribus adiectis emptori, † quæ sunt pars pretii; sicut onera
3 adiecta venditori sunt pars rei, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt. l. si sterilis, §. si tibi, ff. de action. empt.* Augent enim, vel minuunt contractum, & ideo debent æstimari *secundum Bald. cons. 164. Maritus, in fi. lib. 5.* Ex quibus hanc opinionem in venditione feudi, hoc pacto celebrata, quod pretium sit francum, & liberum venditori quod debeatur pactorio quintum, & sub quintum pretii, probauit idem Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 24. nu. 1.* Ergo idem dicendum est in nostra quæstione.

Secundò eadem verissima sententia probatur in præ-* rata *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: De todo el precio que vendieren:* qui enim totum dicit, nihil excludit: sed prædicta

prædictæ

prædictũ quod emptor tenetur soluere gabellam, est pars
pretij, quia ob id res minori pretio venit, *vt probauimus*.
Ergo, & de hac gabella subgabella etiam solui debet, ex
4 quo cessat primum fundamentum partis contrariæ. † Se-
cundum etiam eiusdem partis fundamentum in proposi-
to locum non habet, quia quod dici solet, de minimis non
esse curandum, procedit in eum sensum, vt pro minimo nõ
concedatur restitutio, & sic remedium extraordinarium,
vt in d. l. scio, idemq. in materia pœnali procedit, in qua
qui omisit facere quod tenebatur, vel indebitè fecit, in mi-
nimo pœnam non incurrit, & potius præsumitur error,
quam culpa, *l. quamuis*, & ibi Bald. *ff. de condit. & demon.*
Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 56. nu. 38. & 39.*
Secus quãdo agitur de iure ordinario cuiusque: tunc enim
minimum etiam consideratur, *l. si proprietarius*, & ibi
Bart. *ff. de damno infecto*. Alciat. *de verb. signific lib. 1. num.*
79. & Tiraq *in repet. l. si vnquam, verb. omnia, vel partem*
aliquam num. 15. C. de reuocat. donat.

Et ideo in terminis nostræ quæst. hanc secundam par-
tem merito probarunt Palador. *rer quotid. lib. 1. cap. 3. §.*
7. num. 45. secundum priorem impressionem, & Lassartus,
de decim. vendit. cap. 15. num. 19. cum seqq. vbi quod iure
vtimur, & seruatur in praxi: sequitur etiam Gironda, *de*
Gabellis, in prælud. num. 34. tametsi eorum opinio non pla
ceat Azeuedo, *in d. lib. 1. num. 81.* priuatis quibusdam ra-
tionibus, quæ potius opinionem supradictorum compro-
bant, quam propriam ipsius Azeuedi.

5 Illud tamen addiderim, quod † in specie nostræ quæ-
stionis quoties pacto conuentionum ad emptorem spe-
ctat gabellæ solutio, nihilominus gabellarius poterit pro
ea venditorem conuenire, non enim is suo pacto facere po-
tuit, vt obligationem suam, inuito creditore, fisco, scilicet,
aut gabellario, in alium transferret, vt probat text. *in l. in-*
ter debitorem. ff. de pact. & in l. si mandato meo, §. item si,
cum ibi notatis, ff. mandati & in terminis probat Lassar-
tus *d. cap. 15 num. 11. qui num. 12.* rectè ex hoc obseruat, ni-
hil speciale tradi *in l. 8 tit. 19. lib 9. Nouæ Collect. Reg.* dum
decidit, quod vendens clerico, vel aliæ personę priuilegia-
tæ, atque a solutione gabellæ immuni, franco pretio, hoc
est, *borro de alcauala*, tenetur soluere gabellam; quia hoc
non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita re-
ctè conueniri queat, quam quod ita de iure est, ex prædi-
cta ratione in quocumque emptore, quod quidem mani-
festè probat nobis lex illa in illis verbis: *Que los vẽdedores*
ayan de pagar el alcauala, como si los vendiessen a personas
legas: iunctis verbis statim sequentibus, *Y que esto ayan*
lugar y se guarde no embargante, que los compradores exẽ-
ptos compren los bienes borros de alcauala: Probat ergo ex-
pressè lex illa: *Que vendiendo uno borro de alcauala, agora*
sea o Clerigo, o a personas legas, se puede cobrar de los here-
damientos, y otras cosas, que se vendieren: quam legem
intelligit Gironda, *de Gabellis, 2. parte §. 1. num. 11. & 12.*
per iudicem secularem, quia hypotheca, & causa successio-
nis tribuit iurisdictionem.

6 Sed quod † venditor in hac specie soluerit nomine ga-
bellę recuperabit ab emptore actione ex vendito, argumẽ-
to text. *in l. 2. C. de hæred. vel actione vendit. & l. 2. § si ven*
ditor, ff. eod. tit. & in terminis probat Mencha. *de succes-*
sionibus creat. § 10. num. 25. versic. in summa, & Lassartus
7 *vbi supra, num. 13.* gabellarius † autem non poterit con-
uenire in specie præmissæ quæstionis emptorem, nisi cessa
8 per venditorem actione, † quod si emptor aliàs a gabella-
rio conuentus, iudicium sponte susceptat, quamuis de iure
non teneatur exceptione taciti pacti, si iterum non satisfa-
ctus ad venditorem recurrat, vtiliter repelletur, *argumento*
l. 2. C. de pact. quam ad hoc latè expendit cogita glossam
ibi, & omnes, Lassartus, *vbi supra, num. 14. cum seqq.*

SVMMARIA.

1 *Gabella an deducenda sit ex toto pretio, quo res venit ante-*
quam deducantur ex eo expensæ factæ in venditione, vel
deductis prædictis expensis? & num. sequen. resoluitur
affirmatiuè.
2 *Gabella soluenda ex legato solum deducenda erit ex eo, quod*
superfuerit deducto onere legati.
4 *Decima prædialis Ecclesię debita computatur sine deductio-*
ne expensarum, quæ fructuum ratione fiunt: idem est in
tributis quotæ partis fisco debitis.
5 *Gabella soluenda pretio venditionis, an sit soluenda deductis*
expensis factis in proxenetis, & subhastationibus: & a-
lius refertur distinctio Bart. communiter approbata.
6 *Promissum an sit deducendum de pretio rei venditæ ante-*
quam de eo soluatur gabella? & num. seqq. resoluitur af-
firmatiuè.
7 *Impensæ venditionis in duplici sunt differentia, vt hic.*
9 *Promissum non est de natura venditionis, nec de eius sub-*
stantia, sed dant causam eidem.
11 *Administratores redditum Reipublicæ possunt promissa*
licitantibus concedere.
12 *L. 6. tit. 13. lib. 9. Noua Collect. Reg. intellectus.*

QVAESTIO LII.

An ex pretio pro quo res venierit, deducantur expensæ antequam gabella, vel ex toto pretio sit soluenda?

1 QVarto modo † circa eamdem *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. No-*
uæ Collec. Reg. an ex toto pretio quo res uenierit, quod-
que ab emptore solutum sit, gabella deduci & solui debeat,
an potius de residuo pretij deductis prius impensis factis,
tam pro præparanda, applicanda, & perficienda uenditione,
ut puta sumptibus subhastationum, si res subhastetur, uel
sumptibus chartarum proxenetarum, tabellionum, & hu-
iusmodi; uel etiam quod promissi nomine datur, hoc est, lo
que se da de prometido.

2 Et quidem quo ad priores sumptus (extra causam pro-
missi, de quo postea in hoc eodem capite agemus) Docto-
res nostri satis inter se dissident: inquit enim Bald. per tex.
ibi, *in l. non amplius ff. de leg. 1.* quod si debeat solui gabel-
la ex legato, tantum soluenda erit de eo, quod onere legati
deducto, superfuerit, quem DD. sequuntur, & plura in
proposito congerit Socin. *in l. si ex legati causa col. 13 ff de*
uerb. obligat. & in terminis nostra quæstionis Firmian.
Berracii *de Gabel 8. par. 7. memb. nu. 45 uol. 11. tract. diuers.*
Doctor. in antiquis, & plures allegans Tiraq *de utroque re-*
tractu, tit. 1. §. 15 glos 1. num 5. & Campegius *de dote, 2.*
parte, quæst. 12. & è nostris in hoc studio Castell. *in l. 70.*
Taur. in glos El alcauala, in addition Mexia, *in pragma-*
tica [illegible], *conclus. 2. num. 94.* & Baptista Villalobos
in suo ærario communium opinionum littera E, num. 5.

3 Contraria tamen sententia † in hoc verior est, & tenen-
da, nimirò quod gabella soluenda sit ex toto pretio conuen-
4 to, absque deductione prædictarum expensarum, † quia si-
cut decima prædialis debita Ecclesiæ computatur sine de-
ductione expensarum, quæ fructuum ratione fiunt, *ut in*
c. tua nos, & ibi Doctores, de decim. Rebuff. *de decim quæ-*
stione 1. num. 3. & D. Soto, de iustitia, & iure lib. 9 quæst.
4 artic. 2. ita etiam, si quota pars [illegible] debeatur, absque ulla expensarum deductione soluenda est,
ob utilitatem publicam, quæ in tributorum solutione con-
sistit, *ut inquit Auendan. 2. par cap. 14. num 15.* Mat. de
Affict. *decis. Neapol. 252. num 7.* Tiraq. *ubi supra, num.*
Paul. de Castro, *num. 3. & ceter. in l. fructus, ff soluto ma-*
trim. & [illegible]
conueniunt, & valde in, vt constat ex ad-
ductis per Tiraq. *ubi supra, num. 12. & 13.* & per Addit.
Bernar. Diaz de Lugo, *in reg. 202. uers 2 limit.* & Bart. *de*
decim. tit. 1. c. 20. num 2. & Ioan. Gutiér. *de expens. & melior.*
cap. 1. num. 20. & ideo ad decisionem huius quæstionis
principalis de gabella secura satis non videtur doctrina A-
uendani, & ceterorum præcitata.

Nihilominus tamen præfata nostra 2. principalis sen-
tentia de se hac verissima est, & tenenda in praxi, nempè,
quod prædictæ expensæ non deducantur ex pretio, sed
quod

quod gabella soluenda sit ex toto pretio conuento, prædictis expensis minime deductis, eo nempe potissimum fundamento, quod lex nostra non præcipiat gabellam solui ex pretio, quod ad emptoré peruenerit, quo casu ingenuè faterer prædictas expensas deducendas esse, sed potius loquit: *de todo el precio por que vendieren*: ergo non deducuntur impensæ, quia alias non solueretur gabella de toto pretio, quo vendiderint, stante autem ea, & communiter recepta doctrina Bar. *in l. sed si hoc, §. cuidam, num. 1. ff. de condit. & demonstrat.*
5 † quæ habet, quod si lege, vel statuto caueatur, vt ex pretio rei venditæ soluatur gabella sex denariorum pro libra, ea solui debet, deductis expensis, quæ in proxeneticis, & subhastationibus, aliosve modo factæ erũt, quia pretium rei dicitur, deductis expensis, & labore: si autem lex, uel statutum ita disponat, vt ex pretio, quo res uenierit, gabella soluatur, vt nostra lex 1. Regia præcipit, atque disponit, tunc absque vlla expensarum deductione ex toto pretio conuento, & per contrahentes in venditione deducto, soluenda est rem tanti venditam esse; quam Bart. doctrinam, & distinctioné sequitur, plures allegans, Mod. Paris. *in Consuetud. Paris titulo 1. §. 24. numero 2. & 3. & Afflict. in capit. 1. §. vectigalia, numero 146. quæ sint regal. in vsib. feud.* estq. communiter approbata, *secundum Lassartum, de decim. vendit. capite 19. numero 2. cum seq.* Ergo cum nostra lex Regia, 1. titulo 17. hoc libro 9. *Mande, que se pague el alcauala de todo el precio por que vendieren*, ad huius regalis decimæ computationem non erunt deducendæ expensæ prædictæ, prout in terminis eiusdem legis & ex præfatis verbis ipsius rectè probauit Ioannes Parladorus *rer. quotid lib. 1. capit. 3. §. 7. numero 46.* & sequuntur Lassart. *ubi supra, num. 3.* & Gironda *de Gabellis in prælud. num. 34.* & Azeuedo, *in d. l. 1. Regia, num. 152. & 153.* Et ita iuuendo, & quotidie in praxi obseruari videmus quidquid vix id defendi posse dicat Ioannes Orosc. *in l. cum quædam puella, §. quoties, numero 4. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et licet contrarium probent ceteri supra citati, & Antonius Gomez *in 1. tomo variar. resolut capit. 2. num. 25.* quorum dicta ad terminos dictæ communis distinctionis Bartoli reducenda sunt, & iuxta eam intelligenda, tamen etsi in eos applicatione ad nostram legem Regiam valde errauerint, *secundum Lassart. vbi supra, num. 2.*

6 Superest, vt videamus † de secundo, népè, de promisso, hoc est, *del prometido, si de ello se deue, y ha de pagar alcauala, o si ha de sacar el prometido, y de lo restante solamente pagarse el alcauala*: Hæc aliquanto maioré dubitationem habet, quam præcedens de alijs impensis, quas resoluimus non esse deducendas, sed de omni pretio soluendá esse gabellam, ex nostra lege vt supra inducta.

7 Impensæ enim † venditionis in duplici sunt differentia; quædam enim sunt ab extra ipsius contractus venditionis, vt iura portationis rei venditæ, & in proxeneticis, præconis, & tabellionibus expẽsum, & similia, quæ, etsi requirãtur pro adiuuanda, & præparanda venditione, adhuc tamen non efficiunt, nec constituunt ipsum contractum, aut eius pretium, quia sunt extra rem, & contractum, & de his loquitur distinctio Bartoli communiter approbata, de qua supra, ut patet: Aliæ uero sunt expensæ ipsum contractum efficientes, atque perficientes, uel saltem dantes causam eidem, & pretio ipsius, *como el prometido*, quo emptores alliciuntur ad maius pretium pro rebus offerendum, quam aliàs offerrent, si eis non promitteretur, & adeo hæc impensa cohæret contractui, ut si non soluatur promissum, de iure communi posset rescindi uenditio, *l. cum te, C. de pact. inter emptor. & vendit. & l. 58. titulo 5. partita 5.* Et ideo hæ impensæ, *del prometido* a principio uidentur pretium minuere, quandoquidem apud uenditorem non remanent, sed apud aducentes sub prædicto promisso, modo ipsi remaneant cum rebus venditis, modo alij, & sic diuersæ uidentur hæ expensæ à primis; præcipuè, quia hoc genus promissi, de quo loquimur, ipso iure minuit pretium, ita vt reuera pretium rei venditæ hoc promissum non videatur, *l. quod dicitur, ff. de impensis in rebus dotalibus factis.* At impensæ in rerum venditione factæ, nunquam ipso iure pretium diminuũt, *l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. l. si cognouerit, ff. de pignorat. act.* Ergo nil mirum si diuersum ius in eis statuatur, hoc est, *que del prometido no se pague alcauala.*

Secunda autem pars coadiuuatur, si obseruemus nostram legem *titulo 17. hoc lib. 9.* non imponere onus soluendi gabellam verbis habentibus respectum ad certum, & determinatum pretium, hoc est, reijciendum, vel quo res venierit, quia potius loquitur verbis respicientibus res ipsas venditas, quod autem pertinet ad pretium, remanet indistinctum, loquitur enim: *El alcauala de todo lo que se vendierẽ*, Nec obstat, quod ibi ita sequitur, scilicet, *De diez vno*, quia hoc non pingit, vt vnum pretium potius quam alterum soluatur, nempè, receptum, vel recipiendum, aut conuentum, sed potius designat quotam partem soluendam, non vero aperit, cuius pretij hæc quota sit soluenda.

Non etiam obest eadem l. 1. dum inquit: *Que los vendedores paguen el alcauala enteramente*, hoc namque eumdem habet sensum, & intellectum, vt venditores integram gabellam soluant, non vero partem, hoc est, pro medietate, vt olim erat in vsu, *iuxta l. 17. tit. 18. hoc lib. 9.*

Tertiò, pro hac eadem parte repugnat iustitia naturalis; cum enim hoc promissum causam det contractui, & crescere faciat eius pretium in communem vtilitatem Regis, & venditoris, secundum naturam est, vt quem sequuntur commoda, sequantur & incommoda, atque admonitio, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. c. qui sentit, eodem titulo, cum similib.* aliàs enim esset melioris conditionis fiscus, quam dominus rei venditæ, atque inæqualitas magna daretur inter eos, & iniusta, diuersoque iure censeretur vnus idemq. contractus, absque diuersis respectibus, sine culpa venditoris, quinimmò sua propria industria, & diligentia fiscos proficua, eidem domino noceret, quo ad solutionem gabellæ respectu promissi. Cum igitur nostra lex 1. huic iuris regulæ prænarratæ expressè non deroget, iuxta eam intelligenda, atque interpretanda est, vt careat in dubio vitio iniquitatis, *argumento l. in ambigua, ff. de legibus.*

Quibus fit, vt hãc opinionem in terminis nostris, nempè, vt promissum deduci debeat a pretio rei, & ex residuo tantum debeatur gabella, probauerit Parladorus *lib. 1. rerum quotidian. cap. 3. §. 7. num. 47.* quam etiam scio prius tenuisse, & sequutum fuisse grauissimum Iurisconsultum huius Regni viis iam functum, vt in eius priuatis scriptis probatam vidimus, & procul dubio in praxi admissam accepimus, & affirmat Azeuedo sequutus Parladorũ contra Lassartum *in d. l. 1. num. 154.* dicens, male voluisse Lassartum contrarium.

Sed quod promissum hoc deduci non debeat quo ad so-
8 lutionem gabellæ, sed potius † ex toto integro pretio gabella computatur, & soluenda sit, verissimum esse censet atque lata probare nititur Lassart. *d. cap. 16. num. 6. cum seqq.* tam ex litera d. l. 1. Regiæ, dum generaliter dicit, præcipit, & statuit, vt pro gabella soluatur decima totius pretij, quo res vendita fuerit, quam quod licet centum (verbi gratia) data sit emptori promissi nomine, vt mille rem emeret, nihilominus res mille vendita est, quia promissum pretium non minuit ipso iure, alia enim licitatio non fieret super promisso, nec si alius pluris licitetur, primus emptor promissum acciperet, quod est falsum, & præterea necessarium esset in præconio explicari promissum datum: hoc autem non est ita, quin potius contrarium seruatur in praxi: ergo prior opinio vera non est.

Præterea allegat pro se Lassar. quasi expressam legem 6. titulo 13. hoc lib. 9. ibi: *Y que la dicha quarta parte de puia se entienda ser fecha contando por precio de la renta todo lo que della nos emos de auer, y saluado, y situado que aya en ella; y los prometidos que en ella se han otorgado*: quæ decisio non ex alio procedit secundum ipsum, quam quod promissum extra pretiũ rei sit, nec illud minuat, alia enim ratione datur, scilicet, vt emptores ad pluris licitandum inuitentur, cui leg. Regiæ, tantum respondet Parlador. illic alia ratione, promissa hæc in pretio computari, sed eam rationem non aperit, & Lassar. nullam inuenit nisi quam

præ-

pra dixi: ergo fortis est hæc lex, & expressa contra Parladorij opinionem.

Neque secund. Lassart. doctrina Bart. communiter recepta secundum Parlador. *vbi supra, d. num. 47.* & Lassar. *d. cap 16 num. 5. & 14.* quam pro se allegat Parlador. *in l. quantitat. ff ad leg Falcid* nocet. quoniam potius pro hac secunda opinione facit, cum ibi Bart. promissum cum dato proxeneti, & alijs impensis confert, atque coniungit: ergo quod de impensis supra diximus, iuxta eiusdem Bart. alibi communem distinctionem, de promisso quoque dicendum est. Nec etiam inquit Lassart. obstat *l. quod dicitur, ff. de impens. in reb dotal. fact.* quia immo ea lex de impensis loquitur, quas certum est, gabellam non minuere.

9 Similiter pro Lassart. responderi † poterit ad primum fundamentum, quod nos supra pro opinione Parlad. adduximus, nempè, de duplici differentia expensarum ab extra, scilicet, & ipsum contractum efficientium, &c. vt promissum, nempè, promissum nihilominus rem separatam esse ab ipso contractu, est enim præmium quod dominus offert, vt pluris liceetur res sua, & sic quid accessorium, non tamen ideo est de substantia, & essentia contractus, qui sine promisso fieri potest, & sæpè accidit, vt quis promissum lucretur, & remaneat sine se vendita: est igitur causa inductiua contractus, non verò essentialis ipsius, nec de eius natura, vt videre licet in casu *l. 58. titulo 6 par. 5.* & constat ex glos. *in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend.* vbi aliud est contractus venditionis, & aliud, quod causam dat contractui; & ita pro eo quod præcedit contractum eidem causam dante, agitur præscriptis verbis, *l. apud Labeonem, §. . . ff de præscript. verb.* ex pacto tamen inciden ti in ipso contractu iam perfecto agitur actione ex empto, *l. tenetur, §. si vendidi, ff de act. empt.* nihilominus tamen aliud est, quod in venditione incidit, aliud verò, quæ causam præbet: Fit igitur ex supradictis, vt promissum non sit de natura contractus, nec de ipsius substantia, sed dans causam eidem tamquam res alliciens ad licitandum maiusq. pretium offerendum pro re venali, venditioniq. exposita. Ergo in pretio connumeratur.

Ad considerationem supra factam nostræ legis primæ *tit. 17. hoc lib. 9.* pro prima opinione respondéri pôt, potius eam hanc secundam partem probare verbis expressis, quã priorem, cum præcipiat gabellam esse soluendam a venditoribus, *De todo el precipio porque vendieren de diez vno,* sed promissum est pretium, *vt in d. l. 6 tit. 13. libro 9.* Ergo Lassartius habet intentum contra Parladorium. Quibus, alijs fundamentis firma manere videtur hæc secunda sententia Lassarti cum qua ipse residet ad finem illius capitis 16. *& num. 32.* quidquid (vt ipse ait) audierit a senioribus quibusdam gabellarijs, quos in hac materia sæpè consuluit, numquam se de eo in pretio decimam exegisse, nec vidisse ab alio exigi, sed deductis promissis: nihilominus tamen verius esse resoluit, promissorum, & impensarum vnum, & idem ius esse, cuius veritati praxis non derogat, *iuxta l. 1. tit. 18. hoc lib. 9.*

Quid tenendum? Ego in expensis, de quibus primo loco egimus, eas non esse deducendas ad solutionem gabellæ, probo, & hoc iure vtimur.

10 De promisso † contrarium resoluo, & teneo cum Parladoro & reliquis contra Lassart. scilicet, quod id deducetur prius a pretio rei venditæ, & de residuo tantum soluatur gabella, multum siquidem differt promissum a ceteris impensis: illud namque pro communi vtilitate venditoris, fisco conceditur, postquam res venditioni exposita est, non sic de ceteris impensis, Vnde stante prædicta iustitia naturali, de qua fecimus vltimum fundamentum pro opinione Parladori, absurdum profectò, & iniquum videtur, vt quod pro communi vtilitate gestum esse patet, domino gerenti vtiliter negotium etiam fisci noceat.

11 Præterea † quia etiam administratores redditum Reipublicæ, possunt allicere conductores dando eis, & promittendo certam quantitatem pecuniarum, vel aliarum rerũ, ob id, quod conducant in certa quantitate, vel in euentum alicuius conditionis, quod vulgo apud nos dicitur: *Dar prometidos por ser como es esto en fauor de la Republica, y de sus rentas, y en acrencentamiento dellas,* Ita tenet, & probat Auen. *cap. 12. in versic. circa quod est notandum, in 2. par.* & Auiles *cap. 32. prat. colum. 1. versic mihi 219.* & Girond. *de Gabellis, 2. par. §. 1. num. 10.* & alij communiter, estq. verissimum, & in praxi receptum. Ergo a fortiori id licitè, & sine damno, & incommodo suo hoc idem poterit dominus rei, eam vendẽs facere vtilitatem communem sui, & sociorum, hoc est, fisci, ratione iuris gabellarij, quod habet in pretio prædictæ rei venditę, & reliquorum habentium communitatem in illa re. Denique, si praxis hanc opinionem recepit, & ita seruatur ab antiquo, vt fatetur idẽ Lassarte, quorsum nititur contrarium probare, grauando dominos rerum venditarum in plusquam consuetudo habet, præcipuè in odiosis, & quæ non habent euidentiam in contrarium.

Non obstat *d. l. 1 tit. 18. hoc lib. 9.* dum probat: *Que todos pague en alcauala y que no se escusen por vso, ni costumbre aunque sea immemorial, ni por otra razon alguna, &c.* quia praxis nostra iuxta priorem sententiam Parladorij non est derogatoria gabellæ, sed potius interpretatiua iuris gabellarij, hoc est, vt promissa in pretio non computentur, nec habeantur pro pretio, siquidem ipsa minuunt rei verum pretium, & pro communi negotio venditorum, & fisci, promittuntur atque soluuntur: at dispositio *d. l. 1. tit. 18.* vt sæpè in hac materia admonuimus, loquitur, & procedit in cõsuetudine derogatoria gabellæ, non verò in consuetudine, de qua nos agimus.

Similiter non obstat *d. lex 6. tit. 13. hoc lib. 9.* quam expressam pro sua opinione reputat Lassart. quia ipsa, vt patet ex eius littera, loquitur tantum quo ad materiam, *de las pujas del quarto en las rentas de las alcaualas, para que el que huuiere de pujar en el termino de los tres meses que la misma ley dize aya de ofrecer, contando por precio de la renta lo que el Rey ha de auer de ell, y saluando, y situãdo bue ayaen ella, y los prometidos, y que de otra manera no se ha de poder admittir la dicha puja del quart.* Præscribit igitur formam ea lex obseruandam in licitatione *del quarto,* non verò disponit, quod ad solutionem gabellæ soluendę, non deducatur promissum, neque ob id, quod ibi pro pretio habeantur promissa quo ad licitationem quarti faciendã, decidit lex, nec decidere vila fuit, quod ex promissis quoque soluatur gabella, quia de hoc verbum nullum in ea lege, nec in alia habetur: illud verò, quod decidit illa lex quo ad licitationem quarti, notissimum est, & clarum: *porque las pujas claro es que han de ser sobre el prometido,* & nihilominus necessarium fuit hoc ibi declarare legislatorem, cum præscriberet formam omninò seruandam in licitatione *del quarto,* ad euitandas lites, & hominum vanas cõtẽtiones. Ad hoc igitur, vt licitatio fiat, verum est promissa in pretio computari, quamuis reuera pretium nõ sit, quod remanere debeat penes venditorem, quin potius pretium diminuunt.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an deduci debeat de pretio rei venditæ prius quam alia debita? & numeris sequentibus resoluitur affirmatiuè, etiam si debitum sit priuilegiatum, & hypothecarium, vt in num. 5.*

2 *Decima executionis soluenda est, soluto prius debito integro creditori.*

4 *Patrimonij quantitas computanda est, deducto eo quod explicandarum venditionum causa in proxenetis, & gabellis impenditur.*

6 *Decima fructuum Deo debita præfertur decimæ gabellæ.*

Q V AE S T I O LIII.

An de pretio rei venditæ deduci debeat prius gabella, quam alia debita?

1 QVæro modo: *An gabella ex pretio prius soluenda sit, quam debitum ipsum pro quo res venit, quoties pretium non*

non sufficit pro vtroque? Et quod cetera priora debita sint prius soluenda, persuadere videtur regula iuris ordinaria, qui prior est tempore, potior est in iure; non enim lex gabellaria nocere debet prioribus creditoribus, quibus est iá ius quæsitum, cui nec in dubio Princeps non videtur derogare, *l. 2. §. si quis a Principe, cum similib. ff. ne quid in loco publico.*

2 Secundo, quoniam † sic etiam videmus, quod si debitor non habet tantum in bonis, quod possit integra solutio fieri tam debiti principalis, quam decimę exequutori, prius soluendum est creditori integrum suum debitum, quam exequutori sua decima, vt constat *ex l. 10. tit. 9. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ*, ibi: *Hasta que el dueño de la deuda sea pagador, & lege 7. tit. 21. lib. 4.* ibi: *Saluo si siendo primeramẽte contento, y pagado el acreedor de su deuda, & lege 8. eiusdem tituli*, ibi: *Y que esto lleu en siendo primeramente pagada la parte principal de su deuda, y costas:* Ex quibus legibus hanc opinionem deducit, & tenet Doct. Azeuedo, *in d. l. 10. num. 2. per totam*, contra Auendan. *lib. 1. cap. 17. præt. num. 10. versic. vnum tamen*, tenentem in hac specie iuxta id, quod soluitur creditori, debere exsquutorem habere decimam, & iura eidem competentia, quia non dicitur esse in bonis creditoris, nisi id quod superest, deductis expensis, nihilominus tamen contra ipsum Auendan. in hoc proculdubio tenendum est in iudicando, & consulendo; & ita quotidie practicatur, vt inquit Azeuedo, *ubi supra*, quem sequitur Lassar *de decim. vendit. cap. 7. num. 59.* Ergo ita, & eodem modo videtur dicendum, vt debitum anterius, pro quo res venit, & subhastatur, prius soluẽdum sit, quam gabella, deficientibus bonis debitoris pro integra satisfactione omnium.

3 Nihilominus † tamen contrarium respectu gabellæ tenendum est, nempè, vt prius hæc deducenda sit, & ex residua pretij pecunia satisfaciendam creditoribus, pro qua 4 parte sufficiat, ea nempè ratione, † quod patrimonij quãtitas computanda est, deducto eo, quod explicandarum venditionum causa in proxenetis, & gabellis impenditur, *l. quantitas, vbi glos. & DD. ff. ad leg. Falcid. & l. quod priuilegium, versic plane, ff. depositi.* quod verè in hac nostra specie procedit, in qua gabella expensa debetur ratione rei, & propter rẽ, ex qua debiti solutio fit, vt ex pretio venditionis solutio debiti fiat; merito ergo, vt expensæ factæ in venditione, veluti gabella, expensum in proxenetis, & præconijs prius soluatur, quam creditori satisfiat, quod hiis solutis superest, dicitur esse in bonis debitoris; At secùs est in decima exequutori debita, hęc enim quamuis ratione exequutionis debeatur, nõ tamen ratione rei ipsius, & propter eam, sed ob laborem, & diligentiam, & vt debitores tædio expensarum affecti, satisfaciant creditoribus, & tandem, quia in decima executionis ita decisum extat prædictis legibus Regiis. Et in terminis hanc secundam sententiam respectu gabellæ, vt prius sit soluenda, quam debitum ipsum principale, pro quo res ipsa venit, etiam si eius pretium omnibus non sufficiat, tenet Azeuedo *ubi supra, num. 2. ad finem*; cuius opinionem latè alijs fundamentis comprobat, & tenet Lassar. *vbi supra, num. 59. cum* 5 *seqq.* id † verum esse intelligens, quantumcumque priuilegiatum, & hypothecarium sit debitum illud, pro cuius solutione facta executio est, etiam si fiscale sit, quia adhuc prius est soluenda decima, quam priori creditori, fiscove satisfiat ex principali debito, & refert casum, in quo in facti contingen ita consultus idem respondit pro gabellario membri rerum mobilium venditarum pro executione solutionis alterius gabellæ membri hæreditati prius debitæ, atque contractæ, & pretium mobilium non sufficiebat vtrisque decimis gabellarum, nempè, ex hac iudiciali venditione gabellarum rerum mobilium pro sua decima esse præferendum in distributione pretij, & Lassarte in hoc sequitur simpliciter Gitondam *de Gabellis, 4. par. §. 1. num. 7.* 6 *vbi num. 8. cum seqq.* benè † probat Ioannes Garsias *de expens. & meliorat. cap. 1. num. 18* quem refert, quod decima fructuum Deo debita, præfertur decimæ gabellæ.

Non obstãt fundamenta pro priori parte adducta quia ex supradictis pro secunda diluuntur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur statim ex constitutione census consignatiui de quo in Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. & Motus proprij Pij V. super forma creandi census, & numeris seqq. resoluitur affirmatiuè.*

2 *Retractus sanguinis locum non habet, quando census venditur, vel imponitur super re patrimoniali, idem in retractu communionis, vt hic.*

4 *Empsio vera & venditio contrahitur ex census constitutione, & impositione iuris percipiendi redditus, vel fructus rei, vel rebus censui suppositis, vsque ad quantitatem census quotannis soluendi.*

5 *Legum 10. & 11 tit. 17. lib. 9. Collect Reg. declaratio.*

6 *Impensa instrumẽti obligationis, ei incũbit, qui se obligauit.*

7 *Gabella debetur statim ex venditione census iam constituti ab antiquo, & est soluenda in loco, vbi bona primitus censui supposita sita fuerint, sicut quando a principio constituitur. vt in num. 8.*

9 *Census constitutus si pro re alia detur, erit permutatio, duplexq. gabella ex ea debebitur.*

10 *Gabella non debetur ex redemptione census a principio ex pacto redimibilis, nisi clausula redimendi esset apposita in nouo contractu, ex eoq. redimeretur, vt in num. 11. vel nisi redemptio fieret in alijs rebus, quam in pecunia numerata, vt in num. 12 limitatur hoc num. 13. cum seqq.*

14 *Gabella an debeatur ex cessione, vel datione fundi specialiter censui suppositi pro ipso redimendo, facta ipsi creditori, & domino census, vel extraneo, & numeris seqq. refertur opinio Lassart. in hoc num. 15. resoluitur num. 19. eam seqq & ampliatur num 29.*

16 *Censu constituto super tribus fundis, si postea vnus eorum vendatur cum onere totius census, ita vt ceteri liberi remaneant, & insuper certo pretio in pecunia numerata soluendo, de quo sit soluenda gabella? & num seqq.*

17 *Soluens pensionem impositam suo fundo, & alijs ab alijs possessis, repetere potest a ceteris dominis partes eos tangentes.*

18 *Quando plures res vno pretio simul venduntur, illud pro singulis distribuitur iuxta suum vniuscuiusque valorem.*

21 *Quilibet singularis successor, vel possessor vnius fundi ex pluribus, super quibus est census constitutus, potest insolidum conueniri.*

24 *Rem censui subiectam habens, tãtum videtur habere, quantum ultra censum res ipsa valet.*

25 *Laudemium totius valoris rei infeudatæ, legatæ, censuatæ non debetur, sed deducto onere census.*

26 *Gabella totius pretij fundi hypothecati pro securitate census personalis debetur.*

27 *Gabella debetur totius prædij venditi pro pretio quodam certo soluendo in pecunia numerata, & pro alio soluendo creditoribus vendentis, vide etiam num. 30. cum seqq.*

28 *Possidentes censum collectantur pro eo, & tanto minus soluit dominus proprietatis.*

32 *Gabella an debeatur ex datione bonorum cum pacto, ut ea recipiens alimenta præstet danti, eiusq. debita soluat: & num. seqq.*

34 *Gabella an debeatur ex toto pretio rei censuatæ, venditæ tamen pro libera, non facta mentione census? & numeris sequentibus.*

Q V AE S T I O LIV.

An ex constitutione census debeatur statim gabella?

1 QVarto † vlterius: *An ex constitutione, & impositione census consignatiui redimibilis, uel perpetui, hoc est, qui in re propria consignari, & constitui solet pecuniario pretio, in fauorem emptoris, de quo loquitur Extrauagans 1. & 2. de empt. & vendit. & Motus proprius Pij V. super forma creandi census, debeatur statim gabella?*

Vide-

Videtur prima facie dicendum, gabellam statim non deberi, quia hæc non est propriè venditio, cum res ipsa, super qua census constituitur, apud ipsum census venditorē in plena proprietate remaneat: is enim est, qui re illa vititur, & fruitur, eiusq. vacuam, & liberam possessionem habet: emptor autem minimè, sed redditnom pecuniarum dumtaxat percipit: at res vendita transit, vel transire debet ad emptorem, *vt in toto tit. ff de contrahen. empt. & de act. empt. & Instit. in tit. de empt. & vendit.* Ergo ex constitutione, & venditione prædicti census, vera, & propria venditio non celebratur, sed *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Regiæ*, loquitur, & procedit in vera, & propria venditione, non vero in impropria, & irregulari. Ergo ex venditione census non debetur gabella.

2 Quo fit, vt retractus † sanguinis locū non habeat, quando census venditur, seu imponitur super re patrimoniali, quia res illa non exijt à potestate venditoris per constitutionem census, sed apud ipsum manet, vt benè resoluit D. Couar. *lib. 3. variar resolut. c. 11. nu. 5. vers. his profectò. & D. Castil. in l. 70 Tauri, in glos magna, col. 4 in vers. ex quo vnum singulare infero*, ibi: *si enim illa impositio census*, & Matien. *in l. 7 gl. 1. num. 17 tit. 11. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* & Lassart. *de decim. vend. cap. 10. num. 21.* vbi idem resoluit in retractu communionis, nempè, vt habens censum super fundo, non dicatur socius, ad hoc, vt cum venditus fuerit ille fundus, retrahere eum possit ratione communionis, *ex Auend. responso 12. & 23.* id quod latius probauimus *lib. 2. Pract. quæst. 166. per totam.*

3 Nihilominus tamen proculdubio † in nostra specie gabellæ contrarium probandum existimò, quod ex constitutione, & venditione huius census constituti super rebus, quæ penes ipsum venditorem remanēt, statim debeatur gabella, redemptione ipsius census minimè exspectata.
4 Et ita in praxi obseruatur, ea solida ratione, † quod ex hac census constitutione vera emptio, & venditio contrahitur, vt patet ex textu *in Auth. Vt hi, qui obligat. &c. § quoniam, vers. licebit, iuxta glos. ibi, verbo, redditus, in 2. expositione, & ex Extrauaganti 1. & 2 de empt. & vend.* quidquid Villalob. *in suo Aerario commun. opin. littera L num. 131.* hoc locationi tribuat, est namque vera venditio, *vt resoluit* Greg. Lopez, *in l. 28 tit. 8. par. 5. in glos. A censo; & latè* Donin. Couar. *lib. 3. variar. resolut. c. 7. num. 2.* estq. hoc indubitabile apud omnes *secundum Lassart d. c. 10 num. 4.* Venditur enim non quidem ipsa res censui suppositæ, nec dominium eius vllo modo in emptorem transfertur, sed ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus eius, vsque ad quantitatem census quotannis soluendi, vt latè cum alijs resoluimus *lib. 2. practic. qq. quæst. 168. num. 6.* idemq. tenet, nos citans, & addens, quod hoc DD. communiter affirmant Molina Theolog. *in 2. tomo. de iustit. & iure, disputat. 383. col. 817. in fine. & in princ. col. seq. & col. 844. in uersic. ex dictis*, quod ius percipiendi annuam pensionem pretio vendi, & emi potest, sicut iurisdictio, ius percipiendi tributum, aut fructus rei alienę, vt probat Moder. Paris. *de usur. num. 20.* quem refert, & sequitur Lassar. *d. c. 10. num. 4.* At iuxta prælatam *l. 1. tit. 17. hoc libro 9.* ex quacumque venditione debetur gabella; Nec enim ea lex requirit quod res vendita transeat ad emptorem, præsertim cum etiam si id desideraret, adhuc in nostra specie verificatur, siquidem ius illud percipiendi redditus fructusque transit ad emptorem census.

5 Secundò eadem verissima sententia † comprobari potest *ex l. 10. tit. 17. hoc lib. 9. in uersic. Y que los dichos*, ibi: *Empennamientos*, vbi præcipitur tabellionibus, vt pignorationum copiam edant gabellarijs, quasi ex ea gabella soluenda sit: nam profectò, nisi de hac census constitutione, & reali pignoratione intelligeretur, lex illa 10. iuxta ea quę ex sententia Speculatoris notat Auen. *responso 23. num. 3.* dicens, quod impositio census potius est quædam pignoratio, seu obligatio pro securitate pensionis, quam alienatio dominij, non videtur aptè intelligi posse: nisi verius illam intelligas, ideò ibi iuberi tabellionibus, vt omnium illorū contractuum copiam edant gabellarijs, non quia ex omnibus gabella debeatur, sed quia in omnibus potest esse aliqua, vel occulta venditio, seu permutatio sub alterius contractus titulo, & nomine celebrata, in fraudem gabellæ, vt aliàs cauetur *in l. 11. d. tit. 17.* atque ideò nedum eorum cōtractuum, ex quibus planè gabella debetur, nempè, venditionis, & permutationis, sed generaliter omnium alienationum copiam dare iussi sunt tabelliones *in d. l. 10.* ibi: *Enagenamientos*. Ex quo non ideo arguere licebit, ea quacumque alienatione gabellam deberi, cum tamen ex venditionibus, & permutationibus eisdem legibus gabellarijs aliàs soluendam esse præcipiatur. Ita *d. l. 10.* rectè intelligit Lassart. *d. cap. 10. num. 5.*

Cum ergo census constitutio sit vera venditio, vt probauimus, & ex notulis impositionis censuum euidenter apparet, in quibus venditionis fit mentio, ne aliquibus verbis fraudulenter immixtis hoc occultetur: ideò iubetur *in d. l. 10.* tabellionibus, vt omnium alienationum, & pignorationum copiam gabellarijs edant.

Et in terminis nostrę quæstionis hanc opinionem, nempè, vt ex census, de quo loquimur constitutione debeatur, & sit soluenda statim gabella, tenet, & probat Moder. Paris. *in tract. de usur. q. 6. num. 119. uersic. pulchrè autem*, & Ioan. Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3. § 4. num. 38. & § 8. num. 49.* estq. frequentiori omnium vsu receptum, secundum Auen. *d. respon. 23. num. 1.* & ita practicari affirmat Didac. Perez. *in rubr. tit. 2. lib. 8. Ordinam. pag. 33. col. 2. uersic. sed quæro, an debeatur gabella*: sequitur Lassart. *d. cap. 10. num. 5. cum seq.* Gironda, *de Gabel. 5. par. in princ. num. 1.* vbi citat etiam hoc tenentem Ant. Gomez *2. tomo uariar. resolut. cap. 11. num. 44. uersic. secundus effectus*, & Montetul. *in 7. tract. suæ praxis, folio 154.* & Azeuedo, *in d. l. 1. num. 98. tit. 17. hoc lib. 9.* vbi in idem citat Felic. *de Censibus, lib. 2. cap. fin. num. 1.* tenet etiam Molina Theolog. *2. tomo de iustit. & iure disputat. 384 col. 847* & Gaspar Rodrig. *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 4. num. 6.* estq. verissimū, atque in praxi receptissimum procul omni dubio, vt semper obseruari vidimus, nempè, vt qui pecuniam in cēsum recipit, gabellam soluat, insuper, & expensam pro instru-
6 mentis; † quia de iure talis impensa propriè illius est, qui se obliget, vt constat ea resolutis per Tiraquel. *de retractu conuent. § 6. glos. 2. num. 24.* Montalu. *in l. 5 tit. 8 in glo. Reciba, lib. 1 uersic & in terminis census*, *Licentiatus* Pizarro, *in glossu Ordinationis Guadalupæ, in 4. conditione, folio 25. col. 1. in uersic quarto quia*, ibi: *in expensis, & gabellis, & inferius col. 4 in fine*, ibi: *deducta gabella & expensis, quem refert, & sequitur Lassart. vbi supra num 7.*

Quibus non obstant ex aduerso prius adducta: quia iam cessant ex fundamentis huius secundæ partis.

7 Idem à fortiori dicendum est † in venditione, seu cessione census iam constituti pro pecunia celebrata, ea ea namque gabella debetur, quia propria, & realis venditio contrahitur, vt in terminis probat Dida. Perez. *ubi supra, pag. 34. in uersic. quæritur tamen*, dicens, quod ita sæpiùs se vidit in practica iudicatum, & ipse iudicauit in fauorem gabellarij. quem refert, & sequitur Lassart *ubi supra, num 3.*
8 dicens, † esse soluendam in loco, vbi bona primitus censui supposita sita fuerint, sicut quando à principio constituitur, idem probat Molina *ubi supra, col. 847. ad finem.*

9 Quod si census ipse † semel constitutus pro alia re detur, puta, domo, uel tritico, & c. tertia permutatio erit, duplexq. decima debebitur, iuxta dispositionem *l. 2. hoc titulo 17. lib. 9. Nouæ Collect. Reg.* ut benè resoluit Lassart. *d. cap. 10. num 9.* & Molina, *ubi supra, col. 848. in princ.*

10 Ex redemptione tamen ipsius † census ex pacto principio in ipso contractu census apposito redimibili, noua gabella nō debetur: illa namque solutio sortis, distractus est potius, quam nouus contractus, *ut latè probat* D. Cou. *lib. 3. uariar resolut. cap. 8.* ergo non debetur ea hoc distractu noua, nec altera gabella, ut in terminis tenet Didac. Perez, *ubi supra, pag. 34. col. 1. & Monte rosi ubi supra, folio 153. pag. 2. & Menchac. lib. 1. controuers. usu frequent. cap. 11. num. 16.* quos refert, & sequitur Lassart. *d. cap. 10. num. 10. & Gaspar Rodrig. de annuis reddit lib. 2. q. 4. num 9.*
11 nisi † clausula redimendi esset apposita in nouo contractu, tunc namque, si ex noua conuētione redimeretur census,

to y sesenta mil marauedis, y de ellos valia la heredad
vendida ochenta mil marauedis, le cabra de la pension, y
censo la mitad, que es cinco mil marauedis cada año, de los
quales no se deuera alcauala, mas de los cinco mil marauedis
que caben a las otras dos heredades que valen ochenta mil
marauedis, se pagara el alcauala, y del precio de los quaren-
ta mil marauedis que se da de mas en dinero al vendedor, y
a este respeto se scraa la misma cuenta en otros casos seme-
iantes rata por cantidad: Hæc sententia in summa, fuit
Mod. Paris. licet non ita appareat *in Consuetud. Paris. titu-*
lo 2. §. 58. nu. 12. & §. 55. gl. 4. nu. 39. Verum scio eam ita ex
pediuè defendisse quendam Hispanum Iurisconsultũ sub-
tilis admodum ingenij, & est contra opinionem Lassarte,
vbi supra.
20 Verum † cum hæc quæstio consulta fuisset a potioribus
Iurisconsultis practicis Prætorij Regalis Granatensis, & in
ter se uarij essent; maior pars eorum tenuit contrariũm,
nempe, in præmissa specie nullam deberi gabellam ex pre-
tio totius census, sed tantum ex pretio in pecunia numera-
ta soluendo, quam sententiam, ut ueriorem sequendam es
se in praxi cẽseu, aduersus priorem modo fundamẽtũ, quia
reuera vnicuique fundo ex prædictis tribus censatur onus
21 soluendi censum in solidum iniunctum, † & ideo quilibet
singularis possessor vnius fundi ex plurib. super quibus cen
sus est constitutus, potest in solidum cõueniri, vt late cum
alijs probauimus *consil. 49. per totum*, & nunc probat no-
uissime Molina Theolog. *in 2. tomo, de iust. & iure, dispu-*
tatione 383 col. 843. vers. constat. Ergo, cum census in soli-
dum censeatur venditus super quolibet fundo, & ideo su-
per pluribus fuit constitutus, ut securior esset exactio, ni-
hil noui ex prædicto pacto uenditur, nisi, quod in pecunia
numerata superadditur, nec pars pretij esse censetur id pa-
ctum, sed quod erat singulis fundis impositum, ut securior
esset exactio, resumitur in fundo uendito prout reuera inc
rat: unde nihil interest, quod redemptio fiat aliter quam
in pacto censitali continetur, siquidem fit pretio eiusdem
fundi in solidum obligati, & ex æquipollentibus idem est
iudicium, ut late iuribus probat Euerard. *in sua Centur. le-*
gali cap. 55. Et in terminis ultra prędictos iurisperitos, quo
rum iudicium in scriptis nõ habemus, ita tenet, & late pro
bat Lassart. *d. cap. 10. num. 19. in versic. adeo, vt quamuis.*
Nec distributio, quam in singulos fundos faciendam esse
prædiximus, iuxta eorum ualorem, quidquam huic nostrę
ueriori sententiæ in proposito nocet: ea enim locum ha-
bet in censum, quem prædiximus, nempe, quando plures
fundi, super quibus census est impositus, sunt in diuersis
territorijs, ad sciandum, quid quantumue nomine gabellę
soluendum sit gabellario cuiuslibet territorij: At uero in
nostro præsenti casu, hæc distributio non est necessaria, cũ
totius census onus cuiusq; fundo censeatur in solidum cõ-
stitutum, impositũ, & uenditum, atque ob id possessor cu-
iuslibet fundi possit in solidum pro toto censu conueniri:
Ergo pacto hoc ipsum effici potest, ita ut reliqui fundi libe
ri maneant ab eo censu.
22 Ex qua resolutione † iam patet, idem esse dicendum
respectiue, in priori specie, de qua supra cum eodem
Lassarte, *d. capitulo 10. numero 13.* quæ est eadem, ac præ-
cedens, excepto, quod nullum aliud pretium datum fu-
it pro redemptione census super pluribus fundis con-
stituti a domino census, quam unius ex eisdem cum
prædicto pacto, quod cæteri fundi liberi remaneant pe-
nes uenditorem, uel quod emptor solus, si extraneus
sit, totum eum censum recognoscat, & soluat indem-
nemque obseruet uenditorem, ab obligatione cætero-
rum bonorum, quæ apud ipsum prædictum censui
obligata maneant, nempe, ut nulla gabella debea-
tur in hac specie, per supradicta, quidquid Lassar-
tem, te tamen non excusa, mordere uelit Mo-
lina, *vbi supra*, in supradicta, sua opinio-
ne.
23 Deducitur etiam ex † supradictis, quod re uendita
(uerbi gratia) mille aureis, quorum quingentis solutio
fieri debet, aliorum uerò censuum emptor agnoscat, cui
aliàs res illa uendita erat specialiter obligata, & supposi-
ta, gabella tantum debebitur, & soluenda erit ex pretio
nummis soluto, non uerò ex quantitate, & principali ua-
lore census, cui ipsa res specialiter supposita erat; Illud
namque onus iam semel est apud emptorem primum, &
in eo remanet res uendita pro parte tributi, de quo iam
fuit soluta gabella, & sic reuera nunc non uenditur per
tributarium, sed solutionis onus transfertur in emptorem;
24 quæ sententia eo confirmatur fundamento, † quod rem
censui subiectam habens, tantum uidetur habere, quan-
tum ultra censum res ipsa ualet, iuxta text. *in l. si fideicom-*
missum, §. tractatum, ff. de iudicijs, & l. generali capite, §.
finali, in fine, ff. de vsufructu legato, prout in simili quęst o-
ne feudalis materiæ resoluit Ludou. Peguera *de feud. ver-*
25 *sic. prima limitatione a 1. num. 182.* ubi † quod si lege ue
res feudalis, quæ esset censuata, non debetur laudemium
ualoris totius rei, sed deducto onere census. Et inquit Ti-
raquel. *de retractu lignagier, §. 6. glos. 1 numero 8.* quod si
uendatur res feudalis paruo pretio soluendo uenditori, ut
quia erat censuata, & emptor recepit eam cum suo onere,
laudemium debetur ex solo illo pretio recepto dumtaxat,
non uerò ex toto ualore, quo æstimata est res, quos refert,
& sequitur Lassart. *de decim. vendit. capite 10. num. 18.* &
Molina Theolog. *2. tomo, de iustitia. & iure, disput. 384.*
26 *col. 849. versic. dubium est*, ubi † cum eodem Lassart. ad-
dit, quod si census esset personalis, prædiumq. suppositum
esset speciali hypothecæ in securitatem illius census, tunc
si prædium illud trecentis aureis uenderetur, deberetur ga
27 bella ex toto eo pretio, † insuper, & quod si quis uendat
prædium mille aureis, quingentis sibi soluendis, & alijs
quingentis soluendis creditoribus suis, ex utrisque gabella
debebitur.
28 Sic etiam habemus † in iure, quod licet possidentes cen-
sum etiam redimibilem, possint collectari, tamquam res
immobiles possidentes, sicut, & usufructuarij, *vt in l.*
quero ff. de vsufructu legato, attamen quantum soluit do-
minus census, tanto minus soluit dominus proprietatis,
ut probat Auendan. *responso 23. numero 2.* & Roland. à
Valle *consil. 66. num. 33. & 34. vol. 1.* Ergo ita in quæstio-
ne proposita gabella soluenda erit illius pretij dumtaxat,
quod ad uenditorem peruenturum est, non inspecto pre-
tio census, qui etiam inuitis contrahentibus transire de-
bet cum re, eo quod ipsi rei censuatæ inhærebat, *l. 1. C. sine*
censu, vel reliq. & soluta sit iam gabella ex eo censu, qui
à principio fuit constitutus; & in terminis ita tenet Didac.
Perez, *in rubrica, titulo 2. libro 8. Ordinam. pag. 35. colum.*
2. in versic. dubitatur, ubi quod ita fuit iudicatum Sal-
manticæ, & uoluit Parlador. *lib. 1. rerum quotid.*
cap. 3. §. fin. num. 53. ibi: nec illud interim omittam,
& probat latè Lassart. *d. cap. 10. num. 16. cum pluribus*
seqq.
Hæc plane procedunt, quando res censualis venditur
cum suo onere census, & præterea aliquo etiam pretio in
29 pecunia soluendo. Cæterum † vbi pretium census si-
mul cum alio pretio pecuniario iungitur, & vtrumque
vnum efficitur, & connumeratur, ita ut res mille aureis
vendatur, cum tamen pars eius tantum soluenda est in pe-
cunia numerata, & reliqua pars ad complementum
mille aureorum pretij conuenit est, quod in censu su-
matur, vt in themate quæstionis præmissæ forsan ali-
quibus causidicis contrarium in praxi videbitur dicen-
dum. Ego vero verius existimo, adhuc in hac specie idem
probandum, nempè, vt tantum gabella soluatur de par-
te pretij in pecunia soluendi: quoniam re vera ex his, quæ
inter contrahentes de solutione, & declaratione pretij a-
cta sunt, manifestè apparet, in solis quingentis aureis in
pecunia numerata soluendis venditori totam venditio-
nem consistere; Nihilq. re ipsa refert, quod rem ven-
dam quingentis aureis cum declaratione, quod aliorum
quingentorum res ipsa censu affecta sit, & cum eo onere
eam vendo; vel, quod eam vendam mille aureis, ita vt
quingenti mihi soluantur, & aliorum quingentorum cen-
sum agnoscat emptor, quo res ipsa ab antiquo erat onera-
ta: idem enim effectus est in vtroque casu, quamuis uerba
differant, præcipuè cũ in hac materia gabellarum iam pro

venditore, quam contra eum, veritas potius inspicienda sit, quam verba, iuxta doctrinam Baldi *in l. prima, num. 2. C. si seru. extero se emi mandau.* & cum eo resoluit Lassart. *cap. 7. num. fin.* Itaq in terminis tenet, & probat Lassart. *d. cap. 10. num. 19. cum sequentibus*, dicens, quod ipse semel iuxta præd. resolutionem iudicauit, & fuit confirmata sua sententia.

30 Nec supradictis † obest doctrina Ioan Fabri *in §. pretium autem num. 1. Instit. de empt. & vendit.* vbi tenet, quod si rem meam vendo modico pretio, ita vt emptor satisfaciat meis creditoribus, quibus res erat obligata, hoc etiam censetur de pretio; ergo, & gabella debetur ex hoc pretio, si debita soluenda sunt certa, & specificata. Non inquam obest hæc doctrina; quia loquitur, & procedit, quando ego decem aureos, vel aliam quantitatem ex personali mea obligatione deberem, siue res vendita hypothecata esset pro illo debito, siue non, quo casu merito, vt de illis decem ne debitis laudemium, & gabella debebitur, vt præximus, quia illis quoque decem, vltra reliquos mihi soluendos vendita res esse intelligitur, *ex l. mortis caussa, §. finali, ff. de donatione causa mortis*; & hic non est casus noster; secus autem est, quando ego decem illos aureos, vel aliam expressam summam ratione rei debitæ deberem, hoc est, quando prius esset vendita eo pretio pars eiusdem rei, vt contingit in censu imposito eidem rei: tunc namque cum ex eo pacto nihil mihi acquiratur, sed quod alias, nullo etiam pacto interueniente, de iure erat faciendum, expressum sit, nempe agnitio onerum realium, atque ideo cesset ratio acquisitionis, *de qua in d. l. mortis caussa*, consequitur, vt pactum illud pars pretij non sit, neque ex eo laudemium, aut gabella augeatur, cum potius rem ipsam venditam eiusq. valorem minuat, ita Lassart. *dicto cap. 10. num. 23.*

31 Similiter etiam † si ita rem vendiderim, vt creditoribus meis satisfacias, satisfactio illa non erit de pretio, quia nō est quid certum, & ideo ex ea non debebuntur venditiones vel laudemia domino, *§. pretium, Instit. de empt. & vend. facit l. hæreditatem, ff. de donat.* per quæ iura ita tenet Io. Faber *in §. item pretium, num. 3. Instit. de empt. & vendit.* licet lex illa, *hæreditatem*, non multum ad hoc attideat, Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 114.* Ergo gabella in hac specie soluetur ex sola pecunia data, vel promissa venditori, non autem ex æstimatione pacti, quia cum circa rem versetur, non est pars pretij, secundum Lassart. *d. cap. 10. num. 24.*

Nihilominus tamen in hac specie secundum ipsum *ibidem num. 32.* licet gabella non debeatur ex prædicto pacto vt ex venditione, debebitur vt ex contractu innominato, do, vt des, & sicut ex permutatione duplex gabella debebitur in omnem euentum.

Quod si debita soluenda creditoribus venditoris ex prædicto pacto sint certa, & specificata, proculdubio debebitur simplex gabella ex venditione prædicta, iuxta doctrinam eiusdem Fabri *in d. §. pretium, num. 1.* de qua supra egimus, *num. 30.*

32 Hinc intelligenda † venit decisio quædam Capell. Tolos. 278. quæ habet, quod si aliquis det omnia bona sua cū pacto, quod donatarius alat donantem, & soluat eius debita, ex tali conuentione debetur laudemium, seu quinquagesima, quia non est mera donatio; nam quo ad pactum de soluendis debitis incertis, iam resoluimus, gabellā duplicem deberi, vt ex contractu innominato permutationis; si verò debita soluenda sunt certa, liquida, & specificata, simplex gabella vt ex venditione debeatur, secūdum Lassart. *d. cap. 10. num. 33. cum seqq.*

Quod autem attinet ad alteram partem pacti de alimentis præstandis, gabellam ex eo pacto deberi probat Doct. Castil. *in l. 69. Tauri, in gl. Donacion, in additione, in versic. sed dato*, quod valeat; quia est contractus innominatus, do, ut des; contrarium tamen verius est, attentis nostris legibus Regijs, iuxta quas ex contractibus emptionis, & venditionis, & permutationis, debetur, & soluenda est gabella; At hic contractus, de quo agimus, non est huiusmodi, nec innominatus, do, ut des, in quo vna res pro alia datur, *vt in l. 1.* & ibi Greg. Lopez, *tit. 8. par. 5.* Et in specie præmissa alimentorum ita videor dare, vt ex bonis meis, quæ tibi dono, alimenta mihi exhibeas, sicq. tota conuentio circa bona mea & operam tuam versatur. Et ita merito hanc opinionem, vt ea prædicta conuentione gabella non debeatur, contra Castill. probarunt Parlad. *vbi supra d. cap. 3. §. 3. ad finem nu. 32.* & Lassar. *d. cap. 10. num. 34. cum seqq.*

33 † Vbi *sub nu. 36.* hoc limitat, quando aliquam rem infructiferam dedero, veluti equum velocem, vel margaritā pretiosam, aliamve rem infructiferam, vt alimenta mihi præstes, quo ad vixero: quia tunc verè contractus innominatus, do, vt des, atque permutatio est, atque ita proculdubio gabella debebitur. Simili modo distinguendum est secundum ipsum in specie *l. fin. C. de rerum permut.* vbi res ea lege data est, vt menstruum quid a donatario præstetur, si enim ita res detur, vt quid aliud à re ipsa, & eius fructibus separatum, ac diuersum præstetur, vt quia fortè infructifera, licet pretiosa res illa sit, vera permutatio, & contractus innominatus sit, do, vt des, ac proinde gabella ex vtraque parte debeatur. Secus verò, si id singulis mensibus præstandum, ex re ipsa, & eius fructibus esset deducendum, quia tunc cum non duæ res sint, sed vnica tantum, versatur permutatio, & innominatus contractus esse non potest, ex prædictis, sed pactum nudum rei traditione vestitum.

34 Quod si † rem censuatam vendidero, huius census mentione non facta, sed vt liberam potius certo pretio, licet postea è pretio quantitas census deducatur; nihilominus gabella totius pretij est soluenda; quia verè tanti vendita res est, & venditio valet ipso iure in tota re, non deducta parte census correspondente, quamuis emptor possit contractum rescindere petito pretio, si velit, iuxta *l. 63. tit. 5. parte 5.* cum materia. Quo fit, vt iuxta verba *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* ibi: *De todo el precio porque vendieren*, gabella ex toto pretio prædicto debeatur; sicut, quando rem alienam, vel communem vt meam certo pretio vendidissem, vt probauimus supra, & in terminis vtrumque probat, & tenet Lassar. *d. cap. 10. num. 37.*

35 Sed eius opinio † meo iudicio vera non videtur, saltem, quando venditor bona fide rem tamquam liberam vendidit, ignorans illam esse censui subiectam, quia gabella non debetur nisi ex pretio rei iusto, veritate attenta.

36 Non enim adhærendum ita † est verbis legis, quando rem duram dissonamq. a recta ratione disponeret, si vt primo aspectu sonare videtur, intelligeretur, præsertim quando congruam habent interpretationem, iuxta doctrinam Molinæ in similibus terminis *2. tom., de iust. & iure, disput. 349. col. 572.* & in proprijs terminis contra Lassart. *vbi supra*, ita arbitratur idem Molina, *disput. 384. col. 850. in princ.* Certum enim est, quod bona dicuntur, deducto ære alieno, præsertim censu constituto specialiter super eadem re, & in materia gabellæ hoc est constitutum, vt si res cum onere census vendatur, de ea parte pretij soluenda sit solum gabella, quæ in pecunia numerata soluitur vltra censum, non vero de sorte principali census, quia de ea soluta fuit tempore constitutionis census, *vt supra diximus.*

37 Poterit tamen sustineri præfata † opinio Lassart. quando venditor sciens rem censui esse subiectam, id obticuit, & pro libera vendidit; tunc namque ob culpam, & malam fidem ipsius, nil mirum quod totius illius pretij integram gabellam soluat. Quod si bona fide ignorans censum, vt in priori specie eam vendidit, quamuis gabella totius pretij propter illam ignorantiam soluatur, comperta veritate a gabellario, reddenda est ea pars gabellæ, quæ pretium census tetigerit, non enim iustum est, ut ipse cum iactura aliena locupletetur absque culpa venditoris.

S V M M A R I A.

1 *Gabella census constituti super bonis sitis in alio territorio, cui gabellario debeatur. & num. seqq. resoluitur in fauorem gabellarij loci, vbi sunt bona sita, & numero 2. idem probatur in venditione census de antiquo iam constituti,*

&

& nu. 3. quid quando in diuersis locis bona sunt sita? & nu. 6. quomodo æstimatio tunc fiat.
4 *Onera, & tributa realia sequuntur possessorem.*
5 *Laudemia plurium prædiorum, vnico pretio non distributo emptorum, quomodo diuersis dominis soluenda sint.*
7 *Gabella non debetur de bonis super quibus census constitutus est, quando locus in quo bona sita sunt, est immunis a solutione gabellæ.*
8 *Bona generaliter obligata pro censu, non sunt æstimanda pro solutione gabellæ, sed tantum bona super quibus cēsus specialiter constitutus est.*
9 *Obligatio generalis censui adiecta non cohæret vniformiter cum bonis specialiter censui suppositis.*
10 *Contractus census tenet, etiam si quis, vltra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census.*

QVAESTIO LV.

Censu constituto super bonis in alio territorio sitis, cui gabellario debeatur gabella census.

1 QVæro † etiam in proposito præcedentis quæstionis, *cui gabellario debeatur gabella annui census, an existenti in loco contractus, locoue destinatæ solutionis redditus, vel illius loci, vbi bona specialiter censui supposita sunt sita?* Hanc quæstionem latè discutit Parlador. *libro 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 8. quæst. finali, per totum*, vbi adductis hincinde rationibus, & fundamentis, resoluit, *numero 10. cum sequentibus*, gabellam soluendam esse in hac specie illi publicano, ad quem pertinent vectigalia, vbi sita sunt bona, super quibus annuus redditus constitutus est. Idem probauit Didacus Perez *in rubrica, titulo 2, libro 8. Ordinamen pag. 37. colum. 1. in versic. quo fit.* Et hæc est vera, & communis resolutio, secundum Lassart. *de decim. vendit. cap. 4. numero 31.* & eãm tenet Auendan. *responso 23. numero 1.* & sequitur Felician. de Solis *de Censibus, libro 2. cap. fin. numero 12.* Gironda *de Gabell. parte 6. numero 29.* & Azeuedo, *in l. prima, numero 9. titulo 15, libro 5. & in l. 1. numero 119. titulo 17. libro 9. Nouæ Collect. Reg.*

2 Et procedit hoc † etiam in vēditione census de antiquo iam constituti, gabella namque huius venditionis soluenda est quoque gabellario loci, vbi sita sunt bona, super quibus primitus fundatus est cēsus, vt voluit etiam idem Parlador. *vbi supra, ad finem, d. §. 8 nu. 30.* & Lassart. *d. cap. 10. nu. 8.* & Doct. Molina Theolog. *in 2. tomo, de iust. & iure, disput. 384. col. 847. ad finem.*

3 Quod si forte in † diuersis locis, & territorijs existant prædicta bona, super quibus specialiter census constitutus est, pro rata debet fieri solutio gabellæ, *argumento tex. in l. in his, C. de præd. & omnibus rebus nau. & ibi Ioan. de Platea, lib. 11.* vbi onus reale, vel patrimoniale nauiculariorũ diuiditur inter possessores pro rata, iuxta id, quod ad vnũquemque peruenit.

4 Præterea † onera, & tributa realia sequuntur possessorē, iuxta id, quod possidet, *l. æs quidem, & ibi Platea, C. de annon. & tribut. lib. 10.*

5 Hinc est, vt si quis † vnico non distributo pretio, emerit plura prædia censualia à diuersis dominis diuisim possessa, singulis debēntur sua laudemia pro rata prædij ab vnoquoque possidente (& nisi aliter concordentur, nec per cõfessionem contrahentiũm, qui etiam iurare cogentur, liquidari possit) facienda erit æstimatio prædiorum, vt sciatur, quantum cuique prædio correspondeat, ita Mod. Paris. *in Consuet. Parisien. tit. 2. §. 55. gl. 4. nu. 39.* vbi agit, cuius impensis hoc fieri debeat.

Ergo ita in proposito dicendum est, vt si in diuersis territorijs existant bona, super quibus census specialiter constitutus est, pro rata valoris vniuscuiusque fundi eorumdem bonorum debeat gabbellæ solutio fieri, non verò æqualiter, & pro virili, vt in terminis nostris tenent Parlador. *vbi supra, numero 28.* & Lassarte, *dicto cap. 10. numero 14.* vbi, quod ita apud nos in praxi obseruatur, iudiciali om-
6 nium bonorum æstimatione facta in hũc modum, † quod si census mille aureorũ super multis bonis valentibus quinque mille aureis constituatur, quorum bonorum quinta, aut alia pars in vno territorio sit, tanta quoque gabellæ portio in eo soluatur: ceteræ autem gabellæ partes, prout diuisa, & separata esse reliqua bona constiterit, facta cõputatione, iuxta omnium, & cuiusque fundi valorem respectiuè distribuantur, & sic venditor in vnoquoque loco pro rata gabellæ conueniri poterit, sequitur Doct. Molina, *vbi supra, columna 489. in versic. quando census*, & Azeue-
7 do, *vbi supra*, dicens, esse sine dubio: † quod si locus, vbi extant bona, immunis fuerit, vectigal non debebitur, secundum Parlad. *vbi supra, ad fin. illius §. 8.*

8 Illud tamen obseruatione † dignũ esse censeo in proposito, nempè, non esse ad hoc habendam rationem bonorum generaliter obligatorum, sed tantum eorum, quæ specialiter censui subijciuntur, vt probarunt Parlador. *vbi supra, nu. 54. in versic. nequaquam vero, Lassart. d. c. 10. nu. 15.* vbi, quod ita semel practicari fecit.

9 Non enim obligatio † hæc generalis vniformiter cohæret cum bonis specialiter censui suppositis, hæc enim principaliter censui subijciuntur, & veniunt in obligatione, illa verò accessoriè, & veluti fideiussorio nomine, & in subsidiũ pro maiori securitate, & cautela principalis, & ideo alterare, nõ dēt, aut ampliare principale, sicut nec alteraret, aut ampliaret datio fideiussorũ, vt cõprobari potest ex doctrina Gregorij Lopez *in l. 28. glossa magna, in versiculo li-*
10 *mita eam primo.* † vbi tenet, quod etiam si quis vltra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census, tenebit talis contractus, cum illa hypotheca sit accessoria ad personalem obligationem, & emptio ipsa contrahatur super bonis aliquibus. Cuius sententia communis est, vt patet ex traditis per Domin. Couarr. *libro 3. variarum resolutionum. cap. 7. numero 5.* quamuis ipse, & Dominic. a Soto, *lib. 6. de iust. & iure, quæstione 5. artic. 1. conclus. 4. in primo Corollario*, contrarium probet sed eam sequitur Didac. Perez *in rubrica, titulo 2. libro 8. Ordinamen. pag. 36. colum. 2. in fine*, & nos probauimus plures citando, & præcipuè attento Motu proprio Pij V. *super forma creand. cens. lato Anno 1569 lib. 2. Practic quæstion. 177. nu. 7.* & nouissimè Lassart. *de decim. vendit. cap. 10. numero 15. & 18.* Fuit igitur ex supradictis, vt obligatio generalis bonorum censui adiecta, sit accessoria, & subsidiaria ad principalem obligationem, bonorum specialiter censui suppositorum. ergo non est habenda ratio prædictæ generalis obligationis ad distributionem gabellæ inter bona specialiter obligata fiendam, sed tantum ipsorum bonorum specialiter censui suppositorum, vt probauimus.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione census ad vitam? distinguitur.*

QVAESTIO LVI.

An ex venditione census ad vitam debeatur gabella.

1 GABELLAM † deberi ex uenditiona census temporalis, nempe ad uitam, sicut de perpetuo, constat: quia uera uenditio celebratur in utriusque, ut proculdubio probat Lassarte, *de decim. vendit. cap. 10. numero 38. cum seqq.* miratus, quod cum ita semel se consulente, in fauorem gabellarij iudicatum esset per Regios ac supremos iudices Vallisoletanæ Cancellariæ, reuocatum fuit, sed quod in hoc praxi inconcussæ, & consuetudini nostræ *legis 1. titulo 17.* interpretatiue standum erit. Cuius praxis (si ea habet, ut ex uenditione census

vitalis gabella non debeatur) ea ratio reddi potest, quia hi non constituuntur super bonis certis specialiter deputatis, vt ceteri census perpetui redimibiles constitui debent per Motum proprium Pij V. ann. 1569. lato super forma creandi census: licet enim illa decisio generalis sit, omnesque annuos reddditus comprehendat, tam vitales, quam perpetuos, nec de hac re vnquam dubitatum fuerit, ita vt in his non minus, quam in illis res ipsæ suppositæ, venditæ esse intelligantur perpetuo, aut temporaliter vsque ad incertum tempus vitæ illius, cui mortali facto census ille fuerit limitatus, vt inquit Lassart. *d. cap.* 10. *num.* 40. tamen vbi praxis obtinuerit, vt hi census vitales generaliter super persona, & bonis eos constituentis imponantur absque speciali bonorum designatione, ex eis gabella non debebitur; & ideo rectè sic pronunciatum fuit in Regali Cancellaria Vallisoletana, cum nullius rei spec aliter fuerit celebrata. At vbi super specialib. bonis designatis census constitutus fuerit, siue perpetuo redimibilis, siue temporalis ad vitam, non dubito, quin ex hac venditione, & constitutione census gabella debeatur, cum tunc vera, & specialis venditio celebretur: sicque prędicto modo est distinguendum in præmissa quæstione, prout in terminis rectè distinxit Azeuedo *in l.* 1. *numero* 110 *cum seqq. tit.* 12. *hoc lib.* 9. tametsi Doct. Molina Theolog. *in* 2. *tomo de iustitia, & iure. colum.* 850. indistincte opinionem Lassart, *vbi supra* sequatus.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis super iuribus Regalibus constituti? & numeris sequentibus, resoluitur negatiuè, nu. 17. secundū praxim currentem: debetur tamen de censu imposito super alijs censibus particularium, vt in nu.* 18.

2 *Census redimibilis, vel ad vitam an possit constitui, & de nouo fundari solum super alijs annuis redditibus, qua llaman iuros del Rey, o de particulares? & numeris sequentibus resoluitur affirmatiuè, nu.* 12.

3 *Per emptionem census non emitur ipse fundus super quo imponitur, nec dominium eius in emptorem vllo modo transfertur, sed tantum emitur ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census, quotannis soluendam.*

5 *Iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles immobilibus annumerantur, verius tamen est, quod certam quādam bonorum differentiam constituant.*

6 *Emphyteusis constitui non potest super iuribus, & actionibus competentibus ad res immobiles.*

7 *Motus proprius Pij V. super forma creandi census adducitur, & de eius intellectu agitur, & in numeris seqq. præcipuè num.* 12.

9 *Retractus locum non habet in censibus, quib. hodie vtimur, quia reputantur bona mobilia.*

10 *Redditus super redditum constitui potest, licet non supra censum, nisi vt in nu.* 11.

13 *Annui redditus inter immobilia computantur, verum impropriè, & largè, vt in nu* 8.

14 *Annui redditus excusant a satisdatione sicut excusant bona immobilia.*

15 *Emphyteusis, vel feudum constitui potest super annuis redditibus redimibilibus.*

19 *Gabella non debetur ex venditione officiorum publicorum Regiorum pretio facta, quæ sunt renunciabilia.*

20 *De cessione, & venditione iurium, & actionum, an debeatur gabella? remissiuè.*

QVAESTIO LVII.

An ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis constituti super iurib. Regalibus, debeatur gabella.

1 QVæro hic † opportunè, *an ex constitutione census, vitalis, vel perpetui redimibilis super iurib. regalibus constituti, debeatur gabella, necne.*

2 Hæc † quæstio decisionem alterius petit, an scilicet census redimibilis, vel ad vitam possit constitui, & de nouo fundari solum super alijs annuis redditibus redimibilibus vel ad vitam, hoc est, *sobre, iuros del Rey, situados en rentas Reales, o de particulares*: Si enim in hac quæstione partem affirmatiuā elegerimus, inde forsan videbitur ex hac secunda impositione census super alijs cēsibus, vel iuribus Regijs, deberi gabellam, si vero negatiuam, contrarium patebit, hoc est, gabellam ex eo contractu non deberi, cum sit nulla venditio.

Ad hanc igitur postremam quæstionem deueniendo, vt inde ad priorem ascendamus, videtur proculdubio in ea dicendum, nullam esse prædictam census constitutionem super alijs censibus, vel redditibus Regijs, vel alicuius priuati fundatam solum absque alijs bonis immobilibus, ac proinde ex ea gabellam non deberi.

3 Primo, quia † per emptionem census non emitur ipse fundus, super quo imponitur, seu constituitur annuus redditus, nec dominium eius vllo modo in emptorem transfertur, sed tantum emitur ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census quotannis soluendam, iuxta veram obseruationem D. Couarr. *libro* 3. *variar. resolut cap.* 7 *num.* 6. *in vers. quod item diximus*, cuius supra meminimus, & eam sequuti sumus, *q* 54 *nu.* 4. & latissimè omnium probauit Auendan. *responso* 12 *per totum*, amplians eam, vt procedat, etiam si in contractu dicatur, quod venditur dominium directum rei, super qua census constituitur, & Aluar. Valasc. *de iure emphyteut.* 1. *par q.* 32. *nu* 8. optimè Mercad. *de tratos, y contratos, cap. de los censos, col.* 3. & 4. *fol. mihi* 74. Greg. Lopez, *in l.* 28 *tit.* 8. *parte* 5. *in gl a censo, in princip. in vers. sed quid de contractu*: Ergo cum emptor horum annuorum redditu[um], nullum habeat dominium directum, nec vtile rei immobilis, super qua ipse census constitutus est, sed tantū ius percipiendi, &c. consequi videtur, quod cum hoc sit quoddam ius incorporale, tertiam quandam speciem bonorum constituens diuersam ab immobilibus, & mobilibus, non possit super eo iure constitui alius annuus redditus, cum non sit quid immobile, aut pro tali reputatum.

4 Neq. † obstat, si quis obijciat verba Motus proprij Pij, V. an. 1569. lato super forma creādi census, ibi: *aut, quæ pro*
5 *immobili habeatur.* † Ergo cum iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerari soleāt, iuxta doctrinam glossæ *in l.* 1. *C. si aduers. transa. & in Authentica, de non alienand aut permutand. reb Eccles.* §. 1. *verbo, numeranda. Ias in l. fin nu* 122. *C. de iure emphyteut. Tiraquel tit.* 1. *de retractu lignag.* §. 1 *gl.* 7. *nu.* 17. Ergo cum immobilibus, ac per consequens super eis census constitui potest, iuxta verba Motus proprij prænarrata.

Nam licet magis communis sententia sit, quod iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerentur: nihilominus tamen verius est contrarium, immo, quod neque mobilibus bonis, aut immobilib. annumerentur, sed tertiam quamdam bonorum differentiā constituant, vt dicebamus, & probatur *in l a Diuo Pio,* §. *in venditione ff. de re iud. l quam Tuberonis,* §. *in peculio, ibi: hoc amplius nomina debitorum, ff de verborum signific.* Abb. *in c. nulla, nu.* 9. *de reb. Eccles non alien & infinit, quos refert* Tiraq. *vbi sup. nu.* 9. & Aymon Crauet. *cons.* 213 *ad finē*, quam & receptam, & veriorem sententiam affirmat Arias Pinel. *in Rubrica, C. de bon. matern. in* 1. *parte, nu.* 24. vbi latissimè de hoc agit: idem testatus sum *lib.* 2. *practicar. quæst.* 146. *nu.* 1. & est communis, & recepta, secundum Aluar. Va
6 lasc. *dicta quæstion.* 12. *numero decimo.* † Hinc probantem, emphyteusim constitui non posse super huiusmodi iuribus, & constitutam esse inualidam, tum, quia emphyteusis rem soli desiderat, tam solo cohærentem: tum etiam, quia dubia est doctrina *gloss.* 1. *in dicta l.* 2. *cum similibus supra relata*: Ergo ita in nostra specie videtur dicendum, quod cum annui redditus redimibiles, & ius percipiendi redditus non sint verè, & propriè res immobiles, nec pro talibus habeantur, sed tertiam quamdam bonorum speciem constituant, *vt probauimus,*

conti-

constitui super eis solis, non valeat alius census. Nec deci-
sio text. *in Clement. Exiui de Paradiso, §. cumq. annui reddi-
tus, de verb. significa.* extra suum casum extrahenda est ge
7 neraliter ad omnia. † Deinde ad verba Motus proprij su-
pra relata, ibi: *aut quæ pro immobilibus habeantur.* respon-
deri Primo potest, hoc debere intelligi iuxta mentem Pon-
tificis de re illa pro immobili habita, cuius dominium di-
rectum, vel saltem vtile habeat vendens annuum reddi-
tum in re illa, quæ pro immobili habetur, vt colligitur ex
verbis præcedentibus, ibi: *nisi in re immobili:* sed rei immo
bilis dominium, super qua census constitui potest, debet
esse apud venditorem, vt patet: Ergo eodem modo, &
rei, quæ pro immobili habetur, ad hoc, vt super ea census
constitui possit: non enim Summus Pontifex ibi inquit,
constitui, creariue posse censum annuum super iure aliquo
in re competente, sed super re immobili, vel quæ pro tali
habeatur, cuius dominium sit penes venditorem.

8 Secundo modo † responderi potest ad verba Motus pro
prij prænarata: quod quamuis annuus redditus instar im-
mobilia computetur, *vt in d. Clemen. Exiui de paradiso, §.
cumq. annui redditus* id tamē verum est impropriè, & lar-
gè: Propriè namque minimè veniunt annui redditus ap-
pellatione mobilium, nec immobilium, sed constituunt
quamdam tertiam speciem bonorum, sicut iura, & actio-
nes, *ita* Abb. *in c. nulli. nu. 10. de reb. Eccles. non alienand.* &
latè alios allegans Tiraq. *lib. 1. de retractu §. 1. gl. 6. num.
3.* Pelaez, *plures allegans, de maior. 1. parte q. 40. num. 13.*
& Matienzo *in l. 7 gl. 1. num. 22. tit. 11. lib. 5. Noua Collect.
Reg.* diximus *d. q. 146. nu. 3.*

9 Quinimmo census, quibus † hodie vtimur, sunt propriè
bona mobilia, ac proinde in eis non habet locum retractus
iure sanguinis a consuetudine, vel legibus Regijs aliàs con
cessus, *vt per* Mieres *d. q. 40. nu. 12.* & resoluimus cum alijs
vbi supra, nu. 4.

Tertio modo responderi potest: quod etsi verum sit, an
nuos redditus huiusmodi, inter bona immobilia connu-
merari solere, considerato præsenti statu: attamen conside-
rato redemptionis tempore, ea pecunia, quæ ex redem-
ptione acquiritur, est mobilis, non vero immobilis, vt
cum iudicio verè probauit D. Molina, *li. 1. de Hisp. primog.
cap. 10. nu. 6.* Ergo, hac consideratione obseruata, census an
nuus super alio cēsu annuo redimibili constitutus, firmus
non remanebit, utpotè, radice carens.

Secundo principalis, hæc prima pars negatiua funda-
tur, ne aliàs detur occasio fraudibus, in huiusmodi contra-
ctibus censualibus, in quibus ob euitandam suspitionem
usuræ, candor, & puritas contractus, prout a Summis Po-
tificibus permissus est, obseruari omnino debet.

10 Et † in terminis nostræ quæstionis, licet non ita fundet,
hanc partem tenet Cassan. *in Consuet. Burg. tit. des censes,
rubr. 18. §. 6 versic. in textu, ibi, contre le assignal. num. 5. co
lum. 1421.* resoluens, quod licet census supra censum impo
ni non possit, tamen redditus supra redditum imponi po-
test. Primus tamen redditus prius soluitur quia prior, est
tempore, & ideo potior est in iure, & in hypotheca; Ita-
que pro constituto habet, censum supra censum imponi
non posse secus autem dicit esse in redditu. Quod vltimū
in eum sensum intelligo (vt ex subsequentib. eius verbis
patet) scilicet, vt liceat plures redditus imponere super eis-
dem bonis diuersis temporibus, sed qui prior fuerit tempo-
re præferatur posteriori: quod nō pertinet ad nostrā quæ-
stionē. Sed clarius hāc partem negatiuam probat, & tenet
Manuel Rodrig. *de Censib. super Motu proprio Pij V. in pri
11 ma conditione, dubio 2.* † vbi limitat, quando venditor cen
sus redimibilis obligat se ad iterū imponēdū cēsum. Eādē
opinionē negatiuā indistinctè tenet, & probat D. Molina
Theolog. *in 2. tomo, de iustitia, & iure, disputatione 389. in
clausula 1. versic. vtrum autem, ibi: admonuerim, col. 892.*

12 Nihilominus † tamen praxis communis huius Regni
contrarium habet, nempè, vt census annuus redimibilis,
vel ad vitam constitui possit, vt communiter constituitur
super alijs censib. annuis redimibilibus, vel iuribus Regijs
quod etiam coadiuuatur iure sequentibus fundamentis.
Primò, & principaliter ex prædicto Motu proprio Pij V.
in verbis præcitatis, ibi: *nisi in re immobili, aut quæ pro im
mobili habeatur.* Quibus verbis congruè responderi mini
13 mè potest: ne probet hanc partem, † cum annui redimi
biles inter immobilia computentur, vt Summus Pontifex
prius decreuerat in dicta *Clement. Exiui de paradiso, §.
cumq. annui redditus, de verbor signific.* cum omnibus cō-
gestis per D. Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 1. vers. 2.
hos annuos redditus,* & latissimè Pelaez *de maior. 1. parte
d. quæst. 40. num. 6. cum sequent.* Tiraq. *plures citando, lib. 1.
de retract. §. 1. glos. 14 num. 120. & latius lib. 2 §. 2 num.
38. & sequen.* Matienc. *in d. l. 7 gl. 1. num 18 tit 11. & in l.
6. gl. 2. nu. 15 tit. 10. & in l. 2. glos. 1. tit. 9. num. 82. & 83. li
bro 5. Noua Collection. Reg.* Aluar. Valasc. *de emphyteusi,
quæst. 12. num. 5.* Didac. Perez *in rubrica tit. 2. lib 8 ordi-
nam. pag. 28. colum. 2. & pag. 29 colum. 1.* congessimus alios
*lib. 2 pract quæst. 146. num. 2 & iterum lib. 3. q. 83. nu. 2. &
3. & post nos* Felician. de Solis *de Censib. lib. 1. capite 7. nu.
2. fol. 75.* Ergò ita annui redditus redimibiles computan-
tur instar immobilia, & in eorum constitutione verè ven-
ditur ius percipiendi redditus, & fructus rei immobili ad-
hærens, cuius iuris dominium transfertur in emptorem se
cundum præsentem statum, qui attendendus est, pro re im
mobili computari merito debent, & haberi: Ergo habe-
mus intentum, nec quod postea redimi possint, curandum
videtur, cum tempus constitutionis census inspiciendum
sit, sicuti apparet ex prædicto Motu proprio, dum præci-
pit, re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in
totum, vel pro parte affecta, censum ad ratam perire, &
etiam posse pro eodem pretio extingui.

14 Secundo, † quoniam ita etiam videmus annuos reddi-
tus excusare à satisdatione, non secùs ac immobilia, secun-
dum omnes, *in l. sciendum, ff qui satisd. cog.* Tiraq. *de retra
ctu lign. §. 1. gl. 16. nu. 6.* Solis, *de Censib. lib 2. cap. 3. num.
33.* vbi alia huiusmodi congerit in fauorem huius partis;
quod procedit, quando huiusmodi redditus essent præstan
di perpetuò, vel saltem ad longum tempus, non verò ad
modicum, puta nouem annorum, vt ex gl. Afflict. & Ti-
raq. probat Didac. Perez *vbi supra, pag. 29. col. 1.* dicens
hunc intellectum esse memoriæ tradendum, ad d. §. *cumq.
annui redditus*, qui tamen meo iudicio non caret diuina-
tione.

15 Tertiò, & fortiter pro hac † parte facit, quoniam super
his redditibus annuis celebrari potest emphyteusis, sicut
& feudum, *vt tradis* Sonsbech *in 8 p. feud. num 23. & 29.*
Tiraq. *de retr. lign. §. 6. glossa 1. num. 10.* quos refert Aluar.
Valasc. *d. q. 12. num. 6.* licet eorum opinionem non probet:
sed eam sequitur Solis *vbi sup. d. libro 2. de Censibus, capi-
te 3. num. 34.* At Aluar. Valasc. en non probat hanc partē,
quia eam tenentes non rectè argumentantur de feudo ad
emphyteusim: nihilominus tamen fatetur, quod annui
redditus habentur pro immobilib. Ergo etiam si tenea-
mus eius opinionem, consequitur annuos redditus impo
ni posse super alijs annuis redditib. etiam redimibilibus:
quod in terminis voluit, aut saltem præsupponit. Ioan.
Faber *in §. adeo, num. 8. in princip. Institut. de locat.* & ex
professo hanc partem tenet Petrus Foller. *in pragmat. de
Censib. in verbo, huiusmodi census super rebus, nu. 49. &* So
lis *de Censib. lib. 2. d. c. 3. nu. 32. cum sequent.* & nouissimè
idem attentis verbis d. Motus proprij probat Lassar. *de de
cim. vendit. c. 10. nu. 42.* & voluit etiam Gironda *de Gabell.
9. parte in princ. num. 39.* & ita censeo tenēdum, præcipuè,
quia ea quæ certam interpretationem habuerunt, minimè
sunt mutanda, *l. minime, ff de legib.* Et ita communiter
quotidie census prædicti constituuntur super aliis censi-
bus, & iuribus Regijs, & validi reputantur. Solet tamen
pro maiori securitate, & cautela, huiusmodi census consti-
tuti super alijs censibus, vel redditibus Regijs redimibili-
bus tradi tempore constitutionis emptori, & sic creditori
instrumentum originale censuum, vel priuilegium reddi-
tuum Regalium, super quibus nouus census constituitur,
donec redimatur: sed quamuis hoc non fiat, nihilominus
validus erit contractus.

16 Ad primam nunc quæst. respondendo, videbatur † ex
præmissa decis. 2. *quæst.* deberi gabellam ex constitutione

census super alijs annuis redditibus, siue priuatis, siue Regiis, ad vitam, vel redimibilibus, cum venditio hæc fieri possit, & valeat, ac in praxi sit recepta pro valida.

17 Nihilominus † tñ ex huiusmodi venditione census ad vitam, vel perpetui, redimibilis super redditib. Regiis, hoc est *sobre iuros del Rey:* praxis communi habet, vt non soluatur gabella, secundum Lassar. *d. c. 10. nu. 43.* Et ita se habet consuetudo, quæ est obseruanda, præmaximè, cũ introducta fuerit cum scientia, & patientia Regis, vt patet, & probat Gironda *de Gabellis, 9. par. in princ. nu. 39. cum seq.* vbi quod pro hac doctrina exequutoriæ passim obtinentur, præsertim in Ciuitate Hispalensi contra gabellarios gabellam de dictis iurib. Regijs petentes, quãdo venduntur, vel super eis census imponitur. Cuius praxis ea est ratio; quia si quis habet ius aliquod perpetuum redimibile, aut temporale, super iuribus Regalib. gabellis, salinis, aut aliis, vasallorum tributis constitutum, *iuxta l. 9. & 17. in princ. tit. 19. lib. 5. Nouæ Colleg. Reg.* quod, *Iuro de heredad. iuro de por vida*, vulgò dicimus, & illud vendiderit certa pecunia ex pmissione *d. l. 17.* vt videmus quotidie, quoniqua praxis recepit, vt Regalis decima, hoc est, gabella ex ea non exigatur, vt affirmat Lassart. *vbi sup. num. 76.* itaque in his specieb. gabella non debetur, dicens in fin. *d. c. 10.* quod non est increpanda hæc praxis, sed obseruanda quidẽ, prout quotidie obseruari videmus. Sequitur etiã hanc partem D. Molina Theolog. *in 2. tomo de iustit. & iure disputatione 384. col. 850. in fi.* vbi reddit etiam aliam rationem congruentem, & sequitur intrepidè prædictam praxim communem in vtraque specie Azeuedo, *in l. 1. nu. 115. & 116. titulo 17. hoc lib. 6.*

18 Quod si annui redditus † imponantur super aliis censibus, vel redditibus priuatorum, vel impositi super bonis immobilibus eorum, cedantur pro pecunia, debebitur procul dubio gabella: quia vera, & propria venditio est, non priuilegiata. Aliam rationem differentiæ assignat, & probat Lassart. *vbi supra, d. num. 76.*

Sic etiam videmus in praxi versari, vt ex officio tabellio-
19 natus, vel † Decurionis, thesaurarii, commentariensis carcerum, depositarij generalis, & aliis officiis publicis pretio renunciatis, & venditis, nulla gabella debeatur, vt probat Lassart. *de decim. vendi. c. 9. nu. 43.* & ita se habet consuetudo, licet in puncto iuris contraria opinio sit vera, *secundum Humad. in d. l. 1. tit. 13. p. 5. glos. 3. nu. 11. Gironda de Gabell. 8. par. nu. 34. cum seq.* & Azeuedo *in l. 7. & 8. num. 7. tit. 2. lib. 7. Nouæ Collect. Reg.* idem *in l. 5. num. 9. & 10. tit. 17. hoc lib. 9.*

De cessione autem, & venditione iurium, & actionum pretio facta, an debeatur gabella, late agunt, & distinguit, Lassart. *de decim. vendit. c. 9. nu. 1. cum seq.* & Azeuedo *in d. l. 5. nu. 8. cum plurib. seqq. tit. 17. hoc lib. 9.*

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex censu emphyteutico, vel fundo in eum dato? & num. seqq.*

2 *Dominium directum, & vtile transfertur in recipientem censum, in emphyteusi autem non, nisi vtile tantum.*

3 *Clausula contractuum census, quod venditor retineat in se dominium rei venditæ ab imperitia tabellionum processit, ignorantium contractuum naturam, & discrimina.*

4 *Reseruatio dominij directi, quædam est hypotheca non quidẽ cõmunis, sed eam qualitatem habens, vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis annuus redditus sit constitutus.*

4 *Gabella non debetur ex concessione emphyteusis, contrarium num. 5. cum seq. resoluitur, num. 13.*

5 *Pretium ad creditum si interuenit in contractu emphyteutico soluendum in tempus, quo recipiens emphyteusim voluerit pro redemptione pensionis, & num. 6.*

7 *Pẽsio redimibilis æquiparatur pretio numerato atque idem est, vt hic.*

8 *Laudemium ex contractu emphyteutico statim debetur.*

9 *Permutatio æquipollet venditioni, cũ pro fundo datur alius fundus, immò verus est contractus venditionis, & gabella ex eo debetur.*

10 *Emphyteusis contractus quãdo potius census impositio censeatur, quam emphyteusis.*

12 *Emphyteusis in contractu duo contractus sub vnius nomine contingunt, secundum Couarr. vt hic, sed contra num. 19. & 20.*

14 *Emptio & venditio sine pretio non dicitur.*

15 *Emphyteusis contractus non est conditionalis, sed in eo reseruatur venditionis vis in tempus redemptionis emphyteusis.*

16 *Gabella non debetur ex venditione, in qua paciscitur, ne ex ea dominium ad emptorem transeat: secus si alias valeat venditio, absque prædicto pacto facta, vt in num. 17.*

18 *Gabella debetur ex contractu emphyteusis in fraudem gabellæ celebrato.*

Gabella debetur ex pretio fundi æstimati dati, quando pro prædicta æstimatione redditus redimibilis imponitur ad rationem quattuordecim, quia æstimatio in dubio facit emptionem.

22 *Gabella non debetur ex fundo concesso ad censum perpetuũ nullo tempore redimibilem: nisi postea verè & realiter ex mutuo partium consensu data pecunia redimatur, quod si idem fundus postea domino reddatur absque alio pretio, gabella non debetur.*

23 *Gabella debetur quando ius emphyteuticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuicumque alteri.*

QVAESTIO LVIII.

An ex censu emphyteutico, vel fundo in eum dato, debeatur gabella?

1 QVæro denique *an ex † contractu census reseruatiui debeatur gabella? nempè, cum fundum meum do tibi ad censum annuum emphyteuticum redimibilem, certæ quantitatis mihi quotannis soluendæ, ita, vt quotiescumque dederis mihi eam pecuniam, quam valet annuus redditus in fundo illo reseruatus ad rationem vnius pro quattuordecim vel pluris, iuxta moderationem l. 6. tit. 15. libro 5. Nouæ Collect. Reg. redemptus sit, & fundus ipse liber apud te maneat ab onere prædicta censuse?*

Et gabella non debeatur ex hoc contractu, ex eo comprobari potest fundamento: quia ideo ex contractu censuali
2 consignatiuo gabella debetur, † quia dominium rei tam directum, quam vtile in recipientem transfertur: in emphyteusi autem non nisi vtile tãtum, directum namque apud concedentem manet, iuxta gl. *in cap. constitutus, verbo, iuxta ratam, in fine, ff. de relig. domib.* quam sequuntur DD. communiter teste Abb. *ibidem, nu. 10. Ias. in l. 1. nu. 19. de iure emph.* & resoluunt hic Clar. *lib. 4. recept. sent. §. emphyteusis, q. 1.* Ant. Gom. & Palat. Rub. *in l. 68. Tauri, nu. 1.* & ibi passim notant, secundum Lassart. *de decim. vendit. cap. 10. num. 45. &* Aluar. Valasc. *de emphyteusi, quæst. 32. numero 7.*

3 Nec quidquã oberit, † si dicatur, quod in contractu censuali expressè venditor excipiat sibi, ac retineat dominium directum rei venditæ, donec pretium convẽtum solutum: hæc namque clausula ab imperitia tabellionum, contractuum naturam, & discrimina ignorantium, processit.
4 † Etenim in hac specie reseruatio dominij directi, quædam est hypotheca, nõ quidem communis, sed eam qualitatem habens, vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis, annuus redditus sit constitutus, vt probat D. Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 11. nu. 5.* Nihilominus tamen ex concessione emphyteusis gabella non debetur, quia non transfertur dominiũ directum in recipientem, sed reseruatur in concedente, vt aduersus Menoch. *lib. 3. de success. creat. §. 28. nu. 28 secundũ impressionẽ Salmantin.* bene probat Lassar. *d. c. 1. nu. 42. & c. 10. num. 5.* Nec obstat *l. 10. ibi: Empennamientos, tit. 17. hoc lib. 9. Nouæ Collect. Reg.* quia loquitur de contractu censuali, non vero de emphyteusi, secundũ Lassar. *d. c. 10. num. 5.* Couar. autem *vbi supra*, loquutus in mero contractu censuali.

Rursus,

5 Rursus, quod † gabella debeatur de prædicto cõtractu,
6 de quo in capite huius quæstionis, faciunt sequentia:

Lo primero, porque † en estos censos enfiteoticos redimibles, aunque parece que no interuiene, ni se da precio por ellos, sino hazienda rayz, que da el señor de ella por cierta rẽta de censo, o pension redimible, que se ha de pagar en cada vn anno mientras no se redimiere, y quitare por el que recibe a censo emphyteosi la tal hazienda. Pero en efeto, y en realidad, de verdad bien considerado, principalmẽte desde su creacion, y principio interuiene precio, concertado, fiado para quando el que la recibe quisiere redimir, y quitar el dicho censo, o pension, pues se pone por condicion, que cada, y quando, que el que fuere lo pueda hazer, dando, y pagando al que se la concede el precio de la dicha pension, o censo, que es a razon de a catorze mil maravedis el millar, y a mas; y en el interin que no se haze, o se dilata esto, se paga la dicha pension, o censo: lo qual parece es euidente, que se da en lugar del precio, porque dandole el precio, cessa la pension. Luego el fin del contrato fue el precio. Y assi el que està obligado a pension, o censo redimible por precio cierto, y conuenido en efeto es visto estar obligado al precio, y fuerte principal, con que se ha de redimir, con facultad de dilatar la paga del precio, en tanto que quisiere mas pagar la pension, o redito: y no es obligacion precisa a la pension. Pues luego que me da mas vender el fundo por cierto precio concertado al principio, y en la misma escritura de venta darle el dicho precio a censo redimible sobre el mismo fundo, de que es cierto se deue, alcauala, vt quæstione proximè sequenti dicemus, o darle a pension, o censo redimible por tal precio? todo parece vna misma cosa, y en la substancia alomenos no ay diferentia, aunque la aya en las palabras, pues las vnas, y las otras tienden a vn mismo fine.

7 *Lo segundo, porque no obsta † dezir, que en tanto que no està redimido el censo, o pension, no se puede llamar venta,* sed pactum, & promissio de vendendo: quia ad hoc respondetur, sufficere esse conuentum de pretio certo soluendo pro redemptione census, vel pensionis, *vt in princ. Instit. de empt. & vendit. cum simillb.* Est enim pactum de vendendo certum, & formale cum suis conditionib. de pactis solutione pretij collata in tempus volũtatis recipientis emphyteusim, cuoi onere soluendi interim certam pensionẽ, vel redditus, atque solutio pretij fiat statim, vel postea, nõ est de substantia contractus emptionis, & venditionis, si quidem differri potest ad tempus inter partes conuentum, & haberi fides de pretio, prout fuit habita, & res sub hoc pacto tradita, non enim pretij numeratio, sed conuentio perficit tunc scriptus habitam emptionem, *l. 2. versic. non autem. ff de contrah. empt.*

Nec obstat si dicatur, quod pretium in proposito non datur, nec soluitur pro re seu fundo, aut prædio in emphyteusim concesso, sed pro pensione, vel censu, quo redimitur, & quod ita soluenda sit gabella saltem quando fit redemptio: quia respondemus, hoc procedere posse in censibus, qui in sui principio fuerunt clausi, & non redimibiles, vel si redimibiles, non tamen certo pretio de pacto, nec signato. In his namque pensio ab initio venit principaliter in contractu propter se, & per prius, non vero loco solutionis pretij coouenti, quia tuoc non aderat; secus quando ab initio conceditur fundus ad pensionem redimibilem certo pretio signato, tunc namque fundus ille datur, & cõceditur principaliter eo pretio, quo redimi potest, quamuis secundario soluatur pensio, & id, quod interest interim quod pretium non soluitur, & ab initio fit venditio illo pretio.

Pensio enim redimibilis æquiparatur pretio numerato, ac idem est, quod soluere pecuniam pro fundo illo, siue prædio, ideoq. retrahi potest solutione pretij, licet pensio non soluatur, nec de ea caueatur, quia ea non est præcisa, sed resolubilis, & voluntaria, vt per Mod. Paris. *in Consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 23. num. 54.* Quod si non esset venditio, sed contractus promissionis de vendendo, & futurum non posset retrahi, quousq. venditio ipsa celebraretur. Ergo cũ statim possit retrahi, necessario fatendum est, esse venditionem. Sic etiam in hac eadem specie terminus nouem dierũ a nostris l. Regijs cõcessus, statim incipit currere, si credimus D. Couar. hoc latissimè probanti *lib. 3. variar. resol. c. 11. in princ. ibi: sic, & eadem quando proponitur iunctio num. 5. cum seqq.*

8 Tertiò † principaliter eadem pars comprobari videtur ex eo, quia in præmissa specie laudemium statim debetur (quod quidem pari passu ambulare videtur cum gabella) vt probat Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 58. num 9. & 26.* Ergo statim est venditio.

9 Quartò, quia permutatio † æquipollet venditioni cum pro fundo datur alius fundus æstimatus, immò verus est contractus venditionis, vt voluit gloss. *in l. 1. in verbo. taxata, & ibi Doctores C. de rerum permutat.* Paul. de Castro *in l. 1. col. 2. in vers. adhuc oppono. ff. eodem tit.* Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gloss. 14. nu. 19.* vbi ex hoc infertur, quod stante statuto, quod de contractu venditionis soluatur gabella, soluetur de huiusmodi permutatione, sequitur Dec. *cons. 160. In casu Monasterij. col. 2. & Ludouic. Bologn. cons. 21. Stat statutum, & consil. 25. In amplissimo.* Æstimatio namque regulariter, & in dubio facit venditionem, *vt late probat* Tiraquel. *vbi supra, nu. 20. & nos quoque consi. 17. nu. 19. Luego lo mismo se ha de dezir quando se da por el fundo vna pension, o censo redimible, y preciada en cierto precio: pues por la misma razon es venta,* præmaxime, quia intelligitur, atque censetur, pensionem esse imposititiam, & cõstitutam ab emptore, qui fingitur emphyteuta loco pretij, vt in proposito, præsertim, si pensio prædicta, vel census redimibilis imposiius sit etiam super alijs bonis empto

10 tis, † vel si pensio non sit commensurata fructibus, & redditibus ipsius fundi, qui in emphyteusim dicitur concedi, quia tunc potius census impositiuus quam emphyteusis censetur; vel etiamsi dans fundum suum in emphyteusim, cum prius venalem exposuerat, ex quo fraus, & simulatio colligitur in contractu emphyteutico postea subsequuto, ex tradditis per Tiraquel. *de retractu lignag. gloss. 14 nu. 22. cum sequentibus.* Ergo gabella ex eo debetur.

Quintò, & vltimò, hæc pars coadiuuatur satis ex eo, quod si aliud diceremus, mille fraudibus quotidie locus daretur, non enim fundus aliquis venderetur, sed in emphyteusim concederetur, sub pensione, vel censu annuo redimibili in fraudem gabellæ, quia postea in occulto pensio redimeretur.

11 Et † in terminis, quod ex contractu prædicto emphyteusis, & censibus redimibilis reseruatiui, debeatur gabella, pro constituto habet Auendan. *respons. 26. per totum,* siquidem in specie nostræ quæstionis principalis quærit, cui ex gabellarijs debeatur gabella, an gabellario anni, quo initur, & celebratur hic contractus, vel illius anni quo soluitur pecunia pro redimendo censu? Et adductis hincinde, pro vtroque gabellario fundamentis, concludit, & resoluit in fauorem gabellarij existentis tempore contractus, contra gabellarium tempore redemptionis census. Et cum hac resolutione Auendani, interim transit Lassart. *d. capite 10. num. 55.* nempè, ex eo contractu gabellam deberi ex redemptione prædicti census, ex qua illius iuris venditio fieri videtur eo pretio; licet adhuc *num. 70.* aliter sentiat, nempe, nullam venditionem hic interuenire, sed nudum pactum de præstando censum redimibilem ex traditione vestitum, neque ex redemptione, aut redimendi pacto cõtractum venditionis resultare. Sed & opinionem Auend. latissimè vidi comprobatam ex prædictis, & alijs fundamentis à quodam Iurisconsulto grauissimo huius Regni in suis scriptis priuatis, *in tractatu de Gabellis* ab eo cõpolito non impresso, nulla mentione tacta Auendani.

12 Quintò † si ad opinionem D. Couar. *li. 3. variar. resol. c. 11. num. 6. versiculo quinta ratio,* attendamus, in hac datione fundi in censum redimibilem, iuxta speciem propositam, duo cõtractus sub vnius nomine cõiunguntur, emptionis, & venditionis; primus ipsius fundi pro pretio, & pecunia, per quã census redimi dẽt, & principaliter census cõstituitur iuxta ipsius pretij quantitatem, ad rationẽ vnius pro quatuordecim, cũ pactu redimendi, atque hic vltimus à prio-

 ri distin-

ri distinguitur, cum in eo sit ille venditor, qui in priori nomen emptoris habet. Censet enim Episcopus *ibidem, num 6. versiculo 3.* quod in hac specie contractus statim fuit pretium solutum ipso die contractus, cum loco pretij fuerit cõstitutus annuus redditus: fingitur enim vno actu pretium solutum fuisse venditori, eumdemq. venditorem id pretium dedisse emptori pro annuo redditu redimibili: *argumento l. certi condictio, § si nummos, & §. vltimo. cum l. sequẽti, & l. singularia, ff si cert. petat.* Quæ si vera essent, indicant satis in nostra principali quæstione, non vnam tantum deberi gabellam ex prædicto contractu census reseruatiui, sed immò duplicem: prima a dante fundum sub annua pensione; altera a recipiente, propter secundam venditionem, hoc est census. Quid tenendum?

13 Profectò † praxis in pluribus illius Regni locis iam diu obseruata habet, vt vnica gabella tantum ex prædicto contractu debeatur, quasi vnica tantum venditio contrahatur à venditore fundi soluenda, non verò ab illo, qui fundum sic recipit. Ceterum illa gabella non soluitur eo tempore, quo res in censum datur, nec illius temporis gabellario, vt aliàs censet Auend. sed eo potius tempore, quo census redimitur, illiq. gabellario, qui illius etiam temporis gabellas conduxerit, à qua quidem praxi iure non est recedendum, vt vtrumque refert, & probat Lassart. *d. capit. 10. num. 51. cum sequentibus,* præcipue *nu. 57.* vbi quod ita se habet communis praxis diu obseruata, & ab ea non esse recedendum: & iterum *num 66.* quem sequitur D. Molina Theolog. *vbi supra, colum. 835. in vers. idem Lassart.* vbi quod hæc consuetudo non tamquam legitima legum interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tamquam ipsissima rei veritas, vt statim *in versiculo sequenti* eam latè iure probat. Eamdem sententiam sequitur, & probat late Gironda *de Gabel. 5. parte, §. vnico, num. 2. cum sequentibus,* vbi dicit, esse receptam in praxi, & nunquam de hoc in ea se dubitationem vidisse; quia in hoc contractu non interuenit pretium, sed tantum rei traditio facta à vero domino in emphyteutam, quo non soluente pensionem vltra triennium, res incidit in commissum, & reuertitur ad dominum directum, *l. 2. C. de iure emphyteut. capit. potuit, cũ materia, de locat. secundum Auendan. respons. 12. numero*
14 *5.* † Et cum non interueniat pretium, non dicitur emptio, nec venditio, *text. in princip. & in §. pretium, Instit. de emption. & vendition. l. 2. ff de contrahen. empt. Anton. Gomez in 2. tomo var. resolut. c. 2. num. 1. l. 1. tit. 5. parte 5. vbi Greg. Lopez in gloss. 1. l. 9. eod. tit.* Ergo cum non fiat statim emptio non debetur statim gabella: sed tunc demum cum census annuus, vel pensio redimitur gabellario illius temporis, quia tunc re vera vẽditio fundi celebratur. Eamdem opinionem sequitur Azeuedo *in d. l. 1. num. 103. cum seqq. titulo 17. hoc libro 9.* & nouissime Gaspar Roderic. *de annuis red. lib. 2. q. 22. num. 28. cum seqq.*

15 Non † enim contractus hic est conditionalis, vt censebat Lassart. *d. cap. 10. num. 63.* & ideo cessat difficultas illa retrotractionis ad tempus contractus, sed in eo reseruatur venditionis vis in tempus redemptionis emphyteutis: & ita consultè apponuntur in instrumento huius contractus verba illa: *Y cada y quando que dierdes, y pagardes el principal del censo, a razon de a tantos mil marauedis el millar, yo sea obligado a lo recebir, y otorgaros escritura de redemcion, y venta real en forma,* vt bene considerauit Gironda.

16 Confirmatur † etiam hæc sententia, & praxis ex decisione notabili, *l. cum manu satu, in fine, ff. de contrahen. empt. ibi: nemo potest videri rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat.* Ex quo infertur in casu illius text. gabellam non deberi, vt probauit Lassarte *de decim. vendit. c. 2. nu. finali,* & quod de contractu non translatiuo dominij gabella non debeatur, sed de translatiuo tãtum, probat Firmian. *de Gabell. 8. par. 3. mẽbro, nu. 67. ad fin.* Idem in laudemio Peguera *de feud. in sua repe-*
17 *titione, num. 98. fol. 33.* † intellige, quando de natura contractus vel pacto contrahentium non transfertur dominium: secus si aliàs valeat venditio, licet non transferatur dominium, transfertur tamen vsucapiendi conditio, vt contingit in venditione rei alienæ, iuxta ea, quæ resoluimus *supra quæstione 15. numero 2 cum sequent.* Ergo cum in hoc, de quo agimus, contractu expressè agatur, quod dominium directum fundi in annuum censum redimibilem dati, remaneat penes concedentem, vtile verò transferatur in recipientem, pretio non venditur, sed sub annuo censu, vel pensione redimibili conceditur pro fructibus eiusdem fundi, quibus recipiens frui debet; & vis venditionis confertur in tempus redemptionis: nõ igitur debetur gabella, quousque redemptio fiat, quia tunc verum est, venditionem pretio fieri, non verò tempore concessionis fundi in emphyteusim, quia tunc nullum pretium interuenit; Et licet redemptionis pactum tunc adsit, non tamen ea redemptio statim fit, sed tempore quo recipiens voluerit soluere pretium census, vel pensionis redimibilis: quousque ergo illud non soluat, venditio fundi non fit, quod si numquam redimatur, numquam erit venditio; Pensio autem, vel census interim soluendus pro fructibus, vel redditu d. fundi, solui debet, non verò est pretium fundi. Et quod in casu *d. l. cum manu sata, § fin. ff. de contrahen. empt.* non sit propriè venditio, & non soluatur gabella ex eo contractu, stante statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella, tenet Alex. in addit. ad Bart. in corpore lecturæ eiusdem Bart. *in l. Sancimus, la primiera, in fine, C. de Consulib. lib. 12.* Et cum his remanet satisfactum fundamentis contrarijs supra adductis, mo-
18 do absit fraus contra gabellam, † quæ fraus in dubio nõ præsumitur, nisi probetur: ea tamen probata, debebitur gabella, ita Gasp. Rodrig. *vbi supra, num. 31.*

Neque verum est, quod dixit Couar. *supra citatus,* nẽ-
19 pè in † nostra specie duos contractus sub vnius nomine contineri, sed contingere emptionis, & venditionis. primum ipsius fundi pro pretio, & pecunia per quam census redimi debet, & potest; alterum census constituti, iuxta ipsius pretij quantitatem, ad rationem vnius pro 14. cũ pacto redimendi, &c. Siquidem vnus contractus tantum vtriusque rei simul vno contextu, & orationis spiritu in præmissa specie celebratur, vt latè probat Lassart. *d. cap. 10. num. 48. & 49.* ubi aduersus Couar. probat esse uerissimum, nullam uenditionem contrahi in præd. casu, de quo agimus, nec fundi dati neque census constituendi: est enim ea conuentio pactum quoddam rei traditione uestitum, ad quod præscriptis uerbis actio datur, *iuxta l. fin. C. de rerum permutat.* ex quo gabella non debetur, ut probat ipse Lassart *d. cap. 10. num. 36 & 52. cum seqq.* Ergo nullo modo duplex gabella deberi potest ex eo, sed unica tãtum, & hæc cum redemptio census facta fuerit, & gabellario eius temporis, non uerò existenti tempore contractus, ut resoluimus cum præcitatis auctoribus.

20 Præterquam † (secundum Lassart. *ubi supra, num. 47.* & Gaspar. Rodrig. *ubi supra, num. 30.*) quando partes ita expressè contraxerunt, vt primum fundi venditionem facerent certo pretio statuto, ac deinde ex pretio illo censum constituerent, siue in eadem scriptura, siue in diuersis, eo quod verè aperteq. eo casu partes voluerint duos contractus efficere, tunc namque rectè, & proculdubio sententia Couar. procedet, ac proinde duplex gabella debetur, nempè, ab vtroque venditore, & probat latè Molina Theolog. *in 2. tomo, de iustit. & iure, disput. 382. col. 833. in versic. primus est,* ubi in hac specie tria obseruat, quę apud ipsum sunt uidenda, non enim oportuna sunt rei, de qua agimus, nisi primum, nempè, quod in hac ultima specie census nõ
21 est reseruatiuus, sed consignatiuus, *vt ibi declarat.* † Idem uidetur dicendum per Gaspar. Roderic. *ubi supra, num. 30.* si fundus datur æstimatus, & pro æstimatione reditus redimibilis imponitur ad rationem quattuordecim, nam æstimatio in dubio facit emptionem, *iuxta l. quoties, cum materia, C. de iure dot.*

22 Superiora † ante hunc versic. *præter quam dicta,* procedunt, quando fundus conceditur sub annua pensione redimibili: secus est, si concedatur ad censum perpetuum nullo tempore redimibilem, tunc enim nulla ex eo contractu vnquam gabella debebitur nostro iure, nisi forte postea verè, & realiter ex mutuo partium consensu census ille data pecunia redimatur; quia tunc vera venditio erit, gabel-

gabellaq. debebitur, vt constat: & in terminis tenet Lassart. *dicto capitulo decimo, numero 56. ubi numero 75.* quod si postea rem illam domino census reddam, nulla gabella debebitur. Sequitur vtrumque Azeuedo, *in l. 1. numero 107. tit. 17. hoc libro 9.* Molina Theolog. *vbi supra. col. 837. in vers. ex dictis.*

23 Similiter gabella debebitur, † quando ius emphyteuticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuicumque alteri, quoniam id est vera venditio, non vero contractus emphyteuticus, ex quo gabella non debetur, vt per Lassart. *de decim. vendit. cap. 1. num. 42.* & rectè aduersus Menchi. *secundum D. Molinam Theolog. de iustit. & iure, 2. tomo, disput. 459. col. 1328. in vers. quando ius emphyteuticum.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo reditu? & numero seq. resolutur nu. 4. cum seq.*
2 *Contractus duo oriuntur ex vno eodemq. facto, quando sunt incompatibiles: aliàs secus.*
3 *Vna eademq. res non debet diverso iure censeri, nisi diversis respectibus, vt hic.*
4 *Emptio, & venditio pura perfecta est fundi, quoties pro eo datur pecunia, & annuus redditus, & statim gabella pecuniæ solum debetur, & postea ex redemptione annui redditus, vt in nu. 6.*
5 *Permutatio est quoties fundus datur pro alia re quæ non esset pretium, & pro annua pensione, atque ideo ex eo contractu duplex gabella deberetur, vt hic.*

Q V AE S T I O LIX.

An debeatur gabella ex fundo dato pro pecunia & suo annuo reddito?

1 QVarto modo opportunè circa præmissa, † *si fundus ita detur, vt præsens aliqua pecunia, vel in tempus soluatur, & insuper annuus aliquis redditus præstetur, vt fingit Antonius Gomez in l. 68. Tauri, numero 2. versic. quidam est censuarius: an ex hoc contractu aliqua statim gabella debeatur?*

Et quidem in hac quæstione videtur resoluendum, vt inspiciatur, quod præualet, & principalius est, & inde iudicetur contractus, vt in simili supra resoluimus *quæstione 30. num. 8.* Itaque in nostra quæstione, si annuus census, sub quo concessus fuit fundus, præualet pecuniæ, quæ pro pretio eiusdem fundi etiam datur, iudicetur contractus emphyteuticus, & ex eo gabella non soluatur: si vero pecunia præualet censui, erit venditio, ex eaq. gabella debebitur, vt deducitur ex Ioanne Fabro, *in §. adeo, num. 12. Institut. de locat. in versiculo, quid dices,* & Tiraquello *de retractu lignag. 9. 33. gloss. 1. num. 1.* Sed quando pecunia data pro fundo, simul cum annuo reddito, esset notabilis, & sic præualeret censui, ex ea tantum pecunia videtur soluenda gabella, non vero ex censu: separati enim tunc videntur hi con-

2 tractus. † Quia licet Bartol. *in l. 1. in principio, num. 2. ff. si certum petatur,* dicat, ex vno eodemq. facto non oriri duas species contractus, hoc verum est, secundum Paul. de Castro, & Alexand. *ibi:* quando sunt incompatibiles, aliàs secus, & notat addition. Bart. *vbi supra, nu. 1.* & est communis secundum Curt. *ibi nu. 4.*

3 Non † etiam obest, quod vna eademq. res non debet diverso iure censeri, *vt in l. eum qui ædes, cum sim. ff. de vsucapion.* quia hoc nó procedit, vbicumque diuersa ratio datur, & militat in vna parte, quam in alia, *vt in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2.* Abb. *in cap. cum in tua, in fine, de decim.* licet videmus, quod vna eademq. res diuersis respectibus potest etiam diuerso iure censeri, *vt supra diximus alia quæstione.*

4 Nihilominus † tamen pro perfecta huius quæstionis resolutione duo sunt hic obseruanda. Primum, verè eo casu perfectam, puramq. fundi venditionem contrahi a principio, cum sit pecuniarium pretium, iuxta *l. naturalis, §. & siquidem, ff. de præscript. verbis,* quamuis si solum pactum de præstando redditum interuenisset, emptio, & venditio non foret: ex dictis in quæstione præcedenti, & argumento text. *in l. tenetur, §. 1. ff. de action. empt.* vbi si pecunia interueniat simul cum pacto, venditio est: quod si solum pactum sit, venditio non contrahitur; atque ita, qui prædicto modo rem in censum dat, eam vendere ait Ias. *in l. prima, numero 48. C. de iure emphyteut.* & est planissimum, & indubitabile, ita vt a principio, & statim, ac res in censum datur, gabella debetur non minus, quam si simpliciter sola pecunia venderetur, secundum Lassart. *de decim. vendition. capit. 10. numero 73.* vbi *numero 74.* ibi: *sit ergo:* loquitur idem probans, quando fundus vales quingentis aureis venditur pro centum statim in pecunia numerata soluendis: & insuper eo acto, vt censum viginti, & octo aureorum mihi præstares cum redimendi facultate: datis mihi quatuorcentis cum volueris. Statim namque ex tempore conuentionis soluenda est decima centum aureorum dumtaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res en censu onerata veniret, non plus valuit. Ceterum, si emptor postea censum redemerit, datis quatuorcentis aureis, quoque ex illis debebo eo tempore, quasi his etiam fundum meum videar vendidisse, sequitur Molina Theolog. *dicto secundo tomo, de iustitia, & iure, disputatione 382. columna 832. in versiculo, quando vbi addit.*

5 Quod si † permutatio admisceretur, vt quia traderetur prædium pro alia re, quæ non esset pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, quæ simul cum annua pensione daretur pro prædio, deberetur vna gabella, & alia gabella ex valore prædij, quatenus præcise respondet, non quidem pensioni, sed rei illi, quæ vna cum pensione daretur.

6 Secundo † obseruandum erit, in illa eadem specie gabellam soluendam esse, ex sola pecunia conuenta, non etiam ex æstimatione pacti de censu in annum soluendo, vt dicebamus, quia illa solum pecunia pretium est in ea venditione: pactum verò de præstando redditum, non est pars pretij, nec illud auget, sed potius est onus quoddam reale, quod rem ipsam venditam diminuit: At postea censu redempto ex illo pretio a fundi domino, gabella debebitur, vt rectè probauit Lassart. *d. capite 10. numero 74.* Et hæc vltima gabella debebitur gabellario existenti tempore redemptionis census, vt resoluimus *in quæstione præcedenti,* nisi hic propter adiectionem pretij in pecunia numerata statim soluendi, iunctis alijs coniecturis, fraus præsumeretur contra gabellam: tunc namque tempore contractus celebrati totius contractus gabella debebitur, de qua latius agemus *infra alia quæstione.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex cessione rei emptæ, vel aliàs acquisita eodem pretio facta? & num. seq. 1.*
2 *Venditio ex nominatione pretij potius iudicabitur in dubio, quam locatio.*
Cessio rei emptæ in alterum facta, quis contractus sit iudicandus? num. 1. & 2.
3 *Gabella, vel quintum patrono feudi an debeatur ex cessione alteri facta cum declaratione, quod pro illo emerat, & de eius mandato, cum tamen simpliciter prius emisset, vel nomine proprio? & numeris sequentibus distinguntur plures casus, eademq. distinctio in gabella seruatur, vt in num. 8.*
9 *Gabella non debetur ex cessione, quando est exsequutio, siue exercitium prioris contractus: secus alias, vt hic.*
10 *Gabella non debetur ex cessione, aut venditione iurium.*
11 *Gabella an debeatur ex cessione in iudicio facta in caussis exsequutiuis per licitatorem in fauorem actoris, qui exsequutionem petit?*
Quæstionis resolutio ipsius auctoris cum ratione, & in praxi obseruatione, nu. 12.

QVÆ.

QVAESTIO LX.

An ex cessione rei emptæ, vel aliàs acquisitæ, eodem pretio facta, debeatur gabella?

GAbellam non deberi in hac quæstione ex prædicta cessione videtur probari, ac deduci *ex l. 1. & 2. titulo 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* siquidem tantum decidunt ex venditione, & permutatione gabellam deberi, non verò ex cessione.

1 Nihilominus † tamen pro huius quæstionis cognitione censeo, cessionem esse regulandam iuxta eius caussam: tot enim sunt caussæ cessionis, quot alienationis, secundum Speculat. *in titulo de cession. action. §. 1. in fine;* Ideoq. si cessio pretio facta fuerit, dicetur facta caussa venditionis, *l. fin. C. de prædijs Decur. lib. 10.* ac proinde ex ea debebitur gabella, *per d. l. 1.* etiam in dubio, an sit contractus em-
2 ptionis vel locationis, † quia ex nominatione pretij iudicabitur potius venditio, quam locatio, *iuxta glossam, verbo intelligi*, & Ioan. de Platea, *in d. l. fin.* Cum enim fit mentio pretij, cessio est venditio. Paul. Castren. *cons. 9. Viso puncto glossa in l. Celsus, §. si cum legitima, verbo, pretio accepto, ff. de doli except.* Negusant. *de pignor par. 5. membro 1. num. 24.* est communis sententia, vt patet ex Gironda, *de Gabell. 11. par. num. 14.*

Quod si cessio facta fuerit speciei pro altera specie, erit permutatio, duplexq. Gabella ex ea debebitur, iuxta dispositionem *d. l. 2.*

Quod si cessio non ex caussa venditionis, nec permutationis fiat, sed gratuito, erit donatio, vel simplex cessio, ex qua gabella non debetur; idem erit dicendum ex cessione ex alijs caussis facta, non sapientibus, nec efficientibus venditionem, aut permutationem.

Hæc cum nulla mentio tertij, cui cessio fit, facta fuerit in prima acquisitione, vel etiam in ipsa cessione rectè procedunt, & obseruanda erunt.

3 Sed quid erit dicendum obsecro, † *cum Titius emit feudum simpliciter, vel nomine suo, deinde illud tradidit, & cessit Caio, recepto eodem pretio, declarando tamen, quod emerat cum mandato Caij, & ad eius commodum, & vtilitatem, & quod ei tradidit agnoscendo bonam fidem ex caussa mandati, an ex hac cessione debeatur gabella sicut ex prima venditione?*

4 Hanc quæstionem † in similibus terminis, nempè, in quinto debito patrono feudi decidit Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 23. quæst. 5. num. 21.* & omissa disputatione resoluit, quod ex quo constat bis interuenisse pretij numerationem, & translationem de persona in personam, patronus habet fundatam suam intentionem in duplici venditione, & sic potest exigere duo quinta, vel ex vltima venditione retrahere. Neque obstat protestatio, seu declaratio Titij, tum quia facta est ex interuallo post ius semel quæsitum ex prima venditione, & a persona suspecta, & subsistente materia fraudis, aut simulationis prætextu agnitionis bonæ & debitæ fidei: tum quia sit vera, & libera venditio.

5 Istam † conclusionem dupliciter limitat Moder. Paris. *ubi supra.* Primò, si per instrumentum authenticum, vel alias per legitimam probationem appareat de præcedenti mandato Titij ad emendum dictum feudum pro Caio, vel nomine Caij, quia tunc quamuis Titius emerit de sua propria pecunia, deinde restituat Caio tantam pecuniam reddenti tamen in effectu non est nisi vnica venditio, nec restitutio rei, quam Titius fecit Caio, est venditio, sed liberatio debitæ fidei, siue implementum, & satisfactio suscepti mandati, & sic non debebitur quintum pretij, nisi semel.

6 Secundo † limitat præcedentem conclusionem Moder. Paris. quādo à principio Titius emerit nomine Caij: quia tunc, quamuis de pecunia propria, & non aliter appareat de præcedenti mandato, constat tamen, quod non est nisi vnica venditio, & quod restitutio sequens non est mutatio feudi, sed restitutio rei vero suo domino.

7 Quod † si Titius emit nomine proprio, vel simpliciter, & postea declarat, se emisse nomine Caij, & de eius pecunia, neque appareat de aliqua secunda numeratione pretij, nec etiam de præcedenti mandato, ex hac restitutione, & declaratione non habebit Patronus intentionem fundatam in aliquo, nisi sint aliæ coniecturæ fraudis, vel potius simulatio: si enim incontinenti, seu ex modico interuallo, & re aliàs integra, fiat huiusmodi declaratio, non præsumitur in huiusmodi declaratione aliqua simulatio, sed potius primam venditionem nomine accommodato esse factam, sicq. Patronum debere contentari vnico quinto, nisi aliud probare ipse vellet: quod facere poterit, tam ex qualitate personarum, quam ceteris circumstantijs facti, si quæ prudentis iudicis arbitrio satisfaciant. Si verò Titius aliquot annis possedit nomine proprio, tamquam dominus, & forte tamquam vasallus fuerit inuestitus, siue ista, aut similia, satis erunt ad præsumendam dictam declarationem simulatam in fraudem iurium patroni, etiam alio non probato: non tamen præsumetur secunda venditio, ex quo non constat de aliquo pretio, vel mobilibus loco pretij datis, vel remissis, sed erit donatio, vel aliud mutationis genus, & sic vltra quintum pretij dictæ venditionis debebitur releuium pro mutatione postea sequuta. Hactenus Moder. Paris. *vbi supra.*

8 Erit † igitur idem resoluendum in nostra quæstione de gabella, quod in illa Moder. Paris. de quinto, vt in quibus casibus hoc deberi resoluit idem Moder. Paris. ex cessione, in eisdem gabella quoque ex ea cessione debeatur, & econtra, vt in terminis gabellæ ex supradictis tenet, & probat Lassarte, *de decim. vendit. cap. 13. num. 13. cum seqq.* Nec vim facio, quo ad debitum gabellæ, quod pretium bis numeraretur in prædicta specie: sufficit enim, quod cessio fiat eodem pretio, quo prima venditio celebrata fuit, siue bis numeratum fuerit, siue semel tantum, vtpotè, quia nondum primum erat solutum, sed habita fides de eo, quando cessio facta fuit, dūmodò cessio facta sit pretio eo casu, quo ex ea deberi gabellam probauimus.

9 In † summa, quando cessio est exsequutio, siue exercitium prioris contractus venditionis, vt quando procurator cedit domino, nō debetur ex hac cessione gabella, (obseruatis tamen circa hoc, quæ ex Moder. Paris. modò præmisimus:) Si verò cessio non oritur ex priori contractu, sed de per se stat, & pretio fit, siue eodem, siue diuerso, noua gabella ex tali cessione debetur, vt ex Baldo, & Saliceto, *num. 2. in l. cum per eos, C. si quis alteri, vel sibi,* & Ang. Perus. *in l. Modestinus, num. 2. ff. de solut.* probat Tiraquel. *de vtroque retractu tit. 1. §. 1. glossa 14. num. 114.* & glossa, Peregr. *in parte vectigal. glossa 1. quæst. 1.* Paclador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 2. num. 27.* Lassarte, *de decim. vendit. cap. 13. num. 6.* Gironda, *de Gabell. 9. parte, in princ.*
10 *num. 16.* ex † cessione autem aut venditione iurium, gabella non debetur, vt tenet Azeuedo, *in l. 5. num. 8. tit. 17. hoc lib. 9.*

11 Quod † si in subhastatione iudiciali ex caussa exequutionis licitatori res addicta fuerit, isq. cedat statim omne ius suum creditori, qui eum supposuerat, iuxta praxim quotidianam, eo onere, & pacto, vt pretium à se debitum rei domino propter emptionem, cessionarius ipse soluat, vel in partem debiti sibi compenset, & computet, alteram gabellam ex ea cessione debet hic cedens, præter eam, quæ ex prima venditione iudiciali debita est, nisi in licitatione adixerit, dare se pro bonis exsequutioni subiectis tantam pecuniam cum cessionis beneficio, hoc est, *(con beneficio de traspasso,* vel nisi cessio prædicta simpliciter fiat actionis sibi competentis, absque vllo onere, quia venditio sine pretio non contrahitur, ita Lassar. *d. cap. 13. num. 19. cum duobus sequentibus.*

12 Ego verò semper in praxi obseruatum † vidi, nullam in hoc casu gabellam deberi, nec solui, ex prædicta cessione per licitatorem huiusmodi in subhastatione iudiciali ex caussa exsequutionis, cui bona exsequutata fuerunt iudiciali decreto addicta incontinenti facta: ea forsan ratione, quia hæc cessio semper fieri simpliciter consueuit, nullo

onere

onere adiecto, neque ad hoc, vt gabella non debeatur, opus est, vt in licitatione excipiatur beneficium cessionis, cũ si aliàs gabella deberetur, hæc exceptio, aut pactum inter contrahentes adiectum, tertio obesse non posset, fisco, vel gabellario, non magis, quam si in venditione, vel permutatione adhiberetur, quod ex eo contractu non soluatur gabella: quod si alicubi ea exceptio beneficij cessionis in licitatione deducatur, in alijs quamplurimis partibus, quorum sum memor, id non exprimitur, nec opus est, vt exprimatur: sed quia inconuenienti fit cessio, ideo praxis obtinuit, vt ex ea cessione gabella non debeatur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur*, de la carta de lasto, que se da al que paga la deuda por otro? *resoluitur proculdubio, negatiuè*.

2 *Omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res ad quam competit*.

3 *Gabella non debetur ex moneta in aliam monetam redacta, quamuis eo modo vera permutatio, & venditio contrahatur*.

4 *Gabella debebitur ex cessione iurium, quando fideiussor, vel correus solidum soluerit in alia re, quam pecunia debita*.

5 *Gabella an debeatur cum pecunia data constituitur quis procurator in rem propriam, vel ei actio aliqua venditur*.

6 *Venditor hæreditatis iam delatæ pro pretio, tenetur soluere gabellam, præter quam de re immuni ab eius solutione in hæreditate reperta*.

7 *Gabella non debetur in specie l. si iactus retis, ff. de act. emp. nullis captis piscibus*.

8 *Gabella non debetur ex venditione nudi iuris, reiq. incorporalis, & num. 9*.

9 *Gabella non debetur ex venditione iurium vrbanorum, vel rusticorum prædiorum*.

10 *Gabellam non debent soluere fumi venditores, prout sunt, qui futurum sententiæ euentum alijs denunciant pro pecunia*.

11 *Gabella non debetur ex permutatione horarum ad aquam ducendum*.

QVAESTIO LXI.

Si de la carta de lasto para cobrar de los deudodores, ó de los demas fiadores, se deua alcauala?

1 QVæro etiam in proposito, *an † ex cessione facta per creditorem fideiussori, vel vni ex reis debendi in solidum obligatis, à quo, vel quibus debitum in solidum exegit contra ceteros confideiussores, vel correos debendi, & sic*, de la carta de lasto, *quam vulgo vocant Hispani, debeatur gabella, necne?* Et profectò illam deberi, mouet, quod per hanc cessionem venditio quodammodo celebretur, *l. cum is, ff. de fideiussor*. Ergo gabella ex ea debetur, *iuxta l. 1. tit. 17. hoc libro 9*.

Nihilominus tamen proculdubio censeo gabellam minimè deberi ex hac cessione, quia creditor succedens verè non est venditor, cum pretium pro hac cessione non recipiat, sed tantum suum debitum ante cessionem contractũ ab ipsomet debitore insolidum obligato: Itaque est solutio debiti, atque distractus, non vero contractus: Denique, quamuis respectu fideiussoris solidum soluẽtis sit venditio: hęc tamen impropriè, & ficto modo talis dici potest, vt constat ex verbo illo *d. l. cum is quodammodo*: At in materia stricta, & odiosa, prout est nostra gabellaria, extensio fieri non debet de casu vero, & directo ac proprio; ad fictum improprium, & indirectum, secundum Alexand. *in l. 3. §. hæc verba, per text. ibi: ff. de negot. gest.* præcipuè cessante fraude, vt resoluimus supra alia quæstione. Soluit enim fideiussor, vt a sua obligatione exeat, & liberetur, cuius indemnitati lex succurrere volens, hanc fictam, & impropriam venditionem induxit ex prædicta cessione, vt prædicta cessio fieri posset, perspiciens, quod aliàs, si esset simplex solutio, actio, & debitum remanerent extincta: & sic nihil esset quod cedi posset, aut a confideiussoribus repeti, cum eorum negotium soluendo debitum non fecerit, sed debitoris principalis, & proprium, iuxta glossam *in l. ex facto, verbo, qua actione, & ibi Paul. de Castro, de negotijs gestis*.

Quæ sententia principalis alia deinde, & potissima ratione confirmari potest, etiam si vera venditio contraheretur ex prædicta cessione: Ea nimirum, † quod omnis actio
2 talis esse iudicatur, qualis est res, ad quam competit, *l. si ad resoluendam, C. de præd. min.* & ipsius rei debitæ naturam, & qualitatem assumit, *l. 1. vbi glossa, & Doctores notant, C. si aduers. transact.* & latè ex auctoritate quam plurimum comprobat Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 1. cum seqq.* Cum ergo actio hęc cessa sit pecuniæ numeratæ, eius naturam sequi debet, quæ est, vt ex pecunia non debeatur gabella, *ut in l. 34. ibi:* Ni de la moneda amonedada,
3 *tit. 18 hoc lib. 9.* vbi statuitur, † quod ex moneta in aliam monetam redacta, veluti cum pecunia grossa, pro minuta datur, aut è contra, gabella non debeatur, quamuis eo modo vera permutatio contrahatur, vt docet Couar. *libro 3. variar. resolut. cap. 7 num 2 in vers. non oberunt huic*, & disputat Pinellus *in Rubrica, C. de rescind. vendit. 1. par. cap. 3. num. 15.* Et veram quoque pecuniæ venditionem fieri posse rectè existimat Nauar. *in capite finali, de usur. num. 20.* Pro quo facit bonus textus *in l. lege Cornelia versic. eadem lex, ff. ad leg. Cornel. de fals.* sequitur Lassart. *de decim. vendit. capite 19. num. 33. ubi à num. 32.* nostram sententiam supradictam principalem in hac quæstione probat, & tenet in proprijs terminis per supradicta dicẽs, ita quotidiano usu perpetuaq. praxi receptum esse, vt ex huiusmodi actionum cessione Regalis decima non exigatur, nec vmquam vidit, vt audiuit exactam fuisse. Idem probat Doctor Molina Theolog. *in 2. tomo, de iustitia & iure, disput. 544. col. 1883. in princ.* alio nempè fundamento, scilicet, quia illud non est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur, neque consuetudine tit receptum, aut vmquam auditum, vt ex huiusmodi solutionibus, & trãsmissione actionum gabella soluatur, quod & ipse affirmo, quod sciam.

4 Certum † si in specie nostræ quæstionis fideiussor, vel correus solidum soluerit in alia re, quam pecunia debita, proculdubio ex hac datione in solutum gabella debebitur, *iuxta latè supra resoluta in alijs quæstionibus*.

5 Quibus † fit, vt si quis data pecunia, procurator in rem suam constituatur, vel ei actio aliqua vendatur, ita demũ ex pretio dato vectigal soluendum erit, si ad pecuniam nõ competat ea actio, quæ venditur, vt contingit in specie *l. per diuersas, C. mandati, & l. ab Anastasio, C. eodem titulo*. Etenim eo casu licet vera venditio contrahitur, vt in dictis iuribus, *& in l. si nomen, & in l. emptori nominis. l. nomina. l. multum interest, cum simil. ff. de hered. vel act. vend.* gabella non debebitur ex priuilegio *d. l. 34 tit. 18. hoc lib. 9.* Aliàs secus, veluti ex venditione actionis ad equum, vel ad aliam rem, quia tunc gabella debebitur, ut ex prædictis patet, & probat in terminis Lassart. *d. cap. 9. num. 34. cum seqq.* præcipuè *num. 35.* ubi, quod sic est declarandum, quod indistinctè dixit Paulad. *rerum quotidian. cap. 3. §. 2. num. 27.* quod si quis data pecunia procurator in rem suam cõstituatur, vel actio aliqua vendatur ex pretio dato, vectigal debeatur, est enim distinguendum in hoc casu, vt distinximus modo.

Idem probandum venit in alijs actionibus competentibus ad res priuilegiatas, atque immunes à solutione gabellarum, de quibus rebus priuilegiatis agit *tit. 18. hoc libro 9.* Ex cessione namque actionum ad has res priuilegiatas non debetur gabella, vt bene docet Lassar. *d. c. 9. num. 37.*

6 Similiter † etiam, venditor hæreditatis iam delatæ pro pretio, licet teneatur gabellam soluere iuxta distinctionẽ tactam ab eodem Lassart. *cap. 2. num. 18. & cap. 4. num. 29.* nihilominus ex re priuilegiata, & immuni à solutione gabellæ,

bellæ, reperta in hæreditate vendita, vel actione ad eam cōpetente, non debebitur gabella, ita, vt pro qua parte pretium venditionis prædictæ rei hęreditariæ priuilegiatę, vel actionis ad eam competētis correspondet, gabella non debeatur secundum Lassart. *d.c.9.num.39.*

7 Deducitur † præterea ex supra resolutis, quod in casu *l. si iactum retis, ff. de act. empt.* si missis retibus nulla piscatio fiat, licet adhuc vera venditio maneat, quia non piscīū, aut auium venditio, sed aleæ, & spei celebrata fuit, vt probat apertè text. *in l. nec emptio in fine, ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. eotem. § qui maximot, num 4. ff. de public. & vectigal.* attamen cum inspecto euentu, & effectu venditionis, negari non possit, quin & ipsi pisces, & aues, quæ captæ postea fuerint, venditæ intelligantur, ita per contrariū nullis captis, nulla gabella quoque debebitur, quia venditio hæc in sola, & nuda spe & intellectuali, incorporaliq.
8 iure, & fortuna consistit, *l. 11 tit. 5. parte 5* Vnde † succedit communis praxis, quæ habet, vt ex nudi iuris rei q. incorporalis venditione gabella non debetur, vt affirmat Lassart. *d.*
9 *cap. 9 num.* 40. vbi *num.* 41. idem † etiam antiquo vsu receptum vidimus, ait: ut non nisi ex reali, & corporali uenditione regalis decima, hoc est *alcauala* debeatur, saltem cū ius uenditum nullam rem corporalem secum trahit, ueluti in iuribus urbanorum, & rusticorum prædiorum obseruare licet, ex quorum uenditione, quamuis quidem ea uera, & perfecta sit, ut probatur *in l. cum manu fata uersic huius rei, ff. de contrahen. empt.* nullam q. uidemus gabellam deberi, eo quod iura incorporalia sunt, *§. anic in fine, Inst. de rebus corpor & incorpor* quia nullam rem corporalem secum trahun, quæ uendi uideatur refert, & sequitur Aze-
10 uedo, *in l. 5 num. 9 tit. 17. hoc lib. 9.* quæ † etiam praxis exēplificari potest in fumi uenditoribus, de quibus loquitur text *in l. item apud Labeonem, §. idem ait, ff. de iniur.* prout sunt, qui futurum sententię euentum alijs denunciant pro pecunia, ut exemplificat Menoch. *de arbitr. iud. Casu 344.* ex hoc namque Regalis decima non debetur, quia inanis quædam, & imaginaria uenditio est, non uerò realis.
11 Similiter etiam idem dicendum † uenit in casu *l. cum cōstet, §. 1. ff. de aqua quotid & æstiua,* ubi inter eos, qui certis horis aquam ducebant, temporum permutatio facta est, ut, scilicet, ex ea permutatione, quę quotidie potest contingere, gabella non debeatur, vt vtrumque probat Lassart. *d. cap. 9. num. 42.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex cessione conductionis gabellarum, vel aliorum redditumm? & num. seqq.*
2 *Gabella debetur ex cessione facta pretio, & an ex totò pretio simul cum lucro gabella debeatur? num. 4.*
3 *Cessionarius pretio non agit contra cedentem propter sterilitatem nec alios casus, ex quibus mercedis remissio peti potest, sed aduersus dominum fundi, eiusq. locatorem.*
5 *Vectigalia Regia, & ea, quæ iuxta leges quaterni gabellarum fuerint locata, non possunt in alterum cedi,* sin licencia de los Contadores, o Administradores, o sennores de las rentas despues de rematadas, y no antes.
6 *Gabella an debeatur ex cessione conductionis, solo promisso retento absque alio commodo?*
7 *Gabella non debetur ex cessione legitima, vel hæreditatis gratis facta: secùs aliàs, vt hic.*

Q V AE S T I O LXII.

An ex cessione conductionis gabellarum, vel aliorum reddituum, debeatur gabella.

1 QVæro præterea: † *An conductor gabellarum, vel aliorum redditumm, ex cessione huius conductionis debeat gabellam?* Respondemus, ipsam non deberi, si cessio facta sit ex caussa nouæ conductionis, vel sublocationis, prout fieri potest regulariter, *vt in l. nemo prohibetur, cum simil. C. locati.* vel si cessio gratuito fieret, cum gabella, iuxta nostras legas Regias, non debebatur, nisi ex venditionibus, & permutationibus, *lib. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9.* non verò ex locationibus, nec ex gratuitis concessionibus, *vt in alijs quæstionibus prædiximus.*

2 Ceterum si † cessio pretio facta fuerit, debebitur gabella, veluti, si ego cederem alij meam conductionem certo pretio, mihi pręstando vltra mercedem conductionis, modo venditio nominetur, modo non: sufficit enim, quod ces-
3 sio pretio fiat, *vt in l. fin. C. de prædijs curial. lib. 10.* † ideoq. cessionarius hic propter sterilitatem, vel alios casus, ex quibus iure mercedis remissio peti potest, non aget ad id, aduersus sibi pretio cedentem, quia non est locator, sed venditor iuris sui, *iuxta l. cum hæreditate ff. de hæred. vel actio. vend.* sed aduersus dominum fundi, eiusdemq. locatorem,
4 quo † casu verius videtur ex toto pretio simul cum lucro deberi gabellam: siquidem venditionem ob lucrum contrahi resoluimus: tametsi non desit, qui ex lucro tātum mihi proueniente ex cessione gabellam deberi censeat benigno quodam iure. Ego verò, si gabella debeatur (prout deberi dixi) ex toto pretio simul cum lucro, eam de iuris rigore deberi censeo.

5 Obseruandum † tamen erit, quod Regia vectigalia, & ea, quæ iuxta leges quaterni gabellarum fuerint locata, nō possunt in alterum cedi in totum, nec pro parte, *sin licentia de los Contadores, o Administradores, o senores de las rentas, y esto despues de rematadas, y no antes* in leg. 51. *del quaderno de las alcaualas* hodie l. 7. & 8. tit. 8. hoc lib. 9.

6 Sed † si cedens hic ex pacto in cessione adiecto solum reseruaret sibi promissum, hoc est, *El prometido que auia ganado en la renta, y non ganasse en ella por la cession, mas de que darse solamente con el prometido, y no con otra cosa:* licet dubium esse posset, an ex huiusmodi cessione gabellam soluere teneatur, & plura adduci possent pro gabellario, nempè, hoc promissum esse partem pretij, ac proinde cessionem pretio videri factā, quod sufficit, vt gabella ex pretio debeatur ex cessione, iuxta à nobis modo resoluta: nihilominus in contrariam sententiam procliuior sum, nempè, vt ex huiusmodi cessione, de qua modo agimus, gabella nō debeatur: quia promissum nō est res locata, neque de substantia contractus, quamuis caussam concedendi præstet sicut arrha, quæ datur in venditionibus, est quid diuersum ab eis, quamuis ad eas efficiendas præstetur, *l. contractus, C. de fide instrumentorum.* Hinc est, vt supra alia quæstione resoluerimus, promissum non esse computandum in pretio venditionis, ad hoc, vt ex eo gabella soluatur; Ergo ita, & eodem modo promissum cōsiderari pro pretio non debet, ad hoc, vt ex huiusmodi cessione cum reseruatione promissi facta, debeatur gabella.

7 Ex superioribus iam deducitur, ex cessione, vel renunciatione legitimæ, vel hæreditatis gratis facta, non deberi gabellam, cum huiusmodi renunciatio gratis facta sapiat donationem, secundum Paulum Perusium, *cons. 96. num. 58. volum. 3.* & de donatione gabella non debetur: Secùs si prædicta renunciatio, vel cessio pretio facta fuisset: tunc namque venditio dicitur, & de tali pretio gabella debebitur; ita in terminis tenet Gironda, *de Gabell. par. 11. num. 26. cum seqq.* hoc tamen verum proculdubio est de cessione pretii facta donatione, vel de ea renunciatione, quę nō est simplex, sed quæ cessionem iuris in se contineat: secùs verò de renunciatione simplici pretio facta, per quam nullum ius ceditur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex refutatione, repudiatione, vel renūciatione pretio facta, absque cessione alicuius iuris? & numeris sequentibus: vbi ponitur differentia inter refutantem siue renunciantem simpliciter, & cedentem ampliatur num. 5. & 8.*
3 *Cedens non repudiat, sed potius pro hærede gerit, hoc est, adit hæreditatem, siue illa cessio, & gestis fiat expressè, siue tacitè, & idem est in testāte de hæreditate sibi relicta.*
4 *Cedens, donans, vendens, vel vendere mandans, videtur adire.*

6 *Gabella debita ex contractu, non debebitur si diuisiones hæreditatis fiant per viam refutationis: quia refutatio non est contractus, sed distractus; secus, si pretio fiat, quia tunc erit contractus, vt in num. 7.*

QVAESTIO LXIII.

An ex refutatione, repudiatione, vel renunciatione pretio facta absque cessione alicuius iuris, debeatur gabella?

1 GAbellam deberi in hac specie tenet Gironda, *de Gabell. 11. p. num. 27.* iuxta ea, quæ de cessione dixerat *9. p. in princ. num. 16.* Ego verò contrarium proculdubio pro-
2 bo ea potissimum ratione, † quod mea refutatio, vel repudiatio non transfert vllum dominium, nec ius rei refutatæ, renunciatæ, vel repudiatæ simpliciter: sed solum operatur, vt refutans, repudians, vel renuncians eam petere non possit, & quod medio sublato per refutationem, repudiationem, vel renunciationem huiusmodi, res illa in alium succedat, vel alteri accrescat: non verò operatur, quod ego sim auctor iuris alteri acquisiti, nec hic succedit in ea te iure a me transmisso, sicq. refutans, repudians, vel renuncians nihil transfert: cedens autem transfert ius suum in alium. Et hæc est vera, & realis differentia inter refutantem, repudiantem, & renunciantem ex vna parte, & cedentem ex altera: illi enim nullum ius transferunt: hic vero ius suum cedit, atque in alium transfert. Quare merito, vt pretio cedens tamquam venditor gabellam debeat iuxta resolutionem à nobis supra traditam *quæstione 60.* repudians verò, aut refutans, siue simpliciter renuncians, minimè. Non enim de euictione tenetur, sed tantum de facto proprio, vt non contradicat repudiationi, refutationi, vel simplici renunciationi à se factæ, vt dicitur in transactione, *l. si pro fundo, C. de transact. & in l. siue apud acta, & ibi Bald. colum. fin. eodem titulo.* Hanc differentiam inter abstentionem, simplicem renunciationem, vel repudiationem, & cessionem, constituit Moder. Parif. *in Consuet.*
3 *Parif. tit. 1. §. 9. glos. 4. num. 4. & 7. vbi d. num. 4.* † inquit, quod cedens non repudiat, sed potius pro herede gerit, hoc est adit hæreditatem, siue illa cessio, & g. ftio fiat expressè, siue tacitè: quod vltra eum probatur ex textu *in l. similia, C. de iure deliber.* vbi qui de hereditate sibi relicta testatur, eo ipso eam adire videtur, secundum Bald. *ibidem.*
4 Idem est, si cedit, donat, vendit, vel vendere mandat secundum Matan. *in l. is potest, num 50. 54. & 55. ff. de acq. hæred.* Aymon Crauet. *consil. 200. num. 1. & 3.* latè Pelaez *de maiorat. 1. par. quæst. 36. per totum,* & Simon de Pret. *de*
5 *interpret. vlt. volun lib. 5. dub. 3 num 55 fol. 464.* † Addit præterea Moder. Parif. *d. num. 4.* quod etiam si pro repudiatione tantum detur, quantum valet portio repudiata, nihilominus nullum ius transferri in dantem, dummodo semper sit mera abstentio, vel renunciatio: Secus si cessio fiat.
6 Hinc † mouet Bald. *in l. tres fratres, num. 3. ff. de pact.* quod vbi debetur gabella de omni contractu, ipsa non debebitur si diuisiones hæreditatum fiant per viam refutationis, quia quidem refutatio, siue renunciatio non est contractus, vt ipsemet Bald. aliàs *in rubr. C. de pactis, num. 2. in fine,* sed potius distractus, Bart. *in l. 3. §. contrarium, nu.*
7 *2. in 2 lectura, ff. de contrar. iudic. tutela.* Sed † hæc doctrina Bart. tunc procedit, quando repudiatio, vel refutatio fieret sine pretio, vel pacto: secus si pretio fiat, tunc enim erit contractus secundum Bald. *in d. §. contrarium,* innominatus quidem, facio, vt des, ex quo iuxta nostras leges gabellarum, gabella non debetur: hodie autem de diuisione inter hæredes bonorum defuncti facta non debetur gabella, *iuxta legem 55. in 2. par. tit. 18. hoc lib. 9.* de cuius intellectu infra agemus alia quæst. Contraria opinio Gironda, *vbi supra,* procedit, vt ex eius mente patet, in cessione pretio facta, vel etiam in renunciatione non simplici, quæ cessionem iuris in se continet: secus verò in renunciatione simplici, in qua nulla cessio in fauorem alterius fit, sed stat in terminis repudiationis, & abstensionis, seu refutationis: ex hac namque nulla gabella debetur, quamuis pretio fiat, vel aliqua species pro ea detur, *iuxta supradicta.*

SVMMARIA.

1 *Gabella non debetur ex donatione gratuita, nisi in fraudem gabellæ fiat. vt in num 4.*
2 *Donatio non est propriè contractus, sed impropriè.*
3 *Gabella non debetur ex donatione omnium bonorum ea lege facta, vt donatarius donatorem alere teneatur.*
5 *Gabella debetur ex donatione, quando in ea interuenit pretium.*

QVAESTIO LXIV.

An ex donatione debeatur gabella?

1 QVæro: *An ex donatione gratuita, & nullo iure cogente facta debeatur gabella?* Et quidem non deberi pla-
2 nu- est, † quia donatio non est propriè contractus, sed impropriè, *glossa & communiter DD. in l. contractus, C. de fide instrum.* Vnde meritò, quod lex loquens de contractu ad donationem non extenditur, vt cum communi latè probat D. Molina, *lib. 4 de Hispan. primog c. 1. num. 61.* & in terminis ita tenet Bald. & Salic. *in d. l. contractus, num. 1.* & Bertach. *de Gabel in 8 par. membro 3 num. 21. & 22. vol. 11. tract diuers. Doct. in antiquis fol mihi 35. colum. 3.* quæ opinio in Regnis proculdubio est tenenda, ex duobus: Primò, quia *lex 1 & 2. tit. 17. hoc lib 9.* tantum iubet solui gabellam ex contractu emptionis, & venditionis, atque ex permutatione. Sed donatio non est huius modi: Ergo ex ea non debetur gabella. Secundò, per legem expressam *in l. 11. tit. 17 hoc lib. 9.* ibi: *Donationes, o otros contratos de que no se deue alcauala.* quidquid contrarium velit Tiraquel. *ad leges connubial. glos. 5. num 52.* plures allegans, quem ad hoc citat, & non sequitur Gironda, *de Gabell. 11. p. num. 20 cum seqq.* & latius duas communes opiniones contrarias referens Menchac. *controuersiar. vsu freq. c. 11. num. 17. cum seqq.* sed attenta *d l. 11.* nihil est dubitandum secundum Azeued. *in l. 2. num. 22. titulo 17. hoc lib. 9.*
3 Quintò † si quis omnia bona sua alteri donat, ea lege, vt donatarius eum alere teneatur, non debetur gabella ex huiusmodi donatione, vt probauit Parlad *lib. 1 rer. quotidian. c. 1. §. 2. num fin. in fine,* contra Castill. & opinionem Parlad. sequitur Latla *de decim. vendit c. 10 à num. 33.* & Gironda, *de Gabel. 11. p. num. 11. & 12.* diximus *supra alia quæstione.*
4 Limitatur tamen supradicta principalis † opinio, quæ habet, vt ex donatione gratuita non debeatur gabella, vt non procedat, quando de fraude contrahentium constaret, nempè, quia simulent, vel fingant vnum pro alio contractum, nempè, vt contractus venditionis sonet donationem, vel minus pretium, quam recipiant assignantes, vel aliàs, vt gabellam euitent: hic est casus expressus *in l. 11. tit. 17 hoc lib. 9.* qua præcipitur iudicibus: *Que cada y quando que el arrendador, o fiel cogedor les pidiere que pagan pesquisa sobre esto, se an obligados a hazerlo, y si hallaren que algunas personas simuladamente hazen que los contratos de ventas facuen donaciones o otros contratos de que no se deue alcauala o ponen menos precio de aquello que recibe, o hazé otros fraudes para encubrir la dicha alcauala los desbagan, y hagan acudir al arrendador, o receptor con todo lo que montare el alcauala, auido respeto al verdadero precio que interuino, y mas el quatrotanto de la dicha alcauala: lo mismo se prucua en el cap. 28. de los nueuos apuntamentos de las alcaualas.* Et † quod quando in donatione interuenit pretium, venditio, & non donatio censetur, ac proinde
5 gabella debeatur, præterquam quod lege illa Regia satis deciditur, probat, stante simili statuto, alios allegans Firma. *de Gabel. 8. par. 3. membro, numero 11. versic. sexto quæro, vol. 11.*

venditore, quam contra eum, veritas potius inspicienda sit, quam verba, iuxta doctrinam Baldi *in l. prima, num. 2. C. si seru. extero se emi mandau.* & cum eo resoluit Lassart. *cap. 7. num. fin.* Ita in terminis tenet, & probat Lassart. *d. cap. 10. num. 19. cum sequentibus*, dicens, quod ipse semel iuxta præd. resolutionem iudicauit, & fuit confirmata sua sententia.

30 Nec supradictis † obest doctrina Ioan Fabri *in §. pretium autem num. 1. Instit. de empt. & vendit.* vbi tenet, quod si rem meam vendo modico pretio, ita vt emptor satisfaciat meis creditoribus, quibus res erat obligata, hoc etiam censetur de pretio; ergo, & gabella debetur ex hoc pretio, si debita soluenda sunt certa, & specificata. Non inquam obest hæc doctrina; quia loquitur, & procedit, quando ego decem aureos, vel aliam quantitatem ex personali mea obligatione deberem, siue res vendita hypothecata esset pro illo debito, siue non, quo casu merito, vt de illis decem ut debitis laudemium, & gabella debebitur, vt prædiximus, quia illis quoque decem, vltra reliquos mihi soluendos vendita res esse intelligitur, *ex l. mortis caussa, §. finali, ff. de donatione causa mortis*; & hic non est casus noster; secus autem est, quando ego decem illos aureos, vel aliam expressam summam ratione rei debitæ deberem, hoc est, quando prius esset vendita eo pretio pars eiusdem rei, vt contingit in censu imposito eidem rei: tunc namque cum ex eo pacto nihil mihi acquiratur, sed quod alias, nullo etiam pacto interueniente, de iure erat faciendum, expressum sit, nempè agnitio onerum realium, atque ideo cesset ratio acquisitionis, *de qua in d. l. mortis caussa*, consequitur, vt pactum illud pars pretij non sit, neque ex eo laudemium, aut gabella augeatur, cum potius rem ipsam venditam eiusq. valorem minuat, ita Lassart. *dicto cap. 10. num. 22.*

31 Similiter etiam † si ita rem vendiderim, vt creditoribus meis satisfacias, satisfactio illa non erit de pretio, quia nō est quid certum, & ideo ex ea non debebuntur venditiones vel laudemia domino, *§. pretium, Instit. de empt. & vend. facit l. hæreditatem, ff. de donat.* per quæ ita ita tenet Io. Faber *in §. item pretium, num. 3. Instit. de empt. & vendit.* licet *lex illa, hæreditatem*, non multum ad hoc attendeat Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num. 114.* Ergo gabella in hac specie soluetur ex sola pecunia data, vel promissa venditori, non autem ex æstimatione pacti, quia cum circa rem versetur, non est pars pretij, secundum Lassart. *d. cap. 10. num. 24.*

Nihilominus tamen in hac specie secundum ipsum *ibidem num. 33.* licet gabella non debeatur ex prædicto pacto vt ex venditione, debebitur vt ex contractu innominato, do, vt des, & sicut ex permutatione duplex gabella debebitur in omnem euentum.

Quod si debita soluenda creditoribus venditoris ex prædicto pacto sint certa, & specificata, proculdubio debebitur simplex gabella ex venditione prædicta, iuxta doctrinam eiusdem Fabri *in d. §. pretium, num. 1.* de qua supra egimus, *num. 30.*

32 Hinc intelligenda † venit decisio quædam Capell. Tolos. 278. quæ habet, quod si aliquis det omnia bona sua cū pacto, quod donatarius alat donantem, & soluat eius debita, ex tali conuentione debetur laudemium, seu quinquagesima, quia non est mera donatio; nam quo ad pactum de soluendis debitis incertis, iam resoluimus, gabellā duplicem deberi, vt ex contractu innominato permutationis; si verò debita soluenda sunt certa, liquida, & specificata, simplex gabella vt ex venditione debeatur, secūdum Lassart. *d. cap. 10. num. 35. cum seqq.*

Quod autem attinet ad alteram partem pacti de alimentis præstandis, gabellam ex eo pacto deberi probat Doct. Castil. *in l. 69. Tauri, in gl. Donacion, in additione, in versic. sed dato*, quod valeat: quia est contractus innominatus, do, ut des; contrarium tamen uerius est, attentis nostris legibus Regijs, iuxta quas ex contractibus emptionis, & uenditionis, & permutationis, debetur, & soluenda est gabella; At hic contractus, de quo agimus, non est huiusmodi, nec innominatus, do, ut des, in quo una res pro alia datur, *vt in l. 1.* & ibi Greg. Lopez, *tit. 8. par. 5.* Et in specie præmissa alimentorum ita videor dare, vt ex bonis meis, quæ tibi dono, alimenta mihi exhibeas, sicq. tota conuentio circa bona mea & operam tuam versatur. Et ita merito hanc opinionem, vt ea prædicta conuentione gabella non debeatur, contra Castill. probarunt Parlad. *vbi supra d. cap. 3. §. 2. ad finem, nu. 32.* & Lassar. *d. cap. 10. num. 34. cum*

33 *seqq.* † Vbi *sub nu. 36.* hoc limitat, quando aliquam rem fructiferam dedero, veluti equum velocem, vel margaritā pretiosam, aliamve rem infructiferam, vt alimenta mihi præstes, quoad vixero: quia tunc verè contractus innominatus, do, vt des, atque permutatio est, atque ita proculdubio gabella debebitur. Simili modo distinguendum est secundum ipsum in specie *l. fin. C. de rerum permut.* vbi res ea lege data est, vt menstruum quid a donatario præstetur, si enim ita res detur, vt quid aliud à re ipsa, & eius fructibus separatum, ac diuersum præstetur, vt quia fortè infructifera, licet pretiosa res illa sit, vera permutatio, & contractus innominatus sit, do, vt des, ac proinde gabella ex vtraque parte debeatur. Secus vero, si id singulis mensibus præstandum, ex re ipsa, & eius fructibus esset deducendum, quia tunc cum non duæ res sint, sed vnica tantum, versatur permutatio, & innominatus contractus esse non potest, ex prædictis, sed pactum nudum rei traditione vestitum.

34 Quod si † rem censuatam vendidero, huius census mentione non facta, sed vt liberam potius certo pretio, licet postea è pretio quantitas census deducatur, nihilominus gabella totius pretij est soluenda: quia verè tanti vendita res est, & venditio valet ipso iure in tota re, non deducta parte census correspondente, quamuis emptor possit contractum rescindere petito pretio, si velit, iuxta *l. 63. tit. 5. parte 5*, cum materia. Quo fit, vt iuxta verba *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* ibi: *De todo el precio porque vendieren*, gabella ex toto pretio prædicto debeatur; sicut, quando rem alienam, vel communem vt meam certo pretio vendidissem, vt probauimus supra, & in terminis vtrumque probat, & tenet Lassar. *d. cap. 10. num. 37.*

35 Sed eius opinio † meo iudicio vera non videtur, saltem, quando venditor bona fide rem tamquam liberam vendidit, ignorans illam esse censui subiectam, quia gabella non deberur nisi ex pretio rei iusto, veritate attenta.

36 Non enim adhærendum ita † est verbis legis, quando rem duram dissonamq. a recta ratione disponeret, si vt primo aspectu sonare videtur, intelligeretur, præsertim quando congruam habent interpretationem, iuxta doctrinam Molinæ in similibus terminis *2. tomo, de iust. & iure, disput. 349. col. 573.* & in proprijs terminis contra Lassart. *vbi supra*, ita arbitratur idem Molina, *disput. 384. col. 850. in princ.* Certum enim est, quod bona dicuntur, deducto ære alieno, præsertim censu constituto specialiter super eadem re, & in materia gabellæ hoc est constitutum, vt si res cum onere census vendatur, de ea parte pretij soluenda sit solum gabella, quæ in pecunia numerata soluitur vltra censum, non vero de sorte principali census, quia de ea soluta fuit tempore constitutionis census, *vt supra diximus.*

37 Poterit tamen sustineri præfata † opinio Lassarr. quando venditor sciens rem censui esse subiectam, id obticuit, & pro libera vendidit; tunc namque ob culpam, & malam fidem ipsius, nil mirum quod totius illius pretij integram gabellam soluat. Quod si bona fide ignorans censum, vt in priori specie eam vendidit, quamuis gabella totius pretij propter illam ignorantiam soluatur, comperta ueritate a gabellario, reddenda est ea pars gabellæ, quæ pretium census tetigerit, non enim iustum est, ut ipse cum iactura aliena locupletetur absque culpa uenditoris.

S V M M A R I A.

1 *Gabella census constituti super bonis sitis in alio territorio, cui gabellario debeatur. & num. seqq. resoluitur in fauorem gabellarij loci, vbi sunt bona sita, & numero 2. idem probatur in venditione census de antiquo iam constituti,*

&

& nu. 3. quid quando in diuersis locis bona sunt sita? & nu. 6. quomodo æstimatio tunc fiat.
4 *Onera, & tributa realia sequuntur possessorem.*
5 *Laudemia plurium prædiorum, vnico pretio non distributo emptorum, quomodo diuersis dominis soluenda sint.*
7 *Gabella non debetur de bonis super quibus census constitutus est, quando locus in quo bona sita sunt, est immunis a solutione gabellæ.*
8 *Bona generaliter obligata pro censu, non sunt æstimanda pro solutione gabellæ, sed tantum bona super quibus cēsus specialiter constitutus est.*
9 *Obligatio generalis censui adiecta non cohæret vniformiter cum bonis specialiter censui suppositis.*
10 *Contractus census tenet, etiam si quis, vltra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census.*

QVAESTIO LV.

Censu constituto super bonis in alio territorio sitis, cui gabellario debeatur gabella census.

1 QVæro † etiam in proposito præcedentis quæstionis, *cui gabellario debeatur gabella annui census, an existenti in loco contractus, loco ue destinatæ solutionis redditus, vel illius loci, vbi bona specialiter censui supposita sunt sita?* Hanc quæstionem latè discutit Parlador. *libro 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 8. quæst. finali, per totum*, vbi adductis hinc inde rationibus, & fundamentis, resoluit, *numero 10. cum sequentibus*, gabellam soluendam esse in hac specie illi publicano, ad quem pertinent vectigalia, vbi sita sunt bona, super quibus annuus redditus constitutus est. Idem probauit Didacus Perez *in rubrica, titulo 1. libro 5. Ordinamen. pag. 37. colum. 1. in versic. quo fit.* Et hæc est vera, & communis resolutio, secundum Laffart. *de decim. vendit. cap. 4. numero 31.* & eam tenet Auendañ. *respō so 23. numero 1.* & sequitur Felician. de Solis *de censibus, libro 2. cap. fin. numero 12.* Gironda *de Gabell. parte 6. numero 29.* & Azeuedo, *in l. prima, numero 9. titulo 15. libro 5. & in l. 1. numero 119. titulo 17. libro 9. Noua Collect. Reg.*

2 Et procedit hoc † etiam in venditione census de antiquo iam constituti, gabella namque huius venditionis soluenda est quoque gabellario loci, vbi sita sunt bona, super quibus primitus fundatus est cēsus, vt resolutiam idem Parlador. *vbi supra, ad finem, d. § 8 nu. 30.* & Laffart. *d. cap. 10. nu. 8.* & Doct. Molina Theolog. *in 2. tomo, de iust. & iure, disput. 384. col. 847. ad finem.*

3 Quod si fortè in † diuersis locis, & territorij existant prædicta bona, super quibus specialiter census constitutus est, pro rata debet fieri solutio gabellæ, *argumento tex. in l. in his, C. de præd. & omnibus rebus nau. & ibi Ioan. de Platea, lib. 11.* vbi vnus reale, vel patrimoniale nauicolatiorū diuiditur inter possessores pro rata, iuxta id, quod ad vnumquemque peruenit.

4 Præterea † onera, & tributa realia sequuntur possessorē, iuxta id, quod possidet, *l. æs quidem, & ibi Platea, C. de annon. & tribut. lib. 10.*

5 Hinc est, vt si quis † vnico non distributo pretio, emerit plura prædia censualia à diuersis dominis diuisim possessa, singulis debeantur sua laudemia pro rata prædij ab vno quoque possidente (& nisi aliter concordentur, nec per cōfessionem contrahentium, qui etiam iurare cogentur, liquidari possit) facienda erit æstimatio prædiorum, vt sciatur, quantum cuique prædio correspondeat, ita Mod. Paris. *in Consuet. Parisien. tit. 1. §. 55. gl. 4. nu. 39.* vbi agit, cuius impensis hoc fieri debeat.

Ergo ita in proposito dicendum est, vt si in diuersis territorijs extent bona, super quibus census specialiter constitutus est, pro rata valoris vniuscuiusque fundi eorum dem bonorum debeat gabbellæ solutio fieri, non verò æqualiter, & pro virili, vt in terminis nostris tenent Parlador. *vbi supra, numero 28.* & Laffarte, *dicto cap. 10. numero 14.* vbi, quod ita apud nos in praxi obseruatur, iudiciali om-

6 nium bonorum æstimatione facta in hūc modum, † quod si census mille aureorū super multis bonis valentibus quinque mille aureis constituatur, quorum bonorum quinta, aut alia pars in vno territorio sit, tanta quoque gabellæ portio in eo soluatur: cæteræ autem gabellæ partes, prout diuisa, & separata esse reliqua bona constiterit, facta cōputatione, iuxta omnium, & cuiusque fundi valorem respectiuè distribuantur, & sic venditor in vnoquoque loco pro rata gabellæ conueniri poterit, sequitur Doct. Molina, *vbi supra, columna 489. in versic. quando census*, & Azeue-

7 do, *vbi supra*, dicens, esse sine dubio: † quod si locus, vbi extant bona, immunis fuerit, vectigal non debebitur, secundum Parlad. *vbi supra, ad fin. illius § 8.*

8 Illud tamen obseruatione † dignū esse censeo in proposito, nempè, non esse ad hoc habendam rationem bonorum generaliter obligatorum, sed tantum eorum, quæ specialiter censui subijciuntur, vt probarunt Parlador. *vbi supra, nu. 54. in versic. nequaquam vero, Laffart. d. c. 10. nu. 15.* vbi, quod ita semel practicari feci.

9 Non enim obligatio † hæc generalis vniformiter cohæret cum bonis specialiter censui suppositis, hæ enim principaliter censui subijciuntur, & veniunt in obligatione, illa verò accessoriè, & veluti fideiussorio nomine, & in subsidiū pro maiori securitate, & cautela principalis, & ideo alterare, nō dēt, aut ampliare principale, sicut nec alteraret, aut ampliaret datio fideiussorū, vt cōprobari potest ex doctrina Gregorij Lopez *in l. 28. glossa magna, in versiculo li-*

10 *mita eam primo*, † vbi tenet, quod etiam si quis vltra obligationem personalem census, obliget generaliter bona sua pro solutione census, tenebit talis contractus, cum illa hypotheca sit accessoria ad personalem obligationem, & cum pretio ipsa contrahatur super bonis aliquibus. Cuius sententia communis est, vt patet ex traditis per Domin. Couarr. *libro 3. variarum resolutionum. cap. 7. numero 5.* quamuis ipse, & Dominic. a Soto, *lib. 6. de iustit. & iure, quæstione 5. artic. 1. conclus. 4. in primo corollario*, contrarium probet sed eam sequitur Didac. Perez *in rubrica, titulo 2. libro 8. Ordinamen. pag. 36. colum. 2. in fine*, & nos probauimus plures citando, & præcipuè attento Motu proprio Pij V. *super forma creand. cens. lato Anno 1569 lib. 1. Practic quæstion. 177. nu. 7.* & nouissimè Laffart. *de decim. vendit. cap. 10. numero 15. & 18.* Fuit igitur ex supradictis, vt obligatio generalis bonorum censui adiecta, sit accessoria, & subsidiaria ad principalem obligationem, bonorum specialiter censui suppositorum, ergo non est habenda ratio prædictæ generalis obligationis ad distributionem gabellæ inter bona specialiter obligata fiendam, sed tantum ipsorum bonorum specialiter censui suppositorum, vt probauimus.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione census ad vitam? distinguitur.*

QVAESTIO LVI.

An ex venditione census ad vitam debeatur gabella.

1 GABELLAM † deberi ex venditione census temporalis, nempe ad uitam, sicut de perpetuo, constat: quia uera uenditio celebratur in utroque, ut proculdubio probat Laffarte, *de decim. vendit. cap. 10. numero 38. cum seqq.* mirator, quod cum ita semel consulente, & fauorem gabellarij iudicatum esset per Regios ac supremos iudices Vallisoletanæ Cancellariæ, reuocatum fuit, sed quod in hoc praxi inconcussæ, & consuetudini nostræ *legis 1, titulo 17.* interpretatiue standum esse. Cuius praxis (si ea habet, ut ex uenditione census

 uitalis

vitalis gabella non debeatur) ea ratio reddi potest, quia hi non constituuntur super bonis certis specialiter deputatis, vt cæteri census perpetui redimibiles constitui debent per Motum proprium Pij V. ann. 1569. lato super forma creandi census: licet enim illa decisio generalis sit, omnesque annuos redditus comprehendat, tam vitales, quam perpetuos, nec de hac re vertatur dubium, ita vt in his non minus, quam in illis res ipsæ suppositæ, venditæ esse intelligantur perpetuo, aut temporaliter vsque ad incertum tempus vitæ illius, cui mortali facto census ille fuerit limitatus, vt inquit Lassart. d. cap. 10. num. 40. tamen vbi praxis obtinuerit, vt hi census vitales generaliter super persona, & bonis eos constituentis imponantur absque speciali bonorum designatione, ex eis gabella non debebitur; & ideo rectè sic pronunciatum fuit in Regali Cancellaria Vallisoletana, cum nullius rei spec aliter fuerit celebrata. At vbi super specialib. bonis designatis census constitutus fuerit, siue perpetuo redimibilis, siue temporalis ad vitam, non dubito, quin ex hac venditione, & constitutione census gabella debeatur, cum tunc vera, & specialis venditio celebretur: sicque prædicto modo est distinguendum in præmissa quæstione, prout in terminis rectè distinctum sit Azeuedo in l. 1. numero 110. cum seqq. tit. 11. hoc lib. 9. tametsi Doct. Molina Theolog. in 2. tomo de iustitia, & iure, colum. 850. indistinctè opinionem Lassarte, vbi supra sequatur.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis super iuribus Regalibus constituti? & numeris sequentibus, resoluitur negatiuè, nu. 17. secundùm praxim currentem: debetur tamen de censu imposito super alijs censibus particularium, vt in nu. 18.*

2 *Census redimibilis, vel ad vitam an possit constitui, & de nouo fundari solum super alijs annuis redditibus, que llaman iuros del Rey, o de particulares? & numeris sequentibus resoluitur affirmatiuè, nu. 12.*

3 *Per emptionem census non emitur ipse fundus super quo imponitur, nec dominium eius in emptorem vllo modo transfertur, sed tantum emitur ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census, quotannis soluendam.*

5 *Iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles immobilibus annumerantur, verius tamen est, quod certam quandam bonorum differentiam constituant.*

6 *Emphyteusis constitui non potest super iuribus, & actionibus competentibus ad res immobiles.*

7 *Motus proprius Pij V. super forma creandi census adducitur, & de eius intellectu agitur, & in numeris seqq. præcipuè num. 11.*

9 *Retractus locum non habet in censibus, quib. hodie vtimur, quia reputantur bona mobilia.*

10 *Redditus super redditum constitui potest, licet non supra censum, nisi vt in nu. 11.*

13 *Annui redditus inter immobilia computantur, verum impropriè, & largè, vt in nu 8.*

14 *Annui redditus excusant a satisdatione sicut excusant bona immobilia.*

15 *Emphyteusis, vel feudum constitui potest super annuis redditibus redimibilibus.*

19 *Gabella non debetur ex venditione officiorum publicorum Regiorum pretio facta, quæ sunt renunciabilia.*

20 *De cessione, & venditione iurium, & actionum, an debeatur gabella? remissiuè.*

QVAESTIO LVII.

An ex constitutione census vitalis, vel perpetui redimibilis constituti super iurib. Regalibus, debeatur gabella.

1 QVæro hic † opportunè, *an ex constitutione census, vitalis, vel perpetui redimibilis super iurib. regalibus constituti, debeatur gabella, necne?*

2 Hæc † quæstio decisionem alterius petit, an scilicet census redimibilis, vel ad vitam possit constitui, & de nouo fundari solum super alijs annuis redditibus redimibilibus vel ad vitam, hoc est, *sobre, iuros del Rey, situados en rentas Reales, o de particulares:* Si enim in hac quæstione partem affirmatiuà eligeremus, inde forsan videbitur ex hac secunda impositione census super alijs censibus, vel iuribus Regijs, deberi gabellam, si vero negatiuam, contrarium patebit, hoc est, gabellam ex eo contractu non deberi, cum sit nulla venditio.

Ad hanc igitur posteriorem quæstionem deueniendo, vt inde ad priorem ascendamus, videtur procul dubio in ea dicendum, nullam esse prædictam census constitutionem super alijs censibus, vel redditibus Regijs, vel alicuius priuati fundatam solum absque alijs bonis immobilibus, ac proinde ex ea gabellam non deberi.

3 Primo, quia † per emptionem censos non emitur ipse fundus, super quo imponitur, seu constituitur annuos redditus, nec dominium eius vllo modo emptorem transfertur, sed tantum emitur ius quoddam percipiendi redditus, vel fructus illius fundi, vsque ad quantitatem census quotannis soluendam, iuxta veram obseruationem D. Couarr. libro 3. variar. resolut. cap. 7. num. 6. in vers. quod item diximus, cuius supra meminimus, & eam sequuti sumus, q. 54 nu. 4. & latissimè omnium probauit Auendan. respon so 12 per totum, amplians eam, vt procedat, etiam si in contractu dicatur, quod venditus dominium directum rei, super qua census constituitur, & Aluar. Valasc. de iure emphyteut. 1. par. q. 32. nu 8. optime Mercad. de tratos, y contratos, cap. de los censos, col. 3. & 4. fol. mihi 74. Greg. Lopez, in l. 28 tit. 8. parte 5. in gl. a censo. in princip. in vers. sed quid de contractu: Ergo cum emptor huiusmodi annuorum redditum, nullum habeat dominium directum, nec vtile rei immobilis, super qua ipse census constitutus est, sed tantù ius percipiendi, &c. consequi videtur, quod cum hoc sit quoddam ius incorporale, tertiam quandam speciem bonorum constituens diuersam ab immobilibus, & mobilibus, non possit super eo iure constitui alius annuus redditus, cum non sit quid immobile, aut pro tali reputatum.

4 Neq. † obstat, si quis obijciat verba Motus proprij Pij V. an. 1569. lato super forma creãdi census, ibi: *aut, quæ pro*
5 *immobili habeatur.* † Ergo cum iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerari soleat, iuxta doctrinam gloss. *in l. 1. C. si aduers. transa. & in Authentica, de non alienand. aut permutand. reb. Eccles. §. 1. verbo, numeranda, Iaf. in l. fin. nu 122. C. de iure emphyteut. Tiraquel. tit. 1. de retractu lignag. §. 1. gl. 7. nu. 17.* Ergo cum immobilibus, ac per consequens super eis census constitui potest, iuxta verba Motus proprij prænarrata.

Nam licet magis communis sententia sit, quod iura, & actiones, quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerentur: nihilominus tamen verius est contrarium, nimo, quod neque mobilibus bonis, aut immobilib. annumerentur, sed tertiam quandam bonorum differentiã constituant, vt dicebamus, & probatur *in l. a Diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iud. l. quam Tuberonis, §. in peculio, ibi: hoc amplius nomina debitorum. ff. de verborum signific. Abb. in c. nulla, nu. 9. de reb. Eccles. non alien. & infinitis, quos refert Tiraq. vbi sup. nu. 9. & Aymon Crauet. consi. 213 ad finẽ,* quam & recepiam, & veriorem sententiam affirmat Arias Pinel. *in Rubrica, C. de bon. matern. in 1. parte, nu. 34.* vbi latè de hoc agit: idem testatur sum *lib. 2. practicar. quæst. 146. nu. 1.* & est communis, & recepta, testatum Aluar. Va
6 *lasc. dicta quæstion. 12. numero decimo.* † Hinc probantem, emphyteusim constitui non posse super huiusmodi iuribus, & constitutum esse inualidam, tum, quia emphyteusis rem soli desiderat, aut solo cohærentem: tum etiam, quia dubia est doctrina *gloss. 1. in dicta l. 1. cum similibus supra relata:* Ergo ita in nostra specie videtur dicendum, quod cum annui redditus redimibiles, & ius percipiendi redditus non sint verè, & propriè res immobiles, nec pro talibus habeantur, sed tertiam quandam bonorum speciem constituant, vt probanimus, consti-

constitui super eis solis, non valeat alius census. Nec decisio stat *in Clement. Exiui de Paradiso, §. cumq. annui redditus, de verb. significa.* extra suum casum extrahenda est ge
7 neraliter ad omnia. † Deinde ad verba Motus proprij supra relata, ibi: *aut quæ pro immobilibus habeantur*, responderi Primo potest, hoc deberi intelligi iuxta mentem Pontificis de re illa pro immobili habita, cuius dominium directum, vel saltem vtile habeat vendens annuum redditum in re illa, quæ pro immobili habetur, vt colligitur ex verbis præcedentibus, ibi: *nisi in re immobili*: sed rei immobilis dominium, super qua census constitui potest, debet esse apud venditorem, vt patet: Ergo eodem modo, & rei, quæ pro immobili habetur, ad hoc, vt super ea census constitui possit: non enim Summus Pontifex ibi inquit, constitui, creari ve posse censum annuum super iure aliquo in re competente, sed super re immobili, vel quæ pro tali habeatur, cuius dominium sit penes venditorem.

8 Secundo modo † responderi potest ad verba Motus proprij prænarrata: quod quamuis annuus redditus inter immobilia computetur, *vt in d. Clemen. Exiui de paradiso, §. cumq. annui redditus* id tamē verum est impropriè, & largè: Propriè namque minimè veniunt annui redditus appellatione mobilium, nec immobilium, sed constituunt quamdam tertiam speciem bonorum, sicut iura, & actiones, *ita Abb. in c. nulli. nu. 10. de reb. Eccles. non alienand.* & latè alios allegans Tiraq. *lib. 1. de retractu §. 1. gl. 6. num. 3.* Pelaez, *plures allegans, de maior. 1. parte q. 40. num. 13.* & Matienço *in l. 7. gl. 1. num. 22. tit. 11. lib. 5. Noua Collect. Reg.* diximus *d. q. 146. nu. 3.*

9 Quinimmo census, quibus † hodie vtimur, sunt propriè bona mobilia, ac proinde in eis non habet locum retractus iure sanguinis a consuetudine, vel legibus Regijs aliàs concessus, *vt per* Mieres *d. q. 40. nu. 12.* & resoluimus cum alijs *vbi supra, nu. 4.*

Tertio modo responderi potest; quod etsi verum sit, annuos redditus huiusmodi, inter bona immobilia connumerari solere, considerato præsenti statu: attamen considerato redemptionis tempore, ea pecunia, quæ ex redemptione acquiritur, est mobilis, non vero immobilis, vt cum iudicio verè probauit D. Molina, *li. 2. de Hisp. primog. cap. 10. nu. 6.* Ergo, hac consideratione obseruata, census annuus super alio cēsu annuo redimibili constitutus, firmus non remanebit, vtpote, radice cadens.

Secundo principalis, hæc prima pars negatiua fundatur, ne aliàs detur occasio fraudibus, in huiusmodi contractibus censualibus, in quibus ob euitandam suspitionem vsuræ, candor, & puritas contractus, prout a Summis Pontificibus permissus est, obseruari omnino debet.

10 Et † in terminis nostræ quæstionis, licet non ita fundet, hanc partem tenet Cassan. *in Consuet. Burg. tit. des censes, rubr. 11. §. 6 versic. in textu, ibi, contre le assignal. num. 5. colum. 1421.* resoluens, quod licet census supra censum imponi non possit, tamen redditus supra redditum imponi potest. Primus tamen redditus prius soluitur quia prior, est tempore, & ideo potior est in iure, & in hypotheca; Itaque pro constituto habet, censum supra censum imponi non posse: secus autem dicit esse in reddituu. Quod vltimū in eum sensum intelligo (vt ex subsequentib. eius verbis patet) scilicet, vt liceat plures redditus imponere super eisdem bonis diuersis temporibus, sed qui prior fuerit tempore præferatur posteriori: quod nō pertinet ad nostrā quæstionē. Sed clarius hāc partem negatiuam probat, & tenet Manuel Rodrig. *de Censib. super Motu proprio Pij V. in pri*
11 *ma conditione, dubio 2.* † vbi limitat, quando venditor census redimibilis obligat se ad iterū imponēdū cēsum. Eādē opinionē nagatiuā indistinctè tenet, & probat D. Molina Theolog. *in 2. tomo de iustitia, & iure, disputatione 389. in clausula 1. versic. vtrum autem, ibi: admonuerim, col. 892.*

12 Nihilominus † tamen praxis communis huius Regni contrarium habet, nempè, vt census annuus redimibilis, vel ad vitam constitui possit, vt communiter constituitur super alijs censib. annuis redimibilibus, vel iuribus Regijs quod etiam coadiouatur iure sequentibus fundamentis. Primò, & principaliter ex prædicto Motu proprio Pij V. in verbis præcitatis, ibi: *nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur.* Quibus verbis congruè responderi mini
13 mè potest: ne probet hanc partem, † cum annui redimibiles inter immobilia computentur, vt Summus Pontifex prius decreuerat in dicta *Clement. Exiui de paradiso, §. cumq. annui redditus, de verbor. signific.* cum omnibus cōgestis per D. Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 2. vers. 2. hos annuos redditus*, & latissimè Pelaez *de maior. 1. parte d. quæst. 40. num. 6. cum sequent.* Tiraq. *plures citando, lib. 1. de retract. §. 1. glos. 14 num. 120. & latius lib. 2 §. 2. num. 38. & sequen.* Matienç. *in d. l. 7 gl. 1. num 18 tit. 11. & in l. 6. gl. 2. nu. 15 tit. 10. & in l. 2. glos. 1. tit. 9. num. 82. & 83. libro 5. Nouæ Collection. Reg.* Aluar. Valasc. *de emphyteusi, quæst. 12. num. 5.* Didac. Perez *in rubrica tit. 2. lib 8 ordinam. pag. 28. colum. 2. & pag. 29 colum. 1.* congessimus alios *lib. 2 pract. quæst. 146. num. 2 & iterum lib. 3. q. 83. nu. 2. & 3. & post nos* Felician. de Solis *de Censib. lib. 1. capite 7. nu. 2. fol. 75.* Ergò si annui redditus redimibiles computantur inter immobilia, & in eorum constitutione verè venditur ius percipiendi redditus, & fructus rei immobili adhærens, cuius iuris dominium transfertur in emptorem secundum præsentem statum, qui attendendus est, pro re immobili computari merito debent, & haberi: Ergo habemus intentum, nec quod postea redimi possint, curandum videtur, cum tempus constitutionis census inspiciendum sit, sicuti apparet ex prædicto Motu proprio, dum præcipit, re in totum, vel pro parte peremptа, aut infructuosa in totum, vel pro parte affecta, censum ad ratam perire, & etiam posse pro eodem pretio extingui.

14 Secundo, † quoniam ita etiam videmus annuos redditus excusare à satisdatione, non secùs ac immobilia, secundum omnes, *in l. sciendum, ff qui satisd. cog.* Tiraq. *de retractu lign. §. 1. gl. 16. nu. 6.* Solis, *de Censib. lib. 2. cap. 3. num. 33.* vbi alia huiusmodi congerit in fauorem huius partis; quod procedit, quando huiusmodi redditus essent præstandi perpetuò, vel saltem ad longum tempus, non verò ad modicum, puta nouem annorum, vt ex gl. Afflict. & Tiraq. probat Didac. Perez *vbi supra, pag. 29. col. 1.* dicens hunc intellectum esse memoriæ tradendum, ad d. *§. cumq. annui redditus*, qui tamen meo iudicio non caret diuinatione.

15 Tertiò, & fortiter pro hac † parte facit, quoniam super his redditibus annuis celebrari potest emphyteusis, sicut & feudum, *vt tradit* Sonsbech *in 8. p. feud. num 23. & 29.* Tiraq. *de retr. lign. §. 6. glossa 1. num. 10.* quos refert Aluar. Valasc. *d. q. 12. num. 6.* licet eorum opinionem non probet: sed eam sequitur Solis *vbi sup. d. libro 2. de Censibus, capite 3. num. 34.* At Aluar. Valasc. eo non probat hanc partē, quia eam tenentes non rectè argumentantur de feudo ad emphyteusim: nihilominus tamen fatetur, quod annui redditus habentur pro immobilib. Ergo etiam si teneamus eius opinionem, consequitur annuos redditus imponi posse super alijs annuis redditib. etiam redimibilibus: quod in terminis voluit, aut saltem præsupponit. Ioan. Faber *in §. adeo, num. 8. in princip. Institut. de locat.* & ex professo hanc partem tenent Petrus Foller. *in pragmat. de Censib. in verbo, huiusmodi census super rebus, nu. 49. &* Solis *de Censib. lib. 2. d. c. 3. nu. 32. cum sequent.* & nouissimè idem attentis verbis d. Motus proprij probat Lassar. *de decim. vendit. c. 10. nu. 42.* & voluit etiam Gironda *de Gabell. 9. parte in princ. num. 39.* & ita censeo tenēdum, præcipuè, quia ea quæ certam interpretationem habuerunt, minimè sunt mutanda, *l. minime, ff de legib.* Et ita communiter quotidie census prædicti constituuntur super alijs censibus, & iuribus Regijs, & validi reputantur. Solet tamen pro maiori securitate, & cautela, huiusmodi census constitui super alijs censibus, vel redditibus Regijs redimibilibus tradi tempore constitutionis emptori, & sic creditori instrumentum originale censuum, vel priuilegium redditum Regalium, super quibus nouus census constituitur, donec redimatur: sed quamuis hoc non fiat, nihilominus validus est contractus.

16 Ad primam nunc quæst. respondendo, videbatur † ex præmissa decis. 2. quæst. deberi gabellam ex constitutione

census super alijs annuis redditibus, siue priuatis, siue Regijs, ad vitam, vel redimibilibus, cum venditio hæc fieri possit, & valeat, ac in praxi sit recepta pro valida.

17 Nihilominus † tñ ex huiusmodi venditione census ad vitam, vel perpetui, redimibilis super reddit. Regis, hoc est *sobre iuros del Rey:* praxis communi habet, vt non soluatur gabella, secundum Lassar. *d. c. 10. nu. 43.* Et ita se habet consuetudo, quæ est obseruanda, præmaximè, cũ introducta fuerit cum scientia, & patientia Regis, vt patet, & probat Gironda *de Gabellis, 9. par. in princ. nu. 39. cum seq.* vbi quod pro hac doctrina exequutoriæ passim obtinentur, præsertim in Ciuitate Hispalensi contra gabellarios gabellam de dictis iurib. Regijs petentes, quando venduntur, vel super eis census imponitur. Cuius praxis ea est ratio: quia si quis habet ius aliquod perpetuum redimibile, aut temporale, super iuribus Regalib. gabellis, salinis, aut aliis, vasallorum tributis constitutum, *iuxta l. 9. & 17. in princ. tit. 19. lib. 5. Nouæ Colleg. Reg.* quod, *Iuro de heredad. iuro de por vida,* vulgò dicimus, & illud vendiderit certa pecunia ex pmissione *d. l. 17.* vt videmus quotidie, q antiqua praxis recepit, vt Regalis decima, hoc est, gabella ex ea non exigatur, vt affirmat Lassart. *vbi sup. num. 76.* itaque in his speciеb. gabella non debetur, dicens in fin. *d. c. 10.* quod non est increpanda hæc praxis, sed obseruanda quidẽ, prout quotidie obseruari videmus. Sequitur etiã hanc partem D. Molina Theolog. *in 2. tomo. de iustit. & iure disputatione 384. col. 850. in fi.* vbi reddit etiam aliam rationem congruentem, & sequitur intrepidè prædictam praxim communem in vtraque specie Azeuedo, *in l. 1. nu. 115. & 116. titulo 17. hoc lib. 6.*

18 Quod si annui redditus † imponantur super aliis censibus, vel redditibus priuatorum, vel impositi super bonis immobilibus eorum, cedantur pro pecunia, debebitur procul dubio gabella: quia vera, & propria venditio est, non priuilegiata. Aliam rationem differentiæ assignat, & probat Lassart. *vbi supra, d. num. 76.*

Sic etiam videmus in praxi versari, vt ex officio tabellio-

19 natus, vel † Decurionis, thesaurarii, commentariensis carcerum, depositarij generalis, & aliis officiis publicis pretio renunciatis, & venditis, nulla gabella debeatur, vt probat Lassart. *de decim vendi. c. 9. nu. 43.* & ita se habet consuetudo, licet in puncto iuris contraria opinio sit vera, *secundum* Humad. *in d. l. 1. tit. 13. p. 1. glos. 3. nu. 11.* Gironda *de Gabell. 8. par. nu. 34. cum seq.* & Azeuedo *in l. 7. & 8. num. 7. tit. 2. lib. 7. Nouæ Collect. Reg.* idem *in l. 5. num. 9. & 10. tit. 17. hoc lib. 9.*

De cessione autem, & venditione iurium, & actionum pretio facta, an debeatur gabella, latè agunt, & distinguũt Lassart. *de decim. vendit. c. 9. nu. 1. cum seq.* & Azeuedo *in d. l. 5. nu. 8 cum plurib. seqq. tit. 17. hoc lib. 9.*

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex censu emphyteutico, vel fundo in eum dato? & num. seqq.*

2 *Dominium directum, & vtile transfertur in recipientem censum; in emphyteusi autem non, nisi vtile tantum.*

3 *Clausula contractuum census, quod venditor retineat in se dominium rei venditæ ab imperitia tabellionum processit, ignorantium contractuum naturam, & discrimina.*

4 *Reseruatio dominij directi, quædam est hypotheca non quidẽ cõmunis, sed eam qualitatem habens vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis annuus redditus sit constitutus.*

4 *Gabella non debetur ex concessione emphyteusis, contrariũ num. 5. cum seq. resoluitur, num. 13.*

5 *Pretium ad creditum si interuenit in contractu emphyteutico soluendum in tempus, quo recipiens emphyteusim voluerit pro redemptione pensionis, & num. 6.*

7 *Pẽsio redimibilis æquiparatur pretio numerato atque idem est, vt hic.*

8 *Laudemium ex contractu emphyteutico statim debetur.*

9 *Permutatio æquipollet venditioni, cũ pro fundo datur alius fundus, immò verus est contractus venditionis, & gabella ex eo debetur.*

10. *Emphyteusis contractus quãdo potius census impositio censeatur, quam emphyteusis.*

12 *Emphyteusis in contractu duo contractus sub vnius nomine contingunt, secundum Couarr. vt hic, sed contra num. 19. & 20.*

14 *Emptio & venditio sine pretio non dicitur.*

15 *Emphyteusis contractus non est conditionalis, sed in eo reseruatur venditionis vis in tempus redemptionis emphyteusis.*

16 *Gabella non debetur ex venditione, in qua paciscitur, ne ex ea dominium ad emptorem transeat: secus si aliis valeat venditio, absque prædicto pacto facta, vt in num. 17.*

18 *Gabella debetur ex contractu emphyteusis in fraudem gabellæ celebrato.*

Gabella debetur ex pretio fundi æstimati dati, quando pro prædicta æstimatione redditus redimibilis imponitur ad rationem quattuordecim, quia æstimatio in dubio facit emptionem.

22 *Gabella non debetur ex fundo concesso ad censum perpetuũ nullo tempore redimibilem: nisi postea verè & realiter ex mutuo partium consensu data pecunia redimatur, quod si idem fundus postea domino reddatur absque alio pretio, gabella non debetur.*

23 *Gabella debetur quando ius emphyteuticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuicumque alteri.*

QVAESTIO LVIII.

An ex censu emphyteutico, vel fundo in eum dato, debeatur gabella?

1 QVæro denique *an ex † contractu census reseruatiui debeatur gabella?* nempe, *cum fundum meum do tibi ad censum annuum emphyteuticum redimibilem, certa quantitatis mihi quotannis soluendæ, ita, vt quotiescumque dederis mihi eam pecuniam, quam valet annuus redditus in fundo illo reseruatus ad rationem vnius pro quattuordecim vel pluris, iuxta moderationem l. 6. tit. 15. libro 5. Nouæ Collect. Reg. redemptus sit, & fundus ipse liber apud te maneat ab onere prædicta census?*

Et gabellam non deberi ex hoc contractu, ex eo comprobari potest fundamento: quia ideo ex contractu censuali

2 consignatiui gabella debetur, † quia dominium rei tam directum, quam vtile in recipientem transfertur: in emphyteusi autem non nisi vtile tãtum, directum namque apud concedentem manet iuxta gl. *in cap. constitutus, verbo, iuxta ratam, in fine, ff. de relig. domib.* quam sequuntur DD. communiter teste Abb. *ibidem, nu. 20.* Ias. *in l. 1. nu. 19. de iure emph.* & resoluunt Iul. Clar. *lib. 4. recept. sent. §. emphyteusis, q. 1.* Ant. Gom. & Palac. Rub. *in l. 68. Tauri, nu. 1.* & alij passim notant, secundum Lassart. *de decim vendit. cap. 10. num. 45. &* Aluar. Valasc. *de emphyteusi, quæst. 32. numero 7.*

3 Nec quidquã oberit, † si dicatur, quod in contractu censuali expresse venditor excipiat sibi, ac teneat dominium directum rei venditæ, donec pretium constitutum soluatur: hæc namque clausula ab imperitia tabellionum, contractuum naturam, & discrimina ignorantium processit.

4 † Etenim in hac specie reseruatio dominij directi, quędam est hypotheca, nõ quidem communis, sed eam qualitatem habens, vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis, annuus redditus sit constitutus, vt probat D. Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 11. nu. 5.* Nihilominus tamen ex concessione emphyteusis gabella non debetur, quia non transfertur dominiũ directum in recipientem, sed reseruatur in concedente, vt aduersus Menoch. *lib. 3. de succes. creat. §. 28. nu. 28 secundũ impressionẽ Salmatin.* bene probat Lassar. *d. c. 10. nu 41. & c. 10. num. 5.* Nec obstat *l. 10. ibi: Empennamentos, tit. 17 hoc lib. 9. Nouæ Collect. Reg.* quia loquitur de contractu censuali, non vero de emphyteutico, secundũ Lassart. *d. c. 10. num. 5.* Couar. autem *vbi supra*, loquitur in mero contractu censuali.

Rursus,

5 Rursus, quod † gabella debeatur de prædicto cõtractu,
6 de quo in capite huius quæstionis, faciunt sequentia:

Lo primero, porque † en estos censos enfiteoticos redimibiles, aunque parece que no interuiene, ni se da precio por ellos, sino hazienda rayz, que da el señor de ella por cierta rẽta de censo, o pension redimibile, que se ha de pagar en cada vn anno mientras no se redimiere, y quitare por el que recibe a censo emphyteosi la tal hazienda. Pero en efeto, y en realidad, de verdad bien considerado, principalmẽte desde su creacion, y principio interuiene precio, concertado, fiado para quando el que la recibe quisiere redimir, y quitar el dicho censo, o pension, pues se pone por condicion, que cada, y quando que el quisiere lo pueda hazer, dando, y pagando al que se la concede el precio de la dicha pension, o censo, que es a razon de a catorze mil marauedis el millar, y a mar: y en el interin que no se haze, o se dilata esto, se paga la dicha pension, o censo: lo qual parece es euidente, que se da en lugar del precio, porque dandole el precio, cessa la pension. Luego el fin del contrato fue el precio. Y ansi el que esta obligado a pension, o censo redimibile por precio cierto, y conuenido en efeto es visto estar obligado al precio, y suerte principal, con que se ha de redimir, con facultad de dilatar la paga del precio, en tanto que quisiere mas pagar la pension, o redito: y no es obligacion precisa a la pension. Pues luego que me da mas vender el fundo por cierto precio concertado al principio, y en la misma escritura de venta darle el dicho precio a censo redimibile sobre el mismo fundo, de que es cierto se deue, alcauala, vt quæstione proximè sequenti dicemus, o darle a pension, o censo redimibile por tal precio? todo parece vna misma cosa, y en la substantia alomenos no ay diferentia, aunque la aya en las palabras, pues las vnas, y las otras tienden a vn mismo fine.

7 *Lo segundo, porque no obsta † dezir, que en tanto que no esta redimido el censo, o pension, no se puede llamar venta,* sed pactum, & promissio de vendendo: quia ad hoc respõdetur, sufficere esse conuentum de pretio certo soluendo pro redemptione census, vel pensionis, *vt in princ. Instit. de empt. & vendit. cum simil.* Est enim pactum de vendendo certum, & formale cum suis conditionib. de pactis solutione pretij collata in tempus voluntatis recipientis emphyteusim, cum onere soluendi interim certam pensionẽ, vel redditus, atque solutio pretij fiat statim, vel postea, nõ est de substantia contractus emptionis, & venditionis, siquidem differri potest ad tempus inter partes conuentum, & haberi fides de pretio, prout fuit habita, & res sub hoc pacto tradita, non enim pretij numeratio, sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem, *l. a. versic. non autem, ff de contrah. empt.*

Nec obstat si dicatur, quod pretium in proposito non datur, nec soluitur pro re seu fundo, aut prædio in emphyteusim concesso, sed pro pensione, vel censu, qui redimitur, & quod ita soluenda sit gabella saltem quando fit redemptio: quia respondemus, hoc procedere posse in censibus, qui in sui principio fuerunt clausi, & non redimibiles, vel si redimibiles, non tamen certo pretio de pacto, nec signato. In his namque pensio ab initio venit principaliter in contractu prõpter se, & per prius, non vero loco solutionis pretij conuenti, quia tunc non aderat: secus quando ab initio conceditur fundus ad pensionem redimibilem, certo pretio signato, tunc namque fundus ille datur, & cõceditur principaliter eo pretio, quo redimi potest, quamuis secundario soluatur pensio, & id, quod interest interim quod pretium non soluitur, & ab initio fit venditio illo pretio.

Pensio enim redimibilis æquiparatur pretio numerato, ac idem est, quod soluere pecuniam pro fundo illo, siue prædio, ideoq. retrahi potest solutione pretij, licet pensio non soluatur, nec de ea caueatur, quia ea non erat præcisa, sed resolubilis, & voluntaria, vt per Mod. Paris. *in Consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 23. num. 54.* Quod si non esset venditio, sed contractus promissiuus de vendendo, in futurum non posset retrahi, quousq. venditio ipsa celebraretur. Ergo cũ statim possit retrahi, necessario fatendum est, esse vẽditionem. Sic etiam in hac eadem specie terminus nouem dierũ a nostris ll. Regijs cõcessus, statim incipit currere, si credimus D. Couar. hoc latissimè probanti *lib. 3. variar. resol. c. 11. in princ. ibi: sic, & eadem quando proponitur, iuncto num. 5. cum seqq.*

8 Tertiò † principaliter eadem pars comprobari videtur ex eo, quia in præmissa specie laudemium statim debetur (quod quidem pari passu ambulare videtur cum gabella) vt probat Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 58. num 9. & 26.* Ergo statim est venditio.

9 Quartò, quia permutatio † æquipollet venditioni cum pro fundo datur alius fundus æstimatus, immò verus est contractus venditionis, vt voluit glos. *l. 1. in verbo, taxata, & ibi Doctores C. de rerum permutat.* Paul. de Castro *in l. 1. col. 2. in vers. adhuc oppono ff. eodem tit.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 19.* vbi ex hoc inferunt, quod stante statuto, quod de contractu venditionis soluatur gabella, soluetur de huiusmodi permutatione, sequitur Dec. *cons. 160. In casu Monasterij col. 2. & Ludouic. Bologn. cons. 21. Stat Statutum, & consil. 25. In amplissimo.* Æstimatio namque regulariter, & in dubio facit venditionem, *vt late probat* Tiraquel *vbi supra nu. 20. & nos quoque cons. 17. nu. 19. Luego lo mismo se ha de dezir quando se da por el fundo vna pension, o censo redimible, y preciada en cierto precio: pues por la misma razon es venta,* præmaxime, quia intelligitur, atque censetur, pensionem esse imposititiam, & cõstitutam ab emptore, qui fingitur emphyteuta loco pretij, vt in proposito, præsertim, si pensio prædicta, vel census redimibilis impositus sit etiam super alijs bonis empto
10 tis, † vel si pensio non sit commensurata fructibus, & reddiribus ipsius fundi, qui in emphyteusim dicitur concedi, quia tunc potius census impositius quam emphyteusis censetur: vel etiamsi dans fundum suum in emphyteusim, cum prius venalem exposuerat, ex quo fraus, & simulatio colligitur in contractu emphyteutico postea subsequuto, ex traditis per Tiraquel. *de retractu lignag. gloss. 14 nu. 22. cum sequentibus.* Ergo gabella ex eo debetur.

Quintò, & vltimò, hæc pars coadiuuatur satis ex eo, quod si aliud diceremus, mille fraudibus quotidiè locus daretur, non enim fundus aliquis venderetur, sed in emphyteusim concederetur, sub pensione, vel censu annuo redimibili in fraudem gabellæ, quia postea in occulto pensio redimeretur.

11 Et † in terminis, quod ex contractu prædicto emphyteusis, & census redimibilis reseruatiui, debeatur gabella, pro constituto habet Auendan. *respons. 26. per totum,* siquidem in specie nostræ quæstionis principalis quærit, cui ex gabellarijs debeatur gabella, an gabellario anni, quo initur, & celebratur hic contractus, vel illius anni quo soluitur pecunia pro redimendo censu? Et adductis hincinde, pro vtroque gabellario fundamentis, concludit, & resoluit in fauorem gabellarij existentis tempore contractus, contra gabellarium tempore redemptionis census. Et cum hac resolutione Auendani, interim transit Lassart. *d. capite 10. num 55.* nempè, ex eo contractu gabellam deberi ex redemptione prædicti census, ex qua illius iuris venditio fieri videtur eo pretio: licet adhuc *num. 70.* aliter sentiat, nempe, nullam venditionem hic interuenire, sed nudum pactum de præstando censum redimibilem rei traditione vestitum, neque ex redemptione, aut redimendi pacto cõtractum venditionis resultare. Sed & opinionem Auend. latissimè vidi comprobatam ex supradictis, & alijs fundamentis à quodam Iurisconsulto grauissimo huius Regni in suis scriptis priuatis, *in tractatu de Gabellis* ab eo cõposito non impresso, nulla mentione facta Auendani.

12 Quinimò † si ad opinionem D. Couar. *li. 3. variar. resol. c. 11. num. 6. versiculo quinta ratio,* attendamus, in hac datione fundi in censum redimibilem, iuxta speciem propositam, duo cõtractus sub vnius nomine cõtingunt, emptionis, & venditionis; primus ipsius fundi pro pretio, & pecunia, per quã census redimi dẽt, & põt; alter census cõstituti iuxta ipsius pretij quantitatem, ad rationẽ vnius pro quatuordecim, cũ pacto redimendi, atque hic vltimus à prio-

 si distin-

ri distinguitur, cum in eo sit ille venditor, qui in priori nomen emptoris habet. Censet enim Episcopus *ibidem, num. 6. versiculo 3.* quod in hac specie contractus statim fuit pretium solutum ipso die contractus, tum loco pretij fuerit cõstitutus annuus redditus: fingitur enim vno actu pretium solutum fuisse venditori, eumdemq. venditorem id pretium dedisse emptori pro annuo reddititu redimibili: *argumento l. certi condictio, § si nummos, & §. vltimo, cum l. sequẽti, & l. singularia, ff. si cert. petat.* Quæ si vera essent, indicant satis in nostra principali quæstione, non vnam tantum deberi gabellam ex prædicto contractu census reseruatiui, sed immò duplicem: prima a dante fundum sub annua pensione; altera a recipiente, propter secundam venditionem, hoc est census. Quid tenendum?

13 Profectò † praxis in pluribus illius Regni locis iam diu obseruata habet, vt vnica gabella tantum ex prædicto contractu debeatur, quasi vnica tantum venditio contrahatur à venditore fundi soluenda, non verò ab illo, qui fundum sic recipit. Ceterum illa gabella non soluitur eo tempore, quo res in censum datur, nec illius temporis gabellario, vt aliàs censet Auend. sed eo potius tempore, quo census redimitur, illiq. gabellario, qui illius etiam temporis gabellas conduxerit, à qua quidem praxi iure non est recedendum, vt vtrumque refert, & probat Lassart. *d. capit. 10. num. 51. cum sequentibus,* præcipue *nu. 57.* vbi quod ita se habet communis praxis diu obseruata, & ab ea non esse recedendum: & iterum *num 66.* quem sequitur D. Molina Theolog. *vbi supra, colum. 835. in vers. idem Lassart.* vbi quod hæc consuetudo non tamquam legitima legum interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tamquam ipsissima rei veritas, vt statim *in versiculo sequenti* eam latè iure probat. Eamdem sententiam sequitur, & probat late Gironda *de Gabel. 5. parte, §. vnico, num. 2. cum sequentibus,* vbi dicit, esse receptam in praxi, & nunquam de hoc in ea se dubitationem vidisse; quia in hoc contractu non interuenit pretium, sed tantum rei traditio facta à vero domino in emphyteutam, quo non soluente pensionem vltra trienuium, res incidit in commissum, & reuertitur ad dominum directum, *l. 2. C. de iure emphyteut. capit. potuit, cũ materia, de locat. secundum Auendan. respons. 12. numero*
14 *5.* † Et cum non interueniat pretium, non dicitur emptio, nec venditio, *text. in princip. & in §. pretium, Instit. de emption. & vendition. l. 2. ff de contrahen. empt. Anton. Gomez. in 2. tomo var. resolut. c. 2. num. 1. l. 1. tit. 5. parte 5. vbi Greg. Lopez in gloss. 1. l. 9. eod. tit.* Ergo cum non fiat statim emptio non debetur statim gabella: sed tunc demum cum census annuus, vel pensio redimitur gabellario illius temporis, quia tunc re vera vẽditio fundi celebratur. Eamdem opinionem sequitur Azeuedo *in d. l. 1. num. 103. cum seqq. titulo 17. hoc libro 9.* & nouissime Gaspar Roderi. *de annuis red. lib. 2. q. 22. num. 28. cum seqq.*

15 Non † enim contractus hic est conditionalis, vt censebat Lassart. *d. cap. 10. num. 63.* & ideo cessat difficultas illa retrotractionis ad tempus contractus, sed in eo reseruatur venditionis vis in tempus redemptionis emphyteutis: & ita consultè apponuntur in instrumento huius contractus verba illa: *Y cada y quando que dierdes, y pagardes el principal del censo, a razon de a tantos mil marauedis el millar, yo sea obligado a lo recebir, y otorgaros escritura de redemcion, y venta real en forma,* vt bene considerauit Gironda.

16 Confirmatur † etiam hæc sententia, & praxis ex decisione notabili, *l. cum manu sata, in fine, ff. de contrahen. empt. ibi: nemo potest videri rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat.* Ex quo infertur in casu illius text. gabellam non deberi, vt probauit Lassarte *de decim. vendit. c. 2. nu. finali,* & quod de contractu non translatiuo domini gabella non debeatur, sed de translatiuo tãtum, probat Firmian. *de Gabell. 8. par. 3. mẽbro, nu. 67. ad fin.* Idem in laudemio Peguera *de feud in sua repe-*
17 *titione, num. 98. fol. 33.* † intellige, quando de natura contractus vel pacto contrahentium non transfertur dominium: secus si aliàs valeat venditio, licet non transferatur dominium, transfertur tamen vsucapiendi conditio, vt contingit in venditione rei alienæ, iuxta ea, quæ resoluimus *supra quæstione 15. numero 2 cum sequent.* Ergo cum in hoc, de quo agimus, contractu expressè agatur, quod dominium directum fundi in annuum censum redimibilem dati, remaneat penes concedentem, vtile verò transferatur in recipientem, pretio non venditur, sed sub annuo censu, vel pensione redimibili conceditur pro fructibus eiusdem fundi, quibus recipiens frui debet; & vis venditionis confertur in tempus redemptionis: nõ igitur debetur gabella, quousque redemptio fiat, quia tunc verum est, venditionem pretio fieri, non verò tempore concessionis fundi in emphyteusim, quia tunc nullum pretium interuenit; Et licet redemptionis pactum tunc adsit, non tamen ea redemptio statim fit, sed tempore quo recipiens voluerit soluere pretium census, vel pensionis redimibilis: quousque ergo illud non soluat, venditio fundi non fit. quod si numquam redimatur, numquam erit venditio; Pretio autem, vel census interim soluendus pro fructibus, vel reddituu d. fundi, solui debet, non verò est pretium fundi. Et quod in casu *d. l. cum manu sata, §. fin. ff. de contrahen. empt.* non sit propriè venditio, & non soluatur gabella ex eo contractu, stante statuto, quod de quolibet contractu soluatur gabella, tenet Alex. in addit. ad Bart. in corpore lectiuræ eiusdem Bart. *in l. Sancimus, la primiera, in fine, C. de Consulib. lib. 12.* Et cum his remanet satisfactum fundamentis contrarijs supra adductis, mo-
18 do absit fraus contra gabellam, † quæ fraus in dubio nõ præsumitur, nisi probetur: ea tamen probata, debebitur gabella, ita Gasp. Rodrig. *vbi supra, num. 31.*

Neque verum est, quod dixit Couar. *supra citatus,* nẽ-
19 pè in † nostra specie duos contractus sub vnius nomine contineri, sed contingere emptionis, & venditionis. primum ipsius fundi pro pretio, & pecunia per quam census redimi debet, & potest; alterum census constituit, iuxta ipsius pretij quantitatem, ad rationem vnius pro 14. cũ pacto redimendi, &c. Si quidem vnus contractus tantum vtriusque rei simul vno contextu, & orationis spiritu in præmissa specie celebratur, vt latè probat Lassart. *d. cap. 10. num. 48. & 49.* ubi aduersus Couar. probat esse uerissimum, nullam uenditionem contrahi in præd. casu, de quo agimus, nec fundi dati neque census constituendi: est enim ea conuentio pactum quoddam rei traditione uestitum, ad quod præscriptis uerbis actio datur, *iuxta l. fin. C. de rerum permutat.* ex quo gabella non debetur, ut probat ipse Lassart *d. cap. 10. num 36 & 52. cum seqq.* Ergo nullo modo duplex gabella deberi potest ex eo, sed unica tãtum, & hæc cum redemptio census facta fuerit, & gabellario eius temporis, non uerò existenti tempore contractus, ut resoluimus cum præcitatis auctoribus.

20 Præterquam † (secundum Lassart. *ubi supra, num. 47.* & Gaspar. Rodrig. *ubi supra, num. 30.*) quando partes ita expressè contraxerunt, vt primum fundi venditionem facerent certo pretio statuto, ac deinde ea pretio illo censum constituerent, siue in eadem scriptura, siue in diuersis, eo quod verè aperteq. eo casu partes voluerint duos contractus efficere, tunc namque rectè, & proculdubio sententia Couar. procedet, ac proinde duplex gabella debetur, nempè, ab vtroque venditore, & probat latè Molina Theolog. *in 2. tomo, de iustit. & iure, disput. 382. col. 833. in versic. primus est,* ubi in hac specie tria obseruat, quę apud ipsum sunt uidenda, non enim oportuna sunt rei, de qua agimus, nisi primum, nempè, quod in hac ultima specie census nõ
21 est reseruatiuus, sed consignatiuus, *vt ibi declarat.* † Idem uidetur dicendum per Gaspar. Roderic. *ubi supra, num. 30.* si fundus datur æstimatus, & pro æstimatione redditus redimibilis imponitur ad rationem quattuordecim, nam æstimatio in dubio facit emptionem, *iuxta l. quoties, cum materia, C. de iure dot.*

22 Superiora † autem sunt versic. *præter quam dicta,* procedunt, quando fundus conceditur sub annua pensione redimibili: secus est, si concedatur ad censum perpetuum nullo tempore redimibilem, tunc enim nulla ex eo contractu vnquam gabella debebitur nostro iure, nisi forte postea verè, & realiter ex mutuo partium consensu census ille data pecunia redimatur; quia tunc vera venditio erit,

gabel-

gabellaq. debebitur, vt constat: & in terminis tenet Lassart. *dicto capitulo decimo, numero 56. ubi numero 75.* quod si postea rem illam domino census reddam, nulla gabella debebitur. Sequitur vtrumque Azeuedo, *in l. 1. numero 107. tit. 17. hoc libro 9.* Molina Theolog. *vbi supra col. 837. in vers. ex dictis.*

23 Similiter gabella debebitur,† quando ius emphyteuticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuicumque alteri, quoniam id est vera venditio, non vero contractus emphyteuticus, ex quo gabella non debetur, vt per Lassart. *de decim. vendit. cap. 1. num. 42.* & rectè aduersus Menchi. *secundum D. Molinam Theolog. de iustit. & iure, 2. tomo, disput. 459. col. 1318. in vers. quando ius emphyteuticum.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex fundo dato pro pecunia, & sub annuo redditu? & numero seq. resoluitur nu. 4. cum seq.*

2 *Contractus duo oriuntur ex vno eodemq. facto, quando sunt incompatibiles: aliàs secus.*

3 *Vna eademq. res non debet diuerso iure censeri, nisi diuersis respectibus, vt hic.*

4 *Emptio, & venditio pura perfecta est fundi, quoties pro eo datur pecunia, & annuus redditus, & statim gabella pecunia solum debetur, & postea ex redemptione annui redditus, vt in nu. 6.*

5 *Permutatio est quoties fundus datur pro alia re quæ non esset pretium, & pro annua pensione, atque ideo ex eo contractu duplex gabella deberetur, vt hic.*

Q V AE S T I O LIX.

An debeatur gabella ex fundo dato pro pecunia & suo annuo redditu?

1 QVæro modo opportunè circa præmissa, † *si fundus ita detur, vt præsens aliqua pecunia, vel in tempus soluatur, & insuper annuus aliquis redditus præstetur, vt fingit Antonius Gomez, in l. 68. Tauri, numero 2. versic. quidam est censuarius: an ex hoc contractu aliqua statim gabella debeatur?*

Et quidem in hac quæstione videtur resoluendum, vt inspiciatur, quod præualet, & principalius est, & inde iudicetur contractus, vt in simili supra resoluimus *quæstione 30. num. 8.* Itaque in nostra quæstione, si annuus census, sub quo concessus fuit fundus, præualet pecuniæ, quæ pro pretio eiusdem fundi etiam datur, iudicetur contractus emphyteuticus, & ex eo gabella non soluatur: si vero pecunia præualet censui, erit venditio, ex eaq. gabella debebitur, vt deducitur ex Ioanne Fabro, *in §. adeo, num. 1a. Institut. de locat. in versiculo, quid dicet*, & Tiraquello *de retractu lignag. §. 33. gloss. 1. num. 1.* Sed quando pecunia data pro fundo, simul cum annuo redditu, esset notabilis, & sic præualeret censui, ex ea tantum pecunia videtur soluenda gabella, non vero ex censu: separati enim tunc videntur hi contractus.

2 † Quia licet Bartol. *in l. 2. in principio, num. 2. ff. si certum petatur,* dicat, ex vno eodemq. facto non oriri duas species contractus, hoc verum est, secundum Paul. de Castro, & Alexand. *ibi:* quando sunt incompatibiles, aliàs secus, & notat additio. Bart. *vbi supra, nu. 1.* & est communis secundum Curt. *ibi nu. 4.*

3 Non † etiam obest, quod vna eademq. res non debet diuerso iure censeri, *vt in l. eum qui ædes, cum sim. ff. de vsucapion.* quia id procedit, vbi non diuersa ratio datur, & militat in vna parte, quam in alia, *vt in l. miles, §. pro parte, ff. de legat. 2.* Abb. *in cap. cum in tua, in fine, de decim.* sicut videmus, quod vna eademq. res diuersis respectibus potest etiam diuerso iure censeri, *vt supra diximus alia quæstione.*

4 Nihilominus † tamen pro perfecta huius quæstionis resolutione duo sunt hic obseruanda. Primum, verè eo casu perfectam, puramq. fundi venditionem contrahi a principio, est enim pecuniarium pretium, iuxta *l. naturalis, §. & siquidem, ff. de præscript. verbis,* quamuis si solum pactum de præstando redditum interuenisset, emptio, & venditio non foret ex dictis in quæstione præcedenti, & argumento text. *in l. tenetur, §. 1. ff. de action. empt.* vbi si pecunia interueniat simul cum pacto, venditio est: quod si solum pactum sit, venditio non contrahitur; atque ita, qui præfato modo rem in censum dat, eam vendere ait Ias. *in l. prima, numero 48. C. de iure emphyteut.* & est planissimum, & indubitabile, ita vt a principio, & statim, ac res in censum datur, gabella debetur non minus, quam si simpliciter sola pecunia venderetur, secundum Lassart. *de decim. vendition. capit. 10. numero 73.* vbi *numero 74.* ibi: *sit ergo:* loquitur idem probant, quando fundus vales quingentis aureis venditur pro centum statim in pecunia numerata soluendis: & insuper eo acto, vt censum viginti, & octo aureorum mihi præstares cum redimendi facultate: datis mihi quadringentis cum volueris. Statim namque ex tempore conuentionis soluenda est decima centum aureorum dumtaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res eo censu onerata veniret, non plus valuit. Ceterum, si emptor postea censum redemerit, datis quattuorcentis aureis, quoque ex illis debebo eo tempore, quasi ius etiam fundum meum videar vendidisse, sequitur Molina Theolog. *dicto secundo tomo, de iustitia, & iure, disputatione 382. columna 872. in versiculo, quando vbi addit.*

5 Quod si † permutatio admisceretur, vt quia traderetur prædium pro alia re, quæ non esset pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, quæ simul cum annua pensione daretur pro prædio, deberetur vna gabella, & alia gabella ex valore prædij, quatenus præcise respondet, non quidem pensioni, sed rei illi, quæ vna cum pensione daretur.

6 Secundo † obseruandum erit, in illa eadem specie gabellam soluendam esse, ex sola pecunia conuenta, non etiam ex æstimatione pacti de censu in annum soluendo, vt dicebamus, quia illa solum pecunia pretium est in ea venditione: pactum verò de præstando redditum, non est pars pretij, nec illud auget, sed potius est onus quoddam reale, quod rem ipsam venditam diminuit: At postea censu redempto ex illo pretio a fundi domino, gabella debebitur, vt rectè probauit Lassart. *d. capite 10. numero 74.* Et hæc vltima gabella debebitur gabellario existenti tempore redemptionis census, vt resoluimus *in quæstione præcedenti,* nisi hic propter adiectionem pretij in pecunia numerata statim soluendi, iunctis alijs coniecturis, fraus præsumeretur contra gabellam: tunc namque tempore contractus celebrati totius contractus gabella debebitur, de qua latius agemus *infra alia quæstione.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex cessione rei emptæ, vel aliàs acquisita eodem pretio facta? & num. seq.*

2 *Venditio ex nominatione pretij potius iudicabitur in dubio, quam locatio.*

Cessio rei emptæ in alterum facta, quis contractus sit iudicandus? num. 1. & 2.

3 *Gabella, vel quintum patrono feudi an debeatur ex cessione alteri facta cum declaratione, quod pro illo emerat, & de eius mandato, cum tamen simpliciter prius emisset, vel nomine proprio? & numeris sequentibus distinguuntur plures casus, eademq. distinctio in gabella seruatur, vt in num. 8.*

9 *Gabella non debetur ex cessione, quando est exsequutio, siue exercitium prioris contractus secus aliàs, vt hic.*

10 *Gabella non debetur ex cessione aut venditione iurium.*

11 *Gabella an debeatur ex cessione in iudicio facta in caussis exsequutiuis per licitatorem in fauorem actoris, qui exsequutionem petit?*

Quæstionis resolutio ipsius auctoris cum ratione, & in praxi obseruatione, nu. 12.

QVÆ-

QVAESTIO LX.

An ex cessione rei emptæ, vel aliàs acquisitæ, eodem pretio facta, debeatur gabella?

GAbellam non deberi in hac quęstione ex prædicta cessione videtur probari, ac deduci ex *l.1.& 2.titulo 17. hoc lib.9. Noua Collect. Reg.* siquidem tantum decidunt ex venditione, & permutatione gabellam deberi, non verò ex cessione.

1 Nihilominus † tamen pro huius quæstionis cognitione censeo, cessionem esse regulandam iuxta eius caussam: tot enim sunt caussę cessionis, quot alienationis, secundum Specular. *in titulo de cession. action. §. 1. in fine;* Ideoq. si cessio pretio facta fuerit, dicetur facta caussa venditionis, *l.fin C. de prædijs Decur. lib. 10.* ac proinde ex ea debebitur gabella, *per d. l. 1.* etiam in dubio, an sit contractus em-
2 ptionis vel locationis, † quia ex nominatione pretij iudicabitur potius venditio, quam locatio, *iuxta glossam, verbo intelligi*, & Ioan. de Platea, *in d l. fin.* Cum enim fit mentio pretij, cessio est venditio. Paul. Castren. *cons 9. Viso puncto glossa in l. Celsus, §. si cum legitima, verbo, pretio accepto, ff. de doli except.* Negusant. *de pignor par. 5. membro 1. num. 24.* est communis sententia, vt patet ex Gironda, *de Gabell 11. par. num. 14.*

Quod si cessio facta fuerit speciei pro altera specie, erit permutatio, duplexq. Gabella ex ea debebitur, iuxta dispositionem *d. l. 2 1.*

Quod si cessio non ex caussa venditionis, nec permutationis fiat, sed gratuito, erit donatio, vel simplex cessio, ex qua gabella non debetur; idem erit dicendum ex cessione ex alijs caussis facta, non sapientibus, nec efficientibus venditionem, aut permutationem.

Hæc cum nulla mentio tertij, cui cessio fit, facta fuerit in prima acquisitione, vel etiam in ipsa cessione rectè procedunt, & obseruanda erunt.

3 Sed quid erit dicendum obsecro, † *cum Titius emit feudum simpliciter, vel nomine suo, deinde illud tradidit, & cessit Caio, recepto eodem pretio, declarando tamen, quod emerat cum mandato Caij, & ad eius commodum, & vtilitatem, & quod ei tradidit agnoscendo bonam fidem ex caussa mandati, an ex hac cessione debeatur gabella sicut ex prima venditione?*

4 Hanc quæstionem † in similibus terminis, nempè, in quinto debito patrono feudi decidit Moder. Paris. *in Consuetud Paris. tit. 1. §. 23. quæst 5. num. 21.* & omissa disputatione resoluit, quod ex quo constat bis interuenisse pretij numerationem, & translationem de persona in personam, patronus habet fundatam suam intentionem in duplici venditione, & sic potest exigere duo quinta, vel ex vltima venditione retrahere. Neque obstat protestatio, seu declaratio Titij, tum quia facta est ex interuallo post ius semel quæsitum ex prima venditione, & a persona suspecta, & subsistente materia fraudis, aut simulationis prætextu agnitionis bonæ & debitæ fidei: tum quia fit vera, & libera venditio.

5 Istam † conclusionem dupliciter limitat Moder. Paris. *ubi supra*. Primò, si per instrumentum authenticum, vel alias per legitimam probationem appareat de præcedenti mandato Titij ad emendum dictum feudum pro Caio, vel nomine Caij, quia tunc quamuis Titius emerit de sua propria pecunia, deinde restituat Caio tantam pecuniam reddenti tamen in effectu non est nisi vnica venditio, nec restitutio rei, quam Titius fecit Caio, est venditio, sed liberatio debitæ fidei, siue implementum, & satisfactio suscepti mandati, & sic non debebitur quintum pretij, nisi semel.

6 Secundo † limitat præcedentem conclusionem Moder. Paris. quãdo à principio Titius emerit nomine Caij: quia tunc, quamuis de pecunia propria, & non aliter appareat de præcedenti mandato, constat tamen, quod non est nisi vnica venditio, & quod restitutio sequens non est mutatio feudi, sed restitutio rei vero suo domino.

7 Quod † si Titius emit nomine proprio, vel simpliciter, & postea declarat, se emisse nomine Caij, & de eius pecunia, neque appareat de aliqua secunda numeratione pretij, nec etiam de præcedenti mandato, ex hac restitutione, & declaratione non habebit Patronus intentionem fundatam in aliquo, nisi sint aliæ coniecturæ fraudis, vel potius simulatio: si enim incontinenti, seu ex modico interuallo, & re aliàs integra, fiat huiusmodi declaratio, non præsumitur in huiusmodi declaratione aliqua simulatio, sed potius primam venditionem nomine accommodato esse factam, sicq. Patronum debere contentari vnico quinto, nisi aliud probare ipse vellet: quod facere poterit, tam ex qualitate personarum, quam ceteris circumstantijs facti, si quæ prudentis iudicis arbitrio satisfaciant. Si verò Titius aliquot annis possedit nomine proprio, tamquam dominus, & forte tamquam vasallus fuerit inuestitus, tūc ista, aut similia, satis erunt ad præsumendam dictam declarationem simulatam in fraudem iurium patroni, etiam alio non probato: non tamen præsumetur secunda venditio, ex quo non constat de aliquo pretio, vel mobilibus loco pretij datis, vel remissis, sed erit donatio, vel aliud mutationis genus, & sic vltra quintum pretij dictæ venditionis debebitur releuium pro mutatione postea sequuta. Hactenus Moder. Paris. *vbi supra*.

8 Erit † igitur idem resoluendum in nostra quæstione de gabella, quod in illa Moder. Paris. de quinto, vt in quibus casibus hoc deberi resoluit idem Moder. Paris. ex cessione, in eisdem gabella quoque ex ea cessione debeatur, & econtra, vt in terminis gabellæ ex supradictis tenet, & probat Lassarte, *de decim. vendit. cap. 13. num. 13. cum seqq.* Nec vim facio, quo ad debitum gabellæ, quod pretium bis numeratur in prædicta specie: sufficit enim, quod cessio fiat eodem pretio, quo prima venditio celebrata fuit, siue bis numeratum fuerit, siue semel tantum, vtpotè, quia nondum primum erat solutum, sed habita fides de eo, quando cessio facta fuit, dũmodò cessio facta sit pretio eo casu, quo ex ea deberi gabellam probauimus.

9 In † summa, quando cessio est exsequutio, siue exercitium prioris contractus venditionis, vt quando procurator cedit domino, nõ debetur ex hac cessione gabella, (obseruans tamen circa hoc, quæ ex Moder. Paris. modo præmisimus:) Si verò cessio non oritur ex priori contractu, sed de per se stat, & pretio fit, siue eodem, siue diuerso, noua gabella ex tali cessione debetur, vt ex Baldo, & Saliceto, *num 2. in l. cum per eos, C. si quis alteri, vel sibi*, & Ang. Perus. *in l Modestinus, num. 2. ff de solut* probat Tiraquel. *de vtroque retractu tit. 1. §. 1. glossa 14. num. 114.* & glossa, Peregr. *in parte vectigal glossa 1 quæst. 1.* Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 2. num 17.* Lassarte, *de decim. vendit. cap 13. num. 6.* Gironda, *de Gabell. 9. parte, in princ.*
10 *num. 16.* ex † cessione autem aut venditione iurium, gabella non debetur, vt tenet Azeuedo, *in l. 5. num 8. tit. 17. hoc lib. 9.*

11 Quod † si in subhastatione iudiciali ex caussa exsequutionis licitatori res addicta fuerit, isq. cedat statim omne ius suum creditori, qui eum supposuerat, iuxta praxim quotidianam, eo onere, & pacto, vt pretium à se debitum rei domino propter emptionem, cessionarius ipse soluat, vel in partem debiti sibi compenset, & computet, alteram gabellam ex ea cessione debet ille cedens, præter eam, quæ ex prima venditione iudiciali debita est, nisi in licitatione adiecerit, dare se pro bonis exsequutioni subiectis tantam pecuniam cum cessionis beneficio, hoc est, *Con beneficio de traspasso*, vel nisi cessio prædicta simpliciter fiat actionis sibi competentis, absque vllo onere, quia venditio sine pretio non contrahitur, ita Lassar *d. cap. 13. num. 19 cum duobus sequentibus*.

12 Ego verò semper in praxi obseruatum † vidi, nullam in hoc casu gabellam deberi, nec solui, ex prædicta cessione per licitatorem huiusmodi in subhastatione iudiciali ex caussa exsequutionis, cui bona exsequutata fuerunt iudiciali decreto addicta incontinenti facta: ea forsan ratione, quia hæc cessio semper fieri simpliciter consueuit, nullo

onere

onere adiecto, neque ad hoc, vt gabella non debeatur, opus est, vt in licitatione excipiatur beneficium cessionis, cũ si aliàs gabella deberetur, hæc exceptio, aut pactum inter contrahentes adiectum, tertio obesse non posset, fisco, vel gabellario, non magis, quam si in venditione, vel permutatione adhiberetur, quod ex eo contractu non soluatur gabella: quod si alicubi ea exceptio beneficij cessionis in licitatione deducatur, in alijs quamplurimis partibus, quorum sum memor, id non exprimitur, nec opus est, vt exprimatur: sed quia incontinenti fit cessio, ideo praxis obtinuit, vt ex ea cessione gabella non debeatur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur*, de la carta de lasto, que se da al que paga la deuda por otro? *resoluitur proculdubio, negatiuè.*
2 *Omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res ad quam competit.*
3 *Gabella non debetur ex moneta in aliam monetam redacta, quamuis eo modo vera permutatio, & venditio contrahatur.*
4 *Gabella debebitur ex cessione iurium, quando fideiussor, vel correus solidum soluerit in alia re, quam pecunia debita.*
5 *Gabella an debeatur cum pecunia data constituitur quis procurator in rem propriam, vel ei actio aliqua venditur.*
6 *Venditor hæreditatis iam delatæ pro pretio, tenetur soluere gabellam, præter quam de re immuni ab eius solutione in hæreditate reperta.*
7 *Gabella non debetur in specie l. si iactus retis, ff. de act. emp. nullis captis piscibus.*
8 *Gabella non debetur ex venditione nudi iuris, reiq. incorporalis, & num. 9.*
9 *Gabella non debetur ex venditione iurium vrbanorum, vel rusticorum prædiorum.*
10 *Gabellam non debent soluere fumi venditores, prout sunt, qui futurum sententiæ euentum alijs denunciant pro pecunia.*
11 *Gabella non debetur ex permutatione horarum ad aquam ducendum.*

QVAESTIO LXI.

Si de la carta de lasto para cobrar de los deudodores, o de los demas fiadores, se deua alcauala?

1 QVæritur etiam in proposito, *an † ex cessione facta per creditorem fideiussori, vel vni ex reis debendi in solidum obligatis, à quo, vel quibus debitum in solidum exegit contra ceteros confideiussores, vel correos debendi, & sic,* de la carta de lasto, *quam vulgo vocant Hispani, debeatur gabella, necne?* Et profecto illam deberi, mouet, quod per hanc cessionem venditio quodammodo celebretur, *l. cum is, ff. de fideiussor.* Ergo gabella ex ea debetur, *iuxta l. 1. tit. 17. hoc libro 9.*

Nihilominus tamen proculdubio censeo gabellam minimè deberi ex hac cessione, quia creditor sic cedens verè non est venditor, cum pretium pro hac cessione non recipiat, sed tantum suum debitum ante cessionem contractũ ab ipsomet debitore in solidum obligato: Itaque est solutio debiti, atque distractus, non vero contractus: Denique, quamuis respectu fideiussoris solidum soluẽtis sit venditio: hęc tamen impropriè, & ficto modo talis dici potest, vt constat ex verbo illo *d. l. cum is quodammodo:* At in materia stricta, & odiosa, prout est nostra gabellaria, extensio fieri non debet de casu vero, & directo ac proprio, ad fictum improprium, & indirectum, secundum Alexand. *in l. 3. §. hæc verba, per text. ibi: ff. de negot. gest.* præcipuè cessante fraude, vt resoluimus supra alia quæstione. Soluit enim fideiussor, vt a sua obligatione exeat, & liberetur, cuius indemnitati lex succurrere volens, hanc fictam, & impropriam venditionem induxit ex prædicta cessione, vt prædicta cessio fieri posset, perspiciens, quod aliàs, si esset simplex solutio, actio, & debitum remanerent extincta: & sic nihil esset quod cedi posset, aut a confideiussoribus repeti, cum eorum negotium soluendo debitum non fecerit, sed debitoris principalis, & proprium, iuxta glossam *in l. ex facto, verbo, qua actione, & ibi Paul. de Castro, de negotijs gestis.*

Quæ sententia principalis alia deinde, & potissima ratione confirmari potest, etiam si vera venditio contraheretur ex prædicta cessione: Ea nimirum, † quod omnis actio
2 talis esse iudicatur, qualis est res, ad quam competit, *l. si ad resoluendam, C. de præd. min.* & ipsius rei debitæ naturam, & qualitatem assumit, *l. 1. ubi glossa, & Doctores notant, C. si aduers. transact.* & latè ex auctoritate quam plurimum comprobat Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 1. cum seqq.* Cum ergo actio hęc cessa sit pecuniæ numeratæ, eius naturam sequi debet, quæ est, vt ex pecunia non debeatur gabella, *ut in l. 34. ibi:* Ni de la moneda amonedada,
3 *tit. 18 hoc lib. 9.* vbi statuitur, † quod ex moneta in aliam monetam redacta, veluti cum pecunia grossa, pro minuta datur, aut è contra, gabella non debeatur, quamuis eo modo vera permutatio contrahatur, vt docet Couar. *libro 3. variar. resolut. cap. 7 num. 2 in vers. non oberunt huic,* & disputat Pinellus *in Rubrica, C. de rescind. vendit. 1. par. cap. 3. num. 15.* Et veram quoque pecuniæ venditionem fieri posse rectè existimat Nauar. *in capite finali, de usur. num. 20.* Pro quo facit bonus textus *in l. lege Cornelia versic. eadem lex, ff. ad leg. Cornel. de fals.* sequitur Lassart. *de decim. vendit. capite 19. num. 33. ubi a num. 32.* nostram sententiam supradictam principalem in hac quæstione probat, & tenet in proprijs terminis per supradicta dicẽs, ita quotidiano usu perpetuaq. praxi receptum esse, vt ex huiusmodi actionum cessione Regalis decima non exigatur, nec vmquam vidit, vt audiuit exactam fuisse. Idem probat Doctor Molina Theolog. *in 2. tomo, de iustitia & iure, disput. 544. col. 1883. in princ.* alio nempè fundamento, scilicet, quia illud non est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur, neque consuetudine sit receptum, aut vmquam auditum, vt ex huiusmodi solutionibus, & transmissione actionum gabella soluatur, quod & ipse affirmo, quod sciam.
4 Ceterum † si in specie nostræ quæstionis fideiussor, vel correus solidum soluerit in alia re, quam pecunia debita, proculdubio ex hac datione in solutum gabella debebitur, *iuxta latè supra resoluta in alijs quæstionibus.*
5 Quibus † fit, vt si quis data pecunia, procurator in rem suam constituatur, vel ei actio aliqua vendatur, ita demũ ex pretio dato vectigal soluendum erit, si ad pecuniam nõ competat ea actio, quæ venditur, vt contingit in specie *l. per diuersas, C. mandati, & l. ab Anastasio, C. eodem titulo.* Etenim eo casu licet vera venditio contrahitur, vt in dictis iuribus, *& in l. si nomen, & in l. emptori nominis. l. nomina. l. multum interest, cum simil. ff. de hered. vel act. vend.* gabella non debebitur ex priuilegio *d. l. 34 tit. 18. hoc lib. 9.* Aliàs secus, veluti ex venditione actionis ad equum, vel ad aliam rem, quia tunc gabella debebitur, vt ex prædictis patet, & probat in terminis Lassart. *d. cap. 9. num. 34. cum seqq.* præcipuè *num. 35.* ubi, quod sic est declarandum, quod indistinctè dixit Parlad. *rerum quotidian. cap. 3. §. 2. num. 27.* quod si quis data pecunia procurator in rem suam cõstituatur, vel actio aliqua vendatur ex pretio dato, vectigal debetur, est enim distinguẽdum in hoc casu, vt distinximus modo.

Idem probandum venit in alijs actionibus competentibus ad res priuilegiatas, atque immunes à solutione gabellarum, de quibus rebus priuilegia is agit *tit. 18. hoc libro 9.* Ex cessione namque actionum ad has res priuilegiatas non debetur gabella, vt bene docet Lassar. *d. c. 9. num. 37.*
6 Similiter † etiam, venditor hæreditatis iam delatæ pro pretio, licet teneatur gabellam soluere iuxta distinctionẽ tactam ab eodem Lassart. *cap. 2. num. 18. & cap. 4 num. 39.* nihilominus ex re priuilegiata, & immuni à solutione gabellæ,

6 *Gabella debita ex contractu, non debebitur si diuisiones hæreditatis fiant per viam refutationis: quia refutatio non est contractus, sed distractus; secus, si pretio fiat, quia tunc erit contractus, vt in num. 7.*

QVAESTIO LXIII.

An ex refutatione, repudiatione, vel renunciatione pretio facta absque cessione alicuius iuris, debeatur gabella?

1 GAbellam deberi in hac specie tenet Gironda, *de Gabell. 11. p. num. 27.* iuxta ea, quæ de cessione dixerat *9. p. in princ num. 16.* Ego verò contrarium proculdubio pro-
2 bo ea potissimum ratione, † quod mea refutatio, vel repudiatio non transfert vllum dominium, nec ius rei refutatæ, renunciatę, vel repudiatæ simpliciter: sed solum operatur, vt refutans, repudians, vel renuncians eam petere non possit, & quod medio sublato per refutationem, repudiationem, vel renunciationem huiusmodi, res illa in alium succedat, vel alteri accrescat: non verò operatur, quod ego sim auctor iuris alteri acquisiti, nec hic succedit in ea se iure a me transmisso, sicq. refutans, repudians, vel renuncians nihil transfert: cedens autem transfert ius suum in alium. Et hæc est vera, & realis differentia inter refutantem, repudiantem, & renunciantem ex vna parte, & cedentem ea altera: illi enim nullum ius transferunt: hic vero ius suum cedit, atque in alium transfert. Quare merito, vt pretio cedens tanquam venditor gabellam debeat iuxta resolutionem à nobis supra traditam *quæstione 60.* repudians verò, aut refutans, siue simpliciter renuncians, minimè. Non enim de euictione tenetur, sed tantum de facto proprio, vt non contradicat repudiationi, refutationi, vel simplici renunciationi à se factæ, vt dicitur in transactione, *l. si pro fundo, C. de transact. & in l. siue apud acta, & ibi Bald. colum. fin. eodem titulo.* Hanc differentiam inter abstensionem, simplicem renunciationem, vel repudiationem, & cessionem, constituit Moder. Paris. *in Consuet.*
3 *Parif. tit. 1. §. 9. glos. 4. num. 4. & 7. vbi d. num. 4.* † inquit, quod cedens non repudiat, sed potius pro hęrede gerit, hoc est adit hæreditatem, siue illa cessio, & gestio fiat expressè, siue tacitè: quod vltra eum probatur ex texto *in l. similia, C. de iure deliber.* vbi qui de hęreditate sibi relicta testatur, eo ipso eam adire videtur, secundum Bald. *ibidem.*

4 Idem est, si cedit, donat, vendit, vel vendere mandat secundum Maran. *in l. is potest, num 50. 54. & 55 ff de acq. hared.* Aymon Crauet. *cons 200. num. 1. & 2.* latè Pelacz *de maiorat. 1. par. quæst. 36. per totum,* & Simon da Pret. *de*
5 *interpret. vlt. volun lib. 5. dub. 3 num 55 fol. 464.* † Addit præterea Moder. Paris. *d. num. 4.* quod etiam si pro repudiatione tantum detur, quantum valet portio repudiata, nihilominus nullum ius transfertur in dantem, dummodo semper sit mera abstentio, vel renunciatio: Secùs si cessio fiat.

6 Hinc † mouet Bald. *in l. tres fratres, num. 3. ff. de pact.* quod vbi debetur gabella ie omni contractu, ipsa non debebitur si diuisiones hæreditatum fiant per viam refutationis, quæ quidem refutatio, siue renunciatio non est contractus, vt ipsemet Bald. asserit *in rubr. C. de pactis, num. 2. in fine,* sed potius distractus, Bart. *in l. 3. §. contrarium, nu.*
7 *2. in 2 lectura, ff. de contrar. iudic. tutela.* Sed † hæc doctrina Bart. tunc procedit, quando repudiatio, vel refutatio fieret sine pretio, vel pacto: secùs si pretio fiat, tunc enim erit contractus secundum Bald. *in d. §. contrarium,* innominatus quidem, facio, vt des, ex quo iuxta nostras leges gabellarum, gabella non debetur: hodie autem de diuisione inter hæredes bonorum defuncti facta non debetur gabella, *iuxta legem 55. in 2. par. tit. 18. hoc lib. 9.* de cuius intellectu infra agemus alia quæst. Contraria opinio Girondæ, *vbi supra,* procedit, vt ea eius mente patet, in cessione pretio facta, vel etiam in renunciatione non simplici, quæ cessionem iuris in se continet: secùs verò in renunciatione simplici, in qua nulla cessio in fauorem alterius fit, sed stat in terminis repudiationis, & abstensionis, seu refutationis: ex hac namque nulla gabella debetur, quamuis pretio fiat, vel aliqua species pro ea detur, *iuxta supradicta.*

SVMMARIA.

1 *Gabella non debetur ex donatione gratuita, nisi in fraudem gabellæ fiat. vt in num 4.*
2 *Donatio non est propriè contractus, sed impropriè.*
3 *Gabella non debetur ex donatione omnium bonorum eo lege facta, vt donatarius donatorem alere teneatur.*
5 *Gabella debetur ex donatione, quando in ea interuenit pretium.*

QVAESTIO LXIV.

An ex donatione debeatur gabella?

1 QVero: *An† ex donatione gratuita, & nullo iure cogente facta debeatur gabella?* Et quidem non deberi pla-
2 cuit, † quia donatio non est propriè contractus, sed impropriè. *glossa & communiter DD in l. contractus, (de fide instrum* Vnde meritò, quod lex loquens de contractu ad donationem non extenditur, vt cum communi latè probat D. Molina, *lib. 4 de Hispan. primog c. 2. num. 61.* & in terminis ita tenet Bald. & Salic. *in d l. contractus, num. 1.* & Bertach *de Gabel in 8 par. membro 3 num 21. & 22. vol. 11. tract diuers. Doct. in antiquis fol mihi 35. colum. 3.* quæ opinio in his Regnis proculdubio est tenenda, ex duobus: Primò, quia *lex 1 & 2. tit. 17. hoc lib 9.* tantum iubēt solui gabellam ex contractu emptionis, & venditionis, atque ex permutatione. Sed donatio non est huiusmodi: Ergo ea ea non debetur gabella. Secundò, per legem expressam *in l. 13. tit. 17 hoc lib. 9* ibi: *Donationes, o otros contratos de que no se deue alcauala.* quidquid contrarium velit Tiraquel. *ad leges connubial. glos. 5. num 52.* plures allegans, quem ad hoc citat, sed non sequitur Gironda, *de Gabell. 11. p. num. 10 cum seqq.* & latius duas communes opiniones contrarias referens Menchac. *controuersiar. vsu freq. c. 11. num. 17. cum seqq.* sed attenta *d l. 11.* nihil est dubitandum secundum Azeued. *in l. 2. num. 22. titulo 17. hoc lib. 9.*

3 Quinimò † si quis omnia bona sua alteri donat, ea lege, vt donatarius eum alere teneatur, non debetur gabella ex huiusmodi donatione, vt probauit Parlad *lib. 1. rer. quotidian. c. 3. § 2. num fin. in fine,* contra Castill. & opinionem Parlad. sequitur Lara *1. de decim. vendit c. 10 d num. 33.* & Gironda, *de Gabel. 11. p. num. 11. & 12. diximus supra alia quæstione.*

4 Limitatur tamen supradicta principalis † opinio, quæ habet, vt ex donatione gratuita non debeatur gabella, vt non procedat, quando de fraude contrahentium constaret, nempè, quia simulent, vel fingant vnum pro altero cōtractum, nempè, vt contractus venditionis sonet donationem, vel minus pretium, quam recipiant assignantes, vel aliàs, vt gabellam euitent: hic est casus expressus *in l. 11. tit. 17 hoc lib. 9.* qua præcipitur iudicibus: *Que cada y quando que el arrendador, o fiel cogedor les pidiere que hagan pesquisa sobre esto, se an obligados a hazerlo, y si hallaren que algunos personas simuladamente hazen que los contratos de ventas suenen donaciones o otros contratos de que no se deue alcauala o ponen menos precio de aquello que recibe, o hazē otros fraudes para encubrir la dicha alcauala, los der-hagan, y hagan acudir al arrendador, o receptor con todo lo que montare el alcauala, auido respeto al verdadero precio que interuino, y mas el quatrotanto de la dicha alcauala: lo mismo se prueua en el cap. 18. de los nueuos apuntamentos*
5 *de los alcaualas.* Et † quod quando in donatione interuenit pretium, venditio, & non donatio censetur, ac proinde gabella debeatur, præterquam quod lege illa Regia hoc deciditur, probat, stante simili statuto, alios allegans Firma. *de Gabel. 8. par. 3. membro, numero 11. versic sextoquæro,*

vol. 11.

vol. 11. tractat. diuers. Doct. Mantius *folio mihi 35. columna 1.* Gironda *plura adducens de Gabel. vbi supra, nu. 17.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex contractu venditionis, in quo pretij donatio fit? & numeris sequentibus, vbi latè distinguitur.*

Q V AE S T I O LXV.

An ex contractu venditionis in quo pretij donatio fit, debeatur gabella?

1 QVæro etiam † circa præmissa, quid erit dicendum, *si in contractu venditionis expresse donatio fiat purè, & liberaliter pretij à venditore emptori, an nihilominus debeatur gabella pretij?* Respondi, contractum hunc non esse venditionis, & ita ex eo nõ debebitur gabella, sed pretium operabitur æstimationem rei venditæ, non verò venditionem, *l. si quis donationis, & l. cum in venditione, ff. de contrah. empt. & l. si tibi habitationem. ff. locati* licet enim verba contractus sonare videantur venditionem rei, & donationem pretij: intentio tamen, & mens præcipua partium, quæ inspicienda est, fuit donandi, *vt patet ex fine*, nempè, quod incontinenti vltimo donauerit venditor: vbi enim duo propter vnum, vtrobique est vnum, iuxta doctrinam Baldi *in l. cum dotem, num. 4. in versic. item quia isti duo, C. de iure dot.* Accedat, quod incontinenti potuerunt à venditione discedere, vel eam in donationẽ transferre sine metu gabellæ soluẽdæ, vt diximus *supra q.* 10. nu. 2.

2 Quod † si donatio pretij fiat ex interuallo, debebitur quidem ex pretio venditionis gabella, quia venditio fuit ex se consummata separatim, quæ ex post facto non mutatur, nec alteratur donatione pretij ex interuallo facta; *argumento l. si tibi, ff. locat.* Et in terminis retractus ita distinguunt, & intelligunt materiam hanc Mod. Paris. *in Consuet. Parisien. titulo 1 §. 3. gloss. 5. in 13. quæst. nu 55. &* Tiraquell. *de vtroque retractu titulo 1. §. 1. glo. 14. numero*

3 123. † eademq; ratione idem dicẽdum venit in nostra materia gabellarum.

Quod si in eodem instrumento, vel paulo post, is, qui emit, etiam donat. (verbi gratia) Titius emit fundum centum aureis, donat alios centum aureos venditori propter merita, soluenda erit gabella, si considerata fundi venditi vera æstimatione, ea æquiualet summæ donatæ: aliàs secùs, quia tunc (id est, quod valor fundi conueniat vtrique pretio tam venditionis, quam donationis summæ) donationis appellatio in fraudem gabellæ videtur apposita, nisi emptor probaret ea merita interuenisse, quæ huiusmodi donationem mererentur: quòd si quantitas donata non conueniat veræ æstimationi fundi empti, tunc gabella respectu donationis non soluetur, argumento glossæ notabil. *in l. 1. §. 1. verbo, agendo, & ibi Bart. ff. de superficiebus. & Bal. in l. ex conuentione, C. de pact. cum similibus*, ita resoluit in similib. terminis (nempè laudemij) ex venditione fundi venditi debiti. Tiraquel. *de vtroque retractu titul. 1. §. 1. glossa 18. num. 19.* Quare idem merito in nostris terminis gabellæ probamus.

4 Verum circa † supradictũ primũ membrũ distinctionis erit obseruandum ex eodem Mod. Paris. *vbi supra*, illum citando, id procedere, quando constat, seu verisimiliter apparet, donatorem pretij non habuisse animum vendendi rem illam, ita quod pretium non sit appositum caussa venditionis, sed caussa donationis, fortè æstimandæ, *vt in d. l. cum in venditione, vt præmisimus*, tunc nullo modo est venditio, nec donatio pretij, sed solum donatio rei: secus si cõstet, non habuisse animum donandi rem, sed eius pretiũ, rem aut vendere voluit: tũc enim manet venditio rei, quãuis incontinẽti pretium donationis caussa remiserit, quia non cadit donatio nisi super pretio, idq; frequenter vsuueniri põt ad fraudandam gabellam debitam ex vẽditione, quare diligenter iudices super hoc se habeant ad inquirendam veritatem, fraudesq; detegendas, atque puniendas.

5 Quod si facta † rei venditione pro certo pretio, donatio partis pretij fieret, etiam si hoc totum incontinenti in eodem contractu fiat, gabella de toto pretio debebitur, vt in similibus terminis feudi venditi respectu quinti debiti, tenet & probat bene declarans idem Mod. Paris. *vbi supra*, §. 23. nu. 50. Quare merito, & idem venit dicendum respectu gabellæ, quæ est decima pars pretij *ex l. 1. titulo 17. hoc libro 9.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella an debeatur ex donatione remuneratoria? & numeris sequentibus, resoluitur negatiuè cum distinctione de qua num. 4. cum sequentibus, vsque ad num. 7. inclusiuè, & num. 13.*

2 *Remunerator non dicitur donare, sed debitum beneficium ex soluere, & compensare*

3 *L. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hered. intellectus.*

8 *Gabella donationis remuneratoriæ in casibus in quibus iure debetur, intelligitur cum donatio acceptata fuerit per donatarium, & gabellario illius temporis, non vero existenti ante acceptationem.*

9 *Gabella an debeatur ex donatione reciproca, & vicissitudinaria? & numeris seqq.*

11 *Fraus quomodo probetur in specie l. 11. tit. 17. lib 9. Nouæ Collectionis Regiæ.*

Contractus alterius contemplatione factus præsumitur ex personarum qualitate (cum essent debitor, & creditor) & ex temporis vicinitate.

Q V AE S T I O LXVI.

An ex donatione remuneratoria, vel reciproca, debeatur gabella?

1 QVæro præterea: *An † ex donatione remuneratoria debeatur gabella?* Non enim est mera, ac simplex donatio, sed genus quoddam permutationis, *vt in l. sed & si lege, §. consuluit in fine, ff. de petit. hered* latè Tiraquel *plura inde deducens, in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 11. cum seqq. C. de reuocan. donat.* Quare, stante statuto, quod ex donatione debeatur gabella, non comprehenditur sub eo donatio remuneratoria: ex ea namque gabella solui non debet, quasi differens hęc donatio remuneratoria sit ab illa, nempè simplici, & gratuita, & quod minus præualet in ea remuneratione donatio est: & in terminis hanc opinionem tenetur, & probat Bertach. *de Gabel. in 3. memb. 8. quæst. princ. q. 34. num. 56.* & Tiraq. *vbi supra num. 64.* Ergo si remunerator non tenetur statuto loquente de donatione, tenebitur *ex l. 2. tit. 17. hoc lib 9.* loquente de permutatione, vt ex ea soluatur duplex gabella.

Nihilominus tamen in terminis nostræ quæstionis contrarium probat latè, & tenet Lasart. *de decim. vendit. cap. 17. num. 52.* Immò, quod ex donatione remuneratoria gabella non debeatur, nec soluenda sit, † quia remunerator

2 non dicitur donare, sed debitum beneficium ex soluere, & compensare, vt inquit textus *in l. Aquilius Regulus, ff. de donat. ibi, posse defendi*, non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum, *& l. si pater, §. si quis, ff. eod. tit. de donat.* ibi: *nam merces eximij laboris appellanda est.* Itaque magis videtur distrahere antidoralem obligationem dissoluens, quæ ad gratificandum pro suscepto beneficio nascitur, quam contrahere aliquo permutationis modo, vt videtur probati

3 *in d. § consuluit.* Nec † obstat secundum eumdem auctorem *num. 53. d. §. consuluit, in verbis illis supra relatis, pro contraria parte, ibi genus quoddam permutationis esse, &c.* quia illud dicit Iurisconsultus similitudinariè; vt constat ex dictione illa veluti: similitudo autem ibi non stat in realitate, seu natura, seu substitutione permutationis, sed in subrogatione illa, quæ fit vnius rei receptæ in locum alterius, quæ ad permutandum data est: quæ subrogatio similiter reperitur in remuneratione, eo quod res illa, quæ mi-

lu

hi datur in satisfactionem rei a me donatæ, in locum eius succedit, propter quam data est, ac si verè permutatæ res essent. Non ergo ex donatione remuneratoria gabella debetur, quia vere nulla permutatio est, aut venditio: modo sub eo genere donationis eiusmodi contractus non occultetur animo fraudandi gabellam, tunc namque fraude detecta ex verisimilibus coniecturis gabella debebitur, ex l. 11. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: Si en donacion, vt in praxi obtinuit quidam gabellarius in lite, & rectè secundum Lassart. d. num. 53. ad fin. Eamdem sententiam principalem, quod ex donatione remuneratoria non debeatur gabella, sequitur Gironda, de Gabell. 11. par. num. 18. & Azeuedo, in l. 2. nu. 23. cum seqq. tit. 17. hoc lib. 9. & Doct. Molina Theolog. 2. tomo de iust. & iure, disputat. 397. col. 950. in versic. ex donatione.

3 Quid tenendum? Ego licet hanc secundam opinionem veriorem, & tenendam esse existimem, scilicet ex donatione remuneratoria gabellam non deberi; nihilominus tamen pro pleniori intelligentia huius quæstionis, & veriori eius praxi, ita censeo esse distinguendum.

4 Vt si quidem caussa, ob† quam fit remuneratio, talis sit, quod actionem non produceret ad petendam eius solutionem in iudicio, tunc ex huiusmodi donatione non debebitur gabella; siquidem, quod datur est voluntarium, non verò necessarium. Itaque ideo cognationem, aut æquipollentiam habere non potest cum venditione, nec permutatione, nec cum datione in solutum: Re vera namque parum distat à pura, & mera donatione, vt per Ariam Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 60. cum seqq. C. de bon. mater. ex l. donari, ff. de regul. iur. & ibi Decius in alter. & Cagnol. Et bene in proposito Molin. Paris. in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 55. glos. 1. num. 108. vbi, quod non est datio in solutum, neque ex empto, sed ex donato fundum possidebit acquisitor. Accedat, quod semper donatio simplex, pura, & mera in instrumentis publicis facta ob benemerita, & ob seruitia fieri narratur, tam collata, quam recipienda, à quorum probatione releuatur donatarius. Et hic est communis stylus Tabellionum, & Notariorum.

5 Ceterum si caussa † donationis remuneratoriæ sit certa, & obligatoria ciuiliter, & naturaliter, & talis, quæ produceret obligationem in iudicio contra remunerantem, tūc attendenda, & inspicienda erit species contractus, qui nascitur ex remuneratione: si enim debitum, ob quod fit remuneratio, est merces laboris donatarij, vel vsus rerum, vel personarum locabilium, vt in l. naturalis, §. at cum do, ff. de præscrips. verb. erit locatio, & gabella non debebitur,

6 præter† quam, si mercede certa à principio non constituta, daretur in remuneratione aliqua species non debita loco pecuniæ numeratæ debitæ, tunc namque erit datio in solutum ex qua debetur gabella, vt resoluimus supra q. 23. Non autem deberetur gabella, si remuneratio reincideret in contractu meræ transactionis, sine interuentu cessionis alterius ve rei operantis debitum gabellæ in transactione, iuxta dicta per nos supra q. 45. per totam.

7 Quod si caussa remunerationis †obligatoria talis sit, vt eius solutio venditionem, permutationem, vel dationem in solutum efficeret, donatio huiusmodi remuneratoria esset, non verò simplex, nihilq. operabitur in contrarium nomen donationis à partibus impositum, l. insulam, ff. de præscript. verbis. & consequenter debebitur, vel non, gabella, iuxta debitum eius, quod soluisus (verbi gratia:) Si tum deberem pecuniam, solui pecuniam in remunerationem, non debebitur gabella, quia potius est distractus obligationis, quam contractus, iuxta l. 3. §. contrarium, & ibi Bart. ff. de contrar. iudic. tutel. Per contrarium vero, si pro debito pecuniæ dedero speciem diuersam; vel pro specie debita actione reali rei vendicationis, pecuniam dederim, vt mihi cedatur res à me possessa, quæ petitur, erit venditio, & recipiens pecuniam debiti remunerati erit venditor, gabellamq. soluet; si verò pro specie remunerata donatarij dedissem alteram speciem, erit permutatio, iuxta glos. & Bar. in l. si quis aliam, ff. de solut. debebiturq. gabella, vt de permutatione.

8 Tunc autem debebitur gabella† donationis remuneratoriæ in casibus, in quibus eam deberi probauimus, cum acceptata fuerit à donatario tacitè, vel expressè, ac proinde gabellario illius temporis, non verò existenti ante acceptationem: quia ante eam non est venditio, permutatio, vel datio in solutum, cum requiratur ad perfectionem ipsius, consensus vtriusque partis, & cōclusio contractus est ipse contractus, l. si voluntate, C. de rescind. vend. cum similib. Et hæc de donatione remuneratoria.

9 Superest, vt agamus de donatione† reciproca, & vicissitudinaria, nempè, illa, quæ fit eodem contextu, & tempore, veluti dono tibi hanc domum, & tu mihi vice mutua donas fundū, iuxta tex. in l. quod autem, § si vir, & vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor. de quo latè agit Ioan. Lup. de Pala: sub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. hæc namque donatio verè, & propriè, quædam permutatio est, proprius quidem, quam altera remuneratio, vt latè probat Lassar. d. cap. 17. num. 54. præterquam si adhuc expressè, & sine fraude voluissemus ad inuicem donare res diuersas, vt quotidie videmus inter magnates, & nobiles viros fieri: tunc namque verè, & propriè donationes erunt, non verò permutatio; atque ita seruandum erit, quoties id ex temporibus, rerum, ac personarum qualitate satis constiterit, secundum eumdem auctorem ad fin.

10 d. cap. 17. qui † tandem resoluit, quod in materia suspecta, qualis est hæc, propter gabellam, quæ ex permutatione debetur, in dubio intelligendum sit, potius permutationem contraxisse, & mutuam donationem fingi, ex d. l. 11. nisi contrarium probetur: sed bonus iudex id arbitrabitur ex contractibus, & verbis eorum, & caussis medijs ad illos faciendos, vt benè obseruat Azeuedo, in l. 2. num. 25. tit. 17. hoc lib. 9. Quare cum constaret potius veras, & vicissitudinarias donationes esse, ex temporis, rerum, & personarum qualitate, potius iudicarem, gabellam non deberi, & in dubio itidem demum obseruarem opinionem Lassart. proximè relatam in fauorē gabellarij, quando ex verisimilibus coniecturis simulatio, & fraus colligeretur, nempè, sub titulo donationis vicissitudinariæ contractum illum celebratum fuisse, ne gabella peteretur: aliàs secùs, tunc, quia in dubio gabellam non deberi iudicandum est, vt resoluimus supra, quæst. 6. num. 10. tum etiam, quia simulatio, & fraus probanda est saltem verisimilibus coniecturis in terminis d. l. 11. vt ex ea constat, & diximus supra, q. 63. ad finem

11 Et ideo autem † meo iudicio fraus probata censebitur in proposito, & sic in specie d. l. 11. si creditor donet, seu remittat debitori suo debitum, & debitor donet creditori domū, vel fundum eiusdem valoris plus, vel minus; estq. locus decisioni d. l. 11. ita demum, si ambæ donationes celebratæ fuerint in eodem contractu, aut instrumento, vel si paulo post vna alteram sequatur, ratione identitatis, vel proximitatis temporis, & vnitatis contractus, vel instrumenti mutuæ correlationis creditoris, & debitoris, & proportionis rei donatæ cum debito remisso: ex quibus securè fraus præsumi potest, & gabella debebitur: secùs si post ex inter

12 uallo remuneratio fiat, ex† personarum enim qualitate (cū essent debitor, & creditor) & temporis vicinitate, præsumitur alter actus contemplatione alterius factus, & sic mutua correlatio, & idem contractus, vt notat Bal. in l. petēs, in lectura Perusina, col. penult. C. de pact. & ibi Philip. Dec. colum. 4. Corneus, cons. 46. col. 2. lib. 2. & cons. 57. colum. 5. lib. 3. & Soc. cons. 172. In præsenti, col. 3. lib. 2. Ias. in l. lecta, col. 8. ff. de pact. quos refert, & sequitur Mol. Paris. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 33. num. 59.

13 Qui ex hoc præcedentem resolutionem † probat in finibus terminis, nempè, cum vasallus donauit, & tradidit feudum suum Titio creditori suo, qui in gratiam huius donationis remisit ei debitum mille aureorum, vt si quidem donatio, & remissio facta sint incontinenti in eadem die, & in eodem instrumento: vel etiam si fierent in diuersis instrumentis, & vno die, vel duobus interpositis, ex quo suberat iusta caussa dandi in solutum, locus sit quinto pretij domino feudi soluendo; quia verè donationi resistit præsumptio iuris, l. cum de indebito, ff. de donat. & l. si cum aurum, & ibi Bar. ff. de solut. de qua latè agit Mascard. de probat. 1. tomo, concl. 554. per totam, & sic præsumitur datio

in

in solutum, & non donatio: secus verò dicit esse, quando donatio, & remissio fierent ex interuallo, quia tunc non esset locus quinto pretij, sed simplici releuio: nisi aliter probaretur de promissione futuræ remissionis tempore donationis feudi: Item, si incontinenti fieret remissio, sed de debito, vel iure superuenienti, puta, si postridie donationis donatarius efficeretur hæres creditoris sui, cui remitteret; etiam si maximè constaret animo remunerandi nuper factam donationem fuisse, tamen non esset locus nisi simplici releuio, quia constat, nullam fraudem, nullamq; simulationem interuenisse: & remuneratio liberalis etiam immediatè sequens non immutat titulum, & naturam donationis, vel alterius actus præcedentis consummati; Hæc ille, quæ mirè conueniunt, & probant idem esse in nostra materia gabellaria, in terminis, de quibus supra *in hoc vers. ex eo autem.*

S V M M A R I A.

QVAESTIO LXVII.

De pactis in venditionibus, & permutationibus appositis, quando, & quibus casibus pars pretij censeantur, quo ad gabellam.

1 QVæro: † *quando, & quibus casibus pacta in venditionibus, & permutationibus conuenta, pars pretij censeantur, vt ex eis quoque gabella debeatur, vel non?* Habemus namque decisionem *l. fundi partem, ff. de contrahen.*
2 *empt.* qua habetur, † pactum loco pretij esse: loquit enim, l. illa in fine, *Nam hoc ipsum pretium fundi videtur, quod eo pacto venditus fuerit eoq. iure vtimur.* Idem probat text. *in l. si sterilis, §. si tibi, ff. de act. empt.* tenet Abb. *in cap. cum Ioannes, in 5. notabili de fide instrum. & in cap. cum aliquibus, in 2. notabili de decim.* Estq. commune placitum Doctorum, pactum in venditionibus adiectum, loco pretij censeri; de quo latè agit Tiraq. *de retractu conuent. in præfat. ex num. 21.* estq. communis sententia; & ad hoc communiter allegatur *d. l. fundi partem,* secundum Lassart. *de decim. vendit. cap. 15. num. 24. per totum.*

Sed antequam ad decisionem nostræ quæstionis principalis deueniamus, agendum necessariò est de intellectu *d. l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. cum similib.* & de veritate prædictæ communis sententiæ, quibus peractis, nostram quæstionem absoluamus.

3 In primis † Moder. Pac. *in tract. de vsur. quæst. 48. num. 343. in fine,* tunc demum voluisse videtur, pactum venditioni appositum pretij partem esse, quando eo ipso res esset minori pretio vendita, ita, quod pactum esset adiectum ad supplendum, & æquandum iustum pretium: tunc namque solum pars pretij erit, atque ita debere intelligi *d. l. fundi partem.*

Verum hæc consideratio licet rectè procedat, & vera sit in contractu suspecto de fœnore, & vsura, in quo ipse
4 loquitur, † generaliter quidem vera non est in alijs contractibus extra caussam vsuræ, in quibus omne illud, quod venditioni præstatur ratione rei venditæ, est pretium, siue sit iustum, siue excessiuum, non enim quod pretium excedat iustum rei valorem, desinit esse venditio, & pretiū, sed leges prouident de remedio, quo venditio rescindatur hoc casu, vel pretium reformetur.

5 Verus igitur † intellectus *d. l. fundi partem, cum similib.* videtur esse, vt quoties ita pactum apponeretur propter venditionem ipsam, vt aliàs sine eo venditurus non esset, vel saltem maiori summa vendidisset, tunc ipsum pactum pars pretij esse videatur, vt tradit Andreas ab Exea *de pact. num. 568. vers. 2. limita,* & ad ipsius implementum actio ex ipso cōtractu competit, *l. qui fundum, ff. de contrahen. empt. l. tenetur, §. 1. l. si sterilis, §. si tibi, ff. de action. empt.* secus autem, si non propter ipsam venditionem apponeretur, sed ex communi aliàs contrahentium placito, quibus tunc temporis ea de re conuenire placuit, oblata occasione, vt latè comprobat in proposito Lassart. *d. c. 15. num. 21. cum seqq.*

6 Quare ad decisionem † nostræ quæstionis principalis obseruādum erit, quod in gabellæ computatione non semper propter pactum venditioni adiectum pretij conuenti summa augenda est, cum non semper pars pretij sit, sed cum propter ipsam venditionem adijcitur: secùs verò si incidenter id communi consensu conueniret: puta, vendidi tibi domum mille aureis, tandem ego venditor dixi: *sit tibi his mille aureis domus vēdita, eo tū pacto, vt domū tuā quā in tali parte habes, viginti* (quod fortè erat iustū suū pretiū, vel merces) *hoc anno, vel decē annis conductam habeas,* consensit emptor, quia aliàs, eam locare sibi oportuerat, quia si pactum illud sic adijceretur, ut pretium fundi dici posset, ut quia aliàs non nisi cum eo pacto uendidissem, uel saltem maiori pretio vēdidissem, erit pars pretij, ac proinde actione ex uendito agi poterit ad implementum illius locationis, *vt in d. l. fundi partem,* & ideo æstimādum erit hoc pactum per iudicem, uel alium uirum bonum, iuxta id, quod aliàs dispositum *in l. 2. titulo 17. hoc lib. 9.* & inde quoque tamquam ex ipso pecuniario pretio gabella deducenda erit, nempè, quantum uenditoris interest, eo amplius pacto præter pretium in pecunia designatum uendidisse. Et hoc modo intelligenda, & limitanda est præfata communis Doctorum resolutio ex *d. l. fundi partem, supra relata, secundum Lassart. d. c. 15. num. 24.*

Et hæc quidem responsio ad nostram quæstionem principalem verior, & proprior est, ac proinde in praxi tenenda, quam altera cuiusdam subtilis moderni, distinguentis in præmissa specie in hunc modum; vt siquidem Petrus fundum suum Ioanni concedat aliquo pacto, & onere mere consistenti in faciendo, absque aliqua datione, † sit ta-
7 men factum hoc locabile, erit locatio, & non debeatur ex eo gabella; si vero factum hoc non sit locabile, erit contractus innominatus, do, vt facias, ex quo etiam non debetur gabella; si verò adsit pactum mixtum, consistens in datione, & facto, considerandum sit, quod præualet: quod si verumque æquale sit, pro parte erit venditio, vel permutatio, ex qua parte debebitur gabella, & pro parte erit contractus innominatus, do, vt facias, ex quo non debetur gabella; quod si emptor oneratus sit solutione alicuius debiti venditoris, erit venditio, ex qua debebitur gabella.

Hæc namque distinctio, quamuis in se vera sit, & tenenda,

da, quoties eius casus ex facto contingeret diuersa quidem est, & alia à proposito nostræ quęstionis principalis, de qua nunc agimus: siquidem in ea proculdubio supponimus principalem contractum, qui celebratur, esse emptionis, & venditionis, adiecto pacto: dubitamus tamen, an hoc pactum sit pars pretij, necne? At responsio prædicti moderni, non satis conuenit huic quæstioni, sed potius alteri quã supra examinauimus, scilicet quãdo non constat de nomine contractus, nempè, cum res conceditur cum aliquo pacto, vel onere consistenti in mero facto, vel facto mixto, quis contractus iudicandus, aut censendus sit, atque ideo merito, vt diuersæ quęstiones diuersis capitibus sunt à nobis examinatæ: verior igitur, & proprior ad nostram quęstionem de qua hic agimus, est respõsio Lass. supra posita.

8 Ex † qua, & ex intellectu *ad d. l. fundi partem, cum similib.* supra assignato, hic se offert discutienda veritas opinionum Lud. Mexiæ, *in Pragmatica taxe panis, Conclus. 3. num. 17. ad fin.* in praxi satis scitu necessaria, an scilicet, liceat frumentum vendere legitimo rigoroso pretio a legib. Regijs taxato, hoc insuper addito, vt emptor soluat gabellam insuper, quæ ex huiusmodi venditione deberetur? Ipse namque Mexia censet, & ex facto consultus respondit, quod qui ita vendiderit frumentum, non erit transgressor legis, & taxæ, eo solum, quod recipiat pretium legitimum.

Quod † etiam comprobat ex eleganti doctrina Petri
9 Rebuffi, *in 2. tomo ad leges Gallicas, in tractatu de rescissione contractus, artic. vnico, glos. 15. num. 17.* dicentis, quod laudemia non faciunt excessum, nec debere computari ad rescissionem venditionis, quia emptor illa non recipit; atque ita iudicatum fuisse ait Rebuff. quod vt læsio vltra dimidiam computetur, eius dumtaxat pretij ratio habenda est, quod pars recipit: Ergo ita, & eodem modo solutio gabellæ, ex pacto emptori frumenti adiecto, non est considerandain proposito, ad hoc, vt venditorem trãsgressorem taxæ pœnis efficiat, cum venditor solum recipiat pretium taxatum, non autem gabellam.

10 Nihilominus † tamen præfata opinio Mexiæ falsa est, & minimè tenenda, nec consulenda: aliàs enim per hanc viam omnes venderent frumentum pretio summo Pragmaticæ taxæ panis, & insuper adijcerent emptori onus gabellæ, quod venditores aliàs subire tenentur, essetq. fraudẽ facere legi, & mente eius conditoris. Deinde pactum illud de soluenda gabella, quæ aliàs venditori iure Regio incũbit, pars pretij est, pretiumq. auget, *vt ex d. l. fundi partẽ, resoluimus*, & præterea in terminis notat Baptista Martian. *cons. 76. num. 1. lib. 1.* Ergo cum vendo tibi fanecam tritici decem & octo argenteis, quod est pretium rigorosum a lege Regia moderna taxatum, & insuper adijcitur pactum, vt tu quoque gabellam soluas, palam venditio fit maiori pretio, quam a lege taxato, ac si eo pretio venderem, adiecto pacto, quod insulam meam reficies, vel aliquid aliud pro me facias, vel des, vel fortè, quod alias merces simul cum tritico à me emeres iusto, vel iniusto pretio,
11 quia † quodcumque pactum eo modo appositum in venditione ad venditoris fauorem pretium auget, argumento *d. l. fundi partem*, & quę tradit Moder. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 24. num. 1. & §. 23. num. 55. ad fin.* & decidit expressè *l. 1. ibi: Por euitar fraudes, &c. tit. 25. lib. 5. Noua Collect. Reg.* Ergo ita in specie Mexiæ constat, venditorem illum contra legem committere.

12 Item, † quia quidquid emptor soluit ratione emptionis, pro pretio est habendum, text. expressus loquens in gabellæ solutione *in l. debet, 27. ff. de adil. edicto,* vbi inquit text. *Dari autem non id solum accipimus, quod numeratur venditori, vt puta, pretium, & vsuras eius. sed & si quid emptionis caussa erogatum sit* iũ. d. verf. tan. eiusdem legis. *Quid ergo si fortè vectigalis nomine datum est, quod emptorem fortè sequeretur, dicemus hoc quoque restituendum.* Ecce textum apertum, vbi gabella, quæ fortè pacto, vel aliàs iure communi spectabat ad emptorem, loco pretij habetur, ad hoc, vt actione redhibitoria condemnatus, id quoque pretij nomine restituere teneatur, licet ad venditorem non peruenerit, sed ad fiscum.

Neque patrocinatur Mexiæ, quod venditor frumenti verè non accipiat, nisi legitimum, & taxatum pretium, quia gabella ad eum non peruenit, sed alteri datur, hoc est
13 gabellario, † quia nihilominus est pars pretij, licet solutio per pactum in alium tertium dirigatur, cum interim venditoris id fieri, nempè solui gabellam, quam ipse aliàs e suo soluere tenebatur, iuxta text. *in l. hæreditatem Cornelij, ff. de hæred. vel action. vend.*

Qua ratione, vt bene perpendit Lassart. *d. cap. 15. num. 30.* quia regulariter si se exoneret venditor ab illo onere, & tributo, quod ipsum de iure tangit, & oneret emptorem ex vi pacti, verum Motus proprius Pij Quinti, *super forma creand. census*, & omninò annullauit pacta, quæ vltra legitimum pretium census continerent solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non pertinerent, hoc est, ad venditorem census, cui in ea constitutione consulitur: quibus fit, vt merito præfatam nouam opinionem Mexiæ pro falsa damnauerit Lassart. *d. c. 15. num. 25.*

Neque obstat doctrina Petri Rebuffi, de laudemijs loquentis, vt hæc scilicet laudemio excessum non faciant, nec computari debeant ad rescissionem venditionis: hoc namque verissimum est, sed dissimile ab eo, quod refert Mexia: ea nempe ratione: quia laudemia soluuntur absque partium conuentione, & ideo pretium non augent, nec minuunt, quo minus verum sit tanto pretio venditam rem esse, quantum in conuentione ex partium consensu deductum fuit.

14 Cum enim † res aliqua venditur centum aureis, quamuis explicandæ venditionis caussa aliquid ex eis impendatur a venditore, vel quid amplius erogetur ab emptore, certissimum est prædictos centum aureos integros, esse verum pretium illius vẽditionis, & ex integro eo pretio gabellam esse deducendam, & soluendam, expensis præfatis minimè deductis, iuxta communem Doctorum sententiam, de qua per Lassart. *c. 16. nu. 3.* & cum Parlad. & Girond. post Lassart. probat etiam Azeued. *in d. l. 1. nu. 152. tit. 17. hoc lib. 9.* & prout ferè aliàs in terminis, & materia simili tradit Moder. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 24. num. 3.*

15 Ergo ita, & † eodem modo ad comparationem iusti pretij, quo res venire debuisset, *iuxta l. 2. C. de rescind. vendit.* id est computandum pro rei pretio, quod in contractu deductum est, absque vlla deductione, quidquid vltra eam pecuniam pretij nomine datam, venditor expenderit propter gabellam, vel aliud onus legale, *iuxta l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & quidquid ex ea pecunia expendat emptor ratione laudemij, quod proprium ipsius onus est, *ex l. finali. & ibi glos. verbo, accipere communiter receptam. C. de iure emph.* tametsi in conuentionem deducatur, cum alias à iure insit hoc onus emptori.

Verum si onus illud laudemij, quod de iure tangit emptorem, vel onus gabellæ, quod iure nostro Regio tangit venditorem, ex conuentione partium, & lege contractus alter pro altero soluat, proculdubio hoc pactum est pars pretij, quo ad terminos *d. l. 2. C. de rescind. vendit.*

16 Longa † igitur differentia est inter impensas factas ex conuentione partium, quia hæ pars pretij sunt, *vt in d. l. fundi partem, iuncta resolutione supra facta:* & impensas aliter, & ex alijs caussis erogatas in venditione a contrahentibus, quia hæ ab extra sunt, & in pretium rei venditæ computari non debent, vt aliàs videtur aduertere Pinel. *in d. l. 2. in 2. par. cap. 3. §. 10. C. de rescind. vendit.* & in nostris terminis Moder. Paris. *in loco supra allegato*, & cum eo Lassar. *d. cap. 15. num 28.* qui in numeris præcedentibus superiora latius iure probat.

Non tamen semper pactum adiectum venditioni in fauorem venditoris partem pretij intelligamus: ita, vt illud augere videatur, & æstimari debeat secundum supradicta.

17 Potius namque † aliquando tale pactum adijcitur in venditoris fauorem, quod non auget pretium, sed rem venditam diminuit, ita vt de eo curandum non sit ad gabellæ computationem, veluti si fundus vendatur mille aureis cum pacto de retrouendendo, aut alio resolutiuo: in hoc namque casu pactum huiusmodi rem ipsam minuit, non verò pretium auget, nec pluris quam mille aureis res

I vendita

vendita esse intelligitur: minos enim valet res ipsa vendita propter adiectionem pacti illius, quam si liberè venisset, secundum Abb. *in c. in aliquibus, num. 2. de decim. & in c. ad nostram, de empt. & vendit.* Dec. *consil.* 167. Andr. ab Exea, *de pact. numero* 565. Tiraq. *de retractu conventionali in præfatione, num.* 2. quos refert, & sequitur diceos, sic esse intelligendum Lassart. *d. cap.* 15. *num.* 33. resoluens, quod quoties adijcitur tale pactum, quod rem venditam onerat, & afficit, tunc rem ipsam minuit, quia minori pretio dignā facit; qñ verò non afficit rē ipsam, sed extra, & nō versatur circa rem venditam, pretium conuentum auget, & computari debet æstimatio eius pacti, cum vera pecunia pretij nomine data, vel promissa; ibiq. exempla vtriusque casus refert.

18 Egimus hactenus de pactis venditionibus adiectis in fauorem venditorum; nunc vero videamus de illis pactis, quæ in fauorem emptorū apponuntur: Videtur namque proculdubio, quod sicut pactum, & onus adiectum emptori in fauorem venditoris propter ipsam venditionem auget pretium conuentum, vt prædiximus: ita quoque per cōtrarium, pactum, & onus adiectum venditori in fauorem emptoris pretium minuere debeat quo ad gabellam sminuendam.

19 † Pacta enim venditioni apposita augent, vel minuunt contractum, & propterea æstimari debent, secundum Bal. *cons.* 164 *Maritus, in fine, lib.* 5. quem refert, & sequitur Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit.* 1. §. 14. *num.* 1. & Lassart, exemplificans *d. c.* 15. *nu.* 31. & *c.* 10. *nu.* 74.

20 Nihilominus † ipse Lassart. *d. nu.* 31 *versic. sed contrarium:* latè probat nihil in prædicta specie esse deducēdum ex pretio conuento ratione dicti pacti, quo ad gabellā soluendam, sed ex toto integro pretio ipsam deberi, quia illud pactum pro emptore potitum magis auget rem venditā, quam pretium conuentum diminuit: ita, vt quemadmodū pactum, & onus impositum emptori in venditoris fauorem pars pretij est, & illud auget: ita quoque, & similiter eadem ratione pactum, & onus impositum venditori in emptoris fauorem pars rei est, secūdum Mod. Paris. *vbi supra.* Hanc secundam sententiam probamus, tum ex dictis, tum etiam attenta nostra *lege* 1. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. quæ ex toto pretio venditionis iubet solui gabellam ex singulis denis marauedis vnum.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur in specie l. si quis stipulatus fuerit, 57. in ordine, ff. de solut. latè distinguitur, & num. seq.*

Q V AE S T I O LXVIII.

An in specie l. si quis stipulatus fuerit, 57. ff. de solut. debeatur gabella?

1 QVi † promisit decem in melle dare, soluere mel potest antequam decem petita fuerint: secus verò postea. Ita deciditur *in d. l. si quis stipulatus.* Solutum fuit mel, quæritur modo, *an ex hoc actu, siue contractu, gabella debeatur?* Et in hac quæstione Lassar. *de decim. vend. c.* 7. *nu.* 4 *cum seq.* distinguit plures casus, & latè agit de celebri illa quæstione, quid sit in obligatione generis, *an scilicet, supra genus ipsum, an vero singula res contenta sub genere, at nulla res de præsenti?* Sed demum solutione facta res soluta singitur ceito promissa; & in obligatione fuisse: sed quia hoc nō pertinet ad nostram materiam gabellarum, & lōga eget discussione, eam hic omittimus, præsertim cum diligenter, & latè de hoc egerit Lassar. *d. c.* 7. *nu.* 10. *cum plurib. seq.* ne plus quam oportet, volumen hoc extendamus extra rem, de qua in eo principaliter agimus. Circa tamen quæstionem nostram de gabella in casu & specie *d. l. si quis stipulatus,* sufficit distinctio eiusdem auctoris facta, *nu.* 3. *cum sequentib.* nempè, quod quando ea stipulatio interponitur nouandæ alterius obligationis causa, gabella non debetur, neque ex alia quacumque nouatione, veluti, si cum deberes mihi certum triticum, simpliciter stipulatus sim à te nouandi animo centum aureos, vel econtra, cum pecuniam deberes mihi, triticum, vel aliam rem sim stipulatus, quia in nouatione non habetur respectus ad ipsas res debitas, sed solummodo ad ipsas obligationes, nouandam, scilicet, & nouantem, quas nemo vnquam dixit permutari, vel vendi, sed pristinam in aliam nouam transfundi, atque transferri, *iuxta l.* 1. *ff. de nouat.* si verò stipulatio ex caussa lucratiua, scilicet, donationis contrahitur, nec ab alia primæua obligatione pendet, triplicitet potest intelligi *d. l. si quis stipulatus.* Primò, aut intelligimus ex illa verborum conceptione, decem in melle dabis, vel in quacumque alia merce, vel re, semper decem in obligatione esse: mel autem, triticum, oleum, aut vinum in solutione tantum, vsque ad litem, scilicet, contestatam, *secundum Angel nu.* 4. *contra Bart. in d. l. si quis stipulatus.* & tunc melle, aut alia merce soluta, antequam decē petita essent, gabella non debetur proculdubio: secus si soluta fuerit, postquā decem petita fuerint à creditore, lite iam contestata. Secundò, si intelligamus concipi eam stipulationem, decem in melle dabis, vt necessariò facienda sit solutio in melle, prout contingit, quando taxata est quantitas pretij, & æstimationis mellis, veluti decem mihi dabis in melle ad rationem vnius floreni pro quolibet cado, & tunc non debetur gabella ex ea solutione in melle, cum tunc aliud pro alio non soluatur, sed quod verè debitum est, quia vtrumque est in obligatione. Tertio, si intelligimus ex prædicta stipulatione decem in melle dabis, decem, aut mel deberi alternatiuè, prout eam legem intelligit gl. ibi, *verbo, fuerit, ibi: id est, aut mel:* tunc quidem non benè se explicat Lassart. an debeatur gabella propter longam disputationem, quam ibi immiscet circa intellectum *d. l. si quis stipulatus, nu.* 9. *cum pluribus sequentib.* iuxta hunc eius tertium intellectum. Verum ego censeo in hac tertia specie, gabellam non deberi, siquidem vnum ex duobus alternatiuè promissis soluitur, nec venditio, aut permutatio celebrata videtur.

2 Superest † tertius casus principalis diuersus à præcedentibus, nempè, cum ego stipulor à te, & tu mihi promittis dare me tibi certam pecuniarum quātitatem, quod tu mihi eam adimplebis in melle, frumento, vino, vel oleo, vel simul ad rationem certi pretij, tunc destinati, & constituti pro qualibet mensura, vel pretio, quo valuerit tali tempore, & tunc quidē vera atque propriá venditio est, ex *l. si prædium, C. de evict.* & vbi id probat datum pro pecunia debita vicem venditionis obtinere, quorum plures refert, & sequitur, dicēs indubitabile videri in hac vltima specie regalem decimam deberi quasi ex pura, & vera venditione, Lassart. *d. c.* 7. *in princip.* Igitur, & illa proculdubio debetur in prædicto tertio casu, de quo agimus, *ex l.* 1. *tit.* 17. *hoc lib.* 9.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur pro pignore suo iusto pretio, vel vltra dato ratione pecuniæ mutuatæ exsoluendæ, & nu. seqq.*

Q V AE S T I O LXIX.

An debeatur gabella pro pignore suo iusto valore, vel vltra dato ratione pecuniæ mutuæ exsoluenda.

1 QVæro † etiam, *An re, vel fundo pignorato pro mutuo, pecunia recepta in tantū, vel plus, quam res ipsa, vel fundus valeat, ita quod non sit spes luitionis, debeatur gabella?* Et quod debeatur facit: quia tunc prædicta res videtur alienata, vt inquit text. *in l. qui habebat, in fine princip. ff. de legat.* 3. *vbi DD.* Padilla, *in l. prædia, num.* 8. *C. de fideicommiss.* Secundò, quia pignus, & mutuum in fraudē gabellæ in prædicta specie simulata esse videntur, & in effectu venditio celebrata, qui effectus inspiciēdus potius est, quam verba contrahentium, *l.* 1. *C. plus valet quod agitur, &c.* & in terminis gabellæ soluēdæ, *l.* 1. *titulo* 17. hoc lib. 9.

Nihi-

2 Nihilominus tamen † contrarium in praxi regulariter tenendum est, immò quod in prædicta specie gabella non debeatur, nisi aliter constet de fictione, fraude, & simulatione, vt probari videtur *in d.l.* 11. & de probatione fraudis in hac materia gabellarum latè agit Hippolyt. *Singulari* 698. quem allegat Didac. Perez. *in rubr. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 34 col 2.* aliàs autem fraude, & simulatione non probatis, cum sit discrimen inter contractus pignoris, & venditionis, de isto gabella non debebitur, etiam si res, pro æquo valore, vel in plus pignoretur, vt probat, & tenet in terminis Lassar. *de decim. vend. c. 7. num.* 65. vbi obseruat, quod si res tanti pignoretur, quanti valeat, & postea per longum tempus cessauerit, debitor in luitione cum rectè posset redimere, quæ est propria species *d. l. qui habebat. iuxta l si seruus depositus, §. quid est, ff. de noxalib.* nec ipse creditor petat debitum, potius iudicabitur venditionem fuisse à principio celebratam, quam pignus contractum, nisi res esset maiorum suorum illius debitoris, quia tunc propter rerum auitarum affectionem semper durat luitionis spes, ex traditis per Tiraquel. *de retractu lignagier, in præfatione, numero 36. in fine.* Concludit ergo Lassar. rem hanc, dicens, *num.* 66. quòd vbi inciderit quæstio hæc, discretus iudex æstimabit ex rerum, temporum, & contrahentium qualitate, ac circumstantijs contractus, quid statuendum sit, ita, vt si verè a principio pignus fuisse intelligatur, quamuis deinde debitor pecuniam soluens, se emere asseueret, & verba ipsius, & creditoris in venditionem sonent, vt quia fortè creditor potestatem vendendi haberet, adhuc iudicetur, non venditionem, sed hypothecam pignoris, vel liberationem esse, vt ex Cino, & Bald. *in l. 1. num. 2. C. si seru. exter. se emi mandau.* tradit Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. quæst. 16. num.* 60. ac proinde non habet locum retractus, secundum Matth. de Afflict. *in tractatu de iure protomiss. super verbo, licet enim, colum. penult.* nec consequenter iura feudalia, secundum Mod. Paris. *vbi supra.* Ergo nec gabella debebitur, secundum nos post Lassart *vbi supra.*
3 Ex quibus † ego in dubio semper iudicarem in specie nostræ quæstionis gabellam non deberi, vt constat ex d. l. 11. ibi: *Que fagan pesquisa, y sepan la verdad de ello: y si hallaren, que algunas personas simuladamente hazen que los contratos de ventas fuenen donaciones, o otros cõtratos, de que no se deue alcauala, &c.* ibi: *O hazen otros fraudes, por encubrir la dicha alcauala, des hagan los dichos fraudes, y hagan acudir al nuestro arrendador, o receptor, con todo lo que montare el alcauala, auido respecto al verdadero precio que interuino, y mas con el quatrotanto.* Fraus igitur, seu simulatio probari debet eo modo, quo iure sufficiat, vt locum habeat decisio illius legis & nostræ quæstionis pro gabella: aliàs ea aliter nõ probata, quam quod res fuit pignorata pro suo iusto valore, vel plus, crederem profectò, gabellam minimè deberi, nec in praxi condemnationem eius obtineri posse.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur ex contractu depositi pecuniæ soluendæ Petro, si is dederit fundum secuta fundi datione.*

Q V AE S T I O LXX.

An ex contractu depositi pecuniæ soluendæ Petro, si is deducit fundum, sequuta fundi datione, debeatur gabella?

1 QVæro: *Deposui penes Ioannem certam pecuniæ quantitatem soluendam Petro, si mihi dederit talem fundum. Petrus recepit pecuniam depositam, & fundum dedit, vtrum ex hoc Petrus gabellam soluere teneatur?* Et videtur non teneri: quia contractus hic depositi est, ex quo, attentis nostris legibus gabellarijs, gabella non debetur, prout in terminis quæstionis videntur tenere Bald. *in rubrica, C. deposit. q. 7. num. 7.* & Matth. de Afflict. *in cap. 1. §. vectigalia, num. 67. quæ sint Regalia:* ipse verò contractum hic distinguendum censeo inter me, & Ioannem, a contractu inter me, & Petrum. Primus namque contractus inter me, & Ioannem depositarium, est contractus depositi, vt patet, ex quo gabella non debetur. Secundus verò inter me, & Petrum recipientem pecuniam, & dãtem pro ea fundum, proculdubio est contractus emptionis, & venditionis, ex quo gabella debetur, præter quam, quod aliàs esset aperire viam fraudibus contra Regium fiscum, quod permitti non debet, *argum. l. 11. tit. 17. hoc libro* 9. Quinimmò etiam si hic contractus, absque fraude, & simulatione fiat, inter me, & Petrum, est venditionis, ac proinde absque dubio ex eo gabella debetur.

S V M M A R I A.

1 *Gabella non debetur de diuisione bonorum defuncti inter hæredes facta etiam interueniente pecunia, alijsq. rebus ad æqualitatem seruandam, iuxta l. 35. tit. 18. libro 9. Nouæ Collect. Reg. & de eius ratione, & in num. seqq.*
3 *Diuisio rem primis dominis non aufert, sed apud eosdem, quorum indiuisa erat, ipsa manet post diuisionem.*
6 *Gabella an debeatur ex diuisione bonorum facta inter socios iudicio communi diuidundo? & nu seqq.*
7 *Diuisio est verus contractus permutationis, & si pecunia interueniat, efficitur vera venditio, ex eaq. gabella debetur, si per statutum ex alienatione soluenda præcipiatur.*
8 *Laudemium an soluendum sit ex diuisione bonorum, & emphyteusis: & num 9.*
9 *Gabella non debetur ex quacumque diuisione bonorum facta, siue inter hæredes, siue inter socios, etiam interueniente pecunia, vel alijs rebus, nu 9. 10. & 11. etiam si recompensatio fiat de rebus non communibus, si fortè non existant, vt in num. 12. 14. & 15.*
13 *Diuisio est contractus mixtus participans de distractu, & contractu, permutatione, & venditione, & sic propriam, & distinctam habet naturam.*
16 *Gabella non debetur ex censu annuo constituto in diuisione bonorum in fauorem vnius ex hæredibus vigore Regalis exsequutoriæ super bonis hæreditarijs.*
17 *Gabella ex diuisione bonorum debetur interueniente pretio in fraudem gabellæ, vt in exemplo hic posito.*
18 *Gabella debetur in diuisione, quando res hæreditatis communi hæredum consensu in publica subhastatione venditur, eo ordinato, quod plus licitãti detur, etiam extraneo, tunc namque etiam si vni ex hæredibus plus licitanti detur, gabella vt ex vera venditione debetur: secùs si ordinatum fuerit prius inter ipsos hæredes, vt licitatio tantũ fieret inter eos, extraneo non admisso, vt in num 19.*
20 *Gabella debetur ex venditione, permutatione, vel cessione pro pecunia facta partis communis, vni ex socijs, vel cohæredibus, ampliatur num. 22.*
21 *L. 35. tit. 18. lib 9. Nouæ Collect. Reg. dum inquit,* Aunque interuengan dineros, o otras cosas entre herederos para se ygualar, *quomodo intelligatur.*
23 *Gabella debetur ex venditione, vel permutatione facta post diuisionem, vni ex socijs, vel hæredibus.*
24 *Gabella non debetur ex diuisione bonorum 1. 2. 3. aut vlteriori, vt in exemplo, de quo num. 25.*

Q V AE S T I O LXXI.

An de diuisione bonorum, circa intellectum l. 35. tit. 18. lib. 9. Nouæ Collect. Reg. debeatur gabella?

1 QVæro † de ratione, praxi, & intellectu l. 35. tit. 18. hoc lib. 9. Nouæ Collect. Reg. dum in ea cauetur: *Que no se pague alcauala, de los bienes de los difuntos que se partieren entre sus herederos, aunque interuengan dineros, y otras cosas entre los herederos para se ygualar.*

2 Et † in primis, eam esse eius rationem censeo: quia diuisio propriè nō est alienatio, nec noua acquisitio, sed portionis distributio, & semper censetur res haberi iure successiuo primitiuo, cuius virtute facta est diuisio, quæ non est, nisi illius iuris, & primariæ acquisitionis exsequutio, secundum causam illi ab initio implicitam, quo fit, vt res videatur in eodem statu manere, *l. vltima*, & ibi Alex. & Ias. *ff. si ex noxal. caus. agatur*. Moder. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 51. nu. 12.* diximus supra in q. *an ex venditione necessaria debeatur gabella*, quæ est 22. *num. 1. cum seqq.* & in terminis nostræ legis prænarrata hanc rationem illi assignauit Lassart. *de decim. vend. cap. 20. nu. 47.* dicens, quod quamuis bonorum diuisio inter hæredes facta, venditio, aut permutatio sit subtili iure, inspecto tamen rerum effectu, alienatio non est, ac proinde permutatio, aut venditio non potest in ea diuisione intelligi: vt probat text. *in Authent. de litigios. §. 1. versic. haredes autem, colum. 8. & in l. fin. versic. exceptis, C. eodem titulo.* 3 Etenim † diuisio rem primis dominis non aufert, sed apud eosdem, quorum indiuisa erat, ipsa manet post diuisionem, & stricta iuris disputatione reiecta, non id agitur in diuisione, vt quisquam ex hæredibus alterius partem acquirat, sed vt dominium, quod sub consortis partibus occultum, & obnubilatum erat, in sola intellectus operatione consistens, iuxta *l. Mænius, §. duorum, ff. de legat. 2.* distinctione partium ad oculum detegatur, & quod antea erat pars vnius rei indiuisæ, nunc per diuisionem totum quoddam per se fiat, vt inquit Iurisconsultus *in l. rectè dicimus, §. Quintus, ff. de verborum significat.* 4 At † in venditione, & permutatione id agimus, vt rem nostram alienemus, & alienam nobis vtiliorem acquiramus, *vt in l. 1. in princip. ff. de contrahen. empt.* quam rationem sequitur etiam, dicens esse propriorem alijs ad nostram legem Azeued. *in d. l. 35. num 24.* Nec obstat, quod nostra lex Regia dicat: *Aunque interuengan dineros, y otras cosas para se ygualar*, quibus verbis cum pecunia, vel alia res interuenit in diuisione, videbatur celebrata venditio, vel permutatio respectiuè, iuxta regulas generales, ac proinde tunc saltem deberi gabellam, *per l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9.* 5 Quoniam † nihilominus non est alienatio, nec permutatio, cum id principaliter non agatur, sed da diuisione bonorum defuncti, & ad effectum efficiendi commodam, & æqualem diuisionem: & ideo pecuniæ aliæve res interueniunt, quia aliter ea effici non valet: sicq. accessoriè, & non principaliter dantur, quod nō debet esse in consideratione, sed quod principaliter agitur absque alienatione bonorum defuncti, quorum non fit venditio, nec permutatio, sed diuisio, iuxta text. capitellum in proposito, *in §. quadam actiones, Instit. de action. & in §. si familia, Inst. de offic. iudic. & l. 10. tit. 15. par. 6.* Ayor. *de part. 1. par. cap. 1. num. 11. & 12.*

6 Deinde † agendum nobis est hic, *an cum hæc lex nostra 35. loquatur expressim de diuisione bonorum defunctorum, quæ inter eorum hæredes fit, hoc est iudicio familiæ herciscundæ, habeat ne locum in quacumque alia bonorum diuisione facta inter socios, de qua in tit. ff. commun. diuidunda?* Et videtur prima facie in hoc iudicio communi diuidundo, locum minimè habere legis nostræ decisionem: ac proinde, quod de huiusmodi diuisione bonorum gabella debeatur: tum, quia ea nostra nuncupatim, & quasi taxatiuè loquitur de diuisione facta inter hæredes defunctorum, quasi velit, quamcumque aliam bonorum diuisionem in iuris communis dispositione relinquere, & à gabellæ solutione non 7 eximare; † tum etiam, quia diuisio est verus cōtractus permutationis, & si pecuniæ interueniant, efficitur vera venditio, *l. communi. §. si debitori bis quam creditor per adiudicationem emit, ff. communi diuid.* quem text. ad hoc expendit Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glos. 14. num 77.* Hinc Ludou. Roman. *cons. 182.* tenet, quod si statuto caueatur; vt de alienatione soluatur gabella, solui quidem debet ex diuisione, prout eum refert, & sequitur Cassan. *in Consuetud. Burg. tit. de retract. rubr. 10. §. 9. in fine, num. 21. folio mihi 342.* Azeuedo, *vbi supra, num. 17.* alios allegans. Fieri igitur videtur ex supradictis, vt nostra lex Regia aliud disponens in diuisione bonorum defuncti, contraria sit iuris communis dispositioni, & ideo strictè in suo tantum casu intelligēda, nēpè, in diuisione, quæ fit inter hæredes iudicio familiæ erciscundæ, vt in ipsa bis exprimitur: secùs verò in alijs diuisionibus, quæ iudicio communi diuidundo fiunt.

8 Sic Ludou. Peguera † *de feud. versic. 1. limitat. 4. num. 103.* longam differentiam constituit inter has diuisiones circa solutionem laudemij, dicens, quod aut fit diuisio communi diuidundo, & tunc debetur laudemium, quia est vera permutatio; aut fit diuisio iudicio familiæ erciscundæ inter cohæredes, & tunc laudemium non debetur, quia inter hæredes diuisio non est alienatio, *vt in d. Authen. de litigios. collatione 8.* Eandem distinctionem fecit Capell. Tolosana 75. Rursus in materia emphyteusis est altera opinio distinguens, quam sequuntur, & probant Practic. Papiens. *in lib. pro hæred. vel de re diuiden. in verbo, domū,* 5 & Guido Papæ, *cons. 46.* In facto, Stephan. Aufrer. in addit. ad Capel. Tolos. 75. *in fine*, & Bertran. *cons. 78. Ex casu, lib. 1. cons. 310. Ponitur in facto, lib. 2.* nēpè, quod aut fit diuisio ipsius rei inter eos pro rata portionis cuiusque, & tunc nihil debetur domino directo, aut ipsa in se non diuiditur, sed tota assignatur vni, qui alios recompensat in pecunia, vel in alijs rebus, & tunc debentur iura domino pro portionibus, quas is, cui tota res remanet, acquirit ab alijs: ergo idem respectu gabellæ videtur dicendum,

9 His nihilo secùs non obstantibus, tenendum † est, legis nostræ decisionem non tantum procedere in casu quo loquitur, diuisionis bonorum inter hæredes defuncti iudicio familiæ erciscundæ, sed etiam in ea diuisione, quæ aliàs fiat iudicio generali communi diuidundo, vt in terminis emphyteusis, quod ea vtraque diuisione indistinctè nihil debeatur domino, & sic nec laudemium, quia est alienatio necessaria tenent, & probant Guillier. de Cuneo, Alber. & Bar. *in l. & ideo, ff. de condict. furt.* & hoc simpliciter sequuntur Guido Pap. *in decis. Delphin. quæst. 48. in fine*, Iac. de Sancto Georg. *in tract. de oper. col. 10. vers. quid de diuisione.* Ias. *in l. fin. q. 7. C. de iure emphyt.* Nicol. Boer. *in Consuet. Bituric. de consuet. feud. & census, §. 7.* Cassan. *in Consuet. Burg. titulo des censes, §. 7.* & Ruger. de Mota, *in rep. l. traditionibus, fall 18 vers 2. aduertendum, C. de pact.* quos refert, & sequitur Mod. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22 n. 69.* vbi hoc probat, dicens, quod ita seruatur in practica, cum modificationibus, de quibus ibi per eum; diximus supra *d. q. 22. an ex alienatione necessaria debeatur gabella?*

10 Obseruandum † tamen erit, non ideo ex diuisione, iudicio communi diuidundo, gabellam non deberi, quod sit alienatio necessaria, *vt DD. communiter dicunt*, sed potius ex ratione, quam supra, *in princ. huius quæst.* assignauimus ad nostræ legis 35. decisionem, quæ etiam huic speciei diuisionis iudicio communi diuidundo mirè conuenit. Ve- 11 rius † igitur est, legem nostram conformem esse iuri communi; siue sequamur in diuisione, quæ fit inter hæredes defunctorum iudicio famil. erciscundæ, de qua loquitur littera eiusdem legis, siue in ea quæ fit communi diuidundo, vt ex vtraque non debeatur domino, nec gabellario gabella. Licet enim lex nostra loquatur, vt prædiximus in prima diuisione quę fit inter hæredes, non tamen ideo negat, idem seruandum in secunda, quę fit iudicio communi diuidundo, sed eam omittit, vnde remanet sub dispositione iuris communis quod, *vt probauimus*, habet secundum receptiorem sententiam, vt hæc non sit alienatio, nec ex ea domino directo aliquid debeatur: Ergo nec gabella fisco, aut eius publicano ex identitate rationis nostræ legis 35. quia vbi est eadem ratio, idem ius statuendum est, *vt in l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum simil.* Et in terminis quod de diuisione facta inter consocios, gabella non debeatur, tenet Alber. *in 1. p. statut. q. 110. incip. Statuto Parmæ*, & Tiraq. *de vtroque retractu §. 1. gl. 14 nu 77. ad fin.* qui alios refert Bertach. *de Gabel. 8. p. prin. mēb. 3. nu 17. vol. 12. tractat. diuers. Doct. in antiquis*, Ant. Gom. *var resolut. tom. 9. nu. 8. & in l. 45. Taur. n. 55. ver. ex quib. infero.* loquēs in diuisione hæreditatis paternę, Greg. Lop. *in l. 21. tit. 3. p. 6.* & Guill. Bened. *in c. Rainut. in 2. p. verb. mortuo itaque testatore, el 2. num. 52 de test.* Parlad. *rer. quotid. lib. 1. c. 3. § 6. nu 43.* quos refert, & sequitur Gnuda *de Gabel. 7. p. §. 2. nu 1. 2. 3.*

Qui-

Quinimmò, & communis praxis hanc interpretationē nostræ legis recipit, nempè, vt de quacumque diuisione loquuta esse videatur: prout generaliter Auendan. *responso 13. nu. 6. vers. admissa igitur*, quem allegans sequi videtur Pinel. *in Auth. Nisi tricennale, nu. 25. in fi. C. de bon. mater.* & de hac communi praxi testatur. Idem sequuntur Lassar. *de decim. vend. d. c. 20. sub num. 48. ad finem*, quem refert, & sequitur Azeuedo, *in d. l. 35. num. 25.*

12 Et procedit hæc nostra, & † ceterorum sententia, etiam si recompensatio fieret de rebus non communib. casu fortè si nō esset nisi vna res feudalis in hæreditate, vel cōmunis; quia non est contra naturam diuisionis, quod recompensatio fiat de proprio compensantis, immò de eius natura est, quod si non superfint in commnnione mobilia, vel pecuniæ ad portionem istius, cui domus est adiudicata, debeat condemnari ad recompensandū de pecunia propria.

13 Est † enim diuisio contractus mixtus participās de distractu, & contractu, & permutatione, & venditione: etsi propriam, & distinctam habeat naturā, *vt in §. per eum, Inst. de officio iud. & in §. quædam, Instit. de act.* quo non obstante, totus contractus dicitur diuisio, & consequenter nulla iura debentur pro re assignata, etiam pro rata pecuniæ datæ socio vel socijs, etiam si illa pecunia non sit accepta de communi, vt in his terminis tenet Mod. Patif. *d. §. 22. nu. 74.* Ergo nec gabella debetur, quemadmodū in diuisione bonorum defuncti inter ipsius hæredes facta statutum hoc est in nostra lege 35. ibi: *Aunque interuengan dineros en*

14 *tre los herederos para se ygualar.* Quæ † lex mirabilem in hoc ampliationem recipit, vt ex eius mente & generalitate patet: vt procedat, etiam si pecuniæ non sint acceptæ de communi hæreditate, sed de proprio eas dantis: eadem ergo ratione hoc ipsum probādum venit in diuisione, quæ fit iudicio communi diuidundo. Et ita merito Lassar. *d. c. 20. num. 54.* verè, ac planè intelligit *d. l. 35. in 2. eius parte.* de hoc agente, vt procedat, & loquatur, quando plures res communes, aut plura bona hæreditaria sunt; tunc nāque licet de facto euenlat, eas res tales esse, vt commodè vnaquæque diuidatur: adhuc tamen, si non per particulas, sed per integra corpora diuisio inter hæredes, aut socios fiat, & datur vna res magni valoris decur, & res patuæ quan ttatis addicta fit, refusa tamen ab illo hærede tanta pecunia, quæ eos æquales faciat, & quamuis pro ea pecuniæ quantitate vera venditio contrahi videatur, nihilominus gabella non debebitur, ex dispositione iustissima d. legis Regiæ 35. quia tamen id, quod agitur, diuisio est, sequitur etiam Azeuedo, *in d. l. 35. num. 41.*

15 Quod † si in recompensam non detur pecunia, sed res immobilis, quod fieri potest volentibus partibus, etiam de re non communi, sed non inuitis partibus, nisi de re communi eiusdem societatis, quāuis indistinctè adiudicari possit in pecunia, licet nulla pecunia communis adsit *ex d. §. quadam. Instit. de actio.* vt tenet Moder. Patif. *d. §. 22. num. 76.* adhuc quoque procedit, & in hac specie *d. l. 35.* nempè quum si refusio, aut compensatio ad æqualitatem inter socios, aut cohæredes seruandam de rebus non communibus fiat, vt quia fortè non posset commode per ipsarū rerum diuisionem, & adiudicationem æqualitas seruari, vt voluit d. lex 35. ibi: *Annque interuengan dineros, y otras cosas, &c.* Ita in terminis declarat, & tenet Lassar. *d. c. 20. n. 55.* tametsi in hac eadē specie quo ad iura, & laudemia domino directo soluēdo distinguat Mod. Pat. *d. §. 22. nu. 76.*

16 Ex † quibus in praxi in facto consultus idem respondi, censu annuo constituto, in fauorem vnius ex cohæredibus super bonis hæreditarijs ex vi Regalis executoriæ, ex eo gabellam non deberi.

17 Superiora † tamen intelligenda esse censeo, vbi nulla fraus contra gabellam interueniret. Ceterum, si verisimiliter appareret, hominis diuisionem factam esse in fraudem, & occultationem veræ venditionis, aut permutationis, puta, si eodum nihil erat commune inter duos socios, vel cohæredes, nisi vna domus, vel fundus, qui cōmodè diuidi poterat: tunc enim ex quo nihil aliud erat simul diuidendum, & poterat diuisio fieri per partes æquales, & æque commodas, & tamen maluit alter alteri cedere partem suam pro certa pecunia, vel certa alia domo ad valorem portionis eius, tunc namque quacumcumque dicāt, se hoc facere per modum diuisionis, satis apparet, quod in veritate, & in effectu est vera, & voluntaria venditio, vel permutatio, & omnia iura debentur dominis directis, secundum Mod. Patif. *d. §. 22. num. 75.* Ergo, & gabella fisco, seu eius gabellario.

18 Quinimmò secundum † ipsum ibidem *nu. 50.* si ex communi hæredum consensu subhastatio fiat aliquarum, vel omnium rerum hæreditatis, & aliquis ex ipsis hæredibus pluris licitans rem aliquam hæreditariam emerit, gabella ex ea venditione debebitur, non minus ac si extraneus aliquis emisset, tunc demum, quando ordinatum fuit, vt plus offerenti addicatur, etiam extraneo licitatore admisso: tūc namque etiam si contingat, vnum ex socijs, vel hæredibus in licitatione vincere, est vera venditio, per se principaliter subsistens, ac proinde omnia iura acquiruntur dominis directis, sicut ex vera venditione, ac per consequens gabella debebitur fisco, eiusq. publicano, totius pretij, vt censuit Lassart. *vbi supra, num. 51.* & Azeuedo, *in d. l. 35. num. 26.*

19 Secùs verò, quando † ordinatum fuit, vt licitatio tantū fieret inter hæredes, vel socios, extraneo non admisso, vt res maneat meliorem conditionem offerenti, secundū Moder. Patif. *d. §. 22. num. 73.* & quod tunc non debeatur gabella, Petrus Nauarra loquens in foro conscientiæ, *libro 3. de restit. c. 1. num. 273. cum seqq.* idemq. est quo ad forum iustitiæ, secundum Azeuedo, *vbi supra.*

20 Secundò † limitatur, si habens portionem in re communi pro indiuiso, non incipiat a diuisione, sed a venditione, vel permutatione portionis suæ, siue vni tantum ex socijs, vel cohæredibus, siue omnibus cedat pro pecunia, vel alia re, quia tunc cum non intendat rem communem, siue communem hæreditatem diuidere, sed partem eius acquirere, non est diuisio, sed venditio, aut permutatio, secundū cuius naturam iura dominis directis acquiruntur, argumento text. *in l. Titia, 64. ibi: permutauit, & ibi: quasi emptione, ff. de iure dot.* & cum alijs probat Mod. Patif. *d. §. 22. num. 71.* Ergo, & gabella fisco, siue eius publicano, secundū Lassartem, *d. c. 20. nu. 52.* & reprobato Parlad. *rer. quotid. lib. 1. c. 3. § 6. num. 10. in vers. hic etiam quæri potest*, qui male contrariū tenuit. Debebitur nāque vna gabella, si vēditio pretio celebrata fuerit, *iux. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* duplex verò si permutatio intercesserit, *iux. l. 2. eiusdē tit. & libri.* Eamdē Lassarti sententiam sequitur Azeu. *in d. l. 35. nu. 29. cum seq.* contra Parlad. *vbi supra*, & contra Gitond. *de Gabell. 10. p. §. 2. nu. 3.* qui opinionē Parlad. sequebatur, eos tamen cōcordat Azeued. ibi, sed non bene; eādem nostram sententiam ibi tenet Lassar. *in add. ad c. 20. nu. 52. & nu. 55.* † vbi

21 inquit *d. l. 35.* esse intelligendam, quando aliquid datur vi accessionis ad æqualitatē seruandam, secus antè erit, si pro tota parte hæreditatis aliquid extraneum non hæreditariū datum sit, quia tunc nullatenus dici potest, diuisionem fieri, sed *vere* venditionem, aut permutationem.

22 Ampliatur hæc limitatio, † vt procedat, etiam si socij vel hæredes expressè non agerint de portione alicuius emenda aut permutanda, sed de diuisione, in fraudem tamen, & occultationem veræ venditionis, aut permutationis, vt in casu Mod. Patif. *d. §. 22. num. 75.* de quo nos supra, *nu. 17. in versic. superiora tamen*, tunc namque gabella debebitur ac si venditio, vel permutatio celebraretur propter fraudē a contrahentib. admissam, vt ex traditis ibi per Mod. Patif. rectè probabit Lassarte, *d. c. 20. num. 53.* & Azeued. *vbi supra, nu. 28.* idem Lassart. *in addit. ad c. 21. nu. 32. & 33.*

23 Tertiò superiora † limitantur, † si facta diuisione vnus ex socijs, vel hæredibus portionem suam, quam iam pro diuiso possidebat, vni ex socijs, aut cohæredibus venderet, vel permutaret, etiā pro portione illi assignata, de eadem re, debebitur nāque hoc casu proculdubio, vna, vel duplex gabella, iuxta formam contractus ac si extraneo vendidisset, quia iam sumus extra caussam diuisionis, ex his, quæ in simili resoluit Mod. Patif. *vbi sup. d. §. 22. n. 70. in ver. secus si res*, & in terminis nostris gabell. tenet Parlad. *vbi supra, nu. 44.* & Lassarte *nu. 56.* & Gitond. *de Gabel. 7. par. §. 2. nu. 3. & 4.* & Azeued. *in d. l. 35. num. 34. cum seqq.*

24 Vltimo† pro complemento huius quæstionis obseruandum erit legem nostram, cum alijs *d. tit. 18. hoc lib. 9.* gabellæ immunitatem præbentibus certis quibusdam rebus, nõ tantum procedere in prima diuisione, venditione, aut permutatione earumdem rerum, sed etiã in 2. 3. aut 4. & quęcumque contingeret, vt recte ex pluribus contra Parlador. vbi modo eum citauimus, *ibi: simul, quia, &c.* probat Lassart. *d. c. 20. nu. 57.* vbi *nu. 58.* respondet *l. 10 tit. 18. hoc lib. 9.* quæ videbatur contrarium probare, non obstare quidẽ, quia expresse ibi est limitatum priuilegium per l. ipsam ad primam vẽditionem singulari, & iusta ratione, de qua ibi per eum: quo fit, vt per locum ab speciali potius ibi hæc nostra sententia probari videtur, quam contraria Parladorij, & ita censeo tenendum in praxi, & tenuit etiam Azeued. *vbi supra nu. 34.* tametsi Girond. *vbi supra, num. 4.* tepcante opinionem Parladorij in hoc sequatur.

25 Fit etiam ex supradictis, quod † si postquam socij, aut cohæredes res communes diuiserint, aliqui eorum conquerantur post aliquod tempus de diuisione facta, dicentes, libi fuisse damnosam, ac proinde reliqui, vt sociorum, vel hæredum querelas componerẽt, dixerint se velle, & cõsentire, vel forte sententia iudicis ad hoc fuerint condemnati, vt bonorum diuisio iterum per eumdem, vel alios iudices, computatores, & arbitros fiat, & bona iam prius diuisa iterum communicentur, ac si diuisio facta non fuisset, & deinde noua, ac secunda diuisio sequatur, proculdubio ex hac secunda diuisione, gabella non debebitur, quia vere hoc, quod agitur, diuisio est, *& d. l. Regia 25.* non de primo, aut secũdo actu diuisionis dumtaxat, sed de quacumque diuisione intelligenda est. Ita in terminis obseruauit Lassart *d cap. 20. num 58.* quem sequitur Azeued. *in d. l. 35. num. 36. cum seqq.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella non debetur ex rebus in dotem datis: etiam æstimatis ea æstimatione, qua emptionem facit, vt in nu. 2 quod procedit etiam si a principio pecunia fuerit in dotem promissa, & postea res æstimata pro pecunia data fuerint, vt in num 3.*

4 *Gabella de re dotali inæstimata recepta, postea commutata, & alienata pro pecunijs debetur: sed an valeat præfata alienatio? num. 5.*

5 *In dubio æstimatio ex interuallo venditionem non facit, & quid si aliud conueniat.*

6 *Dotis caussa adeo fauorabilis est, vt non valeat statutum præcipiens, quod de dote soluatur gabella.*

QVAESTIO LXXII.

An ex rebus in dotem datis debeatur gabella, & quomodo intelligendum sit?

1 QVæro modo† de intellectu, & praxi eiusdem legis 35. *in 1. par. tit. 18. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* quæ sic cauetur: *Ordenamos, y mandamos, que no se pague alcauala de las cosas que se dieren en casamiento, quier sean bienes muebles, o rayzes, &c.*

2 Et in primis obseruandum est, hoc planè† procedere etiam, quando res in dotem datæ fuerint æstimatæ ea æstimatione quę emptionem faciat, *iuxta l. quoties. cum materia. C. de iure dot.* & latissimè resoluta per D. Cou. *in pract. q. c. 28. per totum, & per nos cons. 17 num. 20. cum seq.* aliàs enim lex nostra non seruiret de aliquo dubio, si de rebus inæstimatis in dotem datis tantum intelligeretur, cum leges Regiæ gabellarum cõtractibus dumtaxat venditionis, & permutationis hoc onus gabellæ inijciant. Dotis igitur fauore vult lex nostra, vt rebus æstimatis in dotem datis ea æstimatione, quæ emptionem iure faciat, cum tunc dubium subesse poterat, vectigal non debeatur, nec soluatur, quod in terminis similibus laudemij non soluendi ex huiusmodi bonis æstimatis in dotem datis iure probat, latè Moler. Paris. *in Consuet. Paris. tit. 1. §. 55. gl. 1. num. 100. cum seqq.*

Et in terminis gabellę, sic nostram legem 35. exponunt, intelligunt, & declarant ea mente ipsius, quamuis ea non ita aperiat Parlador. *rerum quotidianarum lib. 1. c. 3. §. 6. num. 42.* Lassart. *de decim vendit. cap. 20. num 35.* & Girunda, *de Gabel. 7 par. §. 2. num. 8.* & voluit prius Bal *in l. quoties, C. de iure dot.* dum inquit, quod quando est æstimatio facta in dote, non est mera emptio, sed ob caussam, quem refert, & sequitur Ancharr. *cons. 72. num. 3.* & Auendan. *responso 32. nu. 3. vers. quaro,* & hic intellectus, & sensus ad præfatam nostram legem Regiam verissimus est, licet ratio Doctorum non subsistat, nempe, quod contractus dotis, qui principaliter agitur, debeat attendi, non verò natura emptionis ex eo resultãs, quia cum generaliter dispositum sit, ex quacumque venditione gabellam debere solui, *vt in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & æstimatio in dotibus iure facta mera venditio sit, *vt in d. l. quoties,* cum materia (quidquid Bal. *vbi supra* dicat) proculdubio gabella soluenda erit, vbicũque venditionem contractam esse constiterit, siue principaliter, siue accessoriè contrahatur, vt probat Lassarte *de decim. vendit. c. 16. num. 27.* atque ideo in hac nostra specie, absq. dubio deberetur gabella, nisi aliud dotis fauore cautum fuisset *in d. l. 35. in 1. parte,* secundum eumdem Lassartem *d. c. 20. num. 40.* post Parlad. *vbi supra.*

3 Quod adeo verum est, vt procedat† non solum eo casu, quo res à principio in ipsa dotis constitutione, & promissione æstimatæ sunt: sed etiam in eo casu, quo a principio fuerit pecunia in dotem promissa, & postea res æstimatæ loco pecuniæ datæ fuerint, vt quamuis ea æstimatio veram venditionem efficiat, vt ex Socino resoluit Couarr. *d. c. 28. pract. qq. nu. 1. vers. secundo apparet,* & nos *cons. 17 nu. 27.* nulla gabella debeatur, secundum Parlador. *vbi supra,* & Lassarte *d. c. 20. num. 36.* vtroque enim casu verum est dicere, res illas æstimatas in dotem datas esse, atque ita verificantur verba *d. l. 35. ibi: Que se diere en casamiento.* Pro qua sententia est etiam bonus text. *in l. 2. vers. mulier dotẽ, ff. de dot. præleg.* vbi cum pecunia esset in dotẽ promissa, fundos, qui postea pro quantitate dotis viro dati sunt, expressè inquit textus in dotem datos esse. Ergo iuxta verba *d. l. 35.* modo relata, non debetur gabella, sequitur Doct. Molina Theolog. *in 2 tomo, de iustit. & iure, disput. 426. col. 1138. in versic. sextum.*

4 Limitat tamen Lassarte, *nu. 37.* hanc † sententiam, quando postquam semel data dos esset in rebus dotalibus absque vlla æstimatione, postea ex interuallo de dotis commutatione inter coniuges conuenisset, eo quod mulieri vtile esset, nempè, quod pro fundo dato, centum, aut alia quantitas in dotem esset, iuxta text. *in l. ita constante, cum l. praced. ff. de iure dot. & l. si mulier. ff. de pact. dotal* cum traditis per Tiraquel. *de retractu lignag. §. 30. gl. 1. num. 19.* quia tunc proculdubio gabella debebitur: cum enim *d. lex 35.* expressè loquatur de datione & constitutione dotis, trahenda non est eius decisio ad alios contractus, quos circa dotem semel datam, & constitutam ex post facto coniuges celebrauerint, & quia nec minus perfecta, & valida venditio eo casu per æstimationem fundi dotalis fiet, quã si à principio æstimaretur, vt probant ea iura. Nec obstat (inquit ille, quod D. Couar. *d cap 28 num. fin. vers. vndecima,* aliud velit, & sequitur decisio Perusina *89. num. 4.*
5 *& 10.* Etenim, † quæ ibi allegat, eo tendunt, vt in dubio æstimatio ex interuallo facta venditionẽ non faciat, prout colligitur ex Salic. & alijs, quos Couar. allegat. Ceterum si ideo expressè æstimatio fiat, vt venditionem, & dotis commutationẽ faciat, dubium nõ est, quin illud valeat, modo mulieri vtile sit, vt probat text. *in d. l. ita constante, cũ similib. in glossa allegatis,* sed opinionem Cou. *vbi supra,* quod non valeat præfata alienatio facta ab vxore marito post constitutã antea dotem, & cõtractum matrimoniũ, atque adeo post facta rem immobilem fundum dotalẽ, placet D.
6 Molina *vbi supra:* Et merito. Et † decisio nostræ *legis 35. in 1. par.* iuuatur ex decisione eorũ, qui tenent, dotis caussam adeo fauorabilem esse, vt non valeat statutum disponens, quod de dote soluatur gabella, prout ex Lupo *alleg. 227.* tradit Cassan. *in Consuetud. Burgun in fine, sub rub. de Gabellis quæst. 7.* & sequitur Lassarte, *d. c. 20. num. 41.*

SVM-

SVMMARIA.

1 *Gabella tritici, vel hordei remanentis tempore soluti matrimonij, & postea vēditi, an solui debeat, cum maritus defunctus magnam quantitatem tritici, & hordei duxisset ad matrimonium, hæredemq. clericum instituisset? resoluitur num. 19.*

2 *Triticum, hordeum, tipha, & cetera in pōdere, numero, vel mensura consistentia, inæstimata ducta in matrimonio per vnum ex coniugibus, an sint postea soluto matrimonio in eodem genere restituenda, vel eorum æstimatio in pecunia soluenda ducenti. & cuius temporis habenda sit ratio in hac æstimatione: & num. seqq. præcipuè num. 3. & 4. vbi resoluitur in dotem mulieris, vt in mutuo: in capitali autem vir, aliter num. 6. cum sequentibus, ratio differentia, num. 16.*

3 *Legis res in dotem, ff. de iure dot. intellectus.*

7 *Societas vniuersalis inter virum, & vxorē regulariter saltē per leges huius Regni contracta censetur in omnib. quæ rēdis, exceptis quibusdam bonis, & nō est minus priuilegiata, quam expressè contracta inter socios, vt in num. 8.*

9 *Valor rerum quæ in societate expressa immittuntur, consistentium pondere, numero, vel mensura, consideratur tempore quo immittuntur, & num. 10. & 11. idem in valore monetæ in societate immissa, vt in num. 14.*

12 *Societatis scopus est, non vt vnus ex socijs lucretur, & alter damnum patiatur: sed vt vtilitas, vel lucrum, & damnum sit commune sociorum, non vnius tantum.*

13 *Societas non tenetur restituere plus quā id, in quo facta fuit locupletior, vt in exemplo de quo hic.*

15 *Socius pro frumento consumpto non conuenitur, nisi quatenus factus est locupletior.*

17 *Lucra diuidenda inter virum, & vxorem, eorumq. hæredes, quæ durante matrimonio fuerunt acquisita, ea esse intelligantur, quæ supersunt, deductis prius capitalibus vtriusque coniugis.*

18 *Valor rerum consistentium in pondere numero, vel mensura, quæ vxor nouiter acquisiuit, durante matrimonio, ex successione, uel hæreditate parentum, vel consanguineorum, uel donatione, cōsideratur tempore acquisitionis earumdem postea faciendam.*

QVAESTIO LXXIII.

Cuius temporis valoris tritici, & cetera ad matrimonium deducti sit habenda ratio in hac materia, an quo deductum fuit ad matrimonium, vel quo fuit matrimonium solutum?

1 QVæro an † *debeatur gabella ex tritico, & hordeo uenditis in specie casus huiusmodi in facto contingentis?* Defuncto marito cum hærede clerico instituto, vel legitimo successore, conuenit inter ipsum hæredem, vxoremq. defuncti, vt quantitas magna tritici, & hordei in hæreditate, & matrimonio relicta, videlicet, *de onze mil hauegas de trygo, y seys mil de ceuada,* venderetur pro indiuiso, eo quod tunc erat maxima penuria panis, & multo pluris tunc venderetur, quam si in futurum seruaretur: venditumq. fuit triticum triginta argenteis, hordeum verò duodecim pro singulis fanecis: At maritus duxerat in matrimonium vndecim mille fanecas tritici, & septē mille hordei, quo tempore faneca tritici valebat, & communiter vēdebatur quinq. argenteis, faneca vero hordei duobus: Postea autem tempore diuisionis hæreditatis inter hæredem clericum, & vxorem defuncti, dimidiam partem lucrorum ad eam tangentem, & petentem, cōstante matrimonio acquisitorum: dubitatum fuit, *utrum hæredi clerico soluendū esset capitale frumenti sui defuncti ad matrimonium ductū in grano, ut fuit ductum, uel eius æs in pecunia numerata tēporis contracti, uel soluti matrimonij, uel pretio, quo fuit uēditum soluto matrimonio, petente gabellario gabellam dimidiæ partis pretij totius frumenti ad uxorem defuncti pertinentis ratione bonorum quæsitorum, constante matrimonio, hærede uero clerico contrarium contendente: quia ad eum totum frumentum pertineret, siquidem ei esset soluēdum ante omnia capitale sui defuncti in eodem genere. & sic in grano, prout fuit in matrimoniū ductum, quo sic soluto, nullum triticum in hæreditate remanebat inter hæredem. & uxorē diuidendum: at uero hæres ex suo frumento uendito nullā gabellā debebat, eo q d esset clericus iuxta leges huius Regni.*

Pro decisione huius quæstionis, quo ad gabellam, prius
2 examinanda est altera difficilis nimis, illa nempe, *an † triticum, hordeum, & typha, ceteraq bona in matrimonium ducta inæstimata, consistentia in pondere, numero, uel mensura, sint postea soluto matrimonio, in eodē genere restituenda, uel eorum æstimatio in pecunia numerata soluenda, & cuius temporis habēda sit ratio in hac æstimatione?* Si enim resoluerimus prædicta bona in eodem genere esse restituēda, nulla gabella debebitur in prædicta quæstionis specie, quia totum frumentum fuit hæredis clerici vendentis: si verò tantum eius æstimatio, est soluenda hæredi clerico, triticum erit commune, & debebitur gabella procul dubio eius partis pretij ad mulierem defuncti pertinentis: Cognito ergo quid sit dicendum ex hæreditate pro capitali coniugis, qui frumentum ad matrimonium duxit, inde patebit, an gabella, & quotæ partis sit soluenda, nec ne?

Deueniendo igitur ad hanc secundam quæstionem ex prima penitam, & sic, *an frumentum, & cetera consistentia in pondere, numero, uel mensura, ad matrimonium ducta inæstimata, sint restituenda soluto matrimonio, in eodem genere, uel eorum æstimatio,* & cuius temporis.

Videtur tamen vtroque coniugi affirmatiuè respondendum, in eodem genere prædicta esse restituenda: ex illa regula verissima, & communi, quæ habet, quod res genericæ consistentes in pondere, numero, & mensura, etiam si eorum dominium transeat, prout transit in recipientes, & vsu cōfirmantur, nihilominus restituendæ, & soluendæ sunt in eodem genere, nempè, *el trigo en trigo, ceuada, y cēteno en grano, el azeyte en azeyte, y el vino en vino de la misma bōdad,* & sic de singulis, vt in materia mutui probatur *in l. 2. §. mutui datio, & in l. cū quid, ff. si cert. petat. & vtrobi-*
3 *que Doct.* & † in materia dotis datæ in his rebus mulieri, textus expressus *in l. res in dotē, ff. de iure dot.* cuius verba sunt hæc: *Res in dotem data, quæ pondere, numero, vel mensura constant, mariti periculo sunt, quia in hoc dantur, vt eas maritus ad arbitrium suū distrahat, & quādoque soluto matrimonio eiusdē generis, & qualitatis alias restituat, vel ipse, vel eius hæres,* & ibi gloss. & communiter Doct. vt in terminis testatur Ant. Gomez *in l. 53. Taur. nu. 43. ad fin.* & cum Mod. Parisi. D. Couar. *in pract. q c. 23. nu. 6.* quādoque autem ideo dicitur ibi, idest, non vt significet regulam esse in contrarium, vt per Dec. *in c. quoniam contra, num. 3. de prob. & in l. 2. in princ. nu. 2. ff. de reb. cred. si cert. petat.* Sed quia si res ipsæ in specie extarent eiusdem bonitatis & qualitatis, (quia matrimonium cito solutum fuit) adimpleret vtique maritus, & eius hæres easdem res in specie restituendo, nec teneretur alias restituere eiusdem generis, & qualitatis, vt in mutuo videmus, quia licet a principio mutuū demus recepturi non eamdem speciem quam dedimus, (quia alioquin, aut commodatum, aut depositum erit) sed idem genus, *l. 2. in princ. ff. de reb. cred. si cert. pet.* attamen incidenter quandoque eadem species restituuntur, vt quia recipiens non indiget ea, ita glos. & ibi cōmuniter Doct. *in prin super eodē verbo, & quandoq. Inst. quib. mod. re contr. obligat.* & consonat expressa l. 21. tit. 11. p. 4. vbi: *Que el marido en este caso es obligado a tornar a la muger otro tanto, e a tal como a quello que le dio en dote, si se partiere el matri-*
4 *monio en vida, sin su culpa de ella, o en muerte.* Ex † cuius decisione Ayor. *de par. tit. 1. p. c. 7. n. 9. & 10 f. 49. in 1. impress. an. 1580. & in 2. an. 1595. f. 53.* inferit: *Que si al tiempo que la muger se caso dio a su marido en dote todos los bienes q tenia inestimados, entre los quales auia cātidad de trigo, o ceuado, vino, o azeyte, lo qual valia muy caro al tiēpo q lo dio en dote, a ducado por vētura la hanega de trigo, y a dos ducados el*

arrobade azeyte, y al tiempo que se disoluio el matrimonio, el trigo valia a cinco, o seys reales la fanega, y el azeyte a ocho, o nueue reales, vt solet contingere, que no podra la muger pedir, que su marido, o sus herederos le paguen el trigo a ducado la fanega, como valia al tiempo que ella lo traxo al matrimonio, aunque el marido lo huuiesse vendido a esse precio, sino que se ha de contentar con otra tanta cantidad de trigo como ella traxo al matrimonio, y que lo mismo sera en las otras cosas mutuables: quæ recipiunt functionem in genere suo, quicquid contrarium in hoc teneat Escobar de ratiocin. c. 17. num. 34. nempè, hoc non sufficere, sed pretium temporis consumptionis esse præstandum. Sed opinio Ayor. mihi verior est, & etiam dum ait: Que lo mismo sera en las otras cosas mutuables, que reciben funcio, y vso en su genero: y por el contrario, si al tiempo que la muger se caso lleuo al matrimonio las cosas dichas que consisten en peso, cuenta, o medida que reciben el mismo a prouechamiento en su genero. valian muy baratas, verbi gratia: el trigo a quatro, o cinco reales la fanega, y quando se disoluio el matrimonio valia a ducado la fanega o a mas precio sera obligado el marido o sus herederos boluerlo, y pagarlo a la muger al precio que agora vale, quando fue suelto el matrimonio: y dize, que esto se ha de notar mucho: por que acaece muchas vezes entre labradores, y personas que no tienen curso, ni practica destos negocios, sino que se casan cada vna con los bienes que tiene sin hazer a practico alguno mas de vn inuentario de lo que se trae al matrimonio. Idem in effectu tenet communis, & R. gio supradicto tenet, & probat Anton. Gomez. vbi supra.

Pero si a caso por auer durado poco el matrimonio, el mismo pan, vino o azeyte esta vuiesse en pie quando se disoluio el matrimonio, tal y tan bueno como lo estaua quando la recibio en dote el marido. cumpliria con boluer lo mismo, per supradicta.

5 Idem ergo † videtur dicendum in restitutione capitalis viri ad matrimonium ducti earum rerum, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt: & quia æqualitas in hoc seruanda est inter virum, & vxorem, præterquam in prælatione deductionis capitalium vtriusque coniugis, in quo dos est priuilegiatior, quia prius deducenda est ex cumulo lucratiuarum, quam capitale mariti, vt praxis communis iure fundata obtinuit, cum omnia bona mariti sine hypotheca pro restitutione dotis mulieris iuris dispositione tacitè, vel expressè simul ex conuentione partium, vt patet.

6 Nihilominus † tamen diuersum censeo esse dicendum in deductione capitalis viri earum rerum, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, nempè, vt restitutio prædictæ rei eidem viro, vel eius hæredibus fieri debeat, soluto matrimonio, prout in societate, non verò vtin mutuo, & in dote, sicq. non sit restituendum triticum, nec hordeum, alia ve res consistentes in pondere, vel mensura, in eodem genere, sed tantum æstimatio earum tempore, quo in ma-

7 trimonium deductæ sunt, & sic in societatem. Societas † siquidem vniuersalis inter virum, & vxorem regulariter saltem per leges huius Regni contracta censetur in omnibus quærendis, exceptis quibusdam bonis, *vt in l. 2. cum seqq. ff. pro socio*, iuxta veriorem, & receptiorem sententiam, quam a fuerius Segur. probauimus *lib. 2. pract. q. 118. nu. 7. vbi nu.* 8. quod dispositum in socijs, habet locum in coniugibus, durante matrimonio, secundum Bald. *in l. nulla, col.* 1. *C. de iure dot.* idem sequitur cum alijs Burg. de Paz. lentor, *in proœmio legum Tauri, num.* 12. & Ioan. a Rojas

8 *de success. ab intestato, c.* 33. *num.* 17. *cum seq.* Immò † hæc societas taciè contracta a lege inter virum, & vxorem, nō est minus priuilegiata, quam illa, quę expressè contrahitur inter socios, secundum Bald. *per text. ibi, in l. rei iudicata, §. socero, col.* 1. *ver. in textu ibi ff. soluto matrim.* cuius opi-

9 nionem probauimus, *vbi supra. num* 9. Se il † hoc itarutum est in societate expressa, nempè, vt ratio tarum harum rerum, quę in pondere, numero, vel mensura consistūt, consideretur tempore, quo in societatem immissum, quo ad restitutionem capitalis postea faciendam, *vt latè tradit Mod. Parif. in tract. de vsur. q.* 90. *nu.* 688. Ergo in restitutione capitalis mariti soluto matrimonio, hoc ipsū probādū venit,

10 Secundo † pro hac eadem parte considero, quod si socius immitteret in societatem, vel maritus in matrimonium decem mille fanecas tritici, quæ tunc temporis singulæ faneca triginta argenteos plus, vel minus cōmuniter valebant, nulla iuris, aut iusti æquitatio pateretur, vt tempore soluta societatis, vel matrimonij dissolu, fieret restitutio eiusdem frumenti in grano non valenti nisi quatuor regalia pro singulis fanecis, & sic de singulis huiusmodi: esset namque iniquior multo societas, quam leonina, de qua in quitur *l. si non fuerint ff. pro socio.* In hac namque societate leonina socius totum lucrum præcipuum sibi accipit, damnum autem commune efficitur. In prædicta verò specie, socius non solum lucrum, verum etiam totum capitale alterius socij accipit, contra bonam fidem, & æquitatē, quæ debet esse in societate, *l. verū, & in l. in proposito, ff. pro soc.*

11 Sicut per contrarium † etiam dum iniquitas esset, ac resultaret in casu nostræ quæstionis principalis, si frumentum, quod tempore contractus matrimonij vel alterius societatis in eam fuerit immissum, quatuor regalia valebat pro singulis fanecis, soluto matrimonio, vel societate finita restitueretur in eodē genere, & bonitate, hoc est, in grano æque bono, valente tunc temporis ad rationem triginta regalū plus minusve pro singulis fanecis: cum talibus portationis, vel tunc eis pro 14. regalibus iuxta pretium lege Regia taxatum vel aliud simile taxādum: Vt ergo æqua lance hęc omnia habi, & prædicta grandis iniustitia cesset, deducendum est pro capitali in his generibus, quod res iustè valebat tempore, quo in societatem fuit missa, quod etiam suadet magna æquitas, quæ adest pro hac parte secūdum quam regulari, & interpretari debet contractus, *l. in bis, ff. de cond. & demonst.* præmaximè societatis *l. si socius, ff. pro socio, ibi, pactum ex æquitate interpretantib.*

Nec obstat, si ex aduerso obijciatur, quod habita cōsideratione grani, nempè, quod ipsum sit restituendum, æquitas potius seruetur inter contrahentes, sicq. cessabit prędictum inconueniēs, cum ita granum subijciatur maiori valori, sicut minori, & secundum naturam est, vt eum sequan tur commoda, quem sequuntur incommoda, vt in hac iu-

12 ris regula. Respondemus † namque scopum societatis esse, non vt vnus ex socijs lucretur, & alter damnum patiatur, vt contingit in ludo taxillorum: sed vt vtilitas, & lucri vel damnum sit commune sociorum, non verò vnius tantum, *l. actione, §. Labeo, ff. pro socio.* alitet enim non esset contractus societatis, & æqualitatis, sed potius sortium, & fortunæ, ac si conueniset, quod si marces sua viliori pretio vendatur, mihi cedat, si verò cariori mea, tua sit eo pretio: & quod peius est, hoc contingeret absque dolo, culpa & mora socij sui.

13 Tertiò, & principaliter, quia † societas non tenetur restituere plus quam id, in quo facta fuit locupletior, hoc est, valorē rei, quem ipsa habebat tēpore, quo fuit deducta ad societatē: quod verò inde sequitur commodi, vel damni, cōmodo vel periculo societatis cedit, vt cōstat ex traditis per Bald. *in l.* 1. *num.* 5. *vers. & hoc est argumentum, C. pro soc.* vbi roquit, quod si dedi agnos in societatem, quæ tunc tūc valebant agni, tamquam capitale meum ante omnia detraham, illud autem quod accrescit, puta, quia agni fiant castrones, vel porcelli fiant porci, est commune. Idem si tra. Mo temporis est deterioratum, æstimatione facta inter nos pro medietate æstimationis, periculum pertinet ad me, pro alia medietate pertinet ad te, nam hęc est natura societatis, quæ tamquam quoddam intrinsecus omnibus contractibus inest. Et Bald. ad literam sequitur Petrus de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. in* 8. *parte, num.* 20. *volum.* 5. *tractatuum diuers. Doct. in antiquis.*

14 Quarto, quia † in terminis monetæ in societatē immissæ, quæ maiorem functionem habet in suo genere, quam aliæ res genetica, est considerandus valor ipsius monetæ quem habebat tempore, quo immissa fuit in societatem, quamuis postea creuerit, vel decreuerit, vt probat Moder. Parif. *de vsur. quæst.* 90. *num.* 688. vbi hoc extendit ad alias species capitalis similis, etiam si ab initio cōuenisset, vt eadem species restituerentur soluta societate, quia adhuc primus valor considerandus est, quo ad societatem fuit ductus: reliquum

quam viro societati remanebit, aliàs enim plus aut minus deduceretur pro capitalibus eius, quod ad societatem peruenisset; tandem resoluit, quod in materia societatis, non habet locum *l. cum quid. & l. vinum. ff. si certum petatur.*

15 Quinto, † facit text. in *l. in summa, §. in frumento, ff. de cond. indeb.* vbi dicitur, in frumento debito soluto, & bonitas est, et si consumpsit frumentum, pretium repetet, id est æstimationem eius, *secundum gloss.* ibi: quia vt inquit ibi Bar. *in vers. possumus forte*, æstimatio frumenti, vini, & olei, variatur, & ideo non conuenitur pro eo reus, vltra quam factus sit locupletior, contra naturam condictionis indebiti: Ergo cum triticum delatum ad matrimonium, sit consumptum, æstimationem eius, siue pretium repetet maritus, vel eius hæres, soluto matrimonio, non vero idem triticum in genere ne deducatur ex societate vltra quã ipsa facta sit locupletior contra eius naturam, præcipuè cum eo incremento valoris, maritus, vel eius hæres, medietatem consequi debeat.

16 Et in proprijs † terminis loquent. *en el marido que quando se casa trae al matrimonio cantidad de trigo, o ceuada vino, azeyte, haziendo inuentario dello,* vt fieri solet, *por los biudos, que se casan con mugeres, moças, o viudas, que si disuelto el matrimonio no ay bienes meiorados en el matrimonio, lo perdera el marido sin duda, y no sacara el, ni sus herederos otra tanta cantidad ni la estimacion de ello*, tenet & probat Ayora *vbi supra, d. 1 parte, de partit. cap. 7. nu. 11. fol 49. colum 3. in prima editione anno 1589. & in 2. anu. 1595. 1. par. cap. 7. nu. 11. fol 53 col 3. y da la razon de diferencia en esto entre el marido y la muger; y es: Porque quãdo la muger lleua en dote estas cosas semeiantes, passa el senorio de ellas en el marido,* sicut in aliis rebus dotalibus: *y el marido esta obligado a boluer, y restituir la dote a la muger en aquellas cosas que tienen funcion en su genero, que es otra tanta cantidad. Pero el marido no passa el senorio destas cosas que trae al matrimonio en la muger, sino que siempre se queda senor de ellas, como antes lo era*, & semper res perit periculo domini, *vt in l. pignus, C. de pignor. action. l. plerumque, ff. de iure dot. cum simil.* Præterea, vxor non tenetur restituere marito res quas in matrim. detulit ipse, prout vir tenetur dotem vxori restituere, soluto matrimonio.

17 *Pero si † huuiesse bienes multiplicados* durante matrimonio in specie præmissa ratione socialitatis, quæ videtur contracta inter maritum, & vxorem, propter quam lucra facta, durante matrimonio, inter eos diuiduntur, iuxta leges huius Regni, tali casu maritus deducet bona, quæ detulit ad matrimonium, vel æstimationem eorum prius quam lucra diuidantur, sicut vxor deducit dotem æstimatam, quamuis fuerit perdita. *Aunque sacades los capitales de marido, y muger, no quedan bienes multiplicados que partir:* & in præmissa specie vir, vel eius hæredes deducent valorem, & æstimationem prædictorum bonorum consistentiũ in pondere, numero, vel mensura, quæ ad matrimoniũ detulit, iuxta valorem quem habebant tunc temporis cum ea in matrimonium deduxit, argumento text. in *l. si tibi, ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consum. & l. res in dotem, ff. de iure dot.* & sic aliter, quam in vxore eiusque hæredibus supra resoluimus, & in terminis probat Ayora, *vbi*

18 *supra, numero 11. & 12.* † qui *numero 13.* rectè obseruat, quòd si vxor constante matrimonio habuit prædictas res, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, ex successione, vel hæreditate parentum, vel consanguineorum, vel donatione, deducet tantumdem ex corpore bonorum vtriusque coniugis æstimationem, vel valorem, quem tunc temporis habebant, scilicet cum eas in matrimonium mulier deduxit, & habuit, non vero similem, vel aliam quantitatem eisdem rationibus, quibus hoc idem probauit in marito, quia cessante caussa dotis, non est maior ratio in vno quam in alio.

19 Iuxta superiora † ergo decidenda venit nostra quæstio 1. de gabella, vt prædiximus *in principio*, nempè. *Que no se deuiendo al heredero clerigo del marido mas de la estimacion, y valor de su pan, que tenia al tiempo que lo metio en el matrimonio su defuncto, como no se le deuia ni deue, pues el trigo que quedo quando murio, es comun del marido, y de la muger, y lo mismo de las demas cosas que consisten en peso, numero, y medida semeiantes a las metio el marido en el matrimonio, se deuera alcauala de la mitad de lo que se vendio, que pertenecia a la muger: y de la otra mitad del dicho precio, no se deuera alcauala, porque era del heredero clerigo, que no deue alcauala de lo que vende regularmente: y para dexar se de deuer alcauala de la mitad del precio, que era de la muger, no se terna respeto a que se trato de venta, y particion de herencia de difunto, y de que alias no se deue alcauala, conforme a la ley Real, que desto habla que es ley 15. in secunda par. titulo 18 lib. 9 huius Noua Collect. Reg. porque præsuponemus, que esta venta trigo, y ceuada, no se confundio con la particion, ni fue necessaria para ello, sino voluntaria*, iuxta latè per supra resoluta *quæstione 71.* Aliàs enim secus esset, vt illic resoluimus.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur ex his, quæ pro animæ expiatione, in bonis defunctis venduntur? & numeris seqq. vbi distinguitur, & præsertim nu. 7. 8. 9. & 10.*
4 *Venditor non priuilegiatus gabellam debet ex rebus venditis Ecclesiæ.*
5 *Leges generales comprehendunt omnes caussas, quantumcumque alias priuilegiatas, qualis caussa pia, si in specie non reperiatur habere peculiare priuilegium.*
6 *Falcidia non detrahitur de legatis pijs*
8 *Priuilegia concessa Ecclesijs, & legatis piæ concessa sunt de iure.*
9 *Deo videtur relictũ, quod pauperibus propter eum legatur.* *Caussa pia habet Priuilegium rei Ecclesiasticæ.*

Q V AESTIO LXXIV.

An gabella debeatur ex ijs, quę pro animæ expiatione ex bonis defuncti venduntur.

1 QVæro vlterius, *an ex his, quæ pro † animæ expiatione, ex bonis defunctorum venduntur, gabella debeatur?* Et quidem Ioan. Parlador *rerum quotidian. libro 1. cap 3. §. ... nu. 15. secundum impressio. anu. 1595.* inquit non deberi, si credimus Bertachino *de Gabell. 8. p. membro 5. numero 5.* quam opinionem sequitur alios allegans Girunda, *de Gabell. 11. parte, num. 3. cum sequent.* dicens *num. 4.* quod ita quotidie practicatur. Idem igitur dicendum erit, si in pauperum eleemosynas, aut in virgines collocandas bona relicta fuerint, vt rectè deduxit Parlador. *vbi supra, numero 17.*

2 Sed in hacre distinguendi sunt duo casus. † Primus est quando certa quantitas pecuniarum relicta est in Diuinis sacrificiis expendenda, vel in pauperes, aut alios pios vsus distribuenda, remanentibus tamen aliis bonis hæreditariis commodo hæredis, vel hæredum, vt quia mille testator in bonis relinqueret, & ducentos in pios vsus expendi iubeat, & tunc si aliqua bona testatoris vendantur, mobilia, vel immobilia, vt ex pretio eorum legato huiusmodi pio satisfiat, procuidubio ex ea venditione gabella debebitur, quia cum omnino ea relicta certa quantitas ab hærede, & bonis defuncti expleri debeat, siue gabella soluenda sit, siue nõ, totum id, quod gabellæ nomine expensum, siue expendendũ erit, damno hæredis esse cognoscitur, nõ piæ caussæ, & animæ defuncti, ac proinde nulla Religionis gratia, & fauor eo casu cõsiderari potest, quo magis gabellarius a gabellę exactione repellatur: quin potius, si aliud diceremus, esset hæredē, vel testamentarium immunē a solutione gabellæ nullo iure facere, quã piæ caussæ fauere, & hoc iure vtimur, *secundum Lassart. de decim. vend. c 20 nu. 60.*

Secundus casus est, quando ita relinquitur legatum piũ, vt si quid ex venditione rerum hæreditariarum gabellæ nomine solueretur, id quidem detraheretur a legato piæ caussę, & tanto minus pia caussa in legato perciperet:

velut

vel si ita dixerit testator: *Talem fundum meum vendi iubeo, & omne pretium ex eo redactum in Christi pauperes distribuatur, vel pro maritandis puellis, aut in redemptionem captiuorum detur*, iuxta speciem text. *in l. 3. §. fin. ver. sculo, plane ff. de vsur. & in l. Lucius Titius, 12 ff. de legat. 2.* vel dixit *volo vt omnia bona mea veneant, & pecunia ex eis redacta in pias causas conuertantur*, vel si nihil de venditione dicto, collocauit omnia bona sua in hac, & illa pia causa expendi, insuper, & hæredes, vel testamentarij pro commodiori exequutione, & complemento huiusmodi legati pij bona vendidissent: & in hac specie adhuc videbatur gabellam deberi, eo sequ. foluendam ex generalitate *l. 1. & 2. titulo 17. hoc libro 9.* quæ omnes venditiones, & permutationes, etiam eas, quæ fauore piæ causæ fiunt, comprehendere videntur, cum nullibi ad hoc speciali tributo priuilegium aliquod habere reperiantur, vt disponit *l. 1. titulo 18. hoc lib. 9.* quamuis in vna venditione maior ratio
4 sit quam in alia, ex traditis per Decium *consil. 5.* † Sic etiã videmus, quod ex venditione Ecclesijs facta, nullam immunitatem gabellæ venditor consequitur, nisi aliàs eam habeat, quamuis inde lucrum Ecclesiæ resultaret, quę vilio ri pretio emeret, *l. 8. titulo 18. hoc libro 9.* cuius veram ratio nem decidendi assignat Lasart. *de decim. venditiou. capit.*
5 *19. numero 10.* † At leges generales comprehendũt omnes caussas quantumcumque priuilegiatas, qualis est caussa pia, in specie, de qua agitur, non reperiatur habere peculiare priuilegium, *l. in fraudem. in fine*, vbi notat Bald. *ff. de militari testamen.* secundum Dec. *in l. ex testamento, C. vnde lib. & in d. consil. 5.* & late Tiraquel. *de praescript. §. 1. glossa. 1. 1.* & passim vtitur ista regula loquens in pijs causis, secundum Menchacam *de success. progress. lib. 3. § 27. numero 30.* quos in hoc refert, & sequitur Lasart. *d. c. 20. numero 62.* & est communis hæc sententia, secundum Ioan. Vincent. Honded. *consil. 18. num. 57.*
6 Nec huic principali opinioni de soluenda gabella in prædicta specie obstare videtur Auth. *Similiter, C. ad leg. Falcid.* vbi speciali priuilegio caussæ piæ, cauetur, ex legatis pijs falcidiam non esse deducendam: ergo nec gabella soluenda. Respondemus namque, hoc de falcidia expresse legis decisione prouenire: aliàs namque, nisi hoc ita fieret, generalitas legis Falcidiæ omnia legata, etiam pia cõprehenderet, vt constat ex *l. 1. §. ad municipum, ff. ad l. Falcid.* iuncta modo relata communi doctrina. At cum exceptio de gabella non inueniatur specialiter iure facta in legatis pijs, merito, vt lex generalis nostra *1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9.* ea etiam legata comprehendat.
7 Nihilominus tamen, sunt † qui putent ex huiusmodi venditionibus nullam decimam deberi gabellarijs, quæ si exigeretur legata pia minueret, quod non videtur esse admittendum, *argumento d. Auth. Similiter, cum simil. C. ad legem Falcidiam, l. 4. titulo 11. part. 6.* quod si legatis impo neretur gabella, non esset quidẽ ea soluẽda de legato pio, secundum Bertachin. & Parlador. *vbi supra*, quod sequitur Aluarad. *de coniectur. ment. defuncti. libro secundo cap. 1. §. 2. numero 17.* & Gironda *vbi supra*, voluit Bald. *in l. illud, numero 1. ibi, facturus etiam ista ad statuta gabellarum, C. de sacrosanct. Eccles.* quorum sententiam sustinet noua ratione Lasart. *d. cap. 20. num. 63.* & iterum *in suis nou. ad dit. ibi*, & sequitur Parlador *vbi supra, in 2 editione* dicẽs, se ita semper intellexisse: quia cum pecunia ex eis venditionibus redigenda, pauperum, & Ecclesiæ, piæq. caussæ futura sit, eorum quidem nomine, quibus commodum legatum est, venditiones illas fieri, & celebrari non iniustè dicemus, quasi verè ipsa Ecclesia, pauperes, & pia causa legataria domina bonorũ sit, atque ita eius respectum, vel personam inspiciendam putat Lasart. licet ab hærede, vel testamentarijs laicis venditiones celebrentur, sicut inspicitur persona domini priuilegiati, non procuratoris vendentis, vt idem author resoluit, *capite 15. numero 9.* Nam & aliàs hæres, cui, deductis legatis, nihil superest ex hæreditate, testamentarij loco est, *vt in l. si quis Titio, ff. de legat. 2.* habetque ita locum priuilegium textus *in l. 6. titulo 18. hoc libro 9.* de Ecclesiis, & Clericis venditoribus loquentis, sicut illud legatum relictum esset Ecclesię, siue pauperibus,
8 vel ad alios pios vsus, † quia priuilegia concessa Ecclesiis, & legatis pijs concessa sunt de iure, *vt in Authentica de Ecclesiasti. titulis, §. pro temporalibus, coll. 9.* per quem text. ita dixerunt Angel. Bald. & alii relati per Las. *in § ex maleficijs, numero 41. Institut. de act.*

Hæc tamen noua ratio Lasart. concludens non videtur extra legatum pium relictum Ecclesiæ, in eo namque transeat, quia Ecclesia vendens expresse eximitur à solutione gabellæ, *per d. l. 6. titulo 18. hoc lib. 9.* Ceterum in legatis pijs relictis pauperibus, & pro virginibus orphanis maritandis, fectis uidetur, cum hæ personæ in nostris legibus gabellarum non reperiantur specialiter exemptæ à solutione gabellarum ex suis uenditionibus: ergo eam soluere teneantur, *ut in l. 1. titulo 18. hoc lib. 9. ibi: Ni otras personas qualesquier de qualquier ley estado o condicion que sea, que no se escusen de pagar las dichas alcaualas por vso, ni costrumbre, aun que sea immemorial, ni por otra razon alguna*, & ita nullus pauper nullaq. mulier etiam orphana, & pauper, excusatur à solutione gabellæ ex uenditione reiũ suarum: At quod eis sit relictum legatum pię fatemur: atta men contendimus, aulla lege gabellaria ex hoc legato pro pauperibus relicto excusationem a solutione gabellæ concedi: Nec quod priuilegia concessa Ecclesiis, concessa esse censeantur à iure ceteris legatis piis, aliquid probat ro pro posito: id quidem namque uerũ est regulariter extra caussam, & materiam gabellarum, in qua tantum certæ quædam personę, & loca pia exempta reperiuntur *in d. l. 6.* nõ vero aliæ personæ: quinimo ceteræ gabellam soluere tenen tur, etiam si sint pauperes, & uirgines maritandæ, cum ex empta ab hoc tributo minime *in d. l. 6.* nec alibi repeniantur, Quid tenendum?

Adhuc tamen probo, hanc secũdum partem fauore cuiuscumque causæ piæ, quæ uere talis sit, tamquam religiosiorem propter communem praxim, quę leges nostras qua
9 te, in gabellarum, ita interpretata est, & mer ito, † quia Deo uidetur relictum, quod pauperibus propter eum legatur, ut inquit Bald. *in l. sed & si susceperit, in 2. lectura post medium, ibi: idem si miserabilibus personis.* Nam quod propter Deum relinquitur, ipsi Deo relictum uidetur, qui est nobilissimus, *ff. de indiciis*, quod & ipsemet Christus ore proprio affirmauit, dicens: *Quod vni ex minimis meis fecistis.* Et de praxi supradicta: testatur Girõda *vbi supra*, estq. ut censeo, certissima, & secundum eam non semel consului, obseruato tamen, ut ionuit præfati authores, vt si legata pia, pro quibus certa quantitas pecuniæ relinquitur, nõ cooluinant totam hæreditatem, sed adhuc aliquid (pijs legatis solutis) commodo heredum remaneat, ex eo rema nente soluatur gabella, non uerò de legato, prout prædicto
10 musto primo casu præcedenti. † Ceterum, quando hæres est caussa pia, ut potè, quia testator relinquat omnia bona sua pro anima, iubendo ea distribui in Missis, & sacrificiis, uel pauperibus, & uirginib. maritandis, simul, uel disiunctim, uel in redemptionem captiuorum, procul dubio ex uenditione prædictorum bonorum gabella nõ debebitur, quamuis exequutores sint laici, quia loca pia æquiparantur Ecclesiæ, *vt per Abb. in capit. nulli, numero 14. de rebus Eccles. non alien.* habetq. caussa pia priuilegium rei Ecclesiasticæ, ut per Doctores in *cap. 1. de in integr. restit.* & Tiraq. *de priuileg. caus. pia. priuil. 140.* Quod in præmissa, de qua nunc agimus, specie, nempè, caussa pia hærede in solidum instituta, uel in fundo, uel prædio specialiter relicto, ut ex eius pretio Missæ dicantur, aut in aliam piam, uel pias caussas distribuatur, quod non debeatur gabella, ne id minus necessariò caussa pia ex hæreditate perciPiat, proprium locum habet, quam ubi legatum particulare certa quantitatis caussæ piæ relinquitur, cum eo soluto, remanent alia bona ex quibus gabella deuahi, & solui potest damno hæredis, non priuilegiati. Et quod quã a defuncto expressa sunt bona, quæ in cãm piã distrahi uoluit, gabella ex eis nõ debetur, tenet et Parlad. *vbi sup. d. nu. 17. in vers. hoc aũt*, dũ aut addit, idẽ esse, si nõ solutũ est, fecit potestatẽ exequutoribus testamenti, ut ad id, quæ uellent, ex su s bonis distrahendi, restringendũ, & subintelligẽdũ est iusta duos casus supra distinctos, & declaratos, sequitur p̃dicta nouissime Flores *lib. 2.*

lib. 2. Pract. Quæst. q. 11. §. 4 nu. 101. cum seqq. loquens in cõtrarijs, vt non teneantur soluere gabellam ex venditionibus bonorum ad pias caussas deputatorum.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione rerum, quæ præcepto testatoris venduntur, resoluitur affirmatiuè, numero 3. & 7.*

2 *Gabella de iure communi de vltimis voluntatibus non debetur.*

Gabella an debeatur ex bonis clerici defuncti venditis eius præcepto in testamento suo, num. 1. in versic. ex qua doctrina. & numero 5. vbi resoluitur affirmatiuè, limitatur num. 6 in clerico vendente bona sua in testamento emptori præsenti, & recipienti. tunc namque gabella non debetur.

8 *Gabella non debetur ex legato relicto in testamento. etiam si pro eo pecunia præstanda præcipitur, quoties nulla venditio subsistit, nec pecunia iussa præstari pro pretio soluenda mandetur, sed caussa conditionis implendæ pro legato consequendo.*

QVAESTIO LXXV.

An debeatur gabella ex venditione facta præcepto testatoris in testamento de vendendo?

1 QVæro modo non inconcinne superioribus, † *an debeatur gabella, quando testator in suo testamento præcepit rem suam, vel bona sua vendi?* Et quidem si hoc præcipiatur, vt in caussam piam expendatur pretium, iam supra resoluimus, quid tenendum sit in hac specie. Nunc vero opus est, vt agamus, *an quando in alios vsus profanos præcipitur venditio facienda a testatore, an debeatur ex hac venditione testatoris iussu facta gabella?* Et ipsam non deberi tenet Iacob. Butr. *in l. si hæres testamento, ff. de actio. empt.* quem sequitur Bald. *consil. 440. num. 7. lib. 5.* dicens, quod si statuto cauearur, vt de contractu venditionis soluatur gabella, & testator iusserit in testamento, rem mihi vendi, quæ vendita est, gabella non debebitur, qui rem principaliter habeo ex caussa legati, per text. *in d. l. si hæres,* & quia id factum attribuitur testamento, non vero actui inter viuos, argumen. glossæ singularis, *in l. si quis ita. verbo, defectus, ff. de stat. lib.* sequitur Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. c. 18. nu. 13.*

Ex qua doctrina Iacob. Butrig. Ludou. Ponce Mexia *in l. Regia Tolet. de los terminos in prima partis 2. fundamento num. 17.* inquit, quod vtrumque practicatum est in caussa quorumdam, qui ex testamento cuiusdam clerici post eius mortem omnia bona sua vendiderunt, vt ex ea venditione gabella non deberetur, refertque etiam ad hoc Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signific. limitatione 9. num. 13. & in tractatu de retractu lignag. tit. 1. in fine. q. 2. a nu. 4.* idem tenentem.

2 Faciunt etiam † pro hac parte congesta per Girondam *de Gabell. 11. par. in princip.* vbi, quod iure communi nulla de vltimis voluntatib. debetur gabella, *vt per DD. in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollend. & Firmian de Gabel 8. parte, membro 5. nu. 1.* & ideo Ias. *in d. l. fin. num. 313.* loquitur de iure communi non deberi gabellam de relictis in vltima voluntate, & quod statutum disponens contrarium, esset iniquum.

Accedat præterea, quod iuxta nostras leges Regias gabella non debetur ex Testamento, nec Codicillis, sed tantum de venditionibus, & permutationibus.

3 Sed profecto † in nostra quæstione principali, contraria sententia tenenda est in praxi, immo quod ex venditione facta iussu testatoris debeatur gabella ex generalitate *l. 1. tit. 17 hoc lib. 9.* quæ quo minus in testamento suo locum habeat, testator efficere non potest, *vt in l. nemo potest, cum materia ff. de legat. 1.* prout in retractu benè obseruat in his terminis Tiraquel. *de retractu lignag. ad finem tituli,*

4 *quæst. 2. num. 7.* † Præsertim, quia illo casu non minus principaliter rem ex contractu habeam, quam ex testamento, iuxta Batt. *in l. si fideiussor, § meminisse, ff. de legat. 1.* & in terminis nostræ quæstionis, hanc partem aduersus Iacob. Butrig. & sequaces tenet, & probat Lassar. *de decim. vendit. c. 16. nu. 27 cum seqq.* & Gironda, *de Gabell. 11. p. in princip. nu. 7. cum seqq.*

Nec prodesse poterat illis laicis venditoribus, si hæredes erant eiusdem clerici testatoris, quod iussu ipsius ac

5 proinde exempti venditio facta esset: † quia eum re vera ipsi vendidissent, eorum persona inspicienda fuit, & est, non iubentis testatoris, *ex traditis per Caldas, in l. si curatorem habens, C. de in integ. restit. in verbo, contractum fecisti, numero 17 ad finem,* quamquam hoc omnis controuersum sit ex adductis per Tiraquel. *in l. finali connubial. gloss. 8. num. 184.* & ita meritò Mexiam in sua tradicta sua opinione mordet Lassart. *vbi supra, num. 28* rectè censens, gabellam deberi in specie Mexiæ, quod si bona tacentia clerici venderentur, gabella quoque debebitur, *vt infra latè agemus alia quæstione, de clerico vendente, an debeat gabellam?*

6 Quod si clericus in † suo testamento bona sua venderet emptori præsenti, & accipienti (prout rectè contractus in testamento fieri potest, iuxta gloss. *fin. in l. hæredes palam, §. fin. ff. de testam.* cum communi sententia, de qua per nos *in repetit. l. nemo potest, nu. 254 ff. de legat. 1.*) ex hac venditione gabella non debebitur, attento priuilegio clerici, de quo in *l. 6 titulo 18. hoc lib. 9.* Nam si non clericus, sed laicus, foret, adhuc sine dubio gabella soluenda esset ex venditione, quamuis in testamento fuisset celebrata, ex prædicta veriori, & tenenda sententia, & præterea tenet Lassart. *de decim. d. cap. 16. num. 30. & in præfatione, in Scholio ad l. 1. tit. 17. hoc libro 9. verbo, vendiderint, in fine.*

Non obstant modo adducta pro primi parte, & non quidem doctrina Iacob. Butrig. contraria, & sequacium, quia ipsa in nostris Regnis falsa est ex generalitate *d. l. 1.* vt prædiximus.

7 Nec congesta per Gironda, *vbi supra,* nempè, quod de vltimis voluntatibus non debeatur gabella: quia verum id fatemur de relictis in vltimis voluntatibus: ceterum non ideo sequitur, nec concluditur, ex venditione præcepta fieri a testatore, gabellam non deberi: quia eum ipse non vẽdat, sed hæres, ipsius persona est inspicienda, iuxta d. l. 1. ibi: *Los vendedores paguen, &c.* quod si ipsemet testator vendat cum effectu in testamento emptori præsenti, & acceptanti, iam hic contractus emptionis, & venditionis est, licet fiat in testamento prout fieri potest, ac proinde comprehenditur sub dispositione, & præcepto *d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.*

8 Nihilominus † tamen, si totum, quod agitur in testamento, legatum sit, ita vt nulla venditio subsistat, vt in specie *l. si fundus legatus, ff. ad leg. Falcid.* eo quod pecunia iussa præstari pro legato consequendo, non vt rei pretium sed implendæ conditionis caussa legati detur, cum in toto illo fundo legatum consistat, gabella ex hoc non debebitur, vt ex facto consultus respondit Lassart. *de decim. vendit. cap. 16. num. 26.*

SVMMARIA.

1 *Gabella quare non debeatur de pane cocto?*

2 *Sisa imponi non potest pani cocto.*

3 *Gabella non debetur ex quocumque pane cocto ad vescendum, siue ex tritico, siue ex hordeo, typha, vel de mayz cõficiatur.*

4 *Sententia condemnatoria certæ quantitatis de pane singulis annis soluenda domino alicuius loci, de quo pane sit intelligenda, vel an de omni pane? & num. 5. cum seqq.*

Frumenti

5 *Frumenti appellatione veniunt omnia, quæ arista continentur, nempe, triticum, hordeum, siligo, spelta, & alia id genus.*
7 *Gabella debeatur ex paniculis salis cocta.*
8 *Gabella debetur*, de los bizcochos, pasteles, bunnuelos, o de otro genero de pan mantecado, *& nu. 13. cum seqq.*
9 *Panifica Gabellam non soluunt ex pane cocto, quod tradunt alicui tot panes coctos videlicet pro qualibet faneca tritici sibi data.*
10 *Gabella debetur ex parte dantis triticum pro pane cocto præsenti: secus ex parte panifici propter panis cocti priuilegium.*
11 *Gabella debetur ex pane non cocto vendito in massa.*
12 *Gabella debetur ex venditione farina.*
13 *Gabella an debeatur ex venditione artocrearum*, bunuelos, y fruta de sarten? *& nu seqq.*
14 *Cum quid est propter aliud, consideratur id propter quod est, & cuius species est maior.*
15 *Argenteo vaso legato ueniunt gemma eidem inclusa.*
16 *Gabella debetur*, del alfajor *vendito.*
18 *Consuetudo interpretatiua, non censetur sublata a legibus gabellarum, sed tantum derogatiua.*

QVAESTIO LXXVI.

De pane cocto quare non debeatur gabella.

1 QVæsto de ratione, intellectu † & praxi *l. 34. in prin. tit.*
18. hoc lib 9 Noua Collect. Reg. dum præcipit: *Que no se pague alcauala de pan cozido?* Cuius decisionis duplicē quidem rationem refert Lassar. *de decim. vend c. 20. nu. 7.*
Prima est, vt pauperibus consulatur, qui soli regulariter panem coctum emunt in plateis, & furnis: diuites enim triticum habent, & vel sibi decoquunt, vel pistoribus dant ea lege, vt tot panes coctos, prout conuenerit, pro qualibet faneca tritici accipiant. Secūda ratio est, quia inter omnia, quibus vescuntur homines panis coctus primas tenet, vnde dici potest pani cocto propter sui excellentiam immunitatis
2 gabellæ priuilegium fuisse concessum: † Quibus rationib. idem non solum in gabella, sed etiam in sisa, quia nulla, nec alia impositio imponi possit in pane cocto, late probat Bobadill. *in sua Polit de Correg. li. 3. cap 3. nu. 58. pag. 59.* Ego vero nullam necessariamq. concludentem rationem huius priuilegij assignari posse censeo, nisi quod sic placuerit legislatori, sicut eidem placuit simile priuilegium concedere alijs rebus, in quibus non eadem ratio militare videbatur, & nihilominus ea congrue concessum est vt patet in quam pluribus legibus eiusdem *tit. 18. hoc lib. 9.* & infra videbimus.

Nihilominus tamen rationes supra assignatæ persuadent merito pani cocto id priuilegium immunitatis con-
3 cessum fuisse. † Vnde cum verba hæc *de pan cozido* generalia sint, late pateant, vt de quocumque pane simplici ex farina, & aqua confecto intelligantur, siue quidem panis ille ex tritico, siue ex hordeo, vel ex typha, aut ex mayz, aut alio quoque semina ad vescendum conficiatur, cum hic etiā panis coctus ad vescendum factus sit. Cum ergo verba nostræ legis, & meos in hac conuantiant, & eius dispositio locum habere debet, *l. 4. §. toties, cum simil ff. de dam. infect.* sicque generaliter legis nostræ acceptio recepta est *secund. Lassart. d. capitulo 20. numero 4. sequitur Bobad. vbi supra, d. numero 58.* tametsi aliàs autonomastice, proprie, ac simpliciter loquendo panis vocatur, qui conficitur ex farina triticea cum aqua: Nam, qui ex aliorum frumentorum, aut leguminum farina conficitur, vt tempore carestiæ annonæ fieri solet, panis cum adiectione dicitur, panis hordeaceus, typhaceus, fabaceus, vt docet Valles. Regius Medicus *in lib. de Sacra Theolog. cap 27. super Psalm. 103.* in illis verbis. *Et panis cor hominis confirmet*, quem refert Lassart. *d. cap. 20. nu. 4.*
4 Ex quibus semel in facto consultus respondi, quod cum homines cuiusdam opidi exequutorijs litteris in contradictorio iudicio latis fuissent condemnati, vt domino temporali illius opidi soluerent certam quantitatem frumenti (hoc scilicet, nomine) de pan cada año que lo sembrasen, y cogiessen, nec apperiretur, si auia de ser de trigo, ceuada, o centeno que cogiessen, o de todo, y de cada vna especie del dicho pan la dicha cantidad de fanegas, & forsan videri posset de omnibus suis seminibus esse soluendam,
5 præfatam quantitatem singulariter, † quia frumenti appellatione veniunt omnia, quæ arista continentur, nempe triticum, hordeum, siligo, spelta, & alia id genus, *gloss. in l. 1. C. de condit. in publ. horre. libro 10. & ibi Lucas de Penna*, decisum incautius fuit a quodam aduocato veterano: nihilominus mihi visum fuit contrarium, nempe, que aunque cogiessen los labradores trigo, centeno, y ceuada, que de solo el trigo han de pagar la dicha cantidad de fa-
6 negas de pan, † quia licet prima facie appellatio frumenti, hoc est de pan, generalis quidem sit, & vtrumque comprehendere videatur: nihilominus tamen proprie sumptum in potiori significatu accipiendum est, nempe de solo trigo, cum hæc species frumenti ceteris præeminentior sit: Et quia cum hordeum, vel typham significare volumus, adijcere solemus, de ceuada, o centeno: nihil vero adiecto de tritico intelligimus: & cum sententia sit stricti iuris, intelligi debet stricte, & proprie interpretari, vt minus lædat condemnatum, præmaxime propter odium, & præsumptionem violentiæ, quam vt plurimum solent habere huiusmodi exactiones fieri solitæ a dominis suis vasallis. Accedat præterea, quia frumentum capitur etiam strictius pro specie nobili tritici, quod siligine, hordeo, & alijs nobilius est: & sic ex consuetudine frequenter capitur, licet large capiatur pro omni blado, vt docet. & iure probat Rebuff. *in l. 77. in versic. frumentum dicitur ff. de verb. signif. pag. 499.* & in terminis ita cum alijs tenet, & probat Castill. de Bobadill. *en su Polit de Correg. lib. 3. cap. 3. num. 15. vers. Saluo en los contratos, &c.* & hoc nisi ex probationibus a domino factis in iudicio in quo latæ fuerint dictæ literæ exequutoriæ aliud constaret: ego enim solum vidi chartam exequutoriam in qua simpliciter de pan continebatur, sin declarar, que lo que auian de pagar fuessa trigo, ceuada, ni centeno.

Sed vt ad propositum *d. l. 34.* redeamus, obseruandum
7 erit †, ex paniculis salis cocti gabellā procuIdubio deberi, vt iudicatum fuisse commemorat Lassar. *d cap. 20. num. 5.* quia hic non est panis coctus, de quo loquitur, & intelligenda est dict. l. 34 nempe, de pan para comer, no para salar, y dar sabor a lo que se come: nullibi enim hoc priuilegium sali cocto concessum reperitur, *sequitur Bobadil. ubi*
8 *supra.* † Quinimo si verus panis, de quo loquitur præfata lex Regia, cum re alia ita misceatur, vt in aliam speciem transeat, nouumque nomen sortiatur, gabella ex eius venditione debebitur: est enim aliud plus quam panis, & tertia species, argumento text. *in l. si quis vinum ff. de tritico, vino, oleoq. legato*, vt resoluit exemplum finges Salez. *de usu, & consuetud. capit. 5. ex num. 52.* cui libenter assentitur Lassart. *d cap. 20 nu. 6.* & Bobadill. *vbi supra d. num. 58.* ibi: *De los bizcochos, y de los pasteles, bunnuelos, o de otro genero de pan mantecado, adonde dize, que de estas cosas bien se deue alcauala, por ser cosa compuesta, y no simple, ni absolutamente pan cozido*, aunque Gironda *de Gabell. 7. parte. §. 1. num. 17.* que alli refiere tenga lo contrario, ut *infra nu. 53.* dicemus.
9 Sed cum triticum † meum do panificæ, vt certos quosdam panes ex eo coctos det mihi pro qualibet faneca, nulla gabella ex hac conuentione debetur, quia neque venditio est, nec permutatio, qui duo contractus dumtaxat gabellam debent, *vt in l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. & sæpe diximus*, sed potius est pactum quoddam nudum cohærentia traditionis rei propriæ vestitum, iuxta *l. in traditionib. ff. de pact.* vt latè probat Lassar. *de decim. vendit. c. 20. nu. 8. cum seqq.* aduersus Didac. Perez in *l. 1. gl fin. tit. 17. lib. 8. Noua Collectionis Regiæ*, asserentē, depositū esse, ac proinde colligit, panificas si nō adimpleāt conuēta cū dominis, quotidie carcerari, & cessare priuilegiū legis 62. Tauri, quia cū depositū non reddant, furtum uidentur committere: est tamen plus

plusquam depositum, atque illa praxis carcerandi panificas non adimplentes conuenta, aliam rationem habet, vt ibi inquit Lassart. & sequitur Azeued. *num.* 8. in loco statim citando, reddens aliam rationem, & praxis communis accepit, vt panificæ gabellam non soluant ex hac specie conuentionis, per nostram legem 34. nec danies eis frumentum, nisi in casu infra proximo; & quod non soluatur gabella, *del contrato que se haze con los panaderos, para que den por cada fanega de trigo tātos panes*, tenet etiam Bobadill. *vbi supra, d. numero* 58. & Azeuedo, latè *in l.* 34. *numero* 5. *titulo* 18 *&* 69. quod si procedit non inuestigato, an ex eodem tritico, quod probetur, vel alio panes cocti dentur dominis, indistinctè enim obseruatur, ex huiusmodi conuentione, & contractu gabellam minimè solui.

10 Quod si † panis coctus præsens daretur simpliciter pro triticō, erit contractus permutationis, ac proinde ex parte dantis triticum, debebitur gabella, secus ex parte panifici propter panis cocti priuilegium, de quo in lege nostra 34. vt in terminis benè probat Lassarte, *d. cap.* 20. *numero* 13. & Bobad. *vbi supra, d. nu.* 58.

11 Denique vt ex littera nostræ legis a contrario sensu, ibi: *De pan Cozido* patet, debebitur gabella de pane non cocto vendito in massa, & tenet in terminis Gironda, *de Gabell.* 7. *p.* §. 1. *nu.* 17.

12 Eadem ratione † de venditione farinæ debebitur gabella, vt contra Din. *in l. quæsitum*, §. *illud fortasse, ff. de legat.* 3. tenet Bart. *ibi, numero* 1. & Bald. *in l non dubium, C. de legibus*, quos refert, & sequitur Firmian. *de Gabell.* 8. *p.* 2. *membro, numero* 14. *volum.* 11. *tract. diuers. Doct.* & Gironda, *eodem tract.* 8. *par. nu.* 4. *Bobadill. vbi supra.*

13 De venditione † autem artocrearum, *bunnuelos, y fruta de farten*, gabellam non deberi, sicut de panecocto, illa nō debetur per nostram legem probat Gironda, *de Gabell.* 7. *par.* §. 1. *num.* 17. etiam si in dictis artocreis caro sit inclusa, quia tantum consideratur panis coctus, argumento text. *in l. sed si*, §. *perueniamus, ff. de auro, & argento legato.*
14 † vbi probatur, quod cum quid est propter aliud, consideratur id, propter quod est, & cuius species est maior, † &
15 ideo argenteo vase legato, veniunt gemmæ eidem inclusę, ut notant Bart. & scribentes ibidem. Contrarium tamen probat Bobadilla *vbi supra, num.* 58. *versic. De los biscochos*, quod est uerius, *vt supra probauimus*. Quidquid postea distinxerit Azeued. *in d. l.* 34. *num.* 2. *cum seqq.* nempè, ut ex artocreis, & pastillis non debeatur gabella, cum Gironda, secus uero, de bunnuelos, y fruta de farten, quia deficit qualitas coctūræ sed de utrisque deberi gabellam pro-
16 bo, † sicut del alfaxor, ut uoluit Salaz *de vsu, & consuetudi-*
17 *ne, cap.* 4 *num.* 53. † nisi consuetudine interpretatiua legis
18 mè præscripta, aliud fuerit introductum, † quæ consuetudo interpretatiua non censetur sublata a legibus gabellarum, sed tantum derogatiua, *vt per Laßart. de decim. cap.* 2. *numero* 34. & in casibus dubijs uerè interpretatiua est prædicta consuetudo.

S V M M A R I A.

1 *Gabella quare non debeatur*, de los cauallos, mulas, y machos de silla que se uendieren, y trocaren ensillados, y enfrenados.
2 *Equitandi vsus in pace iucundus, & in bello non modo vtilis, verum etiam perquam necessarius, vt experientia docet.*
3 *Gabella non debetur*, de los quartagos que se uenden ensillados, y enfrenados, ni de los rozines, y hacas.
4 *Gabella non debetur*, de las yeguas que se uenden ensilladas, y enfrenadas, excepto si no son domadas, *vt in num.* 7.
5 *Masculinum comprehendit genus femininum etiam in priuilegijs.*
8 *Gabella ad hoc, vt non debeatur*, de los cauallos, mulas, y machos que se uenden ensillados, y enfrenados, *requiratur simul*, que antes sean de silla, o si bastan que se uendan con silla, y freno, aunque antes no fuessen dello? *& in numeris seqq.*
9 *Los criadores de qualisquiera potros no pagan alcauala de la primera venta que dellos hizieren, aora los vendan ensillados, o enfrenados, o en cerro.*
12 *Gabella debetur ex equo nouo, & indomito vendito etiam si cum sella, & freno vendatur.*
13 *Gabella tunc non debetur ex equo ornato sella & freno vendito, quando hæc simul cum equo venduntur, et non aliàs.*
14 *Equo simpliciter vendito ornato sella, & freno, caussa venditionis: nulla factu mentione sellæ aut freni, ornamenta hæc venisse videntur: secus si equus non vendendi caussa sed itineris occasione ornatus duceretur cum sella, & freno ac deinde venierit, nulla ornamentorum mentione facta, vt in nu.* 15 *sed contra nu.* 16.
17 *Gabella debetur ex equo nudo vendito.*
18 *Gabella debetur ex venditiona sellarum, & frenorum seorsum facta, & per se sumpta, & num.* 19. *&* 20.
Gabella debetur ex iumentis uenditis.

Q V AE S T I O LXXVII.

Quare non debeatur gabella, de los cauallos, mulas, ni machos de silla que se vendieren, y trocaren ensillados, y enfrenados.

1 QVæro de ratione, † intellectu, & praxi *legis* 34 *tit.* 18. *hoc lib* 9 *Noua Collect. Reg.* dū in ea cauetur: *Que no se pague alcauala de los cauallos, ni de las mulas, y machos de silla que se vēdieren, y trocaren ensillados, y enfrenados:* circa rōnē dicimus eā esse fauore militię, ut bene notat Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 192. *col.* 1. *vers. forte est ratio*, quia ex his, quæ solent esse necessaria ad militiam non debetur gabella, vt equis, mulis venditis cum sel-
2 la, & freno, & armis, &c. † Est enim equitandi vsus (addit Lassart. *de decim. vend. cap.* 20. *num.* 16.) in pace iucundus, & in bello non modo vtilis, verum etiam perquā necessarius, vt experientia docet, & tradit *l.* 1. *tit.* 17 *lib.* 6. *Recopil.*

3 Et quidem primo obseruandum † est circa intellectum nostræ legis Regię, vt non solum equus, sed etiam rocinus quoque, & si quæ sunt alia istius speciei animalia contineantur, & si minoris longæ staturæ, & dispositionis fuerint (veluti quartagos,) quia licet in corpore, & statura differant, secundum plus & minus, non dicuntur corpore, & statura differre, argum. text. *in l. fin. ff. de fundo instructo instrumentoq. legato, l. scapham, ff. de euiction.* ita tenet Mexia *in lege Regia Tolet. de los terminos* 2. *p. fundamento* 4. *numero* 10. quem sequitur Lassart. *d. cap.* 20. *numero* 16. licet Gironda, *de Gabell.* 7. *p.* §. 1. *num.* 25. *cum seqq.* non putet hodie iure Regio esse veram hanc opinionem: quia honor tribuitur equis, habentibus membra congruentia, vulgo dichos cauallos de marca, per *l.* 10. *tit.* 12. *p.* 2. *ad medium*, tribui non debet a los quartagos, & quia consuetudo non debet extendi de vno casu ad alium in præiudicium tertij, & Regij patrimonij, iuxta authores ibi per eum allegatos. Verum eius in hoc particularis opinio, quoad nostrum propositū attinet, falsa est omnino meo iudicio, & sic proculdubio probo in hoc opinionem contrariam, quam prædiximus Mexiæ, & Lassart. scilicet, quod ex roncinijs, & equis paruis, hoc est, *quartagos, y hacas* venditis, iuxta formam, & qualitatem nostræ legis 34. requisitam, non debeatur gabella, quia d. lex loquitur de equis venditis, vt in ea cauetur, nulla adiectione circa staturam facta, nempè *de grandes, ni de marcu:* At quis negabit equulos paruos, equos esse? Cum igitur lex non distinguat in hoc, nec nos distinguere debemus, vt in iurib. vulgaribus præcipuè in odiosis: præmaximè cum in dubio (si in hoc essemus, quod negamus) contra gabellam sit iudicandum, *vt supra resoluimus, q.* 6. *nu.* 10. vbi quomodo hoc sit intelligendum explicuimus: uel fatemur, consuetudinem solam esse non soluendi gabellam de equis, sed nostram hanc legem 34. hoc expresse

presse præcepisse, quæ indistinctè in praxi obtinuit, siue e-
qui magni, medij, vel parui sint. Quod si aliud diceremus,
quæso dicas mihi, cuius staturæ debet esse equus, ad hoc, vt
ex eo vendito iuxta formam legis non debeatur gabella,
vel ipsa debeatur, cum ne aliqua lex in proposito gabellæ nõ
soluendæ, vel soluendæ, quæ hoc declaret? Profectò nulla:
Iudices igitur in hoc diuersimodè iudicarent, si opinio Gi-
rondæ vera esset, & quandoque iuberent solui gabellam,
ex quibus alij contrarium iudicarẽt, & e contra: sicq. Res-
publica, & Regnum in hoc confusione impleretur, atque
decisio nostræ legis 34. obscurè & iniquè redderetur, cũ ip
sa clara, & generalis sit, omnes equos venditos, vel permu
tatos cum sella, & freno comprehendens.

4 Quinimmo, & † secundo de equabus quoque accipien-
5 dum est verbũ illud, cauallos: † quia masculinum compre-
hendit genus femininum, ex regula *l. si ita sciptum, ff. de le
gat. 2. l. seruis legatis, §. fin. & in l. qui duos, ff. de legat. 2. l.
seruus legatis, § fin. & in l. qui duos, ff. de legat. 3.* de qua
regula latè agunt Ias. *in l. si quis id, quod, ff. de iurisdict.
omn. iud. num.* 20. cum pluribus sequentibus, Abb. *consil.*
36 *in 1. par.* D. Couar. *in capit. Raynutius de testam. u. num.*
2. Auiles *in c. 1. prat. in gloss. De ninguna persona,* & alij quã
6 plures authores, † & habet etiam locum in priuilegijs, vt
resoluit Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gloss. 9. num.* 205. &
in terminis nostræ legis 34. ita tenet, & probat eadem, vel
maiori ratione Lassart. *d. c. 20. nu.* 16. & 17. & Gironda, *d.
7 p. §. 1. nu.* 23.

7 Nec † obstat lex 15. *eodem titulo* 18. *hoc lib.* 9. dum præci
pit, de equabus solui gabellam debere, *en el lugar de Pue-
bla de Villa franca del Arcobispo,* quia de indomitis, equa-
bus intelligenda est, non vero de domitis, iuxta formam
nostræ legis 34. venditis, vt obseruat Lassart. *d. cap.* 20. *nu.*
17. *ad finem,* vel quod cum lex illa localis sit, videtur contra
rium eius commune in alijs opidis.

8 Sed illud inter † nostrates magis controuersum est cir-
ca intellectum, & praxim nostræ legis 34. est, *dum ipsa
loquitur de equis venditis, vt de hac venditione non solua-
tur gabella, intelligatur esse necessarium ad hoc, quod duo
copulatiue interueniant.* Primo, quod equus fuerit antea
de sella, sicq. fuerit assuefactus sellam portare. *Secundo,*
quod equus freno, & sella ornatus veneat, an vero hoc vl-
timum tantum sufficiat, nempe, quod equus veneat cum
freno, & sella, licet primum non concurrat, vel nullum eo
9 rum? in † mulabus enim & mulis vẽditis ad non soluendã
gabellam vtrunque copulatiuè requiri omnes fatentur, &
probant ea littera clara nostræ legis ibi: *Ni de las mulas, y
machos de silla, que se vendieren, y trocaren, ensillados, y en
frenados.* sed in equis venditis hoc non ita patet: Quinim-
mo contrarium verius videtur generaliter, nempè, vt quã
tumcumque cum freno, & sella non antea seruierint, sed
neque in sella, & cum fræno, aut *mueso,* vt vulgo dicitur,
veodantur, gabella non debeatur ex huiusmodi venditio-
ne, vt probare nititur Mexia *vbi supra d. numero* 10. nem-
pè, ex equorum venditione quomodocumque facta, gabel
lam non deberi, dicens, hoc satis deduci ex lege ipsa Regia
si per puncta, & commata, quibus constat, legatur, nem-
pè, vt post verbum illud *cauallos,* punctus sit adscribẽdus:
quasi ibi requiescat sensus, & traditio illius legis: ac deinde
alia dispositio sequatur qualificata, ibi: *Ni de las mulas, y
machos de silla que se vendieren, &c. y trocaren ensillados,
y enfrenados.* itaque hæc verba, *De silla,* & sequentia, *Ensil
lados,* tantum referantur ad proxima, & sic, *a las mulas, y
machos,* non vero ad equos venditos: quasi illa dispositio,
de equis pura remanserit: additque, se ita vidisse, solitumq.
esse practicari: cuius opinionem sequitur Aceos, eam ve-
riorem videri Gironda, *de Gabell. d. 7. part. §. 1. numero* 22.
sed aliter intelligit Mexiam, quam ipse vere loquitur: Pu-
tat namque Gironda, Mexiam tenere, sufficere equos ven
ditos esse cum sella, & freno, vel cum *mueso,* licet antea in
eo tantum ornatu non seruierint: & hoc inquit Gironda,
semper consuetudine approbatum vidisse: Attamen re
vera, ut uidimus, Mexia *vbi supra,* plus dicit, & tenet: nem
pè, quod ex equis simpliciter, & generaliter uenditis non
debeatur gabella, quantumque cum fræno, & sella, non
antea seruierint, sed neque in sella, & cum freno, aut *mue-
so* uendãtur. Diuersus igitur hic casus est ab eo sensu, quem
Gironda tribuit Mexiæ: Mexia igitur tenet ex equis uen-
ditis quomodocumque nullam gabellam deberi, ex nostra
l. 34. Gironda, uero ita demum eam non deberi si cum sel-
la, & freno uendantur, uel cum *mueso,* licet antea in eo tan
tum ornatu non seruierint.

10 Sed utrumque † falsum uidetur: ueriusque est, ita de-
mum ex equis uenditionis gabellam non deberi. *Ni de las
mulas, y machos, quando los vnos, y los otros eran, y seruiã
antes de silla, y se venden iuntamente ensillados, y enfrena-
dos: de manera que no bastaria para no deuerse, ni pagar se de
los cauallos alcauala, ser ellos primero de silla, sino se venden
ensillados, y enfrenados: ni venderse ensillados, y enfrena-
dos, si antes no eran de silla, como en las mulas, y machos
claramente lo prueua, y decide nuestra ley, sin contradici-
on de nadie:* Quod idem in equis probare censendum est,
cum sit una eademq. dispositio generalis, equos, mulas, &
mulos æqualiter comprehendens, & uerba illa: *De silla,* si-
cut cetera sequentia, *Ensillados, y enfrenados,* referri de-
bẽt ad omnia superiora de equis, mulabus, & mulis dispo
sita in eadem oratione, *vt in l. talis scriptura, cum simil. b.
ff. de legat. 1. l. heres meus, §. vxori meæ ff. de legat. 3.* quia
eadem ratio adest, argumento *l. si idem cum eodem, §. fin. ff.
de iurisd. omn. iud. Y esser de silla significa habito, y costum-
bre de ministerio ordinario, y no el acto simple de tener la a
cuestas al tiempo de la venta, pues ambas cosas como diuer
sas las pone, y requiere la ley: y de otra manera en todas las
bestias de albarda, y carga, se defraudaria facilmente la al-
cauala echandoles vna silla, y freno de poco valor al tiempo
de la venta:* Et ad hoc uidetur allusisse, *l. 2. § fin. titulo* 17.
lib. 6. Noua Collectionis Regia, quæ cauetur: *Que para que
los uezinos de los pueblos se animen, y apliquen mas a la cer
tanca de las yeguas y cauallos, manda, que de la primera uẽ
ta que los criadores dellos hizieren de qua lesquiera po-
tros, aora los vendan ensillados, o enfrenados, o en cerro,
no paguen, ni se les lleue alcauala alguna.* Est igitur
hic casus specialis *en fauor de los criadores de yeguas, y ca-
uallos:* Ergo in contrarium est ius commune extra hunc ca
sum specialem, nempè, *que si antes no eran de silla aunque
se vendan con ella y freno, se deuera alcauala,* ut in terminis
rectius probat contra Mexiam Lassart. *de decim. d. cap.* 20.
num. 20. citans in idem Didac. Perez. *in d. l. 1. titulo* 7. *libro*
5. *Ordina. pag.* 192. *col.* 1. & Cels. *in Repertor. Legum Regni,
verbo alcauala, linea* 28. & tandem inquit Lassar. *num.* 18.
quod hoc iure utimur, & *d. nu.* 10. quod ita communis pra
xis, & consuetudo recepit, ut illæ qualitates nedum in mu
lis, sed in equis requirantur, ut illorum priuilegium locum
habeat.

Sed Didac. Perez, *vbi supra,* non uidetur tenere hanc
opinionem: requiri scilicet utrumque copolatiue in equis,
sed potius sufficere posterius: loquitur enim his uerbis: v-
num tamen est notandum, quod uendito, equo, seu mula
cum freno saltem, & sella, non debetur gabella ex tali con
tractu, prout receptum est in nostro regno Castellæ: nisi in
telligamus loqui iuxta legem Regiam de hoc agentem, nẽ
pe d. l. 34. ut patet: quia loquitur Perez etiam in mula, in
qua nemo dixit unquam utrumque non requiri: Ergo idẽ
in equo uendito uidetur sensisse, & sic in sensu, quo eum
citauit Lassart.

11 Quid tenendum? Ego † hanc secundam opinionem lon-
gè, ueriorem esse censeo, & tenendam in praxi, præcipuè,
si ita est receptum (ut dicunt, præfati authores) Ceterum
si opinio Girondæ alicubi in praxi recepta sit, uel consuetu
dine obseruata nempe, ut ex equi uenditione cum fræno, &
sella uenditi non soluatur gabella, licet antea in eo tantum
ornatu non seruierit, non mihi displicet: uidetur tamen ip-
se Gironda sentire, & præsupponere in sua opinione, quod
equus sic uenditus antea in utroque ministerio seruiebat,
nempe, *de silla, y albarda:* dum inquit, *in eo tantum orna-
tu non seruierint:* Ergo in utroque, aliàs enim si equus uen
ditus cum sella, & freno antea nũquam fuit de sella, nec
credo in praxi immunem esse a gabella, nec uerum id qui-
dem est, attenta dispositione nostræ l. sicut prædiximus ex-
plicata,

piscata, quia aliàs passim fraus fieret eidem, contra Regiũ
fiscum. Procedit igitur opinio Girondæ, quando *el cauallo
sirue antes de silla, y albarda*, & tunc potius inspiciendũ
est quod magis consuetum fieri, hoc est id in quo frequẽtius
seruiebat equus, ita vt si magis cum sella non debeatur ga-
bella: si verò contrarium, ipsa debeatur, & ita intelligen-
dus est Gironda, vt ipsemet postea *num.* 32. seipsum nun-
cupatim declarat, addens, idem esse intelligendum de mu
lis, & mulabus, vt quod prævaluerit inspiciendum sit. O-
pinio vero generalis Mexiæ nullo modo tenenda est, quia
vera non est, sed potius falsa.

12 Ex quibus primo deducitur, † quod si equus nouus, &
indomitus sit, ex eius venditione gabella debebitur: quod
etiam probatur *ex l.* 15. *tit.* 18. *hoc lib* 9 ibi: *E potros*, licet
talis equus nouus, & indomitus vendatur cum freno, &
sella, siue sine eis, vt benè probat Mexia *d cap* 20. *num.* 22.
addens, hoc intelligendum nedum in pullis equinis, qui
matres sequuntur, & adhuc earum lacte nutriuntur (nisi
de prima eorum venditione facta ab educatoribus eorum,
iuxta d. l. 2. §. *fin. tit.* 17. *lib.* 6. *Noua Collect. Reg. supra cita-
tam*, quod debuit aduertere hanc prædictus author) sed e-
tiam in quibuscumque alijs maioris ętatis, modo indomi-
ti sint, quos *potros* dicimus: quia tales pulli, & equini, cum
sint indomiti de sella non sunt, & sit necessarium esse de
sella, ad hoc, vt ex eis gabella non debeatur.

13 Secundo † deducitur, non sufficere, ad hoc, vt ex equo
ornato sella, & fræno vẽdito etiam si è sella sit, quod equus
frænum, & sellam habeat impositam tempore venditio-
nis, nisi hæc simul cum equo vendantur, vt rectè probauit
idem author, *num.* 25.

14 Quinimmò *num.* 27. etiam obseruat, † equo simpliciter
vendito, ornato sella & fręno, caussa venditionis, nulla fa-
cta mentione sellæ, aut fræni, ornamenta quoque hæc ve-
nisse videri ex textu *in l. ædiles. la* 2. *in princ. & in* §. *venden
di autẽ caussa, ff. de æd. l. edict.* & traditis per Ant. Gomez,
15 2. *tomo, variar resolut. capite* 2. *num.* 15. quod † si is equus
non vendendi caussa, sed itineris occasione ornatus duce-
retur cum sella, & fręno, ac deinde venierit, nulla orna-
mentorum mentione facta, quamuis eo casu solum equum
siue ornamentis venditum intelligat esse Iurisconsultus *in
d. l. ædiles*, & docet Ant. Gomez, *vbi supra*, & communi-
16 ter Doct. † ex noua tamen illius tributi gabellæ considera
tione, quam Iurisconsultus non nouerat in ea l. rei suis &
equi traditio inspicienda sunt, ita vt si venditum cum fræ-
no, & sella tradiderit equum, & sic eum vendidisse intelli-
gatur prædictæ legis Regiæ 34 beneficio gaudere volens;
17 secus † verò si eum nudum dederit; quia tunc iure potius
communi vsus videbitur, & gabellam soluet.

18 Ex venditione † etiam sellarum, & frænorum seorsum
facta, & per se sumpta, gabella debetur, *vt in l.* 38. ibi: *Y que
esso mismo los silleros, y freneros paguen alcauala de las
sillas, y frenos, y estribos y espuelas que vendieren*, *tit.* 18.
hoc lib. 9. solum enim intenditur priuilegiati *per d. l.* 34. equi
de sella venditi, *Ensillados, y enfrenados*, iuxta supradicta.

19 Quo casu neque † ex ipsis sella, & fræno, quibus equus
de sella est ornatus tempore venditionis, gabella debetur:
secùs verò erit, quando sella, & frænum per se solum abs-
que equo venduntur, quia sicut equus per se venditus sine
fræno, & sella immunitatem non habet, ita frænum, &
sella, nisi cum equo de sella vendantur, nullum priuilegiũ
habent, vt rectè etiam obseruauit Lasart. *d. cap* 20. *num.* 26.

20 Cui † adde id procedere, nedum quando venditio sellæ,
& fræni, per se sine equo fit ab artificibus sellarum, & fræ-
norum, quo casu loquitur *d. l.* 38. sed etiam si ab alio quo-
cumque fiat ex supradicta ratione, & sic ampliatur dispo-
sitio *d. l.* 38. vt in hac quoque specie procedat, & locum ha
beat ex generalitate *l.* 1. *tit.* 17. *hoc lib.* 9.

21 Vltimo † obseruo id, quod de equis, & mulis vtriusque
sexus sancitum est *in d. l.* 34. minimè esse ad reliqua iumen
ta extendendum, vt contra Didac. Perez in aduertentem a-
liud tenentem, probauit merito Lasart. *d. cap.* 20. *num.* 39.
estq. de hoc lex expressa 15. *tit.* 18. *hoc lib.* 9. ibi: *De las Azi
milas, potros, y asnos*.

SVMMARIA.

QVAESTIO LXXVIII.

De pluribus rebus, ex quarum venditione gabella non debetur?

QVæro etiam: *An sint aliæ res immunes a solutione gabellæ præter enumeratas in quæstionib. præcedẽtib. & quæ?* Respondemus, alias quam plures esse, quæ patent ex legibus *tit.* 18. *hoc lib.* 9. *Noua Collect. Reg.* & vt singulas perstringamus, & nonnulla circa eas in praxi dicamus.

1 Capio † nunc pecuniam percussam, hoc est, *la moneda amonedada*, de qua gabella non debetur, nec soluitur *ex l.* 34. *d. tit.* 18. ibi: *Ni de la moneda amonedada*, quod procedit, siue, vt talis pecunia iuxta intrinsecum eius valorem à lege impositum vna cum alia permutetur, siue, vt qualibet species inspecta materia, & valore intrinseco pro alia quantitate pecuniæ vendita fuerit, & siue pro alia re generica, vel specifica permutetur, iuxta speciem *l. fin. ff. de cond. ict. causa data*. Etenim generaliter statuitur in hac lege Regia, vt ex moneta percussa nulla gabella soluatur, modo verè pecunia, & moneta sit, hoc est legitimi ponderis, probæ materiæ, & forma publica excusa, *l.* 1. *ff. de contrahen. empt.* aliàs enim pecunia siue moneta dici non potest.

2 Sed † quamuis sit pecunia reproba, & non expẽdibilis, modo sit aurea, vel argentea, nulla ex eius venditione,

&

& permutatione gabella soluetur, quia generaliter ex argento, & auro distractis nihil gabellæ nomine pendi debet, vt probat l. 18. ibi: *Y que otras personas algunas, &c. titulo 17. hoc lib. 9.* & in terminis probat Lassart. *de decim. vendit. cap. 20. nu. 31.*

3 Deinde † eadem lege 34. cauetur: *Que no se pague alcauala de los libros, assi de Latin, como de Romance, enquadernados, o por enquadernar, escritos de mano, o de molde,* quod antea esse dispositum, & iure antiquo affirmat Firmian. *de Gabell.* quem refert Gironda, *de Gabell. 7. par. §. 1.*
4 *num. 15.* † vbi id limitat, si codex scriptus non fuerit, sed manualis, hoc est, *en blanco*, de hoc enim inquit gabellam deberi, ex verbis nostræ legis ibi: *Escritos*, a contrario sensu, quia requirit hanc qualitatem, vt codex sit scriptus, ad hoc, vt ex eius venditione gabella non debeatur: nihilominus tamen in hoc standum est consuetudini interpretatiuæ, d. legis legitimè inductæ præcipuè Curiæ, & Vniuersitatum huius Regni, vbi semper venduntur huiusmodi libri manuales in albo, & apud librarios hæc res comperta erit.

5 Verum † dum lex nostra loquitur de libris: *Assi de Latin, como de Romance*, idem intelligendum est, etiam si Gallicè, Italicè, aut Græcè, vel quacumque alia lingua conscripti sint, vt adnotauit Lassar. *d. capitulo 20. numero 32.* quia in omnibus libris scriptis militat eadem ratio, & gratia exempli fuerunt apposita verba illa. *Assi de Latin, como de Romance.*

6 Similiter † eadem lege 34. cauetur: *Que non se pague alcauala de falcones, ni de azores, ni de otras aues de caza,* quod intelligit Lassart. *d. cap. 20. num. 33.* siue ab alijs partibus asportentur, siue in his Regnis oriantur: generaliter enim lex nostra loquitur, ac proinde generaliter est intelligenda.

7 Verum † circa intellectum eiusdem legis 34. in rebus quas immunes a solutione gabellæ, eadem lex facit: obseruat idem Lassart. *de decim. vendit. cap. 17. numero 19.* quod cum vnusquisque ex permutationibus soluere debeat decimam ex ea re, quam in pretium rei a se datæ ab alio recepit, si rem quæ aliàs vendita immunis esse solet in pretiũ receperit, non ideo rei illius priuilegio excusabitur: veluti si fundum pro equo ornato, sella, & freno, vel libris, aut alio ex enarratis *in d. lege 34.* sed potius secundum equi æstimationem, & librorum valorem, decimam soluturus sum, iuxta *l. 2. titulo 17. hoc lib. 9.* etenim ea priuilegia locum habent, quando res illæ in contractum veniunt, vt merx, non vt pretium, atque ita debere intelligi d. legem 34. affirmat prout satis apertè colligi ex ea ait, ibi: *Ni de la moneda*, vbi si pecunia veniat in contracto vt merx, apertam immunitatem habet, sicut panis coctus, & cetera ibi expressa: & tamen constat, quod ex pecunia, vt pretium deducta in venditione, & permutatione, decima debetur, *vt in l. 1. & 2. d. titulo 17. hoc libro 9.* tunc non soluatur decima ratione ipsius pecuniæ, sed ratione rei venditæ, aut permutatæ pro ea. Hæc ille, quod repetit idem author *d. capitulo 20. numero 34.*

8 Hæc tamen † obseruatio ex parte recipientis rem immunem a solutione gabellæ loco pretij rei suæ, quo casu loquitur Lassart. rectè procedit, & vera est. Ceterum, cum ex parte dantis rem prædictam immunem, ea merx non vt pretium veniat in contractum, quia tunc est res non immunis ab eo recepta loco rei suæ immunis, ex quo gabella non debetur propter immunitatem rei a se datæ: non etiam debebitur gabella hac in specie a dante rem suam immunem, si ue pretio, siue pro alia re non immuni, id quod manifestè probat d. lex 34. ibi: *Que si vendieren, y trocaren, &c.*

9 Vlterius † lege 36. tit. 18. *hoc lib. 9.* cauetur *Que se an francos y no paguẽ alcauala los estrangeros de fuera destos Reynos del pan que traxeren a vender a Seuilla*: quod ideo procedit, vt cæteri inuitentur, quo magis triticum portent ad hæc Regna tempore necessitatis, vt notat Mexia *in pragmatica taxæ panis, conclusione 5. numero 138.* quem refert
10 & sequitur Lassart. *d. cap. 20. numero 64.* † inde rectè deducens, quod ex reuenditione illius tritici gabella debebitur, cum non ipsi tritico, sed primis illis exteris venditoribus, qui illud portauerint in Hispalensem Ciuitatem, & tibidem vendiderint, aut permutauerint imunitas concedatur.

11 Non † debetur etiam gabella, nec alia iura, de los pinos, que se vendieren en qualquier manera para las atarazanas Reales de Seuilla, vt in lege 37. tit. 18. hoc lib. 9. *Iurando la persona que los comprare que son para ellas, y no para otras personas.* vt in d. lege Regia cauetur.

12 Son † tambien francos de alcauala los herradores de todo el herraie que gastaren en los Reales y con la gente de las guarniciones, que por mandado del Rey estuuieren en qualquier lugar: pero los otros herradores han de pagar el alcauala de todo el herraie que gastaren en todas las
13 otras partes. † Y los silleros, y freneros de las sillas, frenos, estriuos, y espuelas que vendieren, *vt in lege 38. d. tit. 18.*
14 *hoc lib. 9.* † ex quo deducitur: *Que los estriuos, y espuelas*, non continentur appellatione armorum in hac materia, vt notat Montalu. *in Report. ll. Ordina. verb. Alcauala.* aliàs enim eorum venditio immunis esset, vt statim dicemus.

15 De † las armas ofensiuas, o defensiuas que se vendieren no se paga alcauala alguna, estando hechas, y acabadas en la forma, que se suele, y acostumbra vsar de ellas, *vt in lege 40. d. titulo 18. hoc lib. 9.* vbi additur: *Que de las cosas de que se hazen las dichas armas, y de las mismas armas, no estando acabadas en la manera, y perfecion que se suele vsar dellas, y de los aparejos para vsar dellas, aunque se an tocantes y anexos, a las mismas armas, se pague alcauala quando se*
16 *vendieren, o trocaren.* † De los iubones de malla no se deue ha de pagar alcauala: pero si de los otros iubones, aũque hasta aqui no se aya pagado, *vt in lege 41. eiusdem tituli 18. hoc lib. 9.*

17 Ex † qua lege fit: *Que de los arcabuzes, y otras qualesquier piecas, y tiros de artilleria* non debebitur gabella, nec ex armis etiam lege prohibitis, velut in casu legis 8. *titulo 6. lib. 6. & in lege 14. tit. 4. lib. 6. Noua Collect. Reg.* nempe: *De los arcabuzes menores de vna vara de medir el cañon, y de nueuas formas de armas, o arneses prohibidos*, cũ hæc omnia sint arma, & armorum appellatione contineantur, vt probat Lassart. *d. c. 20. nu. 67.*

18 Similiter † de ensibus, & stocis gabella non debetur, quia
19 hæc arma propriè sunt, quibus in prælio vtimur, † ipsa tamen debebitur de cultellis minoribus, nempe vnius palmi plus minus, quorum vsus domesticus potius est, & familiaris pro vsu mensæ, vel domus, argumento text. *in Authen. de armis, §. vt autem, collatione 9. ibi:* cultellos minores, *quibus nullus in prælijs vtitur:* non vero debebitur de cultellis & gladijs maioribus ad prælium aptis, ita probat, & iudicauit in facti contingentia Lassarte, *dicto capitulo 20. numero 69.*

20 Secundo † ex littera d. legis 40. supra relata constat, ex ensibus lucidis, & omnino consumatis, nullo tamen capulo ornatis, gabellam deberi, *Porque no estan hechas, ni acabadas en la forma que se suele y acostumbra vsar dellas, como se requiere por la dicha ley, que lo esten para que no se deua aocauala*, & ita fuit in terminis postea declaratum Madriti in Curijs ann. 1582. *petitione 79.* vt refert Lassar. *d. c. 20. nu. 70.*

21 Item † es libre de pagar alcauala el oro, sino es quando lo vende el mercader que lo labra para vender, que paga la ganantia quitada la costa dos marauedis por onca, lege
22 18. tit. 17. hoc lib. 9. † *Y assi mismo de la plata nadie paga alcauala, sino el mercader, o cambiador, o platero, que pagan quando compran cinco marauedis por marco, y despues quãdo venden de las piecas de vn marco, o dende arriba los mismos cinco marauedis por marco, y de las de marco ab aio pagan de sola la ganancia quitada la costa de diez marauedis vno*, vt in d. l. 18.

23 Item † no se paga alcauala de la primera vẽta de los cautiuos, y ganados, y otras cosas que qualesquier personas, assi de acauallo, como de a pie sacaren de tierra de Moros en tiempo de guerra, y las vendieren en estos Reynos, ellos, o otros por ellos despues de sacado, y puesto en saluo, *vt in l. 10. tit. 18. hoc lib. 9.*

24 Item † se exceptan de no pagar alcauala las cosas de las personas

personas ventas, y lugar particulares contenidas en las leyes de quaderno de las alcaualas, que se refieren desde la l. 11. hasta la l. 13. tit. 18. hoc lib. 9. que por ser priuilegios particulares que sus duennos no los olvidaran y no ser leyes generales, no se refieren a qui por estenso.

25 Sed † cum lege 14. titulo 17. hoc lib. 9. olim cautum esset: *Que todos los boticarios paguen alcaual a de las medicinas, como de todas las otras cosas de su oficio que vendieren excepto los boticarios declarados en la l. 15. y siguientes del titulo 18. deste lib.* 1. pragmatica quadam gr. in ordine Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabeth, condita anno Domini 1493. 18. die Ionij, fuit decleratum (quamuis in hoc l. 9. nō imperatur) sed postea fuit supra addita, vt hi apothecarij soluere teneantur gabellam ex me licamentis simplicibus dumtaxat, quæ ab ipsis vendantur, secus autem ex compositis, y de aguas destiladas: ex qua tota pragmatica Regia ea regula generalis deducitur.

26 Quod † quotiescumque medicina, aut alia res venditur, talis, qualis a natura producitur, vt sunt radices, herbæ, folia herbarum, & arbustorum, flores, semina, fructus, cortices, gummi, mineraba, veluti lapides & metalla, & similia, gabella pretij debeatur.

27 † Idem est ex venditione earum rerum, quæ licet compositæ sint, attamē, & sanis quoque, ac benè valentibus præcipue vendi solent, eo no sint conserua, y conditura, o otras cosas semejantes que se suelen dar a sanos: quas diiudicare poterit iudex suo arbitrio iuxta loci consuetudinem, vt arbitratur Lassar. nu. 75. illarum cœnandis: de harum namque venditione, & similium gabella quoque soluenda est.

28 Si † vero res est, aut medicina talis sit, quæ industria, & opera apothecarij ad vsum, solumque infirmorum vtilitatem reducitur atque componitur cum admissione alterius, sive fine, de ea gabella soluenda non est, vt latissimè explicat ea lex, ibi: *Que las cosas compuestas*, & infra: Itaque in ratione alcaualæ facienda est distinctio inter industriales, & naturales medicinas, vt latius deducitur, & prosequitur hoc Lassart. *de decim. d. cap. 20. nu. 72. & 73.* addens nu. 74. & ex hoc semel iud. califacentem vedentem aquas destillatas ex his, quæ medicinales sunt, de quibus loquitur, & intelligēda est d. Regia Pragmatica, ibi: *Y aguas de alquitaras*, gabellam non debere.

29 † Ex quibus supponendus est Salazar *de vsu, & consuetudin. cap. 4 num. 55.* dum d. Pragmaticæ non meminit, sed tamen lege 103. in quaterno gabellarum, quæ est d. lex 14 *tit. 17. hoc lib. 9.* & cauendum ab Azeued. *in d. lege 14. num.* 1. dum censet d. Pragmaticam sancire de medicamentis simplicibus, quæ Medici infirmis, & dolentibus iubent præstari, nullam gabellam deberi, cum tamen contrarium expresse præcipiat d. Pragmatica in medicinis simplicibus, vt ex ea patet, & est prædictum.

30 Denique † praxis communis huius Regni etiam obtinuit, vt ex venditione iurium Regalium, quinimmo, & de redemptione aliorum iurium redhibitorum super his impositorum gabella non debeatur: y assi sedan priuilegios Reales de la Contaduria Mayor de su Magestad, para que no so pague, ni se lleue desto alcauala hasta que otra cosa se prouea.

31 Ex † venditione quoque certo pretio ab hæriede laico facta cuiusdam vestimenti ex ijs, quibus Ecclesia pro diuino cultu in sacrificijs, & altaribus vti solet, nec consecrati quidem, quia nondum Ecclesiæ vsibus destinatum fuerat executoria lata in Regali Cancellaria Vallisoletan. ann. Domini 1570. mense Iunio, declaratum fuisse, gabellam non deberi, commemorat Lassart. *d. capitulo 20. numero 71.* dicens, licet magnopere hanc sententiam eum religionis, & pietatis plena sit, & quod vbi hæc vigeret consuetudo pie religioseq. eam esse seruandam censet, prout Regius ille Senatus censuit fauens Ecclesiæ etiam contra ius propter consuetudinem allegatam, & probatam in illa Tauri nēfi ciui tate, vbi lex illa orta fuit, nempè, quod numquam in ea gabella soluta esset ex ijs, quæ ad diuinum cultum, & sacrificia Deo offerenda pertinent, ornatusque causa Ecclesiæ ipsis vendebantur, & bene quidem; quia aliàs huiusmodi consuetudine non probata, deberetur gabella ex venditione similium rerum, *vt vult Lassart. vbi supra.* Pro quo facit expressè lex R gia, quam ille non allegauit, nempe, *l. 2 in versic. De qualesquier Cruces tit. 21. hoc lib. 9.* quæ est huiusmodi: *De qualesquier Cruzes, y Calizes, y vestimentas, y otros qualesquier ornamentos, y frontales, y cenefas, que sean para seruicio de las Yglesias, y Monasterios, y otras capillas qualesquier que traxeren a la dicha ciudad, qualesquier personas para los vender, paguen cinco marauedis pro ciento al almoxarifazgo mayor, y el alcauala la ha de pagar adiez por ciento a la renta que perteneciere:* hoc allegauit Gutiérr. *de Gabell. 7. par. in princ. nu. 49.* Et côtingit quotidie hic casus en los bordadores, que vēden casullas, y otros ornamentos de Altares, y Yglesias: de beni igitur ex prædicta venditione gabellam, quando sus expensis, & periculo facta sunt ad vendendum, nisi consuetudo habeat contrarium, quæ, vt pia, & religioni fauorabilis fouenda est benigno quodam iure, vt obseruatum fuit in prædicta causa.

32 Denique † de rebus Cruciatæ venditis non soluitur gabella, vt cauetur *in lege 5. titulo 18 hoc libro 9* ita disponēte: *Es nuestra merced, que de las cosas que se tomaren por qualesquier Tesoreros, y Receptores de la Santa Cruzada, y de las que se vendieren por ellos, o sus fazedores no se pague alcauala.*

33 De † la nieue se deue alcauala, como que la dicho arriba con Parlador. *libro 1. rerum quotidianarum, 1. parte, capite 3. §. 2. numero 25.* & Lassart. *de decim. vendit. capite 2. numero 30.* nuoeaddo eos sequentē Bobadillam *en su Politica de Corregidores, libro 3. capite 4. nu. 10.* en el qual en el nu. 9. se veran muchas cosas en fauor del vso de la nieue para enfriar la beuida, y prueua ser cosa muy saludable.

SVMMARIA.

1 *Gabellario cui debeatur gabella ex venditione earum rerū, quæ pondere, numero, & mensura constant: resoluitur nu. 5. & 7.*

2 *Venditio earum rerum, quæ pondere, numero, & mensura constant, an sit pura, vel conditionalis? non est perfecta ante ponderationem, numerum, vel mensuram, vt in nu. 3. nisi vnico pretio totum venierit, vt ibidem, & num. 8. est conditionalis, & tamen interim non est locus pœnitētiæ, vt in nu 6 & 7.*

4 *L. quod sæpe, § in his ff. de contrahen. empt. loquens in rebus mobilibus ad mensuram venditis, habet etiam locum in rebus immobilibus ad mensuram distractis, & in nu 6.*

9 *Distinctio Baldi in l sicut periculum, nu. 1. vers sed quid si, C. de act. empt. reprobatur circa duas formas venditionis vini ad mensuram.*

QVAESTIO LXXIX.

Cui gabellario debeatur gabella ex venditione rerum consistentium in pondere, numero, vel mensura?

1 QVæro † modo, quando, & cui gabellario debeatur gabella ex venditione earum rerum quæ pondere, numero, mensura ve cōstant, quando ad pondus numerum, vel mēsuram venduntur.

2 Ad † cuius quæstionis decisionem necessario est præmittenda altera, an scilicet, venditio harum rerum sit pura, vel conditionalis? Si enim pura est, statim vt contrahitur, debetur gabella gabellario illius temporis: si uero conditionalis, ipsa non debitur, nisi tunc demum, cum adimpleta fuerit conditio, ac gabellario temporis adimpletæ conditionis?

3 Et † quidem, ut res hæc clarius resoluatur, incipiamus a decisione aurea text. in *l. quod sæpe, §. in ijs, ff. de contrah. empt* ex quo textu clare constat, non antea harum rerum perfectam esse venditionem, etiam si de pretio conuenerit, quam si admensa, appensa, adnumerataue sint; &

hoc quando ad pondus, numerum, & mensuram venduntur, veluti si vinum ita venierit, vt in singulas amphoras, vel oleum, vt in singulas metretas, item frumentum, vt in singulos modios, argentũ, vt in singulas libras certum pretium dicere tur: vel si pro numero corporum pretium fuerit statutum, quia venditio his casibus quasi sub conditione videtur fieri, vt in singulas metretas, aut in singulos modios, quos, quasve admensus eris, aut in singulas libras quas appenderis, aut in singula corpora, quæ adnumeraueris; nisi omne vinum, oleum, vel frumentum, vel argentũ (quantumcumque esset) vno pretio venierit, hoc est, non ad pondus, numerum, & mensuram, quia tunc idem iuris est, quod in ceteris rebus, nempè, vt simulatque de pretio conuenerit, perfecta sit venditio. Eadem distinctio casuum (inquit textus) est seruanda, quando grex venierit, vt siquidem venditio gregis vniuersaliter fiat vno pretio, perfecta videatur, postquam de pretio conuenerit: si vero in singula corpora certo pretio, non erit perfecta, quousque numerentur animalia, vt in ceteris præcedentibus. Quod si ex dolio pars vini venierit (veluti metretæ centum) verissimum est, & constare videtur, antequam admittatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Nec interest vtrum pretium omnium certum metretatum, insimul dictum sit, an in singulas eas. Hæc textus ille, & per eum Doctores communiter, præsertim in sua cit. nos, nempe Couarr. Lassart. Azeuedo in l. 1. numero 143. & 141. titulo 17 hoc libro 9. & Molina Theolog. in secundo tomo de iust. & iure, disput. 366. col 697. ad fin. & colum. sequenti, & ceteri quamplures.

In summa, cum res consistens in pondere, numero, vel mensura venditur ad pondus, numerum vel mensuram, certo quodam pretio conuento, pro qualibet pondere, numero, vel pro qualibet mensura, imperfecta venditio est, quousque adnumerata, admensa, appensaue ea sint: æquiparatur venditio quasi sub hac conditione videtur fieri: secus quando vno pretio venduntur vniuersaliter sine pondere, numero, vel mensura. Ita decidit expresse text. in d. §. in iis, quæ limitatio probatur in lege 25. tit 5. p. 5.

4 Et † illius textus dispositio loquens in rebus mobilibus ad mensuram venditis, procedit etiam in rebus immobilibus ad mensuram distractis, ex textu in l. si in venditione, §. 1. ff. de peric. & commodo rei vend. vbi notant Bart. & communiter Doctores, & ne Domin. Couarr. in Practic. Quæstion. cap. 3. num. 7 versiculo 10. ex his infertur, & nu. 10. necnon & Lassar. de decim vendi. c. 5. nu. 28. & nos lib. 3. Pract. quæst 94. nu. 15.

5 Ex † quibus procul dubio respondendum erit ad nostram primam, & principalem quæstionem, vt in specie ipsius gabella non debeatur, nisi demum rebus ponderatis, numeratis, vel mensuratis, quia tunc adimpletur tacita conditio temporis venditionis, & hic primo, non vero secundo gabellario, qui erat tempore perfectionis contractus, & adimpletæ conditionis, iuxta supra resoluta a nobis, quæst. 8. in venditione conditionali.

6 Est † enim prædicta venditio ad pondus, numerum, vel mensuram, vt in d. § in iis, iuxta veram, & communem sententiam illo textu probatam, quam refert Menoch. consil. 26 num. 28. volum. 1. & Deci. consil. 179. numero 1. libro 1. quos ad hoc refert, & sequitur Lassart. d. capit. 5. sub num. 29. atque ideo nemo potest alterutrum, ab ea venditione recedere, etiam ante mensuram adhibitam, secundum Paul. Paris. consil. 59 numero 9 libro 1. Couarr d. cap. 3. numero 6. & Lassart. vbi supra, d. numero 29. licet enim quoad translationem dominij, & quoad periculum, & commodum non solum in rebus mobilibus non dicatur perfecta venditio ante mensuram, vel pondus, quoties venditio ad mensuram, vel pondus fuit facta, vt in dicta l. quod sæpe, §. in iis. & in l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. & l. 24. titulo quinto par. 5. sed etiam in rebus immobilibus ad
7 mensuram venditis, vt prædiximus: † tamen quo ad effectum, vt non sit licita pœnitentia ante mensuram, venditio est perfecta, sicut in ceteris venditionibus conditionalibus, vt resoluimus libro 3. Pract. q. 94. numero 15. cum seqq.

Et in terminis nostræ quæstionis, per prædicta, eam sic decidit Lassar. d. c. 5 nu. 21 cum sequentibus, quem sequitur Azeuedo, in l. 1. numero 143. tit. 17. hoc lib. 9. & Molina Theolog. de iust. & iure, 2. tomo, disputatione 366. colum.
8 698. † quibus adde, quod si venditio harum rerum non fiat ad pondus, numerum, vel mensuram, sed vniuersaliter vno pretio, sine mensura, pondere, vel numero, debebitur statim gabella ex eius pretio, iuxta reg. l. d. l. 1. titulo 17. hoc libro 9. cum simulatque de venditione conuenerit, statim sit perfecta venditio, sicut in ceteris rebus, quæ pondere, numero, vel mensura non constant, & probatur in d. l. 25. tit 5. par. 5.

9 Vnde † iam facile vides, amantissime Lector, quantum in hac re à scopo veritatis deuiauerit Bald. in l. sicut periculum, numero 1. versic. sed quid si, C. de act. empt. quem sequitur Paul. de Castro ibi, dum distinguit inter venditionem illam hoc modo conceptam, Vendo tibi vinum totũ, quod est in ista vegete, ad rationem decem solidorum pro qualibet salma: & illam, Vendo tibi tot salmas ex tali vegete, vel ex tali cellario, empè, vt in primo casu non dicatur venditio facta ad mensuram, quia tunc mensuratio non venit ad substantiam, sed ad declarationẽ solius pretij, quod etiam in seipso certum est, tam naturaliter, quam per artem geometricam, & sic contractus est perfectus inspecta veritate, sicut quando contrahitur sub conditione de præterito, licet de existentia talis conditionis incerti simus: in secundo vero casu prædictæ venditionis sub forma mensuræ unde substantia formæ, materiæ, & contractus est in ipsa mensura, & sic antequam mensuretur, est emptio imperfecta, & non habet subiacentem materiam certo, & determinato modo, sed quasi conditionaliter.

Hæc namque differentia Bald. confunditur apertè ex decisione textus in d. §. in his, l. quod sepe, ff. de contrahenda empt. Ex qua constat in utroque supradicto casu, uenditionem fieri ad mensuram, quasi conditionalem, eo modo, vt prædiximus: licet enim, quando totum uinum uenditur ad certum pretium pro qualibet mensura, rerum natura certum sit, quantum sit pretium totius uini: alia tamen ratione uidetur, non ad speciem, & corpus, sed ad mensuram esse uenditionem contractam, quia, scilicet, non est determinatum pretium, ut totius uini, sed singulatim pro qualibet mensura, & sic totũ corpus non potest dici uenditũ esse: & ita merito contra Bald. eum reprobantes, tenent Salicet. in proprio loco, numero 4. & cum Cor. iunior. Domin. Couar. d. cap. 3. num. 7. & Gregor. Lopez (licet tandem remansit cogitandum) in l. 24. tit. 5. parte, 5. glos. 2. & Affirmatiuè Lassar. d. cap. 5. num. 25. cum sequentibus, pro qua opinione contra Bald. uidetur d. l. 25. titulo 5 parte 5. ibi: No las pesando, ni mediendo, ubi Gregor Lopez gloss. fin. eam l. expendit contra Bald. dicens, quod per eam uidetur destrui dictum Baldi, ubi supra.

SVMMARIVM.

1 Conficiẽs bona fide speciem ex aliena materia, tenetur antiquo domino ad pretium actione in factum.
2 Gabella non debetur ex pretio, quod quis tenetur soluere antiquo domino ex eius materia bona fide speciem cõficiens.

QVAESTIO LXXX.

An gabella debeatur ex pretio materiæ alienæ, ex qua quis bona fide speciem fecit.

1 QVæro: Supposito, quod † conficiens bona fide ex aliena materia speciem, tenetur antiquo domino ad pretium actione in factum, iuxta l. in rem actio, la 1. §. item quacumque, ff. de rei uend. gl. in §. cum ex aliena, verbo, species, Instit. de rerum diuis. communiter approbatã secundum Lass. ibi in addit. ad Portiun.

An ex

An ex illo pretio debeatur gabella, necne? Et videtur ipsam deberi, quia ea vera soluitur pretium illud pro materia: Ergo est venditio, quia interuenit pretium, iuxta gl. cōmuniter approbatam per textum, *ibi*, *in l. fin. C. de prædijs Decur. lib. 10. verbo intelligi, & in l. cum dotem, gl penult. C. de iure dot.* vt per Padillam *in l. voluntas, nu. 10. & tt. C. de fideicommiss.*

Nihilominus tamen in quæstione præmissa contrarium resoluo esse tenendum, quia in ea bonæ fidei possessor cum domino materiæ nullum negotium habuit, nec gessit, cum tamen ad rei venditionem requiratur, mutuus consensus partium, vt patet: sed cum is naturali ratione dominus fie rei eius rei, quam fecit, iniquum esset, eum cum aliena iactura locupletari, & ideo ad materiæ pretium obligatur, non ad rem: Nulla igitur ex hoc venditio considerari potest, sed potius eius, quod interest solutio ex æquitate *l. si me, & Titium, cum ibi notatis, ff. si cert. pet.* & in terminis ita bene probauit Lassart. *de decim. vendit. cap. 12. num. 1.* qui *numeris sequentibus* per totum illud caput perbellè agit, an, & quando faciens sibi ex aliena materia speciem, dominium sibi acquirat, vel non: sed quia hoc est extra materiam huius tractatus, id omitto.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur in specie textus in l. insulam, 13. ff. qui potior, in pign habeantur? resoluitur, nu. 5.*

2 *Pensiones rei vendita, qua antea locata erat, an emptori cedant, & debeantur? & nu. seqq.*

3 *Fructus maturi atque pendentes, qui in fundo vendito sunt tempore venditionis, emptori cedunt, nisi aliud inter partes conuenerit.*

Q V AE S T I O LXXXI.

De quo debeatur gabella in specie textus in l. Insulam, 13. ff. qui potior. in pignore habeantur.

1 QVæro: Cauetur *in d. l. insulam*, quod insulam, quam locatam habebam in aliquot annos certa mercede, puta viginti aureorum in singulos annos constituta, mille vēdidi tibi, pacto eo adiecto, vt prioris anni pensio mihi sequentis tibi esset accessura. *An scilicet, nedum ex mille aureis conuentis, sed etiam ex viginti, quos pro prima locationis pensione accepiam, gabellam sim soluturus, quos videor accipere ex pacto venditionis, necne?*

2 Videtur † hæc quæstio pendere ab ea, quæ habet, *qualiter pensiones rei vendita, qua antea locata esset, emptori cedant, & debeantur?* Quæ in re multipliciter distingui solet, vt constat ex traditis per Salicet. *in l. Julianus, §. si fructibus, ex num. 8. ff. de action. empt. & Domin Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 15. nu. 3.* in ed tamen DD. magis communiter consentiunt, eatenus pensiones rei locatæ, quæ post locationem vendita sit, emptori, vel venditori cedere, quatenus fructus ipsius rei ad emptorem, vel venditorem pertinere debuissent, si locata non esset, prout singulos casus prosequendo docet Salicet. *in d. §. si fructibus, numero* 8. quem sequitur Couar. *vbi supra*, vno casu tantum excepto, de quo *in l. fin. §. fin ff. de iure fisci* estque communis, recepta, ac vera sententia, vt cum alijs resoluimus *libro 1. Canon. Quæst. cap. 33. num. 20.* vbi *num. seqq.* latè egimus de hac materia.

Veruntamen nouissimè Lassart. *de decim. vendit. cap. 15. num. 35.* duas regulas inquit colligi in hoc ex *d. §. si fructibus*, ex quibus rectè explicatis, tota materia intelligetur.

3 Prima † regula est: fructus maturos atque pendentes, qui in fundo vendito sunt tempore venditionis, emptori cedunt tanquam fundi pars, nisi aliud inter contrahentes conuenerit. Ceterum de fructibus, qui post venditionem nascuntur, nulla dubitatio est, quin emptori sint restituendi, nulla eius mora intercedente quoad solutionem pretij iuxta materiam *l. curabit. C. de action. empt.* Hæc prima regula verissima quidem est, & tenenda, vt *supra resoluimus*.

4 Secunda † regula est, quod si fundus venditus locatus prius erat, pensiones omnes, siue quæ iam debentur propter tempus locationis transactum, de quibus nulla poterat esse dubitatio: siue quæ postea debebuntur ex locationis progressu, ei cedent, qui locauerat tam in prædijs rusticis, quam vrbanis, nisi aliud nominatim conuenerit inter contrahentes tempore venditionis: quod cum ita generaliter dicat, & statuat Iurisconsultus *in d. §. si fructibus*, miratur quidem Lassart. *vbi supra*, quod DD. nostri ab eo recedentes tot distinctiones induxerint, *& numeris sequentibus*, latè agit de intellectu dicti §. *si fructibus*: hæc secunda regula non ita planè procedit, nec ex textu illo colligitur, vt prima: & ita ipsemet Lassarte, *numero 36.* supplet illi textus, eumque intelligit, vt eam regulam veram efficiat, vbi ex lege venditionis actum esset, vt emptor staret locationi. Ego vero teneo, quod resolui in hoc *vbi supra*.

5 Ad † nostram quæstionem, principalem accedens circa casum *d. l. insulam, ff. qui potior. in pign hab.* respōdeo, quod aut pactum est ibi de stando locationi per emptorem, & tunc illud solum æstimabitur, quia ex eo prouenit, vt venditor pensionem rei locatæ consequatur, & illud pactum vlterius adiectum, de quo *in d. l. insulam*, scilicet, da lucranda, per venditorem pensione prioris anni, tanquam superfluum venditori, æstimandum non est, cum absque eo pacto habiturus esset pensionem: ceterum si in casu *d. l. insulam*, adiectum non esset pactum de stando locationi per emptorē, cum nisi illud de lucrāda pensione specialiter cōuenisset, nihil foret habiturus venditor, vtile uidetur esse illud pactum, & pars pretij erit censendum, ac proinde æstimandum ex *l. fundi partem, ff. de contrahen. empt.* debebitur igitur gabella in omnem euentum in specie nostræ quæstionis, nedum ex mille in pecunia solutis, nomine pretij, sed & ex viginti, quę ex vno, vel altero pacto uenditori prouenient, ut bene resoluit Lassart. *d. cap. 15. num. 46.*

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur*, de la uenta de las cabeças, piles, y manos de carneros, y otros animales, *resoluitur affirmatiuè*.

Q V AE S T I O LXXXII.

An debeatur gabella ex capitibus, & pedibus arietum, ceterorumque animalium, quorum corpora iubentur ponderari.

1 QVæro: † *An ex capitibus, pedibus, manibusq arietum, & ceterorum animalium mortuorum, quorum corporu iubentur ponderari, debeatur gabella?* Et non deberi probare uidetur lex 20. tit. 19. hoc lib 9. dum præcipit. *Que los carnizeros, sean obligados a pesar la carne de ares entera, sin la cabeza, y los pies, antes que lo corten por menudo: pora que desta manera los arrendadores de las alcaualas podran saber lo que pesan, y conforme a ello puedan cobrar el alcauala.* Ergo de prædictis capitibus, & pedibus, ipsa non debetur: nihilominus tamen procul dubio contrarium est dicendū, & tenēdū, immo, quod ex dictis capitibus, pedibus, manibusq. debeatur etiam gabella, & soluenda sit ex regula generali l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. præcipientis. *Que de todo lo que uendieren paguen los uēdedores el alcauala de diez uno:* Nec obstant uerba d. l. 20. supra, in contrario expensa: *porque dexar se de pesar los pies, cabeças, y manos, no se dize en la ley a fin de libertarlos de alcauala, sino porque esto no se suele comunmente uendere a peso, porque no es uniforme su estima, y ualor con el ualor de la caual ni puede sin perjuyzio meterse en el peso aquello que no uale tanto precio con lo que uale mas, y pues no se uende a peso, no era menester pesarlo, basta saber el numero de las cabezas, y menudos, para cobrar dello el alcauala.*

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur ex duabus rebus vno pretio venditis, quarum vna libera est a solutione gabellæ?*
2 *Quando vnum pretium soluitur pro duabus rebus, tantum pro qualibet censetur solutum, quãtum vnicuique earum conuenit secundum valorem earum.*
3 *Pluribus hominibus vno pretio distractis, vnus vitiosus redhiberi potest, nisi separari non possint, tunc enim omnes redhiberi possunt.*

Q V AE S T I O LXXXIII.

An gabella debeatur ex duabus rebus vno pretio venditis, quarum vna libera est à solutione gabellæ?

1 QVæro † etiam: *An aliqua debeatur gabella ex duobus, rebus simul vnico pretio venditis, quarum vna, & forte pretiosior libera est, atque exempta à solutione gabellę?* Et dicendum censeo, quamlibet rem suo iusto pretio es pręcepto iudicis æstimandam fore (nisi inter partes aliter conuenerit) & gabellam deberi es pretio rei tributariæ definito, argumento doctrinę Paulo de Cast. in *l. si quod ex Pam*
2 *phila. nu 2. ff. de leg 2.* vbi tenet, † quod quando vnum pretium soluitur pro duabus rebus, tantum pro qualibet censetur solutum, quantum cuique earum conuenit secũdum valorem earum; facit text. *in d. l. ædiles. §. fin. iusti ff. de ædi*
3 *lit. edicto* † vbi pluribus hominibus vno pretio distractis, vnus vitiosus redhiberi potest, nisi separari non possint, tunc enim omnes redhiberi possunt, veluti, si tragœdi sunt, vel mimi, non enim est in potestate partium, vt gabellatio præiudicent prædictis res vnico pretio vendendo, aliàs enim facile Regio fisco fraus fieret, quod non est permittendum l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. ibi: *O hazen otros fraudes por encubrir la dicha alcauala: deshagã los dichos fraudes, y hagan acudir al nuestro Arrendador, o Receptor, con todo lo que montare el alcauala, auido respeto al verdadero pretio que igternino.*

S V M M A R I V M.

1 *Omnes regulariter vendentes, & permutantes cuiusque sexus, generis, & conditionis sint, gabellam soluere tenentur.*
2 *Nobiles, clarissimiq. viri gabellam soluere tenentur.*
3 *Nobilitati non nocet gabella solutio.*
4 *Aduenæ quoque, & alienigenæ, qui in his Regnis vendiderint, aut permutauerint, gabellam soluere tenentur.*
5 *Gabella in Regale in totius Regni vtilitatem, & defensionem penditur.*
6 *Gabellæ a solutione non excusatur quis, eo quod nunquam eam soluerit.*
7 *Consuetudo, vel vsus immemorialis non excusat a solutione gabellarũ, nec alia ratio,* cartas, o priuilegios, ni alualaes Reales, aunque sean confirmados, &c. sino estuuieren asentados en los libros Reales de lo saluado, y sobre escrito de los Contadores Mayores.
8 *Consuetudo interpretatiua contractuum bene excusat a solutione gabellæ, sed non derogatoria.*
9 *Consuetudo non solum est interpretatiua legum, sed & priuilegiorum, & scripturarum, quæ ea decennij lapsu interpretantur.*

Q V AE S T I O LXXXIV.

De personis, quæ tenentur, & non tenentur soluere gabellam?

1 QVæro, *quæ personæ † gabellam soluere teneantur, & quæ non?* Quo ad primum, hic breuiter agam: quo ad secundum in alijs sequentibus diffusius disseremus.

Omnes igitur homines vendentes, vel permutantes ad gabellam tenentur, cuiuscumque sexus sint, ætatis, religionis, conditionisq. siue masculi, siue fœminæ, siue maiores, siue minores, siue Christiani, siue Ethnici, siue particulares personæ, siue Vniuersitates, & loca, nobiles, siue ignobiles, vel quacumque dignitate præditi, quales sunt Comites, Marchiones, & Duces, *l. 1. tit. 18. hoc lib 9.* Ex qua lege hanc regulam constituunt Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 16.* Lassat. *de decim. vend. cap 19. nu. 1.* Gironda, *de Gabell. 7. parte, in princ. nu. 1.* & ceteri communiter DD. de hac re agentes.

2 Nec † mirum, quod nobiles clarissimosq. viros hoc gabellæ tributum comprehendat, quos tamẽ antiquissimum Hispaniæ ius ab omni tributo liberauit, vt probat Otalora, *de nobilit. 2. p. c. 4. & p. 5. c. fin. in princ.* quia cum plebs reliqua potens non esset omnes necessarios sumptus Regibus suppeditare, propter magnam fortassis Hispanæ nobilitatis multitudinem, æquum fuit, vt nobilium auxilio eleuaretur, vt considerauit Dominic. a Soto, *lib. 3. & iust. & iu re. q. 5. art. 7.* quem refert, & sequitur Lassart. *de de-*
3 *cim vendit cap. 19. num. 2.* † Non tamen ideo nocet gabellæ solutio nobilitati, secundum eumdem Lassart. *in præfatione ad eumdem tractat. de decim. vendit. c. 33.*

4 Aduenæ † quoque, & alienigenæ, qui in his Regnis vendiderint, aut permutauerint, gabellam soluere tenentur, vt constat es *l. 24 tit. 19 hoc lib 9.* & probat Beriachin. *de Gabell. 7 p. nu. 6.* & Menchã. *lib. 5. controuers. vsu frequent. c.*
5 *52. nu. 2.* idq. iusta ratione, † quia in totius Regni vtilitatem, & defensionem hoc ius Regale penditur, argumen. text. *in auth. de mandat. Princip. § publicorũ,* quo casu, & peregrinos grauare debet Regnicolarum tributum, vt animaduerterunt Angles *in suis Florib. Theologi. Quæst. in q. de restitutione vectigal. 2. dubio. difficult. 6.* & Lassar. *d. c. 19. numero 3.*

6 Nec † excusari poterit quisquam a solutione gabellę, eo quod numquam eam soluerit, vt manifestè probat l. 1. tit. 18. hoc lib. 9. ibi: *No embargante que digan que nunca la pagaron, y que estan en possession de no la pagar.* In his namque iuribus incorporalibus, negatiuis factum contradictionis requiritur, vt quasi possessio acquiratur, iuxta doctrinam glos. communiter vbique approbatã *in l. qui luminibus, ff. de seruit. vrban præd. & in l. 1. C. de seruit. & aqua. in glos. 1. versic. & incip.* vbi Padill. *num. 14.* plures allegans, testatur esse communem, & in proprijs terminis, de quibus agimus probat Petr. Rebuf. *in 3. tomo, ad leges Regias Gallic. in tract. de materia possess. in præfatione, numero 159.* quem refert, & sequitur Lassarte, *d. cap. 19 numero 4.*

De præscriptione autem iuris Regij hic esset agendum, nisi prius de ea re dissertum esset a nobis supra alia quæstione, ibi dicta in proposito, huc erunt iterum memoriæ recolenda.

7 Nec † etiam excusat, a gabellæ solutione consuetudo, nec vsus immemorialis, nec alia vlla ratio, *cartas, priuilegios, ni alualaes de los Reyes, aunque sean confirmados, ni otro ordenamiento Real que se aya fecho: saluo si las tales mercedes, y franquezas fueren assentadas en los libros, Reales de lo saluado, y sobre escritas de los Contadores maiores, vt in d. l. 1. tit. 18 hoc lib. 9.*

8 Sed † quamuis consuetudo etiam immemorialis, legis gabellariæ derogatoria, non excuset a solutione gabellæ, cõsuetudo tamen interpretatiua contractuum, ex qua gabellæ solutio euitetur, benè tutè valet, nec censetur exclusa ab ea lege Regia, *vt supra,* non semel resoluimus,

atque

9 atque probauimus, & tenet Lassart. *cap.2.nu.14.* † Et hoc
coadiuuatur ex traditis a nobis *lib. 3. Practicarum quæst.*
62.num 26.& 27. vbi quod consuetudo non solum est in-
terpretatiua legum, sed & priuilegiorum, & scripturarum
quæ ex decennij lapsu interpretatur, de quo etiam egimus
supra, quæst. 37. nu. 20. cum seq.

S V M M A R I A.

1 *Fiscus an teneatur soluere gabellam ex suis venditionibus,*
& permutationibus conductoribus gabellarum ab ipso fi
sco titulum locationis habentibus? & numeris seqq. resol
uitur negatiuè.

4 *Fiscus intelligitur de Imperatore, vel Republica Romana.*

5 *Ciuitas, vel Villa locans datium, vel gabellam salis, an de*
contractib. postea ab eo celebratis gabellam suis conducto
ribus soluere teneatur? & num seqq & quid in Magnati
bus huius Regni in nu.7. & in publicano maioris, respe-
ctu minoris ibidem resoluitur nu 11. & 12.

8 *Cessio maximè differt ab immunitate, & exemptione.*

9 *In venditione, vel cessione iuris ad hæreditatem solum uenit*
ius quod venditor, vel cedens habet, non vero actio, vel
ius quod cedens non habet.

11 *Actio semel extincta amplius non reuiuiscit.*

13 *Domini temporales locantes gabellas suorum opidorum, te-*
nentur soluere conductoribus earum, quas ipsi contraxe-
runt, vel ab alijs recuperauerunt illomet anno locationis,
nu.7.10. & 12. cum seq nisi aliud conuenerit, vt ibidem
limitatur nu. 16. sed contra num. 17. distinguitur optimè,
num. 18.

14 *Domini temporales opidorum vendentes proprietatem ga-*
bellarum quam habent, tenentur deinde gabellam soluere
emptori suarum venditionum & permutationum.

19 *Regina ex contractibus venditionum, & permutationum*
rerum suarum gabellam non debet, nec Princeps, nec In
fantes huius Regni.

Q V AE S T I O LXXXV.

An fiscus soluere teneatur gabellam conductoribus gabellarum ab ipso fisco titulum locationis habentibus, & quid de alijs locantibus gabellas?

1 QVarto modo: *An fiscus † soluere debeat, & teneatur*
gabellam ex venditionibus, & permutationibus rerũ
suarum conductoribus gabellarum ab ipso fisco titulum loca
tionis habentibus? Et non teneri probat expresse *l. licita-*
tio, § fiscus, ff de public. & vectigal. vbi omnes notant, *&*
in l. si peculium, §. sicut, ff. de pecul. Bald. *in l. emptor, ad fi-*
nem, & ibi Salic. *C. de hared. vel actione vendit.* dicit verio-
rem, & communiorem Boer. *decis. 213. nu. 3. in fine,* & cum
eo Bobadill. *lib. 2. de su. Politic. de Corregidor. c 16. nu 173.*
litera I. sequitur dicens, ita esse definitum *in d. § fiscus,* Par
lador. *lib. 1. rerum quotidian. c. 3. § 1. nu. 31. & 32.* Probatur
in l 5. in vers E a un dezimos, tit. 7. par. 5. expressa l. 3. tit. 18.
hoc lib 9 quæ ita se habet: *Ordenamus, que nos no paguemos*
alcaualas algunas por las villas, y lugares, y heredamiẽtos,
y otras cosas assi bienes muebles como rayzes nuestros, que
se vendieren, o trocaren.

2 Quæ † lex cum generaliter loquatur, procedit, & intelli
genda est in quacumque istius Regni parte Rex ipse vendi
derit, vel permutauerit, siue in Regali loco, vel alieno alicu
rus domini particularis, vt rectè obseruauit Lassart. *de de-*
cim. vendit. cap. 18. nu. 95. & c. 19. nu. 8. Gabella enim Re-
gibus debetur a vasallis, & subditis, non etiam ab ipsismet
Regibus ne sibiipsis, aut alijs tributarij sint, vel quasi quod
3 est impossibile: † nulla etenim persona, vel res sibi ipsi serui
re potest, *l. vti frui, ff si vsusfruct. pet. l in re communi. ff. de*
seruitut. vrbanor. prædior. quia cum Regum causa id tribu
tum inuentum sit, absurdum esset, eo iure Reges subijci, ar
gumento textus, *in l in pecudum, ff. de vsur.* Actio enim, &
passim non se compatiuntur, cui rationi innititur, & funda
tur, *d. §. fiscus,* & nostra lex 3. præallegata in eodem iure cõ
muni, vt notatur *in l. vxor tua, C de bon. auth. iud. possid.* &
tradit Mod. Paris. *in Consuetud. Parisien. tit. 1. §. 13. gl. 1. nu.*
56. sicq. conductori fiscus non cessit actionem contra se,
4 quia nemo contra se eam habet, † & ideo inquit ibi Bart.
quod *d. §. fiscus,* intelligitur de Imperatore, vel Republica
Romana, qui sunt domini huius iuris, & obligationis, non
vero de seruis. Idem Bart. *consil. 226. Cauetur statuto;* non
vero fundatur ille textus in aliquo fisci priuilegio, nec spe-
cialitate, tametsi contrarium doceat Parlad. *vbi supra, d.*
nu. 32. necnon & Gironda, *de Gabell. 7. parte, §. 1. nu. 12.* &
quidquid Petrus Lopez de Ayala in *Chronic. Regis Petri,*
ann. 2. sui Regni, c. 18. prope finem, & vulgares existiment,
quod nec Rex ipse ab hoc tributo excusatur, hoc enim fal-
sum est, vt patet, & præterea tenet Lassarte, *vbi su-*
pra.

5 Ex † quibus decidenda venit quæstio illa satis difficilis:
quidam conduxit a Communi Ciuitatis, vel Villæ datium,
vel gabellam salis, modo Commune emit, vel vendit salẽ,
de qua emptione, vel venditione salis aliàs debebatur ga-
bella, conductor ille petit a Communi Gabellam dicti sa-
lis: Commune autẽ respondet, se non teneri soluere, quia non
locauit nisi ius, quod habet, *l. qui tabernas ff. de contrahen.*
emption. sed non habet ius contra se exigendi, & petendi
gabellam salis, ne sit idem debitor, & creditor, ex notatis
in *l. emptor, C. de hæred. vel actione vend.* Ergo illud non lo
cauit gabellario: quæritur quid iuris sit in hac specie statuẽ
dum? Et hanc quæstionem inquit ita pro communi deter
minatam fuisse a Bald. *in d. l. emptor, nu. 4.* per D. Rainer. *in*
d. § fiscus, & ibi Bart. eamdem sententiam tenet; in gene-
rali namque sermone persona loquentis videtur excepta *l.*
inquisitio, C. de solution. quod etiam tenet laté Bernard. Diaz
de Lugo *in regul. 307.* vbi ad hanc primam sententiam ap
plicat eius additio. Salzed. allegans Baldum *vbi supra,* &
quamuis cogitandum relinquat super ea Boer. *decisione*
213. hanc opinionem negatiuam sequitur, & probat Gi-
ronda, *de Gabel. 2. parte, §. 2. nu 34.* & dicit communem, &
veriorem Boer. *vbi supra, num. 1. & 2.*

6 Contrariam † tamen in hoc opinionem tenuit, & pro-
bauit Bartol. sibi contrarius *consil. 226. incip. Cauetur sta-*
tuto, immò, quod in præmissa specie Commune Ciuitatis
teneatur suis publicanis gabellam soluere ex ea venditio-
ne, duplici fundamento, *vt ibi per eum,* sequitur Parlador.
7 *lib. 1. rerum quotidianarum, capite 3. §. 1. numero 3.* † lo-
quens etiam in Magnatibus huius Regni, si in vectigali-
bus locandis sibi non caueant, vt conductores ab illis vecti
gal exigere non valeant, quia hi, scilicet, Magnates, fiscum
non habent, *vt notat D. Simanc. de Institut. Cathol. tit. 9.*
8 *num. 128.* Addit Parladur. *num 37.* † idem iudicandum es-
se da publicano principali, seu maiore alteri minori vecti-
galia locanti: cessio enim maxime differt ab immunitate,
& emptione, vt per Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 1.*
§. 15. nu. 6. & § 54. num. 4. Igitur nisi illi domini in con-
tractu locationis gabellarum suas venditiones, & permu-
tationes exceperint, tenebuntur de eis gabellam soluere:
tenetur enim venditor, & locator de euictione emptori, vel
conductori, vt patet ex titulo *de contrahen empt. & de lo-*
catio. & conduct. aliudq. est vendere hæreditatem, vel cede
re ius, & actionem ad eam, *l hæreditatem, ff de hæred. vel*
actione vendit. In venditione namque hæreditatis venit
omne illud, quod sub hæreditate includitur, & comprehẽ-
9 ditur, † In venditione verò, vel cessione iuris ad hæredita-
tem, solum venit ius, quod venditor, vel cedens habet, non
vero actio, vel ius, quod cedens nõ habet, vt probat etiam
l venditor, ff. de hæred. vel actione vendit. ibi. Tibi enim
rem debebam non actionem, glos. in l. non vtitur, ff. de vsu-
fructu.

10 Ex † quibus profectò videtur resoluendum, vt siquidẽ
in locatione gabellarum ab istis dominis facta tantum ve-
nit actio, & ius, quod ipsi domini tunc habebant, tamquã
res locata, tunc non teneantur soluere gabellam de vendi-
tionibus, & permutationibus rerum suarum post locatio-
nem factis, quia actio cessa, quæ aliàs vocatur datiua, vt

per Alex. *in l. iuris gentium. in principio, nu. 2. ff. de pact.* nõ ligat dominum, cum eam non tradiderit, nec cesserit, nec cedere potuerit contra se, *vt prædiximus*, nec etiam actione propria natiua, quæ orta fuit ex eodem contractu locationis, pro euictione contra dominos, gabellam contra eos possunt petere conductores, quia in eo contractu non venit tamquam res locata, nisi tantum actio, vel ius, quod ipsi domini habebant contra alios, non vero contra se, quia nullum contra se habebant.

Sed si in locatione prædicta non venit ius & actio, quod domini habebant, sed potius res ipsa, hoc est, *Todas las alcaualas de tal lugar vniuersalmente, o las alcaualas de tal lugar indefinitamente, que tiene tanta fuerza como la vniuersal*, tunc sub hac locatione gabellarum includi videntur, & comprehendi gabellæ ipsorum dominorum locantium eas generaliter, nisi specialiter excipiantur in contractu locationis. Et hoc non quidem actione prædicta cessa, quæ cedi non potuit, cum non esset contra dominos, sed actione natiua propria conductorum, ex prædicto contractu orta pro euictione rei locatæ. *Que son todas las alcaualas arrendadas de aquel lugar, o las alcaualas de tal lugar, que es oracion indefinita, y obra tanto como vniuersal*, prout in similibus terminis in materia feudali tenuit Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. titulo 2. §. 55. glossa, 1. numero 113.*

Cum enim prædicti domini sint subditi huic iuri gabellario, non possunt se iuuare ex decisione textus, *in d. §. fiscum. cum similibus*, qui loquitur in fisco, & nullo modo subijcitur huic oneri. Vnde licet locet gabellas ipsas fiscus, nõ tenebitur actione natiua contractus de euictione ad soluẽdam gabellam de suis contractibus, quia non locauit nisi tantum debitas, fiscus autem eam non debet, sed ceteræ personæ. Ergo diuersa ratio est inter fiscos, & dominos priuatos, locantes gabellas suorum opidorum.

11 Nec † tenendo hanc partem obstat, quod obligatio soluendi gabellam confunditur cum dominio, quod isti domini particulares habent gabellarum in suis opidis, & dominijs, & actio semel extincta amplius non reuiuiscit, *l. qui rem, §. aream, ff. de solut. cum simil.* quia si domini locarunt gabellas, non ius tantum, quod ad eas habebant, parum referri, quod dicta obligatio soluendi gabellam fuerit confusa, cum ius ipsum solum, quod domini habebant ad eas exigendas, non venerit in locatione, tamquam res locata, ad hoc, vt, quod confusum erat, non includeretur in locatione, sed potius ipsamet res principaliter fuit deducta in locatione, scilicet, *las alcaualas de tal año de tal lugar*. Et itaque cum domini prædicti in hac specie tenea[illegible] de euictione omnium gabellarum illius anni a se locatarum simpliciter, hoc est, *de todas aquellas que abraza, y se incluyen en este nombre alcaualas de tal tiempo a tal tiempo*, tenebũtur profecto soluere gabellas suorum contractuum venditionum, & permutationum illius anni, nisi eas exceperint.

12 Ideoque † si locatio gabellarum (verbi gratia) esset facta anni 1596. vel alterius, antequam hic annus inciperet, & dominus gabellarum locatorum post hanc locationem contraxerit eodem anno iam cœpto debitum gabellæ, de quo agimus, iam tunc temporis locator non erat dominus fructuum illius iuris, quod prius cesserat, & locauerat, sicque confusio esse non potuit. Ceterum si locatio gabellarum fuit facta incœpto, & currente dicto anno (verbi gratia) mense Martij eiusdem anni de omnibus gabellis illius anni, debitum autem gabellæ a domino fuit contractum a principio eiusdem anni vsque ad diem locationis exclusiue, licet confusio facta esse posset, factaque fuisset, quia tunc erat dominus gabellarum illius anni; nihilominus tamen conductoribus non nocet, quia quotiescumque constat ob expressionem rei venditæ, vel locatæ, vel per dinominationem partium, quas eadem res habet, vel per relationem ad aliud, intentionem partium fuisse, vt extensio fieret etiam ad confusa, licet prædicta intentio verbis claris non exprimeretur, vt in casu *l. debitori, C. de pactis.* vbi glossa, sed aliàs a contractu, & mente contrahentium colligeretur, constituitur obligatio de nouo, quæ extenditur etiam ad confusa, ex traditis per Modern. Paris. *in Consuet. Paris. 1. p. §. 13. glos. 1. num. 63.*

Quod in specie nostra ita videtur contingere, Primo ob expressionem rei, quæ in contractu venit tanquam res locata, scilicet, *las alcaualas de todo quel año*, vniuersaliter, vel indefinitè absque aliqua exceptione, argumento *l. 2. §. cum quis, & dicta l. si hereditatem, ff. de hæredit. vel actione vend.* & ea, quæ sunt confusa, non quidem restituuntur sua prima, & originatia actione, quia iã erant extincta, & amplius non reuiuiscunt, sed de nouo producuntur ex ipso solo locationis contractu absque alia prioritate, nec qualitate prioris temporis, *iuxta Paul. de Cast. & Ias. in l. si maritus, in princip. C. de inofficioso testamento.*

Secundo, quia licet locatio gabellarum facta fuerit prædicto mense Martio, adhuc complectitur gabellas contractas a principio eiusdem anni; siquidem fuit facta pro gabellis totius integri anni, sicque nõ prout ex nunc, sed prout ex tunc, quod si fuit facta in principio anni, a fortiori illas comprehendit.

Tertio hoc præmaximè constaret, vel saltem appareret, si portio fructuum rei locatæ relata ad pretium, vel mercedem venditionis, vel locationis eiusmodi esset, vt ex ea resultaret iniquitas, nisi confusa comprehenderentur in contractu, argumento *l. 1. ff. de reb. dub.* Ergo iuxta supradicta remanet probatum secundum membrum distinctionis supra positum, nempè, vt locatis gabellis talis anni, in huiusmodi locatione (nisi aliud conueniat) veniant, & includantur gabellæ ab ipsismet dominis contractæ.

13 Quæ † opinio eo simili corroboratur: quod si hi domini gabellarum a principio dicti anni, nempe a mense Ianuarij, vsque ad mensem Martij, quo eas alij locarunt pro toto integro anno, aliquas gabellas ab alijs exegissent ante locationem, non ne (alio non conuento) tenerentur conductoribus illius anni exactas iam gabellas illomet anno ante locationem restituere? Procuidubio tenerentur, atque ideo contractas iam gabellas exigere non possent, sed conductoribus ipsæ remanebunt. Nec audiendi essent prædicti domini, si se excusantes dicerent, debitum venditorum extinctum fuisse solutione eius ipsis dominis facta, necnon actionem contra ipsos confusione etiam fuisse extinctam, ac proinde cedi non potuisse contra se conductoribus: hoc namque repugnat verbis, & intentioni contrahentium, volentium, expresse omnes gabellas illius anni deducere, & venire in eo contractu; Vnde nisi aliàs excipiantur, iam exactæ sub ea locatione manifeste comprehenduntur atque includuntur: quia neque ipse fiscus hoc allegans audiretur, nempe, *que se auia de quedar con lo que sus Receptores, y fieles cobraron aquel anno de las rentas estando en fieldad* argumento *l. venditor, §. 1. ff. de hæredit. vel actio. vendit.* *porque si no lo saco para si el fisco en el contrato de arrendamiento que despues hizo de todo aquel año, es claro que entra en el dicho arrendamiento lo caydo antes del en el mismo anno que se arrienda por la accion de euicion natiua del mismo contrato.*

Simili ergo ratione idem dicendum videtur in nostra specie, de qua agimus, *quando el sennor de las alcaualas despues de auer contrahido en su persona algunas, arrienda a otros, o les cede, y traspassa por pretio las alcaualas de aquel año, no sacando las suyas: porque auiendo de hazer cierto el arrendamiento como esta obligato a ello bien parece que se sigue que no solo le ha de dexar cobrar las, que despues cayeren, sino tambien las que auian cayda antes en el misma año del arrendamiento, aora las deuan otros, aora el proprio sennor, y que las que auia cobrado antes de hazer el arrendamiento el mismo sennor en el mismo año se las ha de restituyr, y por el consiguiente tambien las que el auia hecho y contraydo, vendiendo, o trocando alguna cosa: porque de otra manera no se compliria enteramente el arrendamiento*

eato

tanto fecho, y tanto menos gozaria del el arrendador, quando valiessen las alcaualas caydas en el mismo año, aun si de otros cosas las suyas: y si otra cosa quisiera el sennor, lo auia de declarar en el mismo arrendamiento, y no lo declarando, contra eum debet fieri interpretatio, *l. veteribus, cum simil. ff. de pact.*

14 Deinde † hæc pars eo astruitur fundamento, quod si iti domini gabellarum vendant alijs proprietatem earum, tenentur proculdubio deinde gabellam soluere emptori, vel domino earum ex suis venditionibus & permutationibus post contractus, & contrahendis, vt patet: quia aliàs veniunt contra ius venditionis, pro qua de euictione tenentur, quod ex eo prouenit, quoniam hi domini particulares principio subiecti fuerunt legi gabellariæ, a qua nemo regulariter excusatur, sed ea omnes comprehendit, *vt in d. l. 5. titulo 18. hoc lib. 9. præter fiscum, vt in l. 2. eiusdem tituli*: Ergo cum ipsi domini particulares habentes gabellas, in suis territorijs, ex priuilegio, & titulo Regis, vendunt proprietatem earum alijs, remanent in priori statu subiectionis soluendi gabellam in posterum suarum venditionum, & permutationum, licet durante tempore, quo fuerunt domini proprietatis gabellarum, confusa esse videretur obligatio soluendi gabellam eum domino, & proprietate ipsa sum: secus est in fisco, quia ipsa numquam fuit, nec esse potuit sibiipsi subditus, nec tributarius: Ergo licet vendat gabellas, non eas soluet, quia semper fuit liber. Si hoc igitur verum est, vendita proprietate, per dominos particulares, non videtur, dicendum eisdem locatis, durante tempore locationis, cum emptio, & venditio pari passu ambulent cum locatione, *vt in l. veteres ff. de action. empt. & in l. 2. ff locati & in princip. Instit. de locatione, & conduct. cum simil.*

Tandem pro hac parte est bonus textus in *d. §. fiscus, versiculo, mercatores*, vbi quod mercatores fisci non habent aliquam immunitatem soluendi publici vectigalis; & in terminis hanc partem tenent Bertachin. *de Gabell. 7. parte, princip. quæstion. 8 numero 25. cum sequentibus*, Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum cap. 3. §. 1. numero 32. cum seqq.* vt d. § *fiscus*, procedat in fisco: secus in alijs Vniuersitatibus non habentibus fiscum, & sic in minus priuilegiatis: hæ namque ex suis venditionibus, & permutationibus, soluere tenentur suis conductoribus gabellam, non vero fiscus, quam etiam proculdubio probat, & tenet Lassa. *de dec. vend. c. 18. n. 92. & 93.* vbi loquitur in Ciuitate inqua, & in alio locatore gabellarum vendente, idem etiam sequitur Bobadilla *en su Politica de Corregidores, lib. 2. c. 16. nu. 573 litera I.*

15 Reliqua quitur † ergo ex modo dicta distinctione sicut supra probat, vt quoties domini particulares, aut Communitate alicuius Ciuitatis, vel Villæ gabellas, quas ex priuilegio vel alio titulo Regio, aut ex incapitatione habent, & iuste possident, eas locant alijs pro vno, vel pluribus annis, certo quodam pretio mercedeve constituta vniuersaliter, vel indefinitè eo debuntur soluere gabellam suis conductoribus ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum, quas durante tempore locationis fecerint, nisi expresse hoc sibi reseruauerint, vel exceperint in locatione, quæ erit prima limitatio clara, & expedita præfatæ sententiæ.

16 Secundo † limitatur, quoties locatio earum gabellarum tantum fieret, quæ ipsis dominis competunt ex venditionibus, & permutationibus, alijsque contractibus suorum subditorum, vel etiam exterorum, in suis territorijs, & dominijs contrahentium, & sic restrictè ad eos, non vero generaliter, & indistinctè ex omnium contractibus, quia tunc etiam clara res est, cum tantum fuerint locatæ, & cessæ gabellæ aliorum, & confuso omnia persona loquentis, ac proinde habendum, ac si ea exciperetur: quod si dubia res esset, nec appareret, quid clarius præponderet, contra gabellam, in dubio erit iudicandum, iuxta resoluta per nos *supra quæst. 6. num. 10.*

17 Superiora † tamen, quamuis ita se bene habere videantur, nihilominus vera omnino non videtur præfata distinctio, quantum ad secundum membrum, nempè, vt quoties prædicti Magnates locant alijs prædictas gabellas, vniuersaliter, & indefinitè teneantur omnino soluere gabellam ex suis venditionibus, & permutationibus postea celebratis, durante tempore locationis sue: siquidem ipsi non habent contra se ius, nec actionem exigendi a se gabellam, quia actio, & passio non possunt concurrere in eodem subiecto, ac proinde, quantumcumque locent gabellas, & cedant totum ius quod habent ad eas exigendas, siue vniuersaliter, siue indefinitè, cedere non videtur ius, quod ipsi non habent contra se, nisi expresse, & nuncupatim hoc cedatur, nec tenentur de euictione, pro eo, quod non potest videri cessum neque locatum. Diuersum est in gabellis ex actis ab ipsis dominis ante suam locationem a contractibus aliarum personarum, quia in his profitemur teneri de euictione ipsos dominos, ac proinde comprehendi sub sua locatione, cum id ius habeant, quod cesserunt. Denique, quia prædicta distinctio verbalis potius est, quam realis, siquidem plerumque in huiusmodi locationibus, dominorum non solum ius exigendi, quod ipsi habent, ceditur, sed etiam omnes gabellæ locantur, in quo profecto remaneret prædicta distinctio: siquidem ex vsu notariorum, vel nimia cautela conductorum, semper adderetur in instrumento locationis gabellarum, quod locantur omnes gabellæ. Quare hoc sufficere non debet ad hoc, vt remaneant obligati ipsi domini ad soluendam gabellam ex suis contractibus venditionum, & permutationum conductoribus suis, nisi hoc expresse, & nuncupatim conuenerit.

Limitationes igitur prædictæ distinctionis supra relatæ veræ sunt contra gabellam: secundum vero membrum prę fatæ distinctionis minimè.

18 Pro vera † ergo huius difficilis quæstionis resolutione breuiter dicendum est, quod is, qui ius gabellarum locat, plenus est, & verus illius iuris dominus, velut fiscus, Ciuitas superiorem non recognoscens, aut quicumque alius dominus temporalis aliàs Regi subiectus, veluti Comes, Marchio, vel Dux, & quiuis alius alicuius territorij gabellas habens iure proprietatis, iuxta text. *in capitulo super quibusdam, de verbor. significat.* Et in his vera est, & seruanda prior sententia Baldi *in dicta l. emptor*, & Bart. *in dicto §. fiscus*, & communis, de qua supra, *numero 5.* quos magis communiter Doctores sequuntur, & est verior, & communior secundum Boer. *d. decis. 213. num. 1. & 2.* & nouissime Lassart. *in addition. ad cap. 18. numero 92. pag. 40. in 1. col. cum sequentibus*, vbi late in terminis hanc partem probat, & defendit respondens fundamentis contrariis Bart. *dicto consil. 216.* & Parladorii *vbi supra*, tenentium contrarium, & communem sequutus fuit breuiter prius, idem Lassarte, *in suo opere principali, de decim. vend. cap 19. nu. 8 per totum.*

Si verò is, qui ius gabellarum locat, non est verus dominus illius iuris, sed ab alio conductum habet, prout contingit in conductore maiori, qui alijs relocat, & in Ciuitate, vel Villa, seu quocunque alio loco, qui specialem sui ipsius aut generalem Regis conuentionem susceperit, siue a Rege, siue a quocumque domino, quam *encabeçamiento* vulgò dicimus, & gabellas sui territorij alijs locauerit, quæ est propria species quæstionis nostræ, & tunc si postea aliquid vendiderit, aut permutauerit, neque a principio in ipsa locatione sibi cauerit, proculdubio tenendum est, cum pro gabella suæ venditionis, aut permutationis suo conductori teneri, non minus, quam si ipse minor conductor non ab ipso conductore maiore, Ciuitate, vel loco, sed a Rege ipso, vel domino a principio, & immediate conduxisset, vt euidenter ratione probat idem Lassart. *in additionibus, vbi supra, columna quadragesimaprima, ad finem, & colum. sequenti.* Et in hac specie procedit, & loquitur secunda opinio supradicta, nempè Bartol. *in dicto consilio.* Bertachin. Parlador. & Bobadillæ, est q; etiam communis, & vera, præter quam in fisco, & dominis proprietariis gabellarum eas locantibus, in quibus procedit prima pars huius distinctionis, & communior; tametsi adhuc in hac eadem specie contrarium voluit Parlador. *vbi supra.* Sed nihilominus tenenda est prædicta verior, & communior

 senten-

sententia, modo relato, & cum his remanet expedita ista
19 quæstio: † dommodo animaduertamus, idem, quod diximus de Rege, obseruatum fore in Regina, vt si quid suũ vendiderit, aut permutauerit, gabellam non debeat publicanis, necnon, & in Principe, & in Infantibus huius Regni, vt bene iure probat idem Lassar *in addit. ad cap. 19. nu. 8. fol. 45.*

S V M M A R I A.

1 *Consuetudo Ciuitatis, vel Villæ non soluendi gabellam ex uẽditionibus a se celebratis, an excuset ab eius solutione, quando de hoc nihil conuenit in locatione gabellarum tã a prædicta Communitate in conductorem: & numeris sequentibus.*

2 *Consuetudo, & possessio immemorialis non soluendi gabellã, neminem excusat.*

3 *Contractus recipit interpretationem a consuetudine.*

4 *In contractibus venit ratione consuetudinis, quod aliàs non veniret.*

5 *Pactum quanto minoris consuetum apponi in venditionibus, censetur appositum, licet fuerit omissum.*

6 *Consuetudo solet interpretari quoscumque hominum actus, et qualibet dispositio secundum consuetudinem interpretatur.*

7 *Concessio in dubio censetur facta secundum consuetudinem, & morem concedentis.*

8 *Concessio facta ab Ecclesia, censetur facta secundum consuetudinem loci contractus.*

6 *Doctor conductus, videtur conductus secundum consuetudinem studij.*

10 *Qualibet dispositio recipit interpretationem a consuetudine, & nu. 10.*

11 *Societas videtur contracta secundum consuetudinem regionis, nisi aliud ex voluntate contrahentium constaret.*

12 *Consuetudo non solum est interpretatiua legum, & priuilegiorum, sed etiam scripturarum ex decennij lapsu.*

13 *Officiales deputati ad vendendum gabellas Communitatis, debent vẽdere more solito, aliàs omne pactum initum per istos officiales cum emptoribus gabellarum contra solitũ modum vendendi est nullum.*

14 *In dubio in contractu censetur repetita consuetudo, & stipulatum censetur, quidquid est de consuetudine.*

15 *Omnis dispositio accipit interpretationem, & complementum a consuetudine, & ab eo quod fieri solet.*

16 *Consuetudo ubi varia est, & difformis, non censetur iuxta eam contractum, nisi frequentius aliquid obseruetur, immo fortius semper aliquid consueuit fieri, siue excipiatur aliqua conditio siue non, vt in num. 17.*

18 *Consuetudo interpretatiua contractuum quo ad non soluendam gabellam, non censetur exclusa a legibus gabellarijs sed tantum derogatoria, & in nu. 19. & 20.*

21 *Casus præsentis quæstionis practicatus.*

22 *Ignorantia facti in dubio præsumitur: fallit in consanguineis, vicinis, & ciuibus, quando extat fama eius facti, cuius scientia prætenditur in vicinitate, & Ciuitate maximè in actibus successiuis, vt est consuetudo, & in actis publicis, vt est in decretis publicatis, & in statutis, quorum scientia præsumitur.*

Q V AE S T I O LXXXVI.

An consuetudo Ciuitatis, vel Villæ non soluendi gabellam ex venditionibus a se celebratis, ex excuset ab eius solutione, quando de hoc nihil conuenit in locatione gabellarum a prędicta Communitate facta in conductorem.

1 QVæro † modo circa prædicta in quæstione proximè præcedenti, qua resoluimus Communitatem Ciuitatis, vel Villæ locantem gabellas, quas iusto titulo possidet, teneri soluere conductoribus, gabellam suorum contractuum post locationem, durante tamen tempore locationis a se celebratæ, nisi aliud in ipsa locatione conuenerit: Quid erit dicendum, *si consuetudo antiqua in illo oppido adsit in contrarium, nempè, non soluendi Communitatem gabellas rerum suarum in simili specie, siue hoc esset exceptum, siue non in prædicta locatione: nunc vero nouissimè petitur gabella ex rebus venditis, vel permutatis ab illa Communitate?* Casus hic ex facto contigit, & mihi sententia diffinitiua decidendus commissus fuit. Gabellarij fundabant suam intentionem dicentes, de iure teneri Cõmunitatem soluere gabellam, iuxta supra resoluta in quæstione proximè præcedente, cum eam, vel eas non exceperit in prædicta locatione, addentes, quod si in alijs locationibus gabellas similes non soluerunt, fuit ex eo, quia in ipsis locationibus fuerunt expresse, & nominatim exceptæ: At vero in hac vltima locatione hoc fuit omissum, & ideo remanere debet hic casus in dispositione iuris communis, ac proinde teneri Communitatem soluere gabellas rerum suarum, quas durante sua locatione vendidit, vel permutauit.

Rursus, & ex diuerso Communitas, a qua prædicta ratione petebantur gabellæ, respondit, eam ad earum solutionem non teneri, tum ex communiori sententia, de qua in quæstione præcedenti Dyni, Bart. & aliorum, *in l. licitatio, §. fiscus, ff de publican. & vectigal.* quæ expresse habet, vt in prædicta specie nõ teneatur soluere gabellas rerum suarum prædicta Communitas conductoribus earum: tum etiam, quia consuetudo legitimè præscripta habet, & probatur nõ soluendi prædictas gabellas in similibus locationibus, etiam si exceptio prædicta omittatur, quæritur, quid iuris.

2 In † fauorem conductorum facit primo, quod nullus possit se excusare a solutione gabellæ, virtute possessionis, & consuetudinis etiam immemorialis non soluendi gabellã, iuxta *l. expressam*, id est, *tit. 18. hoc lib. 9.* quod rectè lex illa potuit statuere, vt in eius terminis tradit Menchac. *de success. creat. 1. parte, §. 10. num. 12. & §. 26. num. 140. lib. 3* & Lassarte, *de decim. vendit. cap. 19. num. 6. & 7.* vbi allegat Auendan. *2. parte, capite, 4 prat. num. 27. vsque ad finem* dicentem, non omne priuilegium sufficere in hac materia, nisi in libris Regis sit scriptum, prout etiam ex eadem lege patet expresse in fine, ibi: *Saluo si las tales mercedes, y franquezas fueren assentadas en los nuestros libros de lo saluado, y sobreescritas de nuestros Contadores Mayores:* quam legem in idem citauit nouissimè Molina, *de iustitia, & iure, in 2. tract. disput. 75. versic. in Regno Castellæ, col. 457.*

3 Sed † pro parte, & in fauorem Consilij, & Communitatis conuentæ, facit illa iuris regula, & conclusio, quæ habet, quod contractus recipit interpretationem a consuetudine, *l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de aedilit. edict.* ibi: *ea enim, quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent venire:* sed, hic contractus locationis est bonæ fidei, *vt in § actionum, Instit. de action. & ibi omnes.* Ergo in eo intelligitur, & venit prædicta consuetudo, & iuxta eam debet contractus interpretari, ex quo textu, *in d. § quia assidua,* inquit Cæpol. *in l. ad res donatas, nu. 4. ff de adil. edic.*
4 † quod in contractu aliquid venit ratione consuetudinis, quod aliàs non veniret: & alia plura cumulat idem Cæ-
5 polla *in d. §. quia assidua, præcipuè num. 33.* † vbi ait, quod si sit de consuetudine, vt vendens fundum sub pacto legis commissoriæ, apponat pactum, quanto minoris venditor vendat fundum alteri, quod illud sibi emptor primus restituat, & postea fiat vna venditio sub d. pacto legis commissoriæ, neque fuit appositum aliud pactum, quod nihilominus censebitur esse appositum, vt tenet gl. *in l. si fundus, §. in commissoria,* per illum textum, *ff. de lege commiss.* quam sequitur infinitos authores citans, qui generaliter docent, quod contractus recipit interpretationem a consuetudine, Ant. Gabriel. *in suis Communibus Opinionibus li. 6. Conclus.*
6 *1. in princip. tit. de Consuetud.* † & inquit Petrus Surd. *cons. 94. nu. 22. lib. 1.* quod consuetudo solet interpretari quoscumque hominum actus, & qualibet dispositio secundum consuetu-

consuetudinem interpretatur, Innoc. *in c. olim de verbor.*
signif. Ias. *in l. vt liberis, nu. 7. C. de collat.* Beccius *conf.* 101.
7 *num.* 48. vbi ex Baldo, *in l. si certis annis, C. de pact.* † quod
concessio in dubio censetur facta, secundum consuetudinem,
& morem concedentis. Idemq. probat in feudi concessio-
ne; & inquit Philip. Decius *in l. semper in stipulationibus,*
num. 7. ff. de regul. iur. per textum ibi, quod si non apparet,
quod actum est, consequens erit, vt id sequamur, quod in
Regione, in qua id actum est, frequentatur, & quod in cō-
tractibus, si non apponatur, quod actum est, recurritur ad
consuetudinem, & in primis inspicitur consuetudo ipsius
contrahentis, *vt in l. vt vni ff. de pignor. act.* & in alijs iuri-
8 bus ibi ab eo citatis. Vnde † concessio facta ab Ecclesia,
videtur facta secundum consuetudinem loci contractus, vt
notat Alex. *conf.* 124. *Consideratis, col. 1. num. 4 lib. 5.* quem
ibi sequitur Decius.

Sed cessante consuetudine contrahentis, secundum con
suetudinem loci contractus interpretatur, *vt in d. l. semper*
in stipulationibus, & in d. § quia assidua, & in alijs iuribus,
9 quæ ibi citat *num* 8. inferens, *num.* 9. quod † Doctor con-
ductus, videtur conductus secundum consuetudinem stu-
10 dij: & tandem *num.* 10. inquit, † quod generaliter quæ-
libet dispositio recipit interpretationem à consuetudine se-
cundum Innocent. quem refert & sequitur Abb. *in c. certi-*
ficari, de sepult. & latè plura congerit Felin. & alij, quos
citat ibi Dec. & bonum text. pro his *in l. item eorum, §. sed*
si ita: ibi secundum consuetudinem locorum, ff. quod cuius-
11 *que vniuers. nomine.* Sic † etiam societas videtur contracta
secundum consuetudinem Regionis, *vt ex d. §. qui assidua,*
tenet Greg. Lop. *in l. 10. tit. 10. par. 5. in glos. magna, ibi: Ego*
verò nisi constaret, contrahentes noluisse sequi consuetudi-
nem, vt cum Guaiden. obseruat Anton. Gabr. *vbi supra,*
num. 70. Opus ergo est, ad hoc, vt secundum consuetudi-
12 nem non videatur contractum, hoc expressè dici. Sic † e-
tiam videmus, quod consuetudo non solum est interpre-
tatiua legum, & priuilegiorum, sed etiam scriptuarum ex
decennij lapsu, text. *in c. cum dilectus,* & ibi Ant. de Butr.
num. 18. & 23. ad fin. & Abb. *num.* 7. *de Consuet.* & commu-
nis, vt resoluimus *lib. 3. Practic. q. 62 num* 26. sequitur, &
probat Tiber. Decian. *responso 51. num 51. vol. 2. & num.*
53. 54. 55. 58. 59. 60. & consil. 46. num. 128. cum seqq. vol. 2.
idem conf. 32. num. 10 vol. 2. & conf. 124 num 27. vol. 3.

3 Secundò † principaliter in fauorem dicti Consilij, &
Communitatis hoc videtur in terminis decidere Bart. *in l.*
5. C. de Pascuis public. & priuat. lib. 11. vbi ita inquit: &
nota argumentum ex fine huius legis: quia si officiales de-
putantur ad vendendas gabellas Communis, quod omne
pactum initum per illos officiales cum emptoribus gabel-
larum, contra solitum modum vendendi, est nullum, quia
intelligitur eis concessa potestas, vt vendant more solito,
& non aliter; quem sequitur Bertachin. *in tract. de Gabell.*
in 2. par princ quæst. 3. num. 11. vol 11. tract. diuers. in anti-
14 *quis*: addens, † quod in dubio in ipso contractu, & quoli-
bet alio censetur repetita consuetudo, & stipulatum cense-
tur, quidquid est consuetum, *ex d. §. quia assidua,* iuxta Bal.
in l. 1. in 2. quæst. num. 4. C. pro soc. ibi: & si ita est consuetū.
Intelligitur etiam tacitè hoc actum, quod consuetudo, &
tacitum pactum deductum videtur, quem refert, & sequi-
tur Ant. Gabriel. *vbi supra num.* 3. vbi in idem citat Carol.
Ruin. *conf. 73. vol.* 1. et bonus text. *in l. licet C. locati, ibi: si*
tamen non est expressum in locatione, mos Regionis postu-
labat; & c. rationem rei iuxta bonam fidem haberi rectè po-
stulabis, eamq. formam, qui ex appellatione cognoscet, se-
15 *quetur.* Omnis † namque dispositio accipit interpretatio
nem, & complementum a consuetudine, & ab eo, quod
fieri solet, secundum Dec. *conf.* 441. *num.* 9. quem refert, &
sequitur decis. Genuens. 16. *num.* 14.

16 Nec † cōtra hanc partem obstabit, si dicatur, quod con
suetudo excipiendi hoc in alijs locationibus, venditioni-
bus, & permutationibus ipsius Consilij non sit vniformis,
quia sæpè omittitur, & omissa fuit ea pactio atque exce-
ptio, vt proponitur, & sæpè etiam adijcitur, quo casu cessat
dispositio *d. §. quia assidua,* & omnia supra adducta per
eum tex. & in terminis sic declarat hanc materiam Anton.
Gabriel. *vbi supra,* & vbi consuetudo varia est, attenditur
ius commune, vel id, quod magis, & frequentius fuit ob-
seruatum, Beccius *conf.* 101. *num.* 51. & facit Menoch. *lib.* 4
præsumpt. 31. *num.* 8. & Beccius *conf.* 7. *num.* 27.

Nam respondeo Primò, communius, & frequentius es-
se solere apponi prædictum pactum, & exceptionem in fa
uorem Consilij, vt ex processu constat, & præterea hanc es-
se conditionem expressam inter alias ipsius Consilij posi-
tas in suo libro communi semper obseruatam in similibus
locationibus, nempè, vt Consilium non soluat gabellam
suarum venditionum.

17 Secundò, † quod etiam si varia esset consuetudo id ex-
cipiēdi, vel non: attamen illa consuetudo incerta omninò,
& inuariabilis est, quod siue id excipiatur, siue non exci-
piatur, Consilium numquam soluerit gabellas, quamuis
sæpè, ac sæpius hic casus acciderit: at hæc consuetudo ex-
cepta videtur, ac secūdum eam contractum, licet eius men
tio facta non fuerit in hac vltima locatione gabellarum,
vel in quibusdam alijs præcedentibus; siquidem siue ex-
cepta fuerit, siue non, adhuc consuetudo legitimè præscri-
pta (de cuius valore non dubitatur) habet, gabellam Con-
silium non debere de suis venditionibus, nec vmquam eā
soluisse. Hæc igitur semper censetur excepta, & iuxta eam
facta locatio gabellarum: cum etiamsi expressè fuisset di-
ctum contrarium per commissarios Consilij, non valeret
huiusmodi pactum contra consuetudinem ex defectu po-
testatis datæ à Consilio officialibus ad vendendum, vel lo-
candum gabellas, vt supra iure probauimus.

18 Non † obstat etiam *lex 1 tit. 18. lib 9. Noua Collect. Reg.*
allegata pro prima parte, quia hoc casu Consilium non
iuuatur ex sola consuetudine non soluēdi gabellam, quod
prohibet *d. l.* 1. sed prætendit, vt iuxta prædictam consue-
tudinem visum sit locasse gabellas, & sic quod in earum lo
catione exceptæ sint, quæ aliàs ex suis venditionibus debe-
rentur, prout expressè poterat excipere, & pacisci, vt eas sol
uere non teneretur: quia quod consuetum est, censetur in
contractibus dictum, & exceptum, *vt supra latè probaui-*
mus: Itaque prædicta consuetudo potius est interpretati-
ua voluntatis contrahentium, quam derogatoria legis,
9 At † consuetudo interpretatiua attendenda est etiam in
materia gabellam non soluendi, nec censetur sublata à *d. l.*
1. sed tantum eius derogatoria, vt in terminis *d. l.* 1. probat
Lasart. *de decim. vend. c. 2. num. 34. ad fin.* & diximus non
20 semel *in quæstion. præcedentib.* Licet † enim statutum ex-
cludat consuetudinis allegationem contra iura scripta, nō
tamen videtur comprehendere consuetudinem interpre-
tatiuam, Dec. *consil.* 21. *Quoniam iudicatum, num. 10. vers.*
nec obstat, Tiber. Decian. *cons.* 51 *num* 56. *vol. 2. & cons. 44.*
num. 19. eodem vol. & ibidem num. 16. Præmaximè, quod
hic non agitur de præiudicio Regis, siquidem ei integrè
soluēdum est pretium capitationis, sed particularium con
ductorum.

21 Quibus † visis, & cōsideratis, protuli sententiam in cau
sa magni ponderis in fauorem Consilij, & Communitatis
22 de la villa de Zeclauin, absoluendo eam in totum a prædi-
cta petitione gabellariorum, quibus perpetuum silentium
imposui 13. die Nouembris anno 1594. quia re vera funda
menta pro Consilio supra adducta expressa sunt, & urgen
tiora, quam prima pro contraria parte, & ideo in hanc sen
tentiam adductus fui, tum ex supra dictis, quæ sola suffi-
ciebant: tum etiam ex alijs ex parte Consilij insuper pro-
batis, quæ simul iuncta, rem manifestam faciebāt, nempè,
quia aderat vnus testis deponens affirmatiuè, qui fuit præ-
sens præfatæ locationi gabellarum, nempe, quod fuit rece
pta sponsio iuxta cōditiones Consilij apponi solitas in præ
cedentibus locationibus, hoc est, *que el conceio no pagaße*
alcauala de las ventas que hiziesse, y otras condiciones, &
quod errore calami, & negligentia tabellionis fuit hoc o-
missum in scriptura sponsionis, & receptionis locationis:
aderant etiam alij testes deponentes, quod locatio tunc fie
ret sub prædicta cōditione, vt fieri solebat absque eo, quod
contra consuetudinem veniret, & quod hæc fuit intentio
rectorum locantium. Iurarunt etiam alij testes semper in-
telligi appositam dictam conditionem, licet non exprima-
tur,

tur. Accessit præterea, quod gabellarius actor erat vicinus illius oppidi, & sciebat illam conditionem solere apponi in aliis locationibus gabellarum, ut constabat ex processu, & quod illa conditio apponi solita erat publica, & notoria in
12 oppido, ut fuit probatum. Et † licet ignorantia facti in dubio præsumatur: fallit tamen hæc regula in consanguineis, vicinis, & ciuibus, quando extat fama eius facti, cuius scientia prætenditur in vicinitate, & Ciuitate, ut latè probat Mascard. *de probat. volum. 2. Conclus. 879. incip. Ignorantia semper præsumitur, num. 11. cum seqq.* maximè in actis successiuis, *vt ibi per eum, num. 15.* ut est consuetudo, & in actis publicis, ut est in decretis publicatis, *vt ibi numero 23.* & in edictis iudicis ordinarii publicatis, *vt ibi*: & in statutis quorum scientia præsumitur, *vt ibi num. 24.* At conditio prædicta & consuetudo erat publica, & notoria, & sæpe publicata, & præterea statutũ Concilii: Ergo publicani ignorantiam eius iuris prætendere non poterant. Denique in materia gabellaria, tamquam odiosa, facienda est interpretatio in dubio contra exigentem, ut voluit Bossius, *tit. de vectigal. num. 11.* quem refert, & sequitur Beccius *cons. 96. in fine, lib. 1.* & diximus *supra quæst. 6 num. 10.*

S V M M A R I A.

1 *Ecclesiæ, Monasteria. & personæ Ecclesiasticæ gabellam non debent, nec soluunt de vẽditionibus & permutationibus rerum suarum, tam iure huius Regni, quam communi, vt in num. 2. & 3.*

2 *Gabellarius exigens a clericis gabellam indebitè, si est priuatus excommunicatur ipso iure; si verò Vniuersitas, interdictum incurrit, nec absoluitur donec restituatur gabella exacta, & quomodo hoc intelligatur.*

4 *Vendentes Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis gabellam soluere tenentur, etiam supradicti emptores exempti, compren horro de alcauala.*

5 *L. 8. tit. 18. lib. 9. Noua Collect. Reg. ratio, & intellectus, & nu. 4. & 6. & latius num. 9. per totum.*

7 *L. 7. tit. 9. lib. 6. Ordinamenti veter. non est seruanda, & ideo merito non fuit posita in noua Recopilatione, & num. 8.*

9 *L. 31. & 32. tit. 19 libro 9. Noua Collect. Reg. intellectus, & num. 10.*

11 *Ementes ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, si vendant easdem res, gabellam soluere tenentur.*
Mutatione personæ, priuilegium amittitur, num. 11.

12 *Gabella non debetur ex fructibus beneficii vacantis venditis per laicum administratorem, vel sequestrum, vt in numero 13. nisi de fraude contra gabellam constaret, vt in numero 14.*

15 *Gabella debetur ex re communi laici, & clerici vendita pro parte pretii laici.*

Q V AE S T I O LXXXVII.

De Ecclesiis, Ecclesiasticisq. personis immunibus à solutione gabellarum.

1 QVæro † de intellectu & praxi l. 6. titulo 18. hoc lib. 9. Nouæ Collect. Reg. qua cauetur: *Que los arrendadores, y otras qualesquier personas, que ouieren de recadar las alcaualas non las pidan, ni demanden de las ventas, que hizieren de sus bienes qualesquier Yglesias, y Monasterios, Perlados, y Clerigos destos Reynos: ni de los trueques, por lo que a ellos toca, y puede tocar.*

2 In primis † obseruandum est, legem hanc non esse iuris noui promulgatoriam, sed potius declaratoriam, erat siquidem iure communi satis expressum, clericos ab huiusmodi iurib. esse exemptos, vt constat ex *c. quamquam, de censib. lib. 6. & Clem. præsenti, eodem tit.* tradit Abb. *in cap. 1. num. fin. de censib. & in c. non minus, num. 21. de immun. Eccles.* & in terminis Bertach. *de Gabel. 7. p. num. 9. & 10.* Dec. *cons. 495. per totum,* loquens in Ecclesiis, & in clericis quod gabellam soluere non teneantur: Didac. Perez *in l. 1. gl. 1. col. 93 in fi. tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Parlad. *rer. quotid. c. 3. §. 1. num. 16.* Matienc. *in l. 11. tit. 10. gl. 1. num. 2. lib. 5.* Lassart. *de decim. c. 19. num. 9.* & cum communi probat Gironda *de Gabel. 7. par. in princ. num. 2.*

3 vbi † quod gabellarius exigens a clericis gabellam indebitè, si est priuatus, excommunicatur ipso iure: si verò Vniuersitas, interdictum incurrit, nec absoluitur, donec restituatur gabella exacta, *vt in d. c. quamquam,* quod verum intelligit ipse Gironda *ibi, num. 3.* si gabellarius gabellam exigit a clerico inuito: secus si a sponte soluente, iuxta gl. verbo, *extorserit, in Clem. fin. de Censib.* arg. text. *in c. dilectus, el 3. de simon.* Eamdem primam obseruationem decidit *l. 3. & l. 11. in princ. tit. 3. lib. 1. Noua Coll. Reg.* vbi dicitur: *E esemptos deuen esser los Sacerdotes, y Ministros de todo tributo, segun derecho,* & in vers. *E qualquier,* imponitur pœna contrauenientibus triũ millium dipondiorum vltra restitutionem principalis cum duplo, & in terminis d. l. 6. *Porque nuestra intenciones, que a los clerigos, e Yglesias de nuestros Reynos les seã guardadas las franquezas, que por derecho les competen, tambien, en lo tocante a las alcaualas.*

4 Tamen † aliud iniustè determinatum fuisset in his Regnis ante prædictam l. 6, tempore Regis Ioan. II. vt refert, & latè disputat Montal. *in l. 50. in gl. que faraon, tit. 6. par. 1.* quem merito reprehendit Lassar. *vbi supra,* & iuxta dispositionem *d. l. 6.* debet restringi, & limitari lex generalis, quæ videbatur contraria Regis Henrici IV. Cordub. ann. 1445. quæ fuit collocata in Ordinamento veteri, *sub tit. 4. lib. 6. l. 4.* præcipiens Clericum venditorem teneri soluere gabellam sub pœnis, de quibus ibi, ita Greg. Lop. *in d. l. 50. in gl. faraon, tit. 6. par. 1.*

Non tamen adeo latum, & amplum est priuilegium Ecclesiarum, & clericorum, vt ad venditores laicos res suas Ecclesiis, vel clericis vendentes extendatur, cum solis ipsis Ecclesiis, & clericis vendentibus sit a iure communi, & Regio concessum. Quare hinc est, vt iustè *l. 8. d. tit. 18. hoc lib. 9.* præceperit: *Que los vendedores legos, y Clerigos y Yglesias, y Monasterios, y otras personas esemptas, paguen el alcauala, como si vendiessen a personas legas, no embargante, que los compradores esemptos compren los bienes horros de alcauala, y aunque digan, que si los dichos vendedores la pagassen, vernian ellos a comprar mas caro: y que por esta razon les ha de aprouechar su priuilegio:* siquidem circa res laicorum, & eorum contractus versatur, quamuis inde dãnum aliquod Ecclesiasticis personis prouenire videatur, iuxta ea, quæ aliàs resoluunt Marant. *disputat. 8. num. 25.* & Mexia in *Pragmatica panis, Concl. 5. num. 39.* & in terminis *d. l. 8.* hanc esse veram eius rationem decidendi contendit Lassart. *d. cap. 19. num. 10.*

5 Qua † ratione lex illa præuenit, rerum alienationem, eas, scilicet, pignori subiiciendo, ante quam ad dominium clericorum emptorum transeant: *Que si los vendedores no pudieren ser auidos, que de los heredamientos, y otras cosas que se vendieren a los dichos clerigos, y personas esemptas, se pueda cobrar el alcauala: y que para este efeto, siempre, y en todo caso, y en todo tiempo sean obligados los dichos he-*

6 *redamientos, y cosas, que fueren vendidas,* iuxta † consimilem doctrinam Bart. *in l. rescripto, § fin ff de muner. & honor.* cuius opinio eo casu seruanda est, cum de euitanda fraude agitur (non de damno Ecclesiæ inferendo) vt euenit in specie *d. l. 8.* ne scilicet, debitæ obuentiones, & iura Regalia deficiant, iuxta tradita per Didac. Perez, *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. col. 90.* quo casu lex sæcularis, scilicet, ad obuiandum fraudibus lata, valet, & obseruanda est, secundum Petrum Ancharan. *cons. 11. Factum super quo petitur,* quem referunt, & sequuntur Mexia *vbi supra, num 38.* & Lassart. *cap. 19. num. 11.*

7 Sic etiam videbatur † iniustam esse decisionem *l. 7. tit. 9. lib. 6. Ordinamenti veter.* qua cauebatur, *que qualquier lego sujeto a la jurisdicion Real, que donare, vẽdiere, o en otra qualquier manera enagenare qualesquier bienes rayzes, a Vniuersidad, Collegio, o persona esempta de la jurisdicion Real, pague al Rey la quinta parte del verdadero valor de las cosas, y bienes rayzes, que assi se donaren, y enagenaren, demas de la alcauala, quando por manera de venta fueren enagenadas, y desde luego los obliga a la dicha quinta parte:*

te :

te: y manda, que passen con la misma carga, y que sean auidos por tributarios; y desde luego por tales los haze, y constituye, en quanto toca a la dicha quinta parte, &c.

8 Nihilominus † tamen ea quæ ibi non de tam præcauendo antiquo tributo, ordinarioq. Regio iure, vt fit *in d. l. 8.* quam de nouo imponendo agitur in damnum Ecclesiæ, & clericorum, merito non erit seruanda, vt obseruauit Ioan. Matienco *in l. 11. glossa 5. ex num. 4. tit. 10. lib. 5. Noua Collect. Reg.* quem sequitur Lassart. *d. cap. 19. num. 11.* Quare merito hac forsan ratione *d. l. 7.* non fuit posita in hac noua collectione Regia, sicut nec *d. l. 4. tit. 4. lib. 6. Ordinamenti veteris*, quæ præcipiebat, clericos teneri soluere gabellam.

9 Non tamen † admittitur, aut probare possum restrictionem, & intellectum Lassart. *num. 12. ad d. l. 8.* nempè, vt procedat tantum cum venditor laicus forensis est, aut potentior persona; vel cum clericus emptor contractum non manifestauerit gabellario intra tempus aliàs laicis emptoribus statutum *in l. 31. & 32. tit. 19. hoc lib. 9.* vt scilicet, quibus casibus laicus emptor ad totam venditionis gabellam, quæ solet venditori incumbere, obligatus manet legali ac personali obligatione, vt in dictis legibus Regijs clericus ille emptor ea legali rei venditæ pignore teneatur, non quidem semper, vt cæteri emptores, sed in subsidium dumtaxat, quando, scilicet, a venditore commodè exigi gabella non possit, propter vitandam fraudem, quę facile aliàs posset committi. Itaque, si laicus venditor ex potentioribus non esset, de quibus *in d. l. 32.* & clericus emptor manifestaset venditionem gabellario infra terminum *d. l. 31. ad finē*, cum hoc casu laicus emptor ad nihilum etiam ratione pignoris teneatur, siue venditor haberi queat, siue non: nec quidem clericum istum emptorem teneri dicendum videatur, quamuis venditor haberi nequiret, ne peioris conditionis sit clericus in hoc, quam laicus.

Hic enim intellectus maximè restringit litteram d. legis 8. eiusq. generalitatem, ipsamq. offendere videtur, cū sit certa quædam nouaq. principalis decisio, formam præscribens quæ similem declarationem non patitur, nec personas clericorum emptorum vllo modo obligat, sed bona tantum eis vendita pignori subijcit ante translationem dominij earum in eosdem clericos, pro securitate solutionis gabellę eo solum casu: *Que los vendedores no pudieren ser auidos.* Nec decisio dictarū legum 31. & 32. trahi potest ad clericos emptores, quia dum loquūtur de emptoribus, tantū disponunt contra laicos, eos obligando ad solutionē gabellæ, eo casu, cum pœna, de qua ibi. Vnde verisimile non est contra clericos emptores loqui voluisse, cum ipsi aliàs a iure sint exempti, & priuilegiati, nec ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum, aut alijs contractibus gabellas aliave tributa, aut impositiones soluant, *vt in l. 6. hoc tit. 18.* Ergo multo minus cum emptores existunt, vt in specie d. legis 8. quos, vt prædiximus ea lex non obligat, sed tantum bona eis vendita pignorat ante translationem dominij earum, vt ex fine d. legis 8. patet. Similiter ergo, nec eos comprehendunt dictæ leges 31. & 32. ne aliàs statutum esse videatur contra libertatem Ecclesiasticam, quod abhorrent nostri Catholici Reges Legislatores d. lege 6. dicentes: *Porque nuestra intencion es, que a los Clerigos, y Yglesias de nuestros Reynos les sean guardadas las franquezas, que por derecho les compete: tambien en lo tocante a las alcaualas, mandamos, &c.* Hęc autem immunitas non tantum contingit cum clerici vendunt res suas, vt de earum venditione gabellam non soluant, sed etiā quando clerici sunt emptores, quo casu laici non semper, sed certis quibusdam casibus tenentur gabellam soluere, vt cauetur *in d. legibus 31. & 32.* vt in eisdem clerici emptores gabellam minimè soluant.

10 Superest † igitur ex his, vt decisiones dictarum legum sint seruandæ singulis in suis casibus, in quibus loquūtur, nempè d. lex 8. cum venditio bonorum fit a laicis, clericis, vel Ecclesijs. *borra de alcauala*, dd. verò leges 31. & 32. cū fit laicis, cum quilibet horum casuum suam particularem decisionem habeat, & ideo vnius decisio ad alium casum non est trahenda, nec econtra: præterquam, si clericus ex negotiationis caussa emerit, tunc enim quo ad exactionem gabellæ ab eo faciendam laico æquiparatur, *vt in l. 7. tit. 18. hoc libro 9.* Ergo merito quod in clerico negotiatore euidente procedant quoque, & locum habeant d. leges 31. & 32. sicuti, & ceteræ gabellariæ leges de emptoribus agentes, vt probauit Lassart. *d. cap. 19. sub num. 51. in versic. quæ sanè limitatio.*

11 Secundò † principaliter obseruandum erit, quod licet clerici, & Ecclesiæ vendentes, immunes sint a solutione gabellæ, emptores tamen laici rerum Ecclesiasticarū non gaudent eadem immunitate: quinimmò gabellam, & vectigal soluere tenentur, si eas vendiderint: quia hoc priuilegium concessum fuit personis clericorum, & Ecclesiis, non verò rebus: & sic amittitur mutatione personæ, iuxta text. *in l. licitatio, §. fin. versic. mercatores, ff. de publ. & vectig. & ibi Doctores.* Et in terminis ita voluit glossa *in Clemen. fin. verbo, non negotiandi,* & ibi etiam Paul. de Eleazar, & Imol. *col. 1. de censib.* & hęc est communis opinio, vt plures allegans, affirmat Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 13. num. 12.* vbi citat Bald. *cons. 496. lib. 4.* dicentem, hanc vbique locorum seruari; estq. communior opinio, secundum Boerium *decis. 213. nu. 19.* quam sequitur Bertachin. *de Gabel. 7. par. princ. q. 8. num. 17. ad fin.* & Petrus de Antibol. *de munerib. 3. par. §. 1. num. 71. vol. 11. tract. diuers. Doctor D. Castillo in l. 6. Tauri, glossa magna, in versic. & quod dixi, & in l. 13. Tauri num. 10. cum seqq. & in l. 70. Tauri, in verbo, Y el alcauala, in addit. in fine.* & Montalu. *in 3. tit. 14. par. 1.* quem citat, & Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3. § 1. num. 14.* vbi quod hoc iure vtimus, & eam latissimè pluribus comprobat Roland. à Valle, *cons. 61. per totum, vol. 4.* & sequitur Petrus Surd. *cons. 127. num. 66. lib. 1.* & Lassart. *d. c. 19. num. 15. & 27. diximus supra q. 44. num. 2.*

12 Quod si fructus † vacantis beneficij Ecclesiastici per laicum administratorem vendantur, gabella non debetur, quia verè is Ecclesię nomine, cuius beneficium vacans est, non suo vendit, ex Lassar. *de decim. vendit. cap. 15. sub nu.*
13 *9. & c. 19. num. 43.* Nec † etiam debebitur, cum existente lite super Ecclesiastico beneficio, eius fructus commissi laico sequestro, ab eo venduntur, quia is etiam non suo, sed alieno nomine, id est Ecclesię negotium gerit, *l. licet, ff. depositi*, & in terminis probat Parlad. *libro 1. rerum quotid. §. 1. nu. 25.* iuxta impressionem anni 1595. quem sequitur Lassart. *d. cap. 19. num. 43. ad finem.*

14 Hoc † tamen verum esse censerem, nisi de fraude administrationis bonorum Ecclesiasticorum laico concessæ constaret, nempè, quia præcesserat venditio, vel locatio eorum laico vel laicis facta, & ad fraudandam gabellam, sine tacito committeretur eisdem, vel alijs laicis administratio, & venditio eorumdem fructuum Ecclesiasticorum nomine Ecclesiæ, vel dignitatis, cuius erant prædicti fructus, tunc namque licet nomine Ecclesiæ, vel dignitatis verbo negotium gerat, verè tamen, & re ipsa non ita est, sed nomine proprio illius qui emerat, vel cō duxerat prædictos fructus, & plus valere debet, quod agitur, quā, quod simulatè concipitur, vt supra quoque in terminis probauimus, & tenuimus, *d. q. 44. num. finali.*

15 Tertiò obseruo, quod † re communi inter clericum, & laicum vendita vnico pretio, licet clericus pro sua parte gabellam soluere non teneatur, laicus tamen pro parte pretii ad se pertinentis eam debet, argumento *d. l. 6. in fine*, ibi: *Por lo que a ellos tocare, y puede tocar*, & tenet Lassar. *dicto cap. 19. num. 16. & 17.* id quod quotidie in praxi habetur in locis, vbi soluitur gabella ex locatione rerum inter plures hæredes laicos, & clericum, uel clericos communium pro indiuiso: Laici namque soluunt gabellam pro partibus pretii ad se spectantibus, clerici uero minime pro suis.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella an debeatur ex bonis hæreditatis iacētis clerici venditis, vt creditoribus satisfiat? et num. seqq. resoluitur affirmatiuè num. 4.*

2 *Hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, sed hæc repræsentatio ficta est, & imaginaria, vt in nu. 4. ad finem,*

quia

quia quæ personam requirunt, ab ipsa hæreditate fieri nequeunt, vt in num. 5.

6 *Personalia quæ sunt, cum persona extinguuntur.*

7 *Hæreditas postquam est adita, non dicitur amplius hæreditas defuncti, sed patrimonium hæredis.*

8 *Gabella non debetur ex venditione bonorum laici facta per Ecclesiam, vel clericum ab eo hæredem institutum.*

9 *Bona clericorum gaudere eodem priuilegio, quo ipsi clerici gaudent, quomodo intelligendum sit.*

10 *Bona patrimonialia clericorum, quando gaudeant priuilegijs Ecclesiarum, & quando non.*

11 *Restitutio in integrum competens Ecclesijs, non competit clericis ratione bonorum patrimonialium.*

12 *Gabella an debeatur ex bonis Episcopi defuncti? & numeris seqq. vbi latè distinguitur.*

16 *Gabella an debeatur ex venditione bonorum clerici iubentis in suo testamento, vt hæres suus laicus vendat talem suum fundum, vel alia bona Titio, certo quodam pretio ibi destinato? & num. sequentibus resoluitur affirmatiuè, num. 20.*

18 *Dominium rei legatæ transit ipso iure in legatarium a morte defuncti, absque alia traditione.*

19 *L. 2. C. de rescind. vendit. remedio non est locus in bonis venditis ab hærede iussu testatoris certo aliquo pretio: intellige vt in num. 24. vbi limitatur.*

21 *Perfectio contractus dicitur esse idem contractus.*

22 *Fictio in præiudicium tertij non procedit.*

23 *Testator statuendo certum pretium rei suæ vendendæ Titio, censetur residuum ei donare.*

25 *Gabella non debetur ex bonis clerici, vel Episcopi defuncti venditis pro expiatione animæ suæ, quando omnia venerunt in eum finem expendenda, quia animam suam instituit hæredem vniuersalem pro Missis, sacrificijs, & eleemosynis pauperum, solutis debitis, & legatis.*

QVAESTIO LXXXVIII.

An gabella debeatur ex bonis hæreditatis iacentis clerici venditis, vt creditoribus satisfiat.

1 QVæro † circa eamdem legem 6. tit. 18. hoc lib. 9. *an gabella debeatur ex bonis hæreditatis iacentis clerici prius venditis, vt creditoribus satisfiat, adita postea hæreditate per legitimum, vel testamentarium hæredem laicum: necne?*

2 Et videtur ipsam non deberi: quia † hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, non verò hæredis futuri, *l. mortuo, quod seruo, in fine, l. hæreditas, ff. de acquir. rer. domin. cum simil.* sed persona defuncti clerici erat priuilegiata, & immunis a solutione gabellæ, *vt in d. l. 6.* Ergo, & ipsius hæreditas iacens eam soluere non debet. Quo argumento vidi nonnullos aduocatos in praxi defendere ipsam hæreditatem iacentem clerici defuncti bonorumq. defensorem, & testamentarios a petitione gabellæ in iudicio proposita per gabellarios, consulentes etiam, vt prædicta bonorum venditio pro satisfactione æris alieni fiat, antequam adeatur hæreditas, ne si postea fiat, debeatur gabella.

3 Quæ † opinio (si vera esset) a fortiori procederet, si hæreditas esset repudiata ab hærede, & ad instantiam creditorum creatus esset defensor bonorum, & cum eo iudiciario processu circa verificationẽ, & prælationem debitorum sententia ferretur, qua omnia bona clerici defuncti venire mandentur, creditoribusq. satisfieri iuxta ordinẽ, & locum singulis præsignatum: tũc enim clarius videtur, gabellam non deberi, quasi ea bona ut clerici defuncti eiusq. nomine veneant, ex tex. *in §. 1. Inst. qui, & ex quibus caus. manumitti poss. & in §. 1. Instit. de hæred. qualit. & differentia,* præcipuè tempore Digestorum, iuxta notata *Instit. de success. sublat.*

4 His nihilo secius non obstantib. contrarium † in vtraque specie est probandum, atque tenendum in praxi, nempè, gabellam deberi, atque esse soluendam, siue hæreditas repudiata, siue adita fuerit post venditionem prædictam bonorum, quia quando postea adita hæreditas est, per clericum, aut eius nomine, sed hæreditatis venditio celebratur: repræsentando namque defuncti, & cuiusuis alterius, quæ per hæreditatem fieri intelligitur ficta est, & imaginaria, per quam iura personalia minimè conseruantur:

5 quæ † enim personam requirunt, ab ipsa hæreditate expediri nequeunt, *l. hæreditas in multis, cum ibi notat. ff. de acquiren. rerum domin.* At priuilegium nostræ legis 6. de quo agimus, est personale est, propter sacri ordinis dignitatem, vel beneficium Ecclesiasticum obtentum: Ergo ad hæreditatem non transit, vt in regula iuris *priuil. 7. de reg. iur. in 6.*

6 Personalia † namque quæ sunt, cum persona extinguuntur, *§. fin. Instit. de vsufructu.* Quod si aliud diceremus, etiã ad hæredem adeuntem id priuilegium transiret: is namq. proculdubio defunctum repræsentat a tempore mortis, *l. hæres quandoque, ff. de acquiren. hæred.* & tamen contrarium est dicendum *ex l. priuilegia, & l. in omnibus caussis, 2. ff. de reg. iur. cum ibi notatis, & in l. 1. C. de priuileg. dot.*

7 & † quia post aditam hæreditatem amplius non dicitur hæreditas illa clerici defuncti, sed proprium patrimonium hæredis, iuxta doctrinam glossæ communiter approbatæ *in l. 1. §. veteres, in verbo, per vnum reliquorum, versic. at post aditam, ff. de acquir. possess.* quam ibi sequuntur communiter Doctores, & Bart. *in rubr. num. 1. ff. de acquiren. hæred.* estq. communiter approbata, secundum Iaf. *in d. l. 1. num. 17* & patet ex eodem *in d. rubr. de acquir. hæred. num. 6.* & Segur. *in l. cohæredi, §. cum filia, num. 114 ff. de vulgar. & pupil. substit.* Anton. Gomez. *in l. 45. Tauri, num. 154.* limitans glos. *in l. penult. verbo, hæreditati, ff. si certum petat.* & ibi Iaf. *in § fin. num. 8.* plures glossas, & DD. allegat, inde inferens ad quatuor optimas quæstiones, & decisiones spectantes ad ornatum, & praxim illius glossæ, & communis opin. similis glos. *in l. hæres per seruum glos. 1. ff. de acquir. hæred.* estq. communis secundum eumdem Anton. Gom. *in l. 22. Tauri, num. 13.* sequitur Beccius *cons. 74. num. 8. 26. & 30.* vbi limitat, & Menoch. *in 4 remed. adipiscen possess. num. 190.* diximus *in repet. l. nemo potest, num. 76. ff. de leg. 1.* & latius *in c. quamuis pactum, verb. omnino seruari debebit, num. 8. de pact. in 6.* Girood. *de Gabell. 9. par. §. vnico, num. 15.* Ergo persona dumtaxat hæredis inspicienda est, non verò clerici defuncti, *ex l. 1. §. præterea, cum glos. ibi, verbo, mixta, ff. de separat.* Ergo cum hæres iste laicus, tenebitur soluere gabellam, quia eam venditor debet, *iuxta l. 1. tit. 17 hoc lib. 9.*

8 Quo fit, vt si laicus † defunctus hæredem clericum, Ecclesiam, aut Monasterium, aliamve exemptam personam reliquerit, quæ eius hæreditatem adierit, si post eius aditionem bona aliqua hæreditaria vendantur, pro legatis, debitis soluendis, aut alias manu quidem hæredis, aut testamentarij, gabella quidem non debebitur, quia iam tunc non bona laici defuncti, sed exempti hæredis veneunt, vt in terminis recte probauit Lassarte, *de decim. venditionis capitulo 19. numero 40.* dicens, esse valde attendum in hac materia, quia sæpe contingit, & iam nos vidimus litigatum in facto circa bona cuiusdam magni equitis clericum relinquentis hæredem. Et hæc de hoc primo casu.

Secundo quidem casu principali supra signato, nempe, cum repudiata hæreditate clerici defuncti, bona eius iuridice venduntur pro satisfaciendis creditoribus, creato legitimo defensore, quod adhuc in hac specie gabella debeatur, probatur quia vere tunc ab ipsis creditoribus, sibiq. ipsis res illæ, bonaq. hæreditaria venduntur, vt patet ad sensum; quibus fit, vt merito præfatam resolutionem in vtroque casu pro gabellario probauerit Lassart. *d. c. 19. nu. 38. cum seqq.* quem sequitur Giroo. *de Gabell. in 11. p. in princip. nu. 8. & 9.*

Neque obstat fundamentum contrarium supra adductum per aduocatos, quia illud sufficienter est dilutum ex supradictis pro hac veriori sententia.

9 Non † etiam obstat, quod aliàs dici solet, bona clericorum gaudere eodem priuilegio, quo ipsi clerici gaudent: id namque

namque verum est, cum principaliter persona ipsa inspicitur ad exactionem tributi, tunc enim ne persona lædatur, & bona ipsa priuilegiata esse intelliguntur: secus autem est, cum bona ipsa principaliter considerantur, vt est noster casus, in quo nulla est persona clerici, vtpotè, iam defuncti, sed de ipsius bonis dumtaxat agitur, tunc enim priuilegium personæ non extenditur, secundum Dec *in cap. Ecclesia S. Mariæ.num.18.de Constit.* quem sequitur in proposito Lassart.*d cap.19 num 47.*

10 Similiter non obstat alia doctrina, quæ † habet, bona patrimonialia clericorum eadem habere priuilegia, quæ bona ipsarum Ecclesiarum, *iuxta glos in c.vlt.de vita, & honestate cleric. & in cap Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. in cap ex litteris, de pignor.* Hoc tamen licet verum sit, procedit, vbi id a iure expressim conceditur: aliàs namque priuilegia Ecclesijs quo ad earum bona competentia, non extenduntur ad clericos quo ad eorum patrimonia, nisi a iure expresse illis in ferendum fuerit statutum in aliquibus casibus, iuxta resolutionem Abbatis, & Felin, *num.10.in d cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,* & eiusdem Abbatis, & Antonij, *col. fin. in cap si diligenti, de præscript.* quam opinionem fatetur communem esse Dec. *in d.cap Ecclesia, num.18.* & probatur auctoritate glossæ contrariæ approbatæ *in Clem.1. de in integr.restit.* quæ † expressim asserit, restitutionem in

11 integrum Ecclesijs iure minoris competentem, nequaquam ipsis clericis concedi ratione patrimonij, alioqui durum esset, bona patrimonialia clericorum prorsus habere priuilegia, quæ bonis Ecclesiarum concessa sunt, cum hæc bona ad cultum diuinum, & ad subueniendum pauperibus sint constituta: illa verò ad alios quoscumque vsus pro voto ipsorum clericorum destinentur: & tandem ad hæredes sanguinis extraneos, et vt ipsis dominis libuerit, transmittantur, stante lege Regia, & consuetudine vniuersali horū Regnorum Castellæ, & Legionis, vt prædicta omnia refert, & probat D. Couar. *lib.1. variar. resol. c.4. num 3, &* Menchac. *de success creat. §.10.num 659.*

Quare cum iure non habeamus expressum, quod ex venditione bonorum clerici defuncti non debeatur, nec soluenda sit gabella, sed tantum *de las ventas que hizieren qualesquier Yglesias, y Monasterios, Perlados, y clerigos de stos Reynos, y delos trueques, por lo que a ellos toca, y puede tocar, vt in d.l.6.tit.18.hoc lib.9.* & sic priuilegium clericis in hoc concessum sit personale, ipsis defunctis cessat priuilegium, quamuis si viuerent, gabellam quidem non soluerent de bonis proprijs patrimonialibus ab ipsismet venditis, vel permutatis, quia hoc generaliter de omnibus bonis clericorum ita expresse cauetur *in d. l. 6.* Vnde ipsa competentert etiam patrimonialia, & vndecumque a clericis acquisita, (excepta caussa negotiationis) vt libera & immunia a solutione gabellæ sint, si vendantur, vel permutentur ab ipsismet clericis.

12 Bona † autem Episcopi defuncti, si per iudicem sæcularem alium ve quemcumque apud sequestrum deponantur, iuxta quotidianam praxim, & sequester ille iudicis auctoritate, aut alio modo aliqua, ex illis bona vendat, ne pereant, puta triticum, hordeum, aut vinum, aliave bona, quæ seruando seruari nequeant, vel etiam aliàs in subhastatione, quæ auctoritate iudicis fieri solet, distinguendum erit circa cognitionem, an debeatur gabella necne ex his venditionibus in hunc sanè modum.

Vt si quidem bona illa Episcopi prædefuncti, tamquam spolium Cameræ Apostolicæ vendantur, ipsiusq. nomine gabella non debeatur ex priuilegio, seu potius iure Cameræ Apostolicæ.

13 Si verò prædicta † bona vendita sint propria ipsius Episcopi, atque patrimonialia, hoc est, non acquisita intuitu Ecclesiæ, de quibus, vt quilibet alius clericus testari poterat, & laicum hæredem instituere, iuxta text *in cap. sint manifesta, 12.quæst.1.* & quæ resoluit D. Couar. *in cap.1. num. 3. de testib. l.6. in fi. tit.5. lib.1. Nouæ Collect. Reg.* non enim Episcopus ratione suæ personæ, sed ratione bonorum Episcopatus testari prohibetur, vt tradit Sarmient. *de reddit. Ecclesiæ, 3. parte, cap.3 num.4.* idem dicendum erit de huiusmodi bonis, iacente hæreditate distractis, quod de clerici alterius cuiusuis bonis supra resoluimus, vt, scilicet, gabella debeatur, necnon etiam si de bonis ratione Episcopatus acquisitis testatus fuerit ex Summi Pontificis licentia, & facultate, & laicum hæredem instituerit: in eo namque, siue iacente adhuc hæreditate, siue post illius laici aditionem, bona episcopi vendantur, procul his debitis, aut legatis per testamentarios, & exsequutores ab eo relictos, vel per hæredem institutum, aut iudicem exsequentem illud, proculdubio dicendum est, gabellam deberi, vt in certis clericis resoluimus. Ita in terminis probat, & tenet Lassart. *de decim. vendit cap. 19. num.48 & 49.* dicens, ita ex facto resp. ndisse in obitu doctissimi viri Iacobi Simancas

14 Episcopi Zamorensis pro gabellario, † id amplians, etiam si hæres ille laicus clerici, aut Episcopi non in vniuersum esset hæres institutus, sed in residuum bonorum, scilicet, post debita, & legata soluta, quæ solui exoptet testator, vt quotidie fit, cumq. adhuc dominus sit hic hæres omnium rerū, quotquot in hæreditate reperiantur, & actiones actiuæ, & passiuæ in eum transeant per aditionem hæreditatis, & legatis, ac debitis obstringatur non minus, qu m si vniuersalis esset hæres institutus, *l. cum hæredes. ff. de acq possess.*

15 Quinimmò, † & procedere eam idem resolutionem affirmat, quamuis ex iussu Episcopi, vel clerici testatoris bona illa venderentur per hæredem laicum, aut exsequutores testamentarios, quia adhuc illius domini vendentis, non Episcopi, aut clerici iubentis persona inspicienda est, vt probat latius idem Lassart. *cap.16. sub num.28. & 29. vbi num. 30.* limitat, si fortè bona illa ab ipso clerico testatore venderentur in suo testamento emptori præsenti, de quo supra egimus.

16 Quod † si ipse clericus, vel aliàs exemptus, in suo testamento mandet hæredi laico non exempto, vt vendat talem fundum, vel alia bona Titio, certo quodam pretio ibi designato, quæstionis est, *an postea, hærede hoc adimplente, debeatur gabella ex illo pretio?* Videtur namque optima ratione gabellam non deberi, vtpote venditionis iussa fieri

17 a clerico pretio certo constituto, † ex quo videtur celebrata statim venditio, argumento text. *in princ. & in § pretiū, cum sim. Inst. de empt. & vend* glossa communiter approbata, iuncto textu *in l fin. verbo, intelligi, C. de pradys Decur lib.10.* Secundo, † quia in hac specie illi, cui mandatur

18 fieri venditio a testatore, oblato pretio ab eo designato, absque alio nouo consensu hæredis, potest rem illam sibi vendicare, tamquam dominus eius, quia in eum legatarium translatum fuit dominium ipso iure, absque alia traditione, secundum Bartol. *in l. vxorem §. agri plagam, per text. ibi, ff de leg.3. & in l fideiussor, § meminisse, ff de legatis 1.* cum quo transeunt alij, quos refert Ias. *ibi num. 4. vbi numeris sequentib.* latè agit de eius veritate contra alios.

19 Tertiò, † quoniam in rebus venditis ab hærede iussu testatoris certo aliquo pretio, non est locus remedio rescisionis, *l. 2 C. de rescind. vendit.* quia ea lex non habet locum, quando necessitas vendi oritur ex testamento, vt voluit Bald. *in dicto §. meminisse, in princip.* per illum text. & ibi quoque Imol. Cuman. Paul. Castren. & Aret. *in 2. notabili,* & alij, quos refert Tiraquel. *ad finem tituli de retractu lignagier. num. 5.*

20 Verum † his non obstantibus contrarium proculdubio probandum est: immò, quod adhuc ea in specie gabella ex ea venditione debeatur, & soluenda sit: quia quod testator præcepit, non fuit contractus, sed vltima voluntas deambulatoria vsque ad mortem: ad hoc enim vt contractus fuisset, deberet concurrere, atque intercedere consensus vtriusque contrahentium in vita eiusdem testatoris, essetq. tunc irreuocabilis, & non deberetur tunc gabella ratione priuilegij venditoris, vt præmisimus: sed hic omnia hæc deficerunt, quia nec emptor consensit in vita, & præsentia testatoris, nec fuit celebratus ullus contractus, sed tantum fuit quædam vltima voluntas deambulatoria, vsque ad mortem. Ergo ex ea solum venditio celebrata non fuit, sed potius quoddam legatum, quod post eius mortem, & non antea defertur ad legatarium, vt quælibet hæreditas, vel aliud legatum, quo tempore

testa-

testator iam nō est in rerum natura, nec aliquid facere potest legatarius; igitur idemq. emptor acceptans legatum, & consentiens post eius delationem non contrahit cum defuncto, sed cum eius hærede, qui verè, & realiter actualis est, licet præcise teneatur eam rem pretio destinato à testatore vendere, ac tradere, iuxta eiusdem testatoris voluntatem: Non enim lex Regia. 1. *tit. 17. hoc libro 9.* ex promissione, mandato, vel præcepto de vendendo, etiā certo quodam pretio constituto, iubet gabellam solui, sed ex pretio, quo res venierit, ex ipsamet l. eiusque litera patet: At re vera in nostra specie ex solo præcepto testatoris hæredi facto de vendenda re Titio, etiam certo quodam pretio ad id præscripto, venditio dici non potest celebrata vllo modo, cum ad hoc requiratur mutuus consensus vtriusque partis; ac denique, quia testator, durante sua vita, potest hoc reuocare, & legatarius huiusmodi futuros emptor potest, etiam mortuo testatore, non consentire nec legatum huiusmodi agnoscere. Interim igitur quod id non acceptat, venditio nulla est contracta; sed tantum adest præceptum quoddā simplex de vendendo illo pretio, ex quo gabella non debetur; sed tunc demum cum venditio ipsa celebratur accedente consensu legatarij, quo tampore cum hærede defuncti dicitur contrahi venditio: non verò cum defuncto, qui non est in rerum natura; nec hæc venditio retrotrahi potest ad tempus præcepti testatoris, seu legati de vendendo, quia nō sunt extrema habilia, vel saltem extremum à quo,

21 morte testatoris intercedente; † & quia perfectio contractus dicitur esse idem contractus, Bald. *in l. si voluntate, C. de rescindend. vēdit. & in l. multum interest, colum. fin. numero 11. versic. sed hic quæro. C. si quis alteri, vel sibi*, Felin *in capit. 1. numero 31. de sponsa*. Iuuant etiam hanc partem verba testatoris, præcipientis hæredem facere prædicta vēditionem.

Non obstat primum fundamentum contrarium supra adductum: quia constitutio, & designatio pretij ad hoc, vt venditionem efficiat, debet esse facta mutuo consensu partium, vt constat ex eisdem iurib. supra allegatis cum simil. At in nostra quæstione testator tantum fuit, qui pretium constituit, & designauit in testamento, non vero futurus emptor. Secundum etiam non obest, quia Doctores in id adducti, non dicunt in ea specie esse contractum celebratum cum defuncto, neque quid vtpote deficiente consensu, vel acceptatione emptoris: sed tantum asserunt, quod legatarius emptor offerendo, siue consignando pretium à testatore design atum, possit vendicare rem sibi vendi mandatam, vt suam, ex quo non infertur, quod in quātum est contractus venditionis, celebratus fuerit cum defuncto, sed quod adimpleta legatario id, quod eidem incumbit (hoc est) soluēdo, vel offerendo, aut consignando pretium à defuncto præscriptum, transit sibi dominium in ipsum legatarium, absque traditione, prout est regulare in ceteris legatis. Competere igitur legatario huic, de quo agimus, rei vendicationem, minimè probat, venditionem esse celebratam, neque perfectam in vita testatoris clerici, sed potius cum ipsius hærede: Data tamen, sed non concesso, contractum id quidem re vera per fictionem, & impropria proce-

22 deret, vt patet † Et in præiudicium tertij, fictio non procedit, *l. stipulatio de dote. ff. de iure dot. glos. in cap. quia nostra, de priuileg. cum simil.* Stante igitur præiudicio tertij, præ maxime est vera sententia, Cin. & Iacob. de Aten. quos refert Bartol. *in d. l. vxorem, § agri plagam. ff. de legat. 3.* tenentium, quod in nostra specie venditio sit hæredis, necessitas verò, & obligatio vendendi a defuncto processit.

23 Tertium † etiam non obest, nempe, *l. 2. C. de rescind. vendit.* non habere locum in re vendita certo pretio iussu testatoris, quoniam testator statuendo certum pretium, videtur

24 quo † tendum est donare. Ideoq. dicunt Raphael Hieron. Tort. & Iason *in § meminisse*, quod si testator putauerit ..... pretium, habebit locum d. l. 2. argumē to *l. cum tale, §. legato falsum, ff. de condition. & demonstration.* ... ēt si testator non præscripserit certum pretium, ... habebit locum d. lex 2. ac si, absque præcepto testatoris res fuisset vendita, secundum ipsum Bald. & Imol. *in l. Imperator, § 1. per illum text. ff. de legatis secun-*

quos, & alios refert, & sequitur Tiraq. *vbi supra, num. 9.*

25 His † igitur sic explicatis, nostra principalis affirmatiua sententia in quæstione principali, de qua supra limitatur, vt non procedat, quando clericus, vel Episcopus testaretur de rebus patrimonij sui, vel etiam de reliquis cum facultate tamen Papæ pro anima sua; ita, quod omnia bona sua, solutis debitis, & legatis, relinquat expendenda pro expiaculo animæ suæ, quam instituit hæredem vniuersalem, nēpè, in Missas, & sacrificia, atque pauperum eleemosynas, ex his, quæ supra resoluimus, hac de re principaliter agentes, *quæst. 74. per totam*, iuxta quæ hæc limitatio intelligenda est.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex parte hæreditatis aditę per vnum ex hæredibus clericum minorem 25. ann. & postea beneficio restitutionis repudiatę stante alio cohęrede clerico maiore 25 ann adeunte? & num. seqq.*

2 *Restitutio tantum adfert, quantum abstulit læsio.*

3 *Portio hæreditatis repudiata accrescit cohęredi etiam inuito, quod verum est, quando pars repudiata numquam fuit adita: secus si semel adita, beneficio restitutionis fuit postea repudiata, vt in nu. 5. nisi prædicta restitutio impetrata fuisset propter dolum ipsius cohęredis, qui induxit minorem ad adeundam hæreditatem, vt in num. 6.*

QVAESTIO LXXXIX.

An debeatur gabella ex parte hæreditatis hęredis clerici minoris ætatis vendita, qui postea petita restitutione in integrum aduersus suam aditionem, repudiauit hæreditatem.

1 QVæro † etiam, *existentibus duobus hęredibus clericis patris sui, ipsisq. hęreditatem adeuntibus vnus corū, qui erat minor 25 annis restitutus fuit contra acceptationem, & postea suam partem hæreditatis repudiauit, quæ vendita fuit ante, vel post ad soluenda debita hæreditaria: an ex pretio huius venditionis debeatur gabella.*

Et videtur, ipsam non deberi: quia, etsi priuilegium, vel exemptio repudiantis ab ea non excuset, quand quidem suam partem repudiauit, & propter pars per acceptationem prius quæsita, redacta sit ad non causam propter restitutionem, & repudiationem postea subsecutam: mac si

2 a principio non fuisset acquisita, † quia tantum adfert restitutio, quantum abstulit læsio, *vt in l. quod si minor, § re-*

3 *stitutio, ff. de minor. cum simil.* attamen † cum portio repudiata accrescat cohæredi inuito, *l. testamento, C. de impub. & alijs substit. l. vnica cum materia, C. quando non pet. part. & in l. re coniunctī, ff. de leg. 3. text. in l. vnica, § his ita definitis, ibi: & hoc nolentibus ipso iure accrescat, C. de caduc. tollend.* & cohæres, qui adiuit hæreditatem, tu etiam clericus, videtur quod ex sua persona gaudere debeat immunitate eo quoque pars, quæ sibi accrescit, sicut propria, in qua fuit hæres institutus.

4 Nihilominus † tamen his non obstantibus contrarium probandum venit eo casu, quo hic cohæres maior noluerit sibi acquiri partem accrescentem, sed eam repudiauerit,

5 prout potest, † quia licet pars hęreditatis repudiata accrescat alijs cohæredibus inuitis, hoc tamen verum est, & procedit, quando pars repudiata numquam fuit adita: attamen si postquam fuit adita, beneficio restitutionis fuerit repudiata, non acquiritur ceteris cohæredibus, absque eorum voluntate, *vt in l. si minor, ff. de acq. hęred.* Ergo cum in specie nostræ quæstionis portio hæreditatis prius fuerit adita, & postea repudiata, consequitur, vt si cohæres suam partem agnoscens, noluerit sibi acquiri partem prædictā, sibi inuito non accresceret, sed remanebit creditoribus hæreditarijs, ac proinde gabella ex pretio eius debebitur: secus erit dicendum, si hic cohæres clericus adierit, vel agnouerit partem præfatam sui cohæredis minoris, beneficio restitutionis

stitutionis repudiatam; tunc namque gabellam ex eius
venditione non soluet ex omnibus supradictis pro hac par
te in principio huius quæstionis.
6 Limitatur † tamen d. l. si minor, quando restitutio in ca-
so eius impetraretur propter dolum coheredis, qui indu-
xit minorem ad adeundam hæreditatem, tunc enim accre
scit eidem cohære si pars repudiata etiam inuito, vt post
alios docuimus in repetit. *l. nemo potest num. 39. ff. de leg. 1.*
quo casu si sit clericus cohæres, non debebitur gabella ex
prædicta venditione priuilegio personæ *per supradicta*.

SVMMARIA.

1 *Clericus hæres defuncti acceptans eius hæreditatem eviden-
ter damnosam, vt pote non sufficientem ad debita defun-
cti persoluenda, cum beneficio inuentarij in eum finem,
vt ex venditione rerum hæreditatis non soluatur gabel-
la, sed integrior fiat solutio creditoribus hæreditarijs, ni-
hilominus gabellam soluat, necne: resoluitur affirmati-
uè num. 2. nisi fraus probetur contra gabellam arbitrio iu
dicis, vt in num. seqq. & num. 12.*
2 *Fraus, dolus, vel delictum in dubio non præsumitur, sed com
petentibus indicijs probatur vt in num. 3. 4. & 5.*
6 *Gabellam fraudans peccat mortaliter.*
*Vectigal iniustum, & illicitum fraudans non peccat, dicto
num. 6.*
7 *Fraudare non licet consanguineum commodo, & beneficio
retractus sibi iure sanguinis competentis & nume. 8. &
quando dicatur fraudem fieri eidem.*
9 *Gabella fraudatur, quando quis eo solo animo locat, vt gabel
la euitetur, aliàs venditurus.*
*Potest quis actum prouide in sui fauorem facere, licet inde
in consequentiam minus principaliter alteri damnum se-
quatur, & num. 10 & 11. quomodo hoc intelligatur.*

QVAESTIO XC.

An clericus hæres defuncti adiens cum beneficio inuentarij eius hæreditatem euidenter damnosam, vt non soluat gabellam, sed vt fiat integrior solutio creditoribus hæreditatis, teneatur adhuc eam soluere ratione fraudis præsumptæ, necne?

1 *QVæro † vlterius, an clericus qui est vnus ex hæredibus
defuncti, adiens eius hæreditatem euidenter damno-
sam, vt pote non sufficientem ad debita defuncti persoluen-
da cum beneficio inuentarij ad finem (vt creditur) vt ex ven
ditionibus rerum hæreditatis non soluatur gabella, eam nihi
lominus soluere teneatur ratione fraudis præsumptæ, necne.*
2 Respondeo, † in dubio fraudem non præsumi, dolum,
nec delictum, nisi probetur *l. merito, ff. pro socio, l. quoties,
§. qui dolo, ff. de probat. cum simil.* Mascard. *de probat. vol.
4. conclus. 814 num. 2. cum seqq.* & ideo regulariter, nisi a-
liud constet, vel probetur, clericus hic, cum sit immunis a
solutione gabellæ, vt in nostra *lege 6. tit. 18. hoc lib. 9.* eam
soluere minimè tenebitur ex prædictis venditionibus in
præmissa specie, cum per aditionem hæreditatis sit effectus
dominus rerum hæreditariarum, *vt diximus supra, quæstio-
ne ab hinc secunda.* Cũ enim vtatur iure suo adiens hæredi-
tatem cum beneficio inuentarij, non est, cur ei aliquid im-
putandum sit, præmaximè cum potius sit præsumendum
hoc fecisse, vt voluntatem testatoris exsequeretur, eiusq. de-
bita solueret, quod piissimum est; quamuis gabellam frau-
det, & inde minus principaliter sequatur damnum gabel
larij: Id namque quod principaliter agitur, semper est at-
tendendum *l. si quis nec caussam,* & ibi Iaf. *num. 4. ff. si cer
tum petatur, cum simil.* Ceterum † si clericus hic principa-
liter intendat ex suo facto fisco præiudicare, eumq. gabella
fraudare, hocq. indicijs competentibus saltem constiterit,
l. dolum, C. de dolo, cum simil. latè Mascard. *de probat. 1.
tomo, conclus. 530. num. 2. cum seqq.* vbi qualiter hoc sit in-
telligendum, debebit proculdubio gabellam, ne fraus sua
sibi patrocinetur; & quia in materia gabellarum potissi-
mum fraudibus obuiandum est, vt constat ex *l. 11. tit. 17.
hoc lib. 9.* & in alijs legibus huiusmet libri; difficilè tamen
4 erit hoc comperire. Nihilominus † fraus in hac specie pro-
bari videbitur, si cum essent hæredes simul clericus, & lai-
cus, hæreditatis adeo euidenter damnosæ, vt constaret mi-
nus sufficientes esse ad persoluẽda omnia debita defuncti,
nihilque aliud cõ inde eis resultare, quam se esse ministros
creditorum, inter se agerent, vt hæres clericus tantum adi-
ret hæreditatem, non verò laicus, ne gabella deberetur, a-
lijve actus præcedentes huius fraudis probarentur in præ-
iudicium fisci, vel gabellariorum: tunc enim cum clericus
hic magis censendus sit minister creditorum, quam domi-
nus hæreditatis, cum notorium sit, nihil ex ea sibi reman-
surum, ratione huius fraudis admissæ, tenebitur quidem
5 gabellam soluere. In † summa, recti iudicis arbitrio relin
quitur, quando, & qualiter hæc fraus sufficienter probata
videatur, cum aliàs sit difficilis probationis, quia verè pro-
bari non potest, *vt in d. l. dolum,* & cum alijs tenet Corn.
Boer. *quæst. 103. num. 4.* & Menoch. *de arbitr. iud. Centuria
2 Casu 316 num. 21.* & latè Carter. *in pract. crim. § homici-
dij autem species, num. 30 versic. sed qualiter,* & Mascard.
vbi supra, nu. 1. plures autem modos probandi fraudem
congerit idem Mascard. *2. volum. de probat. conclus. 815
per totam.* Cum enim hoc gabellæ tributum iustum sit, id
fraudare non licet, *vt supra resoluimus quæst. 2. & 3.* quod
6 secùs † esset, si vectigal illicitum, & iniustum esset, Bart. &
Roman. *in l. vectigalia ff. de public. & vectig.* Bal. *in l. cum
proponas. in fine, C. de nautico fænore,* & plures alios alle-
gans Tiraquel. *in præfatione, de vtroque retractu, num. 68.
cum seqq.* Vnde cum leges gabellarum nostri Regni sint iu-
stę, & obligent in conscientia, *vt prædiximus,* is qui facit in
fraudem earum, vel consuetudinis, peccat mortaliter, *vt*
vltra in prædictis nostris practicis quæstionib. allegatos, te
net cum alijs pluribus Tiraq. *vbi supra, num. 73. cum seq. 74.*
7 vbi generaliter loquitur, † & præterea in terminis legis, vel
consuetudinis permittentis retractum iure sanguinis, vt
minimè liceat fraudare consanguineum commodo, & be
8 neficio eius statuti, legis, vel consuetudinis, † & addit ibi
Tiraquel. tunc fieri in fraudem Legis, vel Statuti, siue Con
suetudinis, etiam cum quid fit verè, sed eo tantum animo,
vt euitetur lex, quod aliàs non fieret, *l. si libertus minorem,
ff. de iure patronat.* & in terminis gabellæ probat Laflat. *de
decim. vendit. cap. 2 num. 37.* dicens, quod quando eo solo
animo locatur, vt res gabellaria euitaretur, aliàs venditu-
9 rus, tunc fraus esset, quę fisco non noceb..., † licet enim, cuis
piam actum facere prouide in sui fauorem, licet inde in
consequentiam minus principaliter alteri damnum sequa
tur, *argumento l. 2 §. denique, ff. de aqua pluuia arcenda, &*
10 *l. Proculus, ff. de damno infecto.* Hoc † tamen intelligen-
dum est, quando id principaliter, & directè ageret, vt sibi
prospiceret, ne alius fortè damnum indebitè pateretur: se-
cùs si quis id faceret eo animo, & consilio principaliter, vt
alterum circumueniret, & ius suum fraudaret, vt probat
Tiraquel. *in præfatione, vbi supra, num. 77. argumento l. non
omne, ff. de statu lib.* vbi ita scribitur, non omne ab hæredis
persona interueniens impedimentum statu libero pro ex-
pressa conditione cedit, sed id dumtaxat, quod impedien-
dæ libertatis caussa factum est. Vnde fit secundum ipsum
11 Tiraquel. post Stephan. Phed. quem sequitur; † quod cum
actus non destinatur directè ad finem, siue effectum frau-
dandi legem, sed ad alium, licet incidenter ad eum finem
perueniatur, non censetur esse prohibitus, nec factus in
fraudem. Ad quod etiam optimè facit *l. at qui natura, §.
sed cum absente, ff. de neg. gest.* qui tex. loquitur de eo, qui
alium subiecit: *& l. seruus dotalis ff. soluto matr. & l. cum
pater, §. Titio, ff. de leg. 2.* vbi dolo (*quod iam supra diximus*)
non attribuitur, sed prouidentiæ verum est tex. præstan-
tior ceteris in proposito, & ferè in terminis in *l. si pupillus,
42. post principium, ff. de acquir. hæred.* ibi: *nec enim vide-
tur voluisse fraudare, qui sibi prospicit, ne oneribus patris
pupilli hæreditas implicetur.*
12 Ex † quibus omnibus, iuuè confirmantur omnia supra-
dicta,

dicta, scilicet, tam nostra decisio huius quæstionis principalis, vt regulariter, & in dubio clericus hic, de quo agimus, gabellam soluere non teneatur: cum potuerit id facere principaliter vt animæ defuncti faueret, opusq. pium exequeretur, vt in dubio est præsumendum, quàm vt gabellarium læderet, atque fraudaret, licet inde in cōsequentiam damnum ipse gabellarius indirectè patiatur: quam etiam limitatio supra assignata ad nostram præfatam sententiam, & decisionem, vt ipsa non procedat, quoties constaret, iuridicè principaliter, id actum fuisse in præiudiciū, & fraudem fisci, vel eius cōductoris ne gabellam inde consequeretur. In eo autem difficultas consistit, quomodo, & quando sufficienter de hoc constabit. Ideo iudices prudenter, & circumspectè se habeant in hoc, ne dum volunt operi pio plus debito fauere, gabellario noceant, vel fraudem omnus sufficienter præsumentes, creditoribus hæreditarijs præiudicent, nos enim regulam generalem hic præfigere non possumus, cum pro diuersitate casuum, & probationum, diuersimodè sit iudicandum; ideo religiosi, & prudentis, atque circumspecti iudicis arbitrio hoc relinquimus, qui pro animi sui iusto motu hæc discernat.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus primæ tonsuræ tantum, an debeat soluere gabellam? resoluitur affirmatiuè, num. 5.*

2 *Clericus primæ tonsuræ appellatione clericorum intelligitur, præcipuè in fauorabilibus, & num. 3. quomodo hoc debeat intelligi.*

4 *Clerici coniugati etiam cum vnica, & virgine, duobus tantum priuilegijs vtuntur, Fori, nempè, & Canonis, quoad cetera verò clericorum priuilegia laici omninò censentur, vt sunt gabella, & tributa.*

5 *Clerici primæ tonsuræ beneficium Ecclesiasticum actualiter habentes non debent soluere gabellam: secùs si possessionem eius non habeant, vt in num. 9.*

6 *L. 2. tit. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Reg. præcipiens, clericos primæ tonsuræ debere soluere gabellam, iusta est, & ideo meritò obseruanda, & de eius ratione, num. 8.*

7 *Clerici primæ tonsuræ qui priuilegio Fori, & Canonis gaudere debeant, iuxta Concil. Trident. & leges huius Regni.*

10 *Clericus primæ tonsuræ pensionem Ecclesiasticam habens, gabellam soluere tenetur, nisi pensio sit constituta in titulum beneficij, & num. 11.*

12 *Pensio Ecclesiastica non est beneficium Ecclesiasticum, nisi constituta sit in titulum beneficij.*

13 *Clericus habens actualiter Capellaniam collatiuam, non tenetur soluere gabellam, quia est beneficium Ecclesiasticum, & num. 14.*

15 *Clericus habens præstimonium Ecclesiasticum actualiter in titulum perpetuum, non soluit gabellam, alias secùs.*

Q V AE S T I O XCI.

An clericus primæ tonsuræ tantum debeat soluere gabellam, ex suis venditionibus, & permutationibus.

1 QVæro modo † circa d. l. 6. tit. 18. hoc lib. 9. dum agit de exemptione clericorum a solutione gabellæ, *an habeat etiam locum in clerico prima tonsura, ipsumq. comprehendat?* In qua quidem quæstione, ita distinguendum videtur, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gaudeant hoc priuilegio, & immunitate, vt gabellam non soluant, sicut clerici in sacris: clerici verò primæ tonsuræ coniugati, eo non gaudeāt, & sic gabellam soluere teneantur ex suis venditionibus, & permutationibus, ac ceteri laici.

Primum membrum huius distinctionis, quod habet, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gabellā nō debeant, nec soluant, probatur ex generali dicto nostræ legis 6. ibi:
2 *Y clerigos*, Appellatione † enim clericorum ille quoque intelligitur, qui prima tantum tonsura est insignitus præcipuè in fauorabilibus, secundum Abb. *in rubr. de vita, & honestate cler. & in cap. 2. de præbend.* & ibi Dec. traditur *in c. clerici, de iudicijs, tex. in l. presbyteros, C. de episcopis, & cleric.* Didac. Perez. *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. col. 106. in vers. nomine etiam clericorum*, & latius Roder. Suarez. *in quæst. de maioratibus, num. 34.*

Et in terminis nostræ quæstionis ita tenet Ioan. a Medina, *in suo C. de restitut. cap. 15. in princ.* & D. Couar. *in pract. quæst. cap. 3. sub num. 9.* dicens, quibusdam legibus Ordinamenti veteris hoc probari, esseq. communem opinionem, & intellectum ad omnes iuris Canonici constitutiones, quibus clerici eximuntur ab his muneribus secularibus personalibus quidem, & mixtis, & Gregor. Lopez. *in l. 50. tit. 6. par. 1. in glos. verbo, faraon*, per text. ibi, & Didacum Perez, *in d. l. 1. glos. 1. col. 99. vers. clericus etiam coniugatus, tit. 3. lib. 1. Ordinam. & in l. 23. per text. ibi, tit. 4. lib. 4. Ordinam. glos. fin.* quos refert Gironda, *de Gabel. 7. p. in princ. num. 6.* & Matienc. alios allegans *in l. 11. tit. 10. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. glos. 1. num. 4.* & Bobadil. *in sua Politic. de Corregid. lib. 2. c. 18. num. 111. littera E.*

3 Sunt tamen, † qui existiment, hanc opinionem admittendam fore, cum clerici primæ tonsuræ probam, & honestam rationem viuendi sectantur, saltem vestes & tonsuram non dimittentes, quod deducere videntur ex Innoc. *in cap. 1. de apostatis*, & ibi suoi plures, quos refert D. Couar. *vbi supra*, dicens, hanc interpretationem non esse fortassis a mente iuris Canonici alienam, passim præsertim hisce temporibus, quibus tot clerici primæ tonsuræ, absque tonsura, & vestibus vagantur, moribus, ac vitæ honestate a ceteris laicis minimè distincti. Tandem resoluit Couar. quod cum hæc exceptio iure sit tantum humano instituta, plurimum poterit circa eius vim, & vsum consuetudo legitimè præscripta, præmaximeq. non erit eius quæuis interpretatio Reipublicæ conueniens adijcienda, cum de muneribus agatur, quæ mixta sunt, & ratione rerum temporalium personis, quo ad census, & pecuniæ contributionem indicuntur: etiam si iuxta iuris Canonici rigorem, clerici primæ tonsuræ non sint priuādi hoc priuilegio, ex eo, quod tonsuram, & vestes dimiserint, nisi prius trino monitu in hanc inciderint contumaciam. Sufficeret tamen ea monitio, quę fit per publicationem constitutionis Alexandrinę. Eamdem interpretationem ad hanc primam conclusionē voluit Didac. Perez, *vbi supra*, & Matienc. *vbi supra, num. 4.* alios allegans: nihilominus tamen inquit Couar. se vidisse semel Regias litteras in hoc decretas, vt clerici primæ tonsuræ, etiam non coniugati, cogantur soluere decimam partem pretij, quo res proprias, etiam seclusa mercimonij, & negotiationis caussa vendiderint, quod ius *alcauala* Hispani: alij *gabellam* appellant: cum tamen ius Pontificiū *in cap. quamquam, de Censib. in 6.* non minus hanc exactionem, quam alias in clericorū rebus, & personis prohibuerit; Vnde fateri oportet (ipse inquit) posse multum in his immunitatibus consuetudinem.

Secundum membrum principale dictæ distinctionis, quod de clericis primæ tonsuræ coniugatis agit, nempè, vt
4 hi gabellam soluere teneantur, ex eo probatur, † quoniam hi etiam si cum vnica, & virgine sint coniugati, & tonsura, vestibusque coniugalibus vtantur, tantum duo priuilegia, Fori videlicet, & Canonis obtinent, & gaudent: ad reliqua namque priuilegia clericorum laici omninò censentur, ex textu singulari, & ibi glossa communiter recepta, verbo, *ceteris, in cap. vnico, de cleric. coniug. lib. 6.* sequuntur plures referens D. Couar. *vbi supra*, expresè probans, huiusmodi clericis coniugatis iure negari priuilegium immunitatis, quoad gabellas, munera sęcularia, indictiones, collectas, aliáve quæuis Regalia obsequia, censum, & his similia: hæc namque subire tenentur hi clerici, sicut subeunt, & præstant omninò laici, quod in specie adnotat ibi glos. prædicta, *in d. cap. vnico, & ibi omnes.* Abb. *in cap. ex parte, de cleric. coniug.* Guid. Pap. q. 393. Bertach. *de Gabel. 7. par. num. 22. vol. 12. tract. diuers. Doctor.* Angel. *in Authentica de Monach. §. penult.* Ioan. Mauitt, *in repetitione l. vnica, C. quo loc. munera subiri soleant, lib. 10. pag. 75.* Quorum opinio communis est, & ab omnibus approbatur *d. cap. ex*

parte,

parte, atque item *d. lege Regia* 23. teste Couar. *vbi supra*, qui eam sequitur, quam etiam probarunt Petrus Duennas *in reg.* 100. *limit.* 10. & D. Azeued. *in l. 2. tit. 4. num. 2. libro* 1. *Nouæ Collect. Reg.* & Matienc. *vbi supra num.* 5. & Bobadil. *lib. 2 c. 18. nu.* 111. vbi alios allegat.

5 His † tamen non obstantibus, indistinctè hodie profitendum est, clericos primæ tonsuræ, siue solutos, siue coniugatos, etiam deferentes habitum, & tõsuram clericalem, non comprehendi sub priuilegio, & dispositione nostræ legis 6. sed quod hi omnino tamquam laici, nisi beneficiũ Ecclesiasticum obtineant, non coniugati gabellam soluere teneantur de venditionibus, & permutationibus rerum suarum, ex expressa in hoc dispositione noua nostri inuictissimi Regis Philip. II. *in lege 2. tit. 4. lib. 1. Nouę Collect. Reg.* quæ ita se habet.

Los clerigos de Corona, y menores Ordenes, que conforme al decreto del Sancto Concilio de Trẽto, y a las leyes antes desta, pueden gozar del priuilegio del fuero, sea, y se entienda solamente quanto al priuilegio del fuero en las caussas criminales. Pero en todo lo demas, ansi en el pechar, como en el pagar alcauala: y en todas las otras cosas no sean esemptos, ni gozen de priuilegio: y paguen, y cõtribuyan como los legos: y en esto, y en todo lo demas seã auidos por tales, saluo los no casados, que actualmente tuuieren beneficio Ecclesiastico.

Ex qua lege declaratur nostra lex 6. vt non procedat in clericis primæ tonsuræ solutis, nec coniugatis, vbi illi soluti beneficium Ecclesiasticum actualiter contineant, quod per dictam l. 2. nuncupatiui, vt clarum obseruant nouissimi, nempe Olanus *in concordia antinomię, littera C. num.* 21. Parlad. *rer. quotid. libro 1. cap. 3. §. 1. num. 3.* Matienc. *dicto num.* 5. Azeued. *in d. l. 2.* & Lassart. *de decim. cap. 19. num. 16. vbi num.* 19. inquit, quod cum dicta lex 2. est totius Hispaniæ vsus, sequitur etiam Hom... ad Greg. Lop. *2 in dicta l. 49. tit. 6. par 1. in glos. verbo, h[?]s franquezas, num.* 4. & Gironda, *de Gabel 7 par in princ num. 7.* ... plures allegans, Bobadil. *in sua Politic. de Corregid. lib. 2. cap. 18. num.* 110. vbi quod ita practicatur in his Regnis, *& nu.* 263. & 283. quam praxim agnouit etiam Farinac. *in suis quæst crimin. tit. de inquisit. quæst 8. num. 7. in fi.* relatus per Bobadil. *d. num.* 110.

6 Et prædicta lex Regia iusta est, & ideo merito obseruanda: Non enim videtur contraria iuris Canonici dispositioni, nempè, *d. c. quamquam, de Censib. in 6. & cap. aduersus,*

7 *& c. meminimus, de immun. Eccles.* Nam † si credimus Iosepho Angles, *in suis Floribus Theolog quæst. in quæst. de restit. vectigal. in primo dubio, difficultate* 5. in præd. iurib. solum fit mentio Ecclesiasticorum: habentes autem primam tonsurã, non sunt Ecclesiastici, vt ille ait, quia quamuis priuilegio Canonis gaudeant, non tamen priuilegio Fori. Hæc autem responsio non est certa: quoniam iuxta Sacrum Concilium Trident. *sess. 23. c. 6. & l. 1. tit. 4. libro 1. Noua Collect. Reg.* habentes primam tonsuram gaudere debent priuilegio fori, si non coniugati, & habentes habitum clericalem in aliquo ministerio, & officio ex mandato Episcopi seruiant Ecclesiæ, vel in seminario clericorum, vel beneficium Ecclesiasticum obtineant, vel de licentia Episcopi, quasi ad alios ordines prouecturi, in aliqua Schola, vel Vniuersitati studeant.

8 Sed † verior ratio in proposito est, quia præterquam quod est fundata in antiquo Hispaniæ vsu, & consuetudine, quæ in his clericorum immunitatibus plurimum valet, secundum Couar. *vbi supra*, habentes primam tonsuram, quicquid in eis omnia alia requisita necessaria ad fori priuilegium concurrant, adhuc Ecclesiastici omninò nõ sunt, si Ecclesiasticum beneficium simul non obtineant, & ideo gabellarum immunitate gaudere non debent, tam iuxta ius Canonicum, quod de personis Ecclesiasticis expressè loquitur, *in d. cap. quamquam, cum simil.* quam Regium, de quo in hac *l. 6 iuncta d. l. 2.* vt latius probat Lassarte, *d. cap. 19. num.* 21. dicens hanc esse veram, ac fundamentalem rationẽ *d. l. 2* eamq. iustissima ratione niti, *& nu.* 22. refert nonnullas differentias inter clericos in minoribus cõstitutos cũ beneficio Ecclesiastico, & eosdẽ id non obtinentes.

9 Sed † prædicta ratione, & praxi *d l. 2. tit. 4. lib. 1.* obseruandum erit ex illis eius verbis: *Saluo los no casados, que actualmente tuuieren beneficio Ecclesiastico*, excludi eos clericos, qui licet collationem beneficij habeãt, & titulum io eius, non tamen adhuc adepti sunt eius possessionem, cum lex illa expresse requirat, quod clericus minorum ordinum actualiter obtineat beneficium Ecclesiasticum, ad hoc, vt fruatur immunitate non soluendi gabellam, vt voluit & rectè Lassart. *d. c. 19. num.* 24.

10 Secundò, circa eiusdem legis 2. praxim, & intellectum obseruandum est, non sufficere regulariter, quod clericus minorum ordinum habeat pensionem Ecclesiasticam, ad hoc, vt immunis sit a gabella, nisi illa pensio sit constituta

11 in titulũ beneficij: † aliàs enim licet pensionarius habeat beneficium, non tamen est, nec dici potest Ecclesiasticum, vt probat Gigas *de pension q. 1. 4. 28. 52. & 86.* & alios plures referens Azeuedo, *in l. 1. tit. 4 lib. 1. Nouæ Collect. Reg. num.* 5. vbi id pluribus comprobat, *& num* 7. & Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1. q. 10. nu. 68 & lib 2 q. 5 inu.* 11. vbi quod est communis opinio idem testatur *lib. 11 q. 4. nu.* 32.

12 & in terminis nostræ legis ex prædictis hanc resolutionem tenet Lassar. *d. c. 19. num.* 24. qui idem probat respectu gabellæ non soluendæ, quoties pensio est reseruata in fructibus beneficij resignati ab ipso pensionario, quia in fauorabilib. huiusmodi pensionarij Ecclesiastici beneficiati dicũtur, vt resoluit Gigas *de pension q. 94. num.* 3.

Adhuc tamen in hac specie, cum hic pensionarius verè beneficium Ecclesiasticum ante regressus verificationem actualiter non possideat, sed tantum pensionem, de qua d. lex 2. non loquitur, credo, huiusmodi pensionarium ex caussa resignationis teneri soluere gabellam, præterquam si expresse in titulum beneficij sibi sit pensio reseruata, vel si sacro ordine fuerit insignitus, quod solum sufficit ad non soluendam gabellam, vt in nostra hac lege 6.

13 Similiter † etiam clericus minorum ordinum habens capellaniam in titulum perpetuum concessum a Papa, vel

14 alio Ordinario, † cum hic dicatur habere, & possidere beneficium Ecclesiasticũ, iuxta glossam *in Clem. fin. de decim.* Gomez. *in reg. de infirm. resig. q. 23* & Dec. *cons.* 110 *num.* 4. quos, & alios refert, & sequitur Azeuedo, *in d. l. 1. nu. 7.* & Lassarte, *d c. 19. num* 26. non tenetur soluere gabellam.

15 Necnon, † & patrimonium habens in titulum perpetuum, cum tunc dicatur beneficium Ecclesiasticum, aliàs fecus, vt latè probat Azeuedo, *d. l. 1. sub num. 5. & 7.* non tenebitur soluere gabellam, per prædicta.

SVMMARIA.

1 *Clerici, Ecclesiasticæq. personæ, an iure teneantur soluere sisam, vel aliam contributionem a Rege, vel alijs iudicibus sæcularibus victualibus impositam*, como es los millones concedidos a su Magestad por el Reyno? *& num. seqq.*

2 *Clerici tenentur contribuere in tributis, & contributionib. indictis omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem atque necessitatem, & num* 40.

4 *Clericorum exemptio a contributionibus est concessa eisdem per leges ciuiles Regnum, & Imperatorum.*

5 *Princeps priuilegia a se concessa, etiam absque caussa legitima reuocare potest, sed vide nu* 57. 58 *&* 59.

6 *Clerici tenentur soluere sisam, seu gabellam impositam a Consulibus cum consensu domini temporalis super victualibus, vt hic, sed contrarium latè probatur num. 8. cum sequentibus.*

7 *Ecclesia emens, vel alio modo acquirens prædia a laicis tributarijs Regi tenetur Regi satisfacere pro eis, vide num. 61. quomodo hoc intelligatur, & nu* 62 *&* 63.

8 *Clerici non solum sunt exempti iure positiuo a solutione tributorum, collectarum, & aliarum impositionum, sed etiã sua exemptio a iure Diuino originem trahit, vt hic. & in num. seqq latissimè probatur, & præcipuè c. 47 Gen. & c. 7. lib. 1. Esdræ. & c. quãquam, de Censibus lib 6 quidquid contrarium velit Card. Belarm. vt in num 14. vt resoluitur cum communi, num. 20.*

11 *Cap. quamquam, de Censib. & exact. libro 6. licentia, & intellectus, & num. 12.*
13 *Ex ratione generali omnes casus similes deciduntur, & expressi loco exempli habentur.*
15 *Cap. non minus, de immun. Eccles. littera refertur.*
16 *Cap aduersus, de immun. Eccles littera refertur.*
17 *Clericorum exemptio probatur etiam Sacris Canonibus, & auctoritatibus Sacra Pagina, & diuersis Epistolis Summorum Pontificum, vt in nu. 18. & auctoritate Decreti Sacrosancti Concilij Tridentini. vt in num. 19.*
21 *Concilijs generalibus Summorum Pontificum summa fides adhibenda est.*
22 *Bulla in Cena Domini casus 17. aliàs 18. refertur contra imponentes clericis collectas, & alia onera, &c.*
23 *Episcopi tenentur denunciare eos, qui in censuras Ecclesiasticas incidunt ob impositionem collectarum, & aliorum onerum clericis.*
24 *Successor in officio illius qui sisa imposuit clericis, remanet eadem censura conclusus, nisi satisfecerit intra mensem, non tamē ea censura est reseruata ob non satisfactionem, si non exsequatur de nouo impositionem ab alio factam, sed statim esset, de quibus autem bonis satisfactio prædicta facienda sit, agitur, num. 25.*
26 *Contradicens impositioni sisæ. vel collectæ clericis faciendæ, faciendo quod in se est, licet maior pars id decreuerit, non incidit in censuram Bullæ.*
27 *Successor scienter exsequens de nouo impositionem contra clericos ab alio factam, exactionem continuando incurrit censuram Bullæ reseruatam propter nouum consensum tacitè re ipsa à se præstitum, &c.*
28 *Excommunicatio Bulla in Cena Domini, lata contra imponentes collectas, aliave onera clericis, est reseruata.*
28 *Summo Pontifice mortuo, durant censuræ latæ in Bulla Cenæ Domini, nisi in ea aliud caueatur & num. 30.*
31 *Clerici sine expressa licentia, & concessione Romani Pontificis grauari non possunt sisa nec alio tributo, ut milones, & nu. 33. etiam si spōte clericus vellet soluere collectam, nisi vt in num. 32.*
34 *Laici imponentes, & exigentes sisam, & alias impositiones clericis sine licentia Summi Pōtificis, peccant mortaliter præter excommunicationem, quam incurrunt, & num. 36. el segundo.*
35 *Excommunicatio præsupponit culpam mortalem propter inobedientiam, & absque culpa, & contumacia mortali nullus potest excommunicari.*
36 *Facientes contra legem iustam in re graui, peccant mortaliter.*
37 *Clerici cum securitate conscientiæ nō possunt dissimulare, nec consentire in collectis, sibi impositis.*
38 *Ecclesiasticus Status grauatus est quampluribus oneribus de quibus hic.*
39 *Nobiles non contribuunt en los milones.*
41 *Leges ciuiles præcipientes clericos teneri ad collectas, & onera imposita pro communi vtilitate, & necessitate, sunt correcta Sacris Canonibus secūdum communem Doct. sententiam, sed in hoc ponitur vera resolutio, num. 42. & 43.*
44 *Ecclesiæ, & Clerici, quamuis possint exhortari & requiri per iudices sæculares vt contribuant in casibus à iure Canonico permissis non tamen possunt ad id cogi nisi per iudicem Ecclesiasticum competentem, & num 45.*
46 *Clerici in casu necessitatis compelluntur per suum Episcopum ad vigiliam, & custodiam Ciuitatis, non tamen per brachium sæculare.*
47 *Clerici ad hoc, vt teneantur ad refectionem viarum, & fontium, atque pontium, tria requirantur, de quibus hic.*
48 *L. 12. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Reg non corrigit quantum ad iudicem, qui compellere debet clericos ad contribuendum secundum legem 54. tit 6 p. 1. & num. 53.*
46 *Leges nouæ sunt interpretandæ ne ius cōmune lædant in quantum fieri possit, etiam si verba improprientur.*
50 *Correctio legis antiquæ cum intenditur, solet significari verbis expressis, aut honorifica aliqua præfatione, & vbi lex Regia non exprimit, nō est de eius intentione ius commune corrigere, vt in num. 51.*
52 *Iudices sæculares non debent perturbare iurisdictionem Ecclesiasticam.*
54 *Legis 2. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ intellectus.*
55 *Consuetudo compellendi clericos ad soluendam sisam, & alias collectas, non est vniuersalis, nec seruanda & nu. 56.*
60 *Respondetur fundamentis Siluestri, tenentis contra communem opinionem, Consules, & rectores cum licentia domini temporalis posse imponere clericis sisam in victualibus.*
64 *Ecclesiasticus Status non debebat contribuere en el donadio de los milones, nisi Romanus Pontifex id præcepisset, exceptis, quæ pro se, & suis familijs consumunt, vt in numeris sequentibus.*
67 *Bona Ecclesiastica non debent contribuere in pretio exemptionis alicuius Villæ: patrimonialia autem clericorum sit.*

QVAESTIO XCII.

An clerici ceteræq. personæ Ecclesiasticæ teneantur soluere sisam, vel aliam contributionem a Rege, vel alijs iudicibus sæcularibus victualibus impositam, como es los milones concedidos a su Magestad por el Reyno, absque licentia Summi Pontificis?

1 QVæstio hæc orta fuit in congregatione omnium Ecclesiarum horum Regnorum Matriti facta anno 1596 cum licentia Regis nostri Philippi II. cui interfui cū mandato procuratorio huius almæ Ecclesiæ Ciuitaten. vt Canonicus Doctoralis ipsius tempore, quo primum *fueron concedidos por le Reyno los milones a su Maiestad y toda la Congregacion me cometiolo estudiasse, y fundasse en derecho que el Estado Ecclesiastico no estaua obligado a contribuyr en ellos, aunque se pretenda por el Reyno lo contrario, y auiendolo visto, y estudiado con cuydado, hize la informacion de derecho siguiente, que se dio impressa, y firmada de mi nombre a su Magestad, con vn memorial, y a los señores de su Real Consejo.*

2 Pro parte affirmatiua primo facit, † quia clerici tenentur contribuere in illis tributis, & contributionibus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem, atque necessitatem Reipublicæ *l. ad instructiones, & ibi communiter Doctores, C. de sacros. Eccles. cum simil. l. 20. tit. 32. p. 3. & l. 45. tit 6 p. 1.* Candelabrum aureum, *7. Sacr. 2. tomo, de explanatione Bulla in Cena Domini, nu. 43. p. 75.* vbi plures DD. citat, *l. 13 tit. 13. lib. 1.* Noua Collect. *Reg. ibi: Pero que en los pechos, que son para bien comun de todos, assi como para reparo de muro, o de calcada o de carrera, o de puente, o fuente, o de compra de termino, o en costa que se haga para velar, y guardar la villa, y se termino en tiempo de menester, que en estas cosas tales, a fallecimento de propios de Concejo, deuen contribuyr, y ayudar los dichos clerigos: por quanto es pro comunal de todos, y obra de piedad. & l. 12. eiusdem tit. 3 lib. 1. ad fin. ibi: Mandamos, que en razon del pagar las penas, y lo que assi fuere ordenado, que todos, assi clerigos, como legos lo paguen assi mismo pro rata lo que les cupiere.* Ergo a fortiori idem videtur dicendum, qñ hoc tributū imponitur pro necessitate Regis a quo tamquam a capite dependet vtilitas totius Regni, tamquam in membra.

3 Secundo, quia † sic fertur introductum, atque solitum esse fieri in his Regnis in similibus necessitatib. Regis, vel Reipublicæ, vt clerici in eis quoque contribuant, sicut laici.

4 Tertio, quia † exemptio clericorum ab huiusmodi contributionibus est concessa eisdem per leges ciuiles, & Regias cōditas ab Imperatoribus, & Regibus, *l. placet, C. de sacros. Eccl. c. generaliter, 40. §. placet, 16. q. 1. & l. sancimus, l. 2. & ibi DD. C. de sacros. Ecc. cum simil. & in Codice Theodos. relato in cap. in qualibet, 23. quæstion 8. & in l. 10. cum seqq.*

seq.tit.6.par.1.& in l.1.cum seq.tit.3.lib.1.Nou.Coll.Reg. & præcipuè *in d.l.12.princ.eiusdem tit 3,* quæ sic se habet: *Esemptos deuen ser los Sacerdotes, y ministros de la santa Yglesia de todo tributo, segun derecho: y por esto ordenamos, y mandamos que en quanto en los pedidos de que nos entendemos seruir, y en otros pedidos de qualquier otra calidad, los clerigos sean libres de contribuyr, y pechar con los conceios:* Idem ergo legislatores, hoc est eorum successores in dignitate Reg. tollere possunt prædictam immunitatem, atque exemptionem clericis prius tributam, siue côcessam eidem derogando, atque contrarium statuere, & decernere, præcipiendo, vt Status Ecclesiasticus contribuat, *En los millones que los Reynos concedieron, o concedieren a su Magestad por via de sisa, o repartimiento como los legos, y dar*
5 *sus prouisiones para ello en forma.* Princeps † namque priuilegiua se concessa, etiam absque caussa legitima reuocare potest, *l. qui fundos, C. de omni agro deserto, lib. 11. text.* & ibi Innoc. *in c. in nostra, de iniurijs, glos. in reg. decet, de reg. iur. in 6. communis, secundum D. Couar. lib. 3. var. resol. c. 6. nu. 1.* D. Mol. *lib. 4. de Hisp. primog. cap. 3. nu. 8. 16. & 17.* vbi latè eam declarat: & ita videtur tenere in terminis Siluest. *in Summa, verbo immunitas, el 1. in fi. in vers. si verò*
6 *propter,* vbi † dicit, quod quando Consules propter debita, aut aliud, gabellam ponunt super carne, aut vino, & huiusmodi, non animo extorquendi pecunias ab Ecclesiasticis, sed quia etiam si non essent Ecclesiasticæ personæ, adhuc eam imponerent, est licitum, habita auctoritate domini temporalis, & habita moderatione, ne ponatur magis super his, quæ sæpè emuntur a clericis, aut ab extraneis, aut a pauperibus, quam ab alijs ciuibus: & quod sic clerici conqueri non possunt: maximè cum alibi possint emere, licet non ita cômodè, vt inquit probat *ff. de noui oper. nunc.* eãdem sententiã certiorem visam fuisse testatur Octau. Vulp. *de libert. Eccles. a. p. nu. 58.* cum Siluest. & alijs duobus.

7 Quartum, & vltimum † fundamentum huius partis est, *ex lege 55. tit. 6. p. 1.* vbi disponitur, *que si por ventura la Yglesia comprasse algunas heredades, o se las diessen hombres que fuessen pecheros al Rey, son obligados los clerigos a hazerle aquellos pechos, y derechos, que auian de cumplir por ellas aquellos de quien las ouieren.* Idem probat *d. l. 11. in vers. y otrosi, heredad que sea tributaria, tit. 3. lib. 1. Noua Collect. Reg.*

8 Sed quia † accuratè diuinas literas, sacrosq. Canones, Epistolas, & Bullas Summorum Pontificum perlegerit, inueniet, immunitatem Ecclesiarum, personarumq. Ecclesiasticarum, & Religiosarum à soluẽdis tributis, collectis, sisas, & alijs quibuscumque contributionib. & impositionib. laicorum, non solũ esse de iure positiuo, sed etiam originẽ trahere a iure diuino: & itaque status Ecclesiasticus minimè contribuere tenetur in prædictis, nec in donatiuo *de los milones por via de repartimiento, sisa, ni de otra manera, sin licencia, y mandado de su Santidad.*

9 Quod primò † probatur *cap. 47. Genes.* cum tempore famis cunctorum Ægyptiorum terram sibi emeret Pharao, atque sub eadem fama suæ seruituti cuncta subijceret, Sacerdotibus ita necessaria subministrauit, vt neque possessionibus, nec libertate donarentur: domino ex tunc pronunciante, sacerdotes in omni gente liberos esse oportere, vt exponitur *in c. tributum, §. quamuis, 23. q. 8.*

10 Secundò *ex cap. 7. libro 1. Esdræ,* vbi † refertur quoddam decretum, & stabilimentum Regis Artaxerxis: *Por el qual mando a las guardas del arca publica, y tesoreros de su caja Real, que todo lo que pidiesse el Sacerdote Esdras se lo diessen sin tardança alguna, hasta en cierta cantidad de plata, y ciertas medidas de trigo, vino, y azeyte, y sal sin medida:* & statim deinceps inquit: *Vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & Câtorib. Ianitorib. & Nathineis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal, tributa, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Ecce status Ecclesiasticus exceptuatus expresse, atque exemptus a solutione cuiuscũque tributi, fisci, & impositionũ, sublataq. potestas populis, Rebuspublicis, & Communitatibus Regni imponendi tributa Clericis, quãuis Laicis imponẽda sint ex iustis, & necessarijs caussis.

11 Tertiò hoc † ipsum declarauit Bonifacius VIII. *in cap. quamquam, de Censibus, & exact. lib. 6. ibi. Cum igitur Ecclesia, Ecclesiasticæq. personæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quinimmo & Diuino, à sæcularium personarum exactione sint immunes,* & cõstitutionem felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri, qui statuit, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, neque ad exigendum, vel soluendum talia pro rebus suis proprijs, quas non caussa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt, volẽtes propter multorum insolentiam, & abusum peiori adminiculo adiuuare, adijcimus districtius inhibendo (contraria consuetudine quorumcumque, quæ dicenda est corruptela verius, non obstante) vt nec Collegium, nec Vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, a præfatis Ecclesijs, aut personis, pro personis ipsis, aut rebus prædicta talia exigat, vel extorqueat, per se, vel per alium, suo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat: qui verò contra fecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis: si autem Collegium, vel Vniuersitas Ciuitatis, Castrũ, seu loci alterius cuiuscumque, ipsa Ciuitas Castrum, vel locus interdicti sententiã ipso facto incurrant: nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter. Ad idem textus *in Clem. præsenti, de Censibus.*

12 Nec dicatur, † quod tex. *in d. c. quamquam,* loquitur tantum in pedagijs, & guidagijs, quoniam ratio illius tex. generalis est, vt patet ex eo textu *in principio: cum igitur Ecclesia: &c. ibi: à sæcularium personarum exactionibus sint immunes:* Verbum namque illud, Exactionibus, omnia compre-
13 hendit, † & ea ratione generali omnes casus similes deciduntur, & comprehenduntur, & expressi loco exempli habentur, vt cum communi resoluimus *libro 3. practic. quæst. 17. & 18. numero 75. cum pluribus sequentib.* præcipuè *numero 80.* & 101 Ius præterea Diuinum, cuius meminit Bonifacius Papa VIII. generaliter loquitur in quibuscumque exactionibus: quo fit, vt iuxta hanc iam expressam decisionem, dubitari non debeat, an clerici sint immunes, & exempti a tributis iure diuino: siquidem hoc iam declarauit nuncupatim Summus Pontifex in illo textu, dicens, *Ecclesias, Ecclesiasticasq. personas, ac res ipsarum, non solum iure humano, sed etiam & diuino à sæcularium personarum exactionibus esse immunes.*

14 Vnde † audiendum minimè esse censeo doctissimum, & illustrissimum Cardin. Bellarmin. *de Controuers. Orthodoxæ fidei, Controuersia 5. de membr. Eccles. Militant. in 3. parte, primi tomi, cap. 28. de Cleric. folio mihi 161. in paruis,* dũ defendere, & probare voluit contrarium, asserens, hanc exemptionem clericorum esse tantum de iure humano, non verò Diuino, loquitur siquidem côtra illum textum eius. aperta verba; cui non benè respondet dicens: Bonifacium eius auctorem, nomine iuris Diuini, intelligere exemplum, quod habetur in scriptura diuina, nimirum Genes. *cap. 47.* vel certè fuisse Bonifacium in sententia Canonistarum, eamq. aperuisse, non autem aliquid definiisse, quia non loquitur per modum definientis rem controuersam, sed simpliciter, & obiter id asserit, & definit. Sed vtcumque sit, sufficit pro nobis habere interpretationem, declarationẽ, & auctoritatem Summi Pontificis, cui est standum contra DD. contrariæ partis, prout etiam fuit declaratum *in c. tributum. § quamuis, 23. q. 2.* & probatur hodie clarè ex Concil. Trid. *sess. 25 cap. 20 ibi: Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis, sanctionibus constitutã,* & ibi *tamquam Dei præcipua, eiusq: patrocinio tecta venerentur.*

15 Quartò in hoc † eodem iure diuino nixum est Conciliũ generale Later. relatum *in c. non minus, de immun. Eccles.* dicens: *In diuersis mundi partibus Consules Ciuitatum, & Rectores, necnon alij, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesijs, vt deterioris conditionis factũ sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat. ille quidem*

omnibus alijs seruituti subiectis, & sacerdotes, & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico ministrauit: isti vero onera sua ferè vniuersa imponunt Ecclesijs, & tot angarijs eas affligunt, vt eis, quod Hieremias deplorat, competere videatur: Princeps prouinciarum facta est sub tributo: siquidem fossata, siue expeditiones, seu alia quælibet sibi arbitrantur accipienda de bonis Ecclesiarum & clericorum & Christi vsibus deputatis volunt fere cuncta complere: iurisdictionem etiam, & auctoritatem Prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse: vt continuo ei tex. dicendo: *Quocirca sub anathematis districtione fieri de cetero talia prohibemus:* & in fine illius textus additur: *si autem Consules, aut alij de cetero ista commiserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quam fautores eorum, excommunicationi se nouerint subiacere, neque communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem:* & ibi glos. verbo, *sub tributo*, & communiter Doctores notant, ex illo textu claro: quod sacerdotes, & clerici debeant esse immunes ab omni exactione secularium.

16 Quinto, † Innocentius III. in Concilio generali *in c. aduersus, de immun. Eccles.* referens, quod modo prædiximus ex Concilio Lateranensi, addidit, quod constitutiones, & sententiæ, quæ a talibus, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vmquam tempore valituræ. Inquit etenim: *ceterum quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet, nullus vano decipiatur errore, vt intra tempus regiminis sustineat anathema, quatenus post illud non sit ad satisfaciendum debitum compellendus, nam, & ipsum qui satisfacere recusauit, & successorem ipsius nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter, cum succedat in onere, qui in honore substituitur.*

17 Sexto idem † probant Sacri Canones, nixi auctoritatibus Sacræ Paginæ, vt constat ex textu *in c. conuenior, ibi: quæ diuina sunt, 23. q. 8. & in cap. tributum, § quamuis, eadem caussa, & quæstione ibi: Domino ex tunc pronunciante, & in cap. si Imperator, ad finem, ibi: Omnipotens Deus, 96. dist. & in d. cap. quamquam, de Censibus libro 6. & in d. cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles.* textus optimus *in cap. 1. & in cap. clericis, in principio, & in § primo, eodem titulo, libro 6. & in Clement. 1. eodem tit.* vbi quod dantes ad id consilium, auxilium, vel fauorem, excommunicantur, *textu in Clem. præsenti de Censib. cum alijs sim.*

18 Septimò, idem prohibent † in fauorem immunitatis Ecclesiasticæ diuersæ Epistolæ Summorum Pontificum, vt patet ex Epistola Damasi Papæ scripta ad Aurelium Carthagin. Episcopum, relata *in 1. tomo Concil. fol. 7. col. 2.* Bulla Vrbani VI. *fol. 9.* & Martini *fol. 10.* & Io. V VIII. *fol. 11.* & aliorum Romanorum Pontificum, quæ referuntur *in libro, cui titulus, Bullæ diuersorum Romanorum Pontificum, & in Bullario plurimorum Pontificum, impresso Romæ ann.* 1586.

19 Octauò, idem † hæc probat, confirmat, & innouat Sacrosanct. Concilium Trident. *d. sessione 25. cap. 20. in decreto de reformatione*, vbi monet, & exhortatur Reges Catholicos, quos Deus sanctæ Fidei, Ecclesiæq. protectores esse voluit, ceterisq. præcipit, vt inuiolabiliter obseruent immunitatem, & libertatem personarum Ecclesiasticarum Dei ordinatione & Canonicis sanctionibus constitutam, decernens, atque præcipiens, Sacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon, & alias Apostolicas sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innouat exactè ab omnibus obseruari debere: proptereaq. admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes, & singulos, cuiuscumque status, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sunt, tamquam Dei præcipua, eiusq. patrocinio tecta venerentur, neque ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijsve Dominis temporalibus, seu Magistratibus, maximeq. ministris ipsorum Principum lædi patiantur: sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt animaduertant. Hoc decretum Sacrosancti Concilij Tridentini ad integram decisionem nostræ quæstionis principalis, in fauorem status Ecclesiastici, vt ex eius contextu ita apparet, & destruit opinionem Siluest. & Bellarmin. *vbi supra.*

20 Quibus verissima, † & communis redditur hæc sententia, nempè, quod exemptio, & immunitas Ecclesiarum, Ecclesiasticarumq. personarum ab exactionibus, & tributis, sit a iure Diuino, ab eoque originem suam trahat: & ita tutissimè huius iudicij sunt quam plurimi auctores, quos omnes caussa euitandæ prolixitatis hic non citabo, contentus aliquorum relatione. Hi enim ceteros referunt: & in primis hanc partem tenent glos. penultima, *in d. cap. si Imperator, & in d. cap. quamquam, verbo, Diuino*, Abb. *in d. cap. non minus, num. 17. & in cap. 2. anum. 4. de immunit. Eccl. & consil. 13. in 2. p. consil.* Felin. *in c. 2. nu. 1. de maior. & obed.* Cardinal. *in cap. perpendimus, de sentent. excommun. oppositione septima*, Ioan. L. *p. in tractatu de libertate Eccles. 1. p. quæst. 2. & latius in 2. p. in quæst. secunda*, Ioann. Equius *in Enchirid. locorum communium c. 23.* Bertrandus *consil. 181. num. 1. & li. 1.* Ioan. Lupi. *retect. consil. 71.* Bertach. *de Gabel. 7. p. nu. 8. & 12.* Petrus Duenas *Reg. 100.* Didacus *in repetitione l. nemo potest, nu. 107. cum seq. ff. de leg. 1.* Azeuedo, *in l. 5. nu. n. per totum, tit. 3. lib. 1. Noua Collec. Reg.* & est communis sententia, vt plures allegans, cum se putatus, & probans asserit nouissimè Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 17. nu. 18.* idem *lib. 3. c. 19. nu. 18. & 19.* & alij quamplures, idem post hæc scripta doctissimè probat Azor. *in Summa Institut. Moral. lib. 5. c. 12. col. mihi 412. in vers. ego sanè.*

Non itaq. rectè se habuerunt Medina, Soto, & alij, volentes hanc immunitatem, & exemptionem clericorum non esse de iure Diuino, sed potius ecclesiastico, siquidè contrarium euidenter, & multipliciter probauimus, & tandem Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini: nec agimus hic de exemptione, & immunitate clericorum a iudicio sæculari, an sit de iure Diuino, an humano, quoniam nõ spectat ad præsentem materiam, sed agit latè de eo Salon. *de iust. & iure q. 66. articulo 7. colum. 1364. cum seq. vbi colum. 1366. in 5. conclus. concludit*, ille hanc exemptionem maximè consonam iuri Diuino. At quando secunda opinio principalis de qua supra, vera foret, quod negamus, sufficeret ad nostrum intentum, esse præfatam immunitatem de iure positiuo Ecclesiastico, vt auctores eius sententiæ dicunt, ad hoc, vt præcise deberet obseruari prædicta immunitas Ecclesijs, Ecclesiasticisque personis sub reatu peccati mortalis, & excommunicationis maioris latæ sententiæ, si quidem ita cauetur ex præcepto Summorum Pontificum, &

21 Conciliorum generalium, † quibus summa fides adhibenda est, vt docet Innocentius, *in cap. quod suscepti, & in cap. hæc est fides, & in cap. quoniam vetus, 25. q. 1.* pulchrè Nauar. *in cap. nouit, de iudicijs, in 3. notabili.*

22 Vltimo hæc † pars confirmatur voto ex casibus Bullæ in Cena Domini, qui est 17. aliàs 18. *huiusmodi: Qui collectas*, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiatorum Ecclesiasticorum bonis, illarumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, absque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, per se vel alium, seu alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, votum, suffragium, palam, vel occultè præstare non verentur, cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali priuilegiata dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij Potentatus: quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatib. & terris quocunque modo Præsidentes, aut quauis et Pontificali dignitate insigniti, innouantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis: & in terminis dictæ Bullæ in Cena Domini, & per eam ita tenet Nauarr. *in Manuali c. 27.*

c.27.nu.128.& in c.27.nu.201.in vers.83. Azeued. *in l.3. nu.1.tit.3.lib.1.Noua Coll. Reg.* & ex Theolog. Lud. Carb. 23 *de restit.q.33.in ver.septima dubitatio, in primo dicto*, † addens *in tertio dicto*, quod Episcopi obligati sunt ad denunciandum eos, qui in censuras Ecclesiasticas incidunt ob hanc caussam, de quo est text. *d.Clement. præsenti*. Eamdem sententiam pro constituta habet, & tenet Manuel. Rodrig. *in explicatione Bullæ Cruciat.§.9.num.84.in vers. lo segundo*, & Lud. Veya, *in suo casu conscien.26 per totum*, vbi melius ceteris hoc prosequitur, & declarat, & nouissimè Pater Franc. Suarez *de Censuris, in 5.tomo disput.21.de excomm. Papæ reseruatis in Bulla in Cena Domini, sectione 2.in 18. Censura, num.99.cum sequentib. folio 384.cum sequenti*, & quod Rectores populi, vel exsequutores imponentes sisam carnis, vel vini clericis, sint excommunicati a iure, *ex d. cap. quamquam*, tenet cum multis Candelab. aur.7. *Sacrament. in explanatione Bullæ in Cena Domini, num.42.fol.75.in 2. tomo.*

Quatenus autem attinet ad successorem, de quo *in d cap. aduersus*, vbi quod non solum ipse Rector, qui similia fecit suo tempore, & satisfacere recusauit, sed etiam ipsius successor nisi satisfecerit intra mensem, maneret decernitur Ecclesiastica censura conclusus, donec satisfecerit competenter, cum succedat in onere, qui in honore substituitur.

24 Illud † obseruandum esse censeo, vt si successor non exsequatur de nouo impositionem ab alio factam, exactionē continuando, sed statim cesset, solumque sit in mora restituendi, quod ab alio iniuste petitum, & acceptum est, licet excommunicationem incurrat, non tamen videtur ea reseruata ex vi Bullę in Cena Domini, quia in tota hac clausula non est sermo de non restituendo, sed de imponente, exigente, vel etiam accipiente, vel quouis modo ad huiusmodi actiones cooperante: successor autem, qui non satisfacit, nō potest dici, illas actiones exercere, aut ad illas cooperari. Non ergo incurrit hanc censuram prout latam in Bulla Cenæ.

25 Vt autem † incurrat eam, vt latam *in d.cap.aduersus*, oportet, vt culpabiliter sit in tali mora, non enim cogendus est talis successor ad satisfaciendum, seu restituendum ex proprijs bonis, cum ipse non deliquerit, nec aliquid ex bonis Ecclesiæ vsurpauerit. Debet igitur satisfacere, quatenus gubernator est, hoc est, vel ex communibus bonis, vel faciendo, vt qui bona acceperunt, ea restituant: quia quantū ad hoc, merito succedit in onere: quare si non possit intra mensem re ipsa exequi satisfactionem, dummodo, quod 26 in se est faciat, nō incurret, quia re vera non peccat, † sicut nec etiam Consul, vel alius similis gubernator, si quantum in se est contradicat tali impositioni, licet forsan propter plura suffragia imponatur, vt rectè meo iudicio (salua tamen censura Sedis Apostolicæ) opinatus est Suarez *vbi supra, in versic. quæri potest.*

27 Ex quibus † infertur, atque benè deducitur, quod si successor sciēter exsequatur de nouo impositionem ab alio factam, exactionem continuando, incurret quidem cēsuram Bullæ reseruatam propter nouum consensum tacitè re ipsa a se præstitum, & ratihabitionem impositionis, & exactionis a prædecessore factæ.

28 Reseruata igitur est excommunicatio, de qua agimus, hoc est eius absolutio Sedi Apostolicæ, siquidem fulminata est per Bullam in Cena Domini, nullusq. alius ab ea absoluere potest nisi solus Summus Pōtifex, & qui eius vices habuerit, aliàs incurret eam excommunicationem, qui de facto absoluerit, quam tollere non potuit, præter nullitatē præfatę suę absolutionis, vt cauetur in Casu 22.& 23.eiusdem Bullæ; per Bullam autē Cruciatæ absolui potest huiusmodi excommunicatus satisfacta parte, vt declarāt ipsius expositores; estque hoc conforme iuri Canonico quo ad eius similem censuram, vt vidimus.

29 Quinimmò etiam mortuo Romano Pontifice, qui delictum quodpiam eorum commiserit, quæ in Bulla Cenæ Domini continentur, in censuras per eā latas incidet, quāuis olim secus esset, quoniam tres Romani Pontifices Pius V. Gregor. XIII. Sixtus V. eius Bullæ sententias eo vsque valere voluerunt, quousque successor creatus aliàs sustulisset, vt dixit Nauar. *in Manuali, cap.27.nu.40.cum seqq.* & Summa Corona, *de excommun.cap.9.art.1.in 3.par.* & Martin. de Alphons. de Viualdo *in Candelab. aurea septē Sacramentor. de excommunicat. numero quinquagesimoquarto*, quos refert & sequitur Vgolinus, *de Censur. tabula 1.§.4 nume-* 30 *ro quarto, folio 77.* Idemq. † dicendum erit de eorum successoribus, qui similem declarationem fecerint, nempè eius Bullę sententias eo vsque valere, quo successor creatus alias sustulissent, an autem Clemens VIII. & Paulus V. hoc voluerint, nobis non constat; videndum tamen erit in eorum similibus Bullis.

31 Vera igitur, & euidens, atque † certa resolutio est (vt ex supradictis patet.) *Que el estado Ecclesiastico, sin expressa licencia del Sumo Pontifice, no puede ser grauado con los milones con que el Reyno sirua a su Magestad, ni esta obligado a contribuyr en ellos, ni en otra imposition, sisa tributo, ni collecta alguna, ni se le puede, ni deue repartir por personas legas, ni iuezes seglares, comunidades, ni Gouernadores, sin la dicha licencia de su Santidad.* Et ita tenet, & probat ex textibus iuris Canonici supra citatis Remigius de Gonui, *de charitat subsid. q 56.num.4.cum seq.* cum regula firmissima tradit latè eam probans cum communi: quod munus reale quod imponitur personis pro rebus, quas possident, quod munus vulgare vocant collectas, *tallias, quartales, derramas*, vel aliu modo, non potest imponi per laicos, nempè Regem, Dominum, vel Regnum, Ciuitatem, vel Communitatem pro necessitatibus occurrentibus Ecclesijs, seu Clericis, pro rebus quas possideot quocumque 32 titulo, 1 *& num.10 cum seq.* ampliat, etiam si clericus vellet sponte soluere collectam: nam non posset, nec Communitas deberet recipere, nisi cum iusta causa, & licentia Papæ: quod verum intelligit Candelabrum aureum *vbi supra, in explanatione Bullæ Cenæ Domini, num.38 pag.74.* de ep, qui auctoritate sæculari exigit decimas, & alias ab sponte dante: secùs in recipiente sisam, vel guidagium, aliàs à clerico spontè dante, quia non incurrit in prædictam censuram secundum Nauar. & Petrum Duennas, quos citat, & voluit etiam Suarez, *vbi supra, in versic. nec enim*, vbi, quod non est prohibitum dari ex absoluta, & omnino libera voluntate, & loquens, *en los milones*, quod non teneantur ad eorum solutionē clerici, nisi consulto Romano Pontifice, ita tenet Blas *lib.2.var q.q 21.1.par nu.219.fol.183.*

33 *Desto nos da tambien claro testimonio, y experiencia las gracias, y concessiones Apostolicas del subsidio y escusado, que con ser para causas, y efetos tam necessarios, è importantes, como es para defensa destos Reynos del Turco, y de nuestra santa Fe Catolica, para subsidio de las galeras, y guerra contra infieles, por estar el patrimonio Real tam exausto: su Magestad del Rey nuestro sennor ha sacado para ello licencia de su Santidad, y sin ella iamas se ha pedido, ni repartido: y el anno de 1583. por no auer la dicha concession para el subsidio no se repartio ni cobro, ni pago. Y si en algun Obispado se repartio y cobro, fue por error, entendiendo que la auia, y se boluio a sus duennos.*

34 Ex supra † dictis duæ conclusiones certissimæ deducuntur; Prima est, *que los legos que hazen las impositiones, repartientos, y cobrancas arriba dichas de sisas, y otras contribuciones en el estado Ecclesiastico, sin la dicha licencia de su Santidad, y los que dan consejo, fauor, y ayuda para ello en qualquier manera, pecan mortalmente, demas de la excommunion mayor, en que ipso facto incurrent.*

35 Excommunicatio i enim prædict. præsupponit culpam mortalem propter inobedientiam, & absque culpa, & cōtumacia mortali, nullus potest excommunicari, *vt in cap. nemo, & in cap nullus, 11.q.3.& in c.Romana, § caueant, de senten. excomm lib.6.* D. Thom. Paludan. & alij, *in 4 d.18.q.2.* D. Couar. *in c. Alma mater, 1.p.§ 9 nu.1. de sent. excom. lib.6.* Nauar. *in Manual.c.27.nu 9* Martin. de Ledesma, *in 2 4 q.23.art.3.* D. Soto, *in 4. dist 22.* communis, *vt per nos lib.1.Canon. quæst. c.7 & 24* & per Candelab. aureum septem Sacram. *2.to de excom n 105.106.pag.35.*

36 Deniquè † quia facientes contra legem iuditio in re graui, peccant mortaliter, *c.2.de maior.& obed.cū sim.* Dious Bernar. *in lib.de dispend.& precept. col.5.* Caiet. *in paruis*

opuscul. 1. tomo, tract. de obligat. precept. q. 21. Alphons. a Cast. aduersus hæreses, *verbo Ecclesia, ad fin.* facit Nauar. *in Manuali, c. 23. num. 56.*

At indubium est in hac specie, laicos agere contra prohibitionem Sacrorum Canonicorum, Conciliorum, & Bullas Summorum Pontificum, necnon & contra omne ius, & rationem: ergo iustè possunt, & debent compelli per censuras, vt a peccato exeant, & se abstineant a similibus impositionibus, & collectis in carne, vino, & similibus victualibus imponendis, contra statum Ecclesiasticum, ipsiusq. immunitatem, & ablata restituant.

Et quod peccent laici mortaliter in hoc, vt probatum existit, tenet Nauar. *in Man. c. 27. nu. 115. & in c. 17. nu. 202.* vbi inquit, *que los Gouernadores legos y sagrados, que imponen contra los clerigos sisas, &c. sobre pan, vino carne panno, y otras qualesquier cosas necessarias, y pertenecientes* ad victum, & vestitum *pecan grauissima mente y afenden a Dios e incurren en las censuras horrendas de* Bulla in Cena Domini *y alega la glos. de la Clement. præsenti, verbo, interdicti, de Censib. que afirma que toda Italia esta entricha por lo dicho mismo sieute el de las otras prouincias, y confiessa que teme mucho que Dios castigue a los consultores de los Principes, y Republicas, par la paca cuenta que hazen, y el demasiado credito que dan a sus consultores y atras personas que tienen cuenta con su codicia y auaricia, y no de uenir contra los sacros Canones: y espanta se de los Obispos y confessores, que parece tienen poca cuenta en caso, mandandos so pena de peccado mortal el Concilio Vienense o d. Clem. præsenti, que denuncien, y publique por descomulgados a los sobredichos, y no los absueluan hasta que restituyan lo mal lleuado, y satis fagan competentemente a los clerigos.* Eandem opinio. item, quod peccent letaliter imponentes reb. clericorum tallias, & quascumque exactiones, tanquam contemptores iuris Canonic. & inobedientes, tenet Petrus Iacob. *in sua pract. tit. de acquis. ab Eccles. ver. item qui,* quem refert, & sequitur Remigius de Gonn. *vbi supra, q. 62. nu. 99. qui q. 60 nu. 1.* probat etiam in terminis, quod clerici nō tenentur ad soluendam istam impositam per laicos administratores vniuersitatis pro suis necessitatibus, vel alias super venalibus, & victualibus.

37 Secunda † conclusio certissima ex supra dictis deducta habet: *que el estado Ecclesiastico con seguridad de conciencia no puede dissimular, ni consentir en las dichas imposiciones. Lo vno por ser contra su immunidad. Lo otro, por concurrir en el peccado graue que en esto cometen los legos: y assi esta obligado a defender su libertad y esempcion por via de iusticia, como se suplico a su Magestad, y a los sennores del su Consejo por parte del Estado Ecclesiastico de los Reynos.*

38 Mouetur † etiam debet ad hoc, animaduertere, quantis oneribus grauatus sit status Ecclesiasticus, diminutisq. ipsius redditus, tum ob deductionem factam ql. ... ab eis Tertiæ Regiæ concessione Apostolica, tum etiam ob concessiones similes Apostolicas quinquennales subsidij, & nimæ decimas decimare debentis in vnaquaque Parochia; tandem ob priuilegia non soluendi decimas quatuor ordinū militarum *de S. Ioan. Alcantara, Santiago, y Calatraua, y los ordenes Monachales, y mendicantes, y los de la Compania de Iesus. con sos priuilegios tam amplos, y la ordē de santa Clara en cierta forma.* Et omnes quod status Ecclesiasticus sentit, & virtualiter patitur, & soluit tributum *alcauala* in omnibus quæ emit, si quidē carius emunt ex quod venditores laici eam soluere tenentur. Nunquid igitur grauari debēt Ecclesiasticæ personæ alijs oneribus impositionibus, atque tributis, absque licentia Summi Pontificis, qui est caput omnium Ecclesiarum ne al às cogantur mendicare, & cultus diuinus minuatur.

39 Accedat præterea, † *que pues los Caualleros legos, y Hidalgos, y otros esemptos en muchos lugares no contribuyen por sus haziendas segulares en este donadio de los milones, sino que se reparte al demas resto del Reyno, o se hazē otras arbitrios, como se ha declarada en el Consejo y librado prouisiones Reales para ello segun esta informado el Estado Ecclesiastico con mucha maior razon deuen ser esemptos los clerigos y sus bienes de la pāga deste donadio, pues tiene tan fundada su libertad, y esempcion de todo genero de pechos, tributas, y exactiones por todo derecho, y Concilios como esta prouado, y son y deuē ser de meior condiciō en esto que los legos.*

Reliquum est, vt satisfaciamus fundamentis supra in cōtrarium adductis, ex quo etiam nostra pars lucidior apparebit.

Ad primum fundamentum contrarium, in quo dicitur, clericos iuxta ius commune, & Regium teneri contribuere in illis impositionibus, & tributis, quæ in diconuntur ad bonum commune omnium in casibus ingentis necessitatis, & vtilitatibus Reipublicæ, & Regni ex d. l. *ad instructiones, cum similibus, C. de episcop. & cler. & legibus Regijs ibidem citatis.*

40 Responsio † *que hablan en casos especiales de reparo de muro, o calçada, a carrera, a de puente, a fuente, y en la costa que se hazē para guardar, y velar la villa, y su termino en tiempo de necessidad, y esto a fallecimiento de los propios del Cōcejo, porque es pro cumunal de todos, y abra de piedad, como lo dizen, y de claran las mismas leyes: el donadio de los milones, no se concedio para esto, ni los Procuradores de Cortes fueron parte parsi cancedeilos contra el Estado Ecclesiastico, ni en su perjuyzio, sino solamente en la Republica segar la qual elios representan, mas no la Ecclesiastica, ni la necessidad es tan grande que los legos, y Republicas seglares no la puedan suplir con sus propios, y haziendas, y con los arbitrios de que su Magestad les ha dado licencia puedan vsar sin tocar en el Estado Ecclesiastico, ni en sus bienes, y rentes que siempre han sido, y son libres, exceptuados, y esemptos, de semeiantes contributiones, y otros qualesquier tributos, y finalmente no estamos en el caso de las dichas leyes y aunque estuuieramos en el era menester licencia del Papa para ella, y en caso de dificultad, y peligro de la tardança, por lo menos del Perlado Ecclesiastico de cada Obispado: y sin ella no se podia hazer, como le dira luego.*

41 *Lo segundo se responde,* quod † secundum communem multorum grauium authorum, leges ciuiles supra citatæ pro prędicto primo fundamento sunt correctæ sacris canonibus præcitatis, quibus cauet quod laici non possint collectas imponere clericis, etiam imminente necessitate clericorum, & laicorum, sub pœna excommunicationis, nec clerici tenentur in hoc casu aliquid contribuere, nisi sponte velint, approbante Episcopo cum clerico, & vbi laicorum non suppetunt facultates, item Romano Pontifice prius consulto, quod si fecerint, laici humiliter, & deuotè recipiant cum gratiarum actione, *vt in d. cap. non minus, & in c. aduersus nimium Eccl. cum simil.* vt latè plurib. iuribus, & rationib. comprobat Aob. *in d. c. non minus, nu. 18.* dicens eam esse communem vtriusque iuris interpretum opinionem; quem ad hoc refert, & sequitur Anastas. Germon. *lib. 3 de sacrorum immun. c. 17. num. 26.* & alij statim citandi.

42 Et quamuis † alij plures authores velint vitare prædictam correctionem legum ciuilium, dicentes potius ius Canonicum videri, idem disponere in prędictis casibus necessitatis, quod leges ciuiles, & *Regiæ* supra citatæ.

Vera tamen resolutio in proposito est, quod status Ecclesiasticus nullo modo tenetur, nec cogi, aut cōmpelli potest ad contribuendum in similibus, authoritate & dispositione prædictarum legum, quib. non ligatur Ecclesia: & & qñ talis necessitas, seu vtilitas occurit, seruanda sunt prędicta iura Canonica, vt Romanus Pontifex super his cōsulatur, & vbi tāta necessitas immineret, quod nō posset sine aliorū scandalo vel periculo haberi recursus ad Papā, sufficeret tūc deliberatio Episcopi, & clericorum, ita probant, & decidūt expresse textus iuris Canonici supra citati, & tenent, atque resoluunt permulti graues authores huius Regni, & exteri, quos gratia prolixitatis vitādæ hic sigillatim non refertā, & quia eos citant omnes, idem sequētes prout sunt Greg. Lop. *in d. l. 54. ingl.* en las calcadas *tit. 6. p. 1.* & nos *lib. 2. pract. q. 5. nu. 1. cum seq. præcipuè nu. 6.* Azeued. *in l. 11. nu. 6. cū seq. tit. 3. lib. 1. Noua Coll. Reg.* Siluest. *in Sūma, verbo, immunitas nu. 10. & 12.* & latè Alphons. Gutierr. *in thesaur. Christ. Relig. c. 35. nu. 29. cum plurib. seqq.* Anastas. Germon. *d. c. 17. nu. 46. cum seq. & prius nu. 33. cum seq.* &

aut

43 alii infra citandi, *in verf. Esta minima fententia*. Et † loquuntur plures ex fupra citatis authoribus, nuncupantum etiam, in lifa, afferentes quod eam non poffunt imponere laici in victualibus in præiudicium Status ecclefiaftici fine licentia fui fuperioris, etiam in cafibus, in quibus clerici iure Canonico tenentur contribuere.

Et quamuis Octauian. Cacheran. decif. Pedemont. 68. aliquid deferre uideatur in hoc laicis, quando inftat neceffitas inimicorum, recufantibus epifcopo, & clerico prius requifitis, nihilominus tamen ipfe ait accurrendum prius effe ad Epifcopum & clericum, & ab eis petendum, vt hoc præcipiant, quia, fi tam grauis neceffitas vrgeret, vt locus non effet, vt Papa confulatur, ob periculum in mora futurum, fufficeret tunc deliberatio epifcopi, & clerici, vt habet communis fententia fupra relata. Ita etiam in hoc cafu interpellatio, & exactio a iudice ecclefiaftico non autem a laico fieri debet, fecundum Ancharan. *in cap. non minus*, & Bald. *in d. l. ad instructiones*, quorum opinio placet Germonio, *d. libro 3. cap. 17. num. 53.* Petrus Duennas *in regula 100. num. 16. in fine*, Couar. cum aliis *lib. 1. variar. refol. c. 8. num. 9.* & cum eis Candelab. *aur. 7. Sacram. 2. tomo, in explanatione Bullæ Cenę Dom cafu 2. num. 45. pag 76.*

44 Et quamuis Ecclefia, & † clerici poffint exhortari, & requiri per iudices, & poteftates fæculares, vt contribuant in cafibus a iure Canonico permiffis, non tamen poffunt ad id cogi, nifi per iudicem eorum Ecclefiafticum competentem, vt aduertimus fuiffe obferuatum, *vbi fupra num. 9.*
45 adducentes ad idem Guidon Papæ, † & ita merito Thefaurus Chriftianæ Relig. *vbi fupra, num. 32. in verf. fateor tamen*, tenet, quod fi clericus nollet fine legitima caufa cõfentire, populus poterit officium Ecclefiafticum implorare, vt compellat clericum ad confentiendum, & cõtribuendum. Et hoc idem eft, quod habet communis fententia fupra relata, quam vt ueram & communem exprefsè approbauit Dominus Rex D Alphonf. *el Sabio, que fue el IX. en la l. 54. tit. 6. de la primera partida*, vbi: *Esto mismo deue fazer* (loquens in clericis) *en las calcadas de los grandes caminos o de las otras que fon comunales, e para esto fazer nõ les deuen premiar los legos, mas dezirles que lo fagan e fi ellos nõ lo quifieren fazer: han de mõstrarlo a los Perlados que lo fagã fazer e ellos fon tenudas maneras de ge lo mãder cũplir, porque fon obras buenas, e de piedad*: & ibi Greg. Lop. *in gl. pen & vlt. & in l. 51. eiufdem tit. gl. 3.* & vltra fupra citatos, hæc fuit etiam opinio Innocentij *in d. c. non minus*, & aliorum, quos refert, & fequitur Remig. de Gonni. *in d. tract. de charit. fubf. q. 62. nu. 39. 44. 50. 53. 54. 88. & 92. cum feqq.* vbi iuxta hoc conftituit regulã *& nu. 113.* & præ dicta l. 54. ad hoc in terminis allegat Remig. *d. q. 62. num. 77.* & Greg. Lop. *in l. 52. verb. el Obifpo tit. 6. par. 1.*

46 Dicentem quod † licet in cafu neceffitatis clerici copellantur ad vigiliam, & cuftodiam Ciuitatis, non tamen poffunt ad hoc compelli per brachium fæculare, fed per fuum Epifcopum, fecundum Henricum, & alios, *in c. peruenit, de immun. Eccles.* quod etiam loquens in cafu vrgentis, & imminentis neceffitatis tenet Spec. *in tit. de cleric. coniug.* quem refert, & fequitur Remig. *vbi fupra q. 57. num 6. vbi nu. 8. cum feq.* Idem refoluit cum aliis pluribus Doctoribus, quando clerici ad collectam tenentur in aduentum Principis propter neceffitatem tunc ibi occurrentem, quia non funt ad eam foluendam compellendi per Principem, fed per Iudicem Ecclefiafticum, quando laici aliter non poffunt fupplere.

47 Præterea, quod hoc † vt clerici teneãtur ad refectionem viarum, fontium, & pontium, tria requirantur: licentia fcilicet, Pontificis, vel Epifcopi ex caufa valde vrgenti, & neceffaria, & quod folutiones laicorum non fufficerent, & fic in fubfidium laicè confuluit confil. Taurin. *inter confil. feudal. conf. 3.* latè etiam Tiber. Decian. *conf. 51. nu. 62. vol. 3.* Caualc. *decif. 44. fub nu. 110.* & hos referens Carrotius *de locat. & conduct. 4. par. de collectis, nu. 37. fol. 210.*

48 Ex quibus † infertur, quod *l. 12. tit. 3. lib. 1. Noua Collect. Reg. difponens: que affi legos, como clerigos, todos paguen por las heredades que tuuieren en adobas de arroyos, y de puejas, o calcadas, o de fuente, o de puente*, intelligi debeat, vt finguli compellendi fint in cafu contradictionis per fuũ iudicem competentem, iuxta d. l. partitæ, *la qual no corrige: ni quita la dicha ley* 12. non enim inquit, quod iudex fæcularis poffit cogere clericos ad contribuendum in prædictis cafibus, nec talis intentio colligi poteft, nec debet, ex d. lege 12, nec verbis, nec figno in correctionem *d. legis par-*
49 *titæ*. Leges † namque nouæ funt interpretandæ, ne ius commune lædant, in quantum fieri poffit, etiam fi verba impropprientur, fecundum Ludou. Gozadinum, *confil. 43. num. 2.* ideoq. lex generalis non inducit correctionem iuris per tacitos intellectus, etiam fi nihil operetur, idem Gozadin. *confil. 89 col. 2.* Crauet. *conf. 259. num 2.* & nos *lib.*
50 *3. pract. q. 15. num. 34. & 35.* enim † enim de antiquarum legum correctione, feu abrogatione intenditur, illud folet fignificari verbis expreffis, aut honorifica aliqua præfatione, vt docet Alciat. *lib. 3. Parerg. iuris, cap. 17.* Ludou. Caronda, *lib. 2. verifim. c. 16.* quod enim non mutatur, quare ftare eft prohibendum, *l. præcipimus, cum fimil. C. de appel.*
51 & † vbi lex Regia non exprimit, non eft de eius intentione ius commune corrigere, ita Greg. Lop. *in l. 10. in glof. no quifere heredero. tit. 5. & in l. 9 tit. 13. par. 6.* & nos *d. q. 15. num. 37.* & 38. Sed d. lex 12. hoc non exprimit, ergo non corrigit d. legem partitæ. Quod etiam comprobatur, quia ad inducendam correctionem vnius l. per aliam, vnum ex duobus eft neceffarium, vel quod lex noua expreffe antequam corrigat cum expreffa ad hoc mentione huius vel quod fit adeo directe contra ipsã in fua principali decifione, vt cõcordiam vna cum altera recipere non poffint: neutrum autem hic concurrit, igitur correctio induci non debet, nec poteft, & multo minus ea inducenda venit per *d. l. 12. facrorum, Canonum*, & Conciliorum vniuerfalium Ecclefiæ, quibus derogari non poteft per legem ciuilem, nec Regiam, etiamfi expreffe hoc diceretur in ea, *arg. c. folitæ, de mai.* & ex hoc defectu poteftatis, vt omnes notant *in c. Ecclefia S. Mariæ, de conft.* præmaxime, quia nulla lex hoc dicit: fed potius contrarium, nempe *l. 5. eiufdem tit. 3. lib.*
52 *1. Noua Collect. Reg.* quæ habet: † *Que como el Rey quiere que ninguno entremeta en fu iurifdiction temporal affi es fu voluntad, que la iusticia Ecclefiastica, y efpiritual no fea perturba, y fea perturbada y fea guardada en aquellos cafos, que el derecho permite: y anfi manda, que los fennores temporales, ni los concejos, ni los iuezes Reales, y Alcades feglares no embarguen, ni perturben de hecho la iurifdicion Ecclefiastica en aquellas cofas, de que pueden conocer fegun derecho*: fed cafu de quo agimus compellendi clericos, vt cõtribuant ad reparationem fontium, & pontium vt tenentur, ius Canonicum expreffe difponit, vt pertineat ad Epifcopum cum confenfu Papæ: non vero ad iudices fæculares. Ergo rectè difponit d. l. 5. quod iudices fæculares non perturbent iurifdictionem Ecclefiafticam de facto nec fe in ea intromittant, idem præcipit Summus Pontifex *in c. nouit, de iud. vbi explicat Nau. notab. 3.*

53 Nec in conuenit, † quod d. l. 12. quãuis pofterior explicetur, & intelligatur per l. priorem partitæ quoniam ita habetur in iure, *vt in l. fed & pofteriores, cum fim. ff. de legib.*

Similiter non obftat *l. 2. tit. 3. lib. 1. Noua Coll. Reg.* quæ
54 afferit † Ordinamos, y mandamos, que ningunos concejos, ni fennores de lugares, no cõftrin gã, ni apremiẽ, a los clerigos, e yglefias, y monafterios a que pechen ni paguen ni contribuyan pechos, ni pedidos, ni otros feruicios faluo en aquellos cafos, que fe contienen en la ley defte titulo, que comienca: *Efemptos, de uen fer*, que es la ley 11. arriba alegada que habla de los reparos de los caminos, fuente a puente &c. que en quanto a aquella excepcion, faluo, &c. parece, que da entender, es de la regla precediente, iuxta gloffam, *l. actione, C. de transaction. cum fimilib.* Y effi, que los legos pueden compeler a los clerigos a que contribuyã en los cafos efpeciales de la dicha ley 11. arriba referida.

Quia primo refpondetur, quod immo d. l. 2. in regula generali ab ea affignata eft in fauorem Status Ecclefiaftici, & comprehendit noftrum cafum, de feruitio, y donadio de los mifones. Secundo, quod non fumus in cafu exceptionis eiufdẽ l. Tertio, quia fi effemus eo in cafu deduci non deberet ab ea lege argumentum a cõtrario fenfu cõtra iure

expressum, præmaximè cum in d.l. 1, ad quam se refert, hoc non caueatur, vt in terminis obseruauimus, *vbi supra, nu. 14.* & hoc remanet sufficienter dilutum primum fundamentum contrarium.

55 Secundum † etiam fundamentum de cõsuetudine contraria faciliter dissoluitur, Primò: quia negamus adesse talem cõsuetudinem generalem; immò in quamplurimis partibus horum Rēgnorum Reipublicę, & Gubernatores scientes, & recognoscentes immunitatem hanc Ecclesiasticam, prædictam contributionem minimè tentarunt inijcere ei sisam imponere in Statum Ecclesiasticum ad soluendum prædictum tributum, sed potius prædictam suam immunitatem obseruauerunt; in alijs verò Ciuitatibus vbi contrarium vsi sunt facere Rectores, ipsimet saluti animarum suarum consulentes ad obedientiam Ecclesiæ sunt reducti, tollentes a clericis prædictam sisam, & contributionem, & ablata ab eis restituendo, & promittendo in posterum se talia nõ facturos, & cum hoc sunt absoluti a præd. censuris; quod si in alijs sunt obstinati, & contumaces, sibi caueant, quia tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, neque hæc consuetudo appellari potest, sed potius corruptela, *cap. fin. de Consuet. lib. 6. & in d. c. quamquam. de Censib. lib. 6.*

56 Et coadiuuatur † hæc responsio ex decisione text. *in cap. nouerit, de senten. excommu.* vbi excommunicat eos, qui obseruari faciunt statuta facta, & consuetudines inductas aduersus immunitatem Ecclesiasticã, nisi ex libris eradant, & eos, qui ea faciunt, & scribunt, & Potestas, & Consules, & Gubernatores, & consiliarios quorumlibet locorum, vbi huiusmodi statuta seruantur, & qui iudicant secundũ illa, & qui ea publicè in forma scribunt, quem textum optimè declarat in proposito Nauar. *cap. 27. num. 119.*

Tertium quoque fundamentum partis contrariæ omninò est sublatum ex supradictis: quia exemptio, & immunitas Status Ecclesiastici ab omni genere tributorum, & exactionum est iuris Diuini, & quando absolutè foret de iure positiuo Canonico, in dubium est eã auferri non posse, a leges ciuiles, aut Regiæ quin tantum abest, vt potius confirment, & maioribus pœnis coadiuuent, vt possunt facere, & similiter idem faciunt in materia probationis matrimoniorum clãdestinorum, vsurarum, & aliarum rerum spiritualium, iuxta tradita per nos *lib. 2. pract. q. 1. n. 13. & 14.* non tamen ideo sequitur quod possint leges ciuiles, nec Potestates sęculares tollere immunitatem Ecclesiasticam per sacros Canones, & Cõcilia vniuersalia Ecclesiæ Catholicæ, Ecclesijs sacrosanctis, & clericis concessam.

57 Priuilegia † verò, & exemptiones a Regibus & Imperatoribus ex se concessa clericis, quę originem non trahunt a iure Diuino, neque Sacris Canonibus, & Concilijs, sed a Regali, vel Imperiali cõsueta clementia, hæc vt procedentia nouiter, & ab origine sua a Regia, vel Imperiali largitione, rectè poterunt ijdem Principes sæculares, eorumq. successores in dignitate tollere, moderari, & declarare pro libito, & nutu suo, quamuis credendum non sit hoc facturos,

58 nec † decet Maiestatem Regiam proprio suo priuilegio derogare, aut illud reuocare, vt cum alijs probat Dominus Molina, *lib. 4. de Hispan. primog. cap. 3. num. 17. ad fin. & numeris sequen.* siquidem vt Christianissimi Reges semper solent prospicere bonum Ecclesiarum & clericorum, & augere priuilegia a se eisdem concessa, tamquam earum veri protectores: secus est dicendum de alijs priuilegijs alias clericis competentibus.

De his duobus modis priuilegiorum, & immunitatum Ecclesiarum, & clericorum, loquuntur leges ciuiles, & Regiæ supra in contrarium allegatæ, sed necessario intelligendæ sunt, vt prædiximus, si quidem ita clarum est de iure, & principijs eius conforme.

59 Cum enim † tota Respublica Christiana, & ipsimet Principes temporales in hanc exceptionem consenserint, obedientiæ, non potestatis consensu, ea reuocare nequaquam poterit, vt constat ex his, quæ colligunt nostri ex Innoc. vt tradit Anastas. Germon. *d. lib. 3. de sacrorum immun. cap. 17. num. 41.* vbi hanc sententiam eo magis confirmat, quo derogatio, siue reuocatio maximè redundaret in Ecclesiasticæ libertatis diminutionem, ac detrimentum, vt nemo non videt, quæ ita dissolui non potest a temporalibus Principibus, ex traditis per Doctores *in cap. nouerint, de senten. excommun. & in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. & in c. vlt. de rebus Eccles. non alien.* Soto, *in 4. distin. 25. artic. 2.* Couar, *in pract. quæst cap. 31. num. 3.*

60 Minus † obstat opinio Siluestri contraria, quia primo dicimus eam falsam esse, vtpote, contra textus expressos vtriusque iuris, & Concilia Ecclesię, vt vidimus & idem Siluester *in eodem verbo immunitatis, la primera, num. 20. & 22.* tenuerat contrarium, necnon communis sententia Doctorum, quos supra citauimus.

Secundò, quia ratio in qua se fundat Siluest. in loco, quo eam adduximus pro contraria parte contra Statum Ecclesiasticum, est nulla, qua ... nus dicit, quod clerici conqueri non possunt ex eo, quod Consules imponant eis sisam, vel tributum in victualibus authoritate domini temporalis, quia possunt ea emere alibi, licet non ita commode: Quis enim est, qui non videat, hoc falsum esse? Siquidem maximum grauamen esset atque manifesta excorsio, obligare clericos mittere cum maioribus sumptibus quotidie alibi emere victualia pro suis personis, & familijs, & alia sibi necessaria, vbi super his non esset imposita sisa preter incommoditatem supradictam, quod minime facere possent clerici, præmaxime pauperes. Præterea si permissum esset sisam clericis imponere in vno opido, idem fieret in omnibus, & ita esset vniuersalis sisa, & præcise teneretur eam soluere Status Ecclesiasticus contra omne ius. Nec titulus de noui oper. nonciat. ff. in quo etiam se fundat Siluester, ad rem facit; ideoq. eius sententia non est tenenda; Animaduertere namque ipse debuerat, esse contra sacros Canones, & aduersus sacrosancta Concilia, quod domini temporales absque licentia Summi Pontificis possint imponere gabellam, sisam, aliudve tributum personis Ecclesiasticis, & quod aliter imponentes, incidunt in sententiam excommunicationis ipso facto a iure Canonico, & Bulla in Cena Domini fulminatam, vt vidimus, prout ipsemet Siluester nuper præuidit, & tenuit, *num. 20. & 22.* Sanctum denique Concilium Trid. *in loco supra citato*, destruit omninò opinionem Siluestri contrariam, nullo igitur modo eam tueri aut sustinere potest.

61 Quartum, & † vltimum fundamentum prioris partis de fundis tributarijs emptis, vel alio modo acquisitis per clericos, quod ipsi præfatum vectigal soluere teneantur, nihil premit contra verissimam resolutionem, quam fundauimus, & defendemus: Illa namque iura loquuntur, & procedunt, atque intelliguntur, quando prædium ab antiquo est tributarium, priuata, vel publica dispositione, puta Principis, nam si perueniat ad clericum, vel Ecclesiam, siue ad alium quemcumque titulo legitimo, transit suapte natura cum eodem onere, *l. 1. 2. & 3. C. sine censu, vel reliq.* Et in hac specie sunt propriè intell... tæ leges Regiæ prędictæ ita Greg. Lopez, *in d. l. 51. gl. 4. & in l. 53. gl. 7.* Petrus Duenas, *in reg. 100. limitat. 3.* & Azeued. *in d. l. 1. in num. 8.* quod probat d. l. 11. ibi: *Otro si de heredad que sea tributaria, en que sea el tributo apropiado a la heredad, que los clerigos que compraren las tales heredades tributarias pechen aquel tributo que es propiado y anexo a las tales heredades*, nempe quando fundus esset tributarius, antequã deueniret ad clericum: postea namque non posset lege, vel statuto sæculari præiudicari immunitati Ecclesiarum, & clericorum, *vt in c. quæ in Ecclesiarum, de Constitut. & in Auth. Cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles.*

62 Præterea, sunt † intelligendæ præfatę leges Regiæ, quando prædia sunt affecta onere tributorum expresse, & specialiter, ex conuentione partium; secus autem si sunt affecta, vel obnoxia tributo ex generali lege, vel hypotheca, qua sunt tacitè hypothecata pro tributis omnia prędia possessorum, *vt in l. 1. & 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* tunc namque si talia bona perueniant ad Ecclesiam, vel clericum, non transeunt cum onere, vt probat Didac. Perez, *in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. colum. 90. & 91.* vbi alios allegat, & sequitur Otalor. *de nobilit. 2. part. c. 5. nu. 10.* Matien. *in l. 3. tit. 1. glos. 2. nu. 5. & in l. 11. glos. 4.* nume-

numero 5. Nouæ Collectionis Regiæ, quos retuli, & sequutus fui *d. quæstione 3. numero 17. &* Blas. Flores *libro 2. Variar. Quæstion. quæst. 21. par. 1. numero 233. in princip. fol. 187.*

63 Vnde, quando † bona habebant onus perpetuum annexum, & inuariabile, transeunt ad clericos cum oneribus suis: si vero onus sit perpetuum, sed variabile, vt quando imponitur personæ pro rebus, vt sunt descriptiones, æstimationes, quæ fiunt hodie, quia æstimantur bona cuiuscunque, vt soluant plus, vel minus secundum oppositionem collect. (& hic est noster casus) ad huiusmodi onera non tenentur Ecclesia, vel Clerici, ita tenet, & probat Thesaur. Christianæ. Reipubl. *vbi supra, numero nono, addens numero trigesimo tert. in versic. dicunt enim*, quod bona ecclesiæ non tenentur ad aliqua onera mundana, nisi prius fuissent censualia, aut tributaria, quam peruenissent ad Ecclesiam, ita quod soluissent certum tributum, vel censum: aliter autem non tenentur, quamuis prius soluissent tempore necessitatis, vel vtilitatis aliquas collectas, seu functiones, vt tenet Abb. *in d. cap. non minus, numero 18* & sequitur etiam Germon. *d. cap. 17. numero 27.* & probat latius *numero 64.* cum pluribus seqq. vbi *numero 8. cum sequentibus*, late probat, vt pro his, quæ Ecclesia possidet spirituali iure, vel iure diuino, vt sunt decimæ, & oblationes, tributum, vel censum minimè soluere debet, & quod prædiximus, *in principio huius versic. vnde quando*, tenet etiam Flores *vbi supra d. nu. 233.*

64 Ex quibus † omnibus relinquitur clara iustitia, & euidens status Ecclesiastici, vt non debeat contribuere *en el donadio de los milones*, nec possit ei imponi sisa aliqua in victualibus, ad id, nec aliàs vllo modo absque expressa licentia, & authoritate Papæ; Et quod similiter in conscientia fieri hoc non possit absque prædicta licentia sub reatu peccati mortalis, & incursione sententiæ excommunicationis maioris latæ sententiæ Papæ reseruatæ cum obligatione restituendi aliàs oblatum, a qua absolui non possunt laici, nisi prius restituant, & satisfaciant: & quod Status Ecclesiasticus horum Regnorum, tenetur in conscientia remedium quærere vt fecit, & non dissimulare, saluo iudicio rectius sentient. Madriti mense Decembri anno 1596. *Doct. Ioannes Gutierez.*

65 *Esta † formacion de derecho se dio por la Congregacion de las Iglesias destos Reinos de Castilla, y Leon, y de las Islas a ellos adiacẽtes con su memorial a su Magestad del Rey don Felipe II. nuestro Sennor, que santa gloria aya, y a los sennores del su Consejo, para que lo mandassen ver, y remediar: y visto, y entendido ser conforme a iustitia no se cobro del Estado Ecclesiastico este donadio de los milones hasta que se gano breue especial del Papa Clemente VIII. de buena memoria para ello, en que se dio licentia a la iustitia seglar de los pueblos para que pudiessen hechar sisa en la carne, y vino a los clerigos para esto milones y que fuessen obligados a contribuir en ellos, y se cobrasse por ministros seculares como de los legos: de lo qual se agrauio el Estado, Ecclesiastico ante su Magestad, y solamente se reformo en que non la cobrassen los ministros seglares de los clerigos, sino los Ecclesiasticos,*

66 *compeliendo les ello los Obispos por censuras. † Y que la carne, y vino, y otros ensanches en que se echo tambien la dicha sisa, no la pagassen los clerigos, y personas religiosas de lo que ellos, y sus familias consumiessen*: contendunt tamen conductores prædicti tributi, & sisæ, clericos, & personas religiosas tantum esse exemptos a prædicta contributione, *de la carne, vino, azeyte, y vinagre, que de sus cosechas, y crianças gastan, y consumen en sus casas, y familias, y no de lo que compran para comer, beuer, y consumir ellos, y sus familias, y assi procuran de echo cobrar esta sisa dello*: Sed hoc minime cauetur in d. vltimo motu proprio Clementis VIII. nec in eo similis distinctio inuenitur, sed potius generalis exemptio his verbis concessa: *non tamen quo ad ea quæ pro eorum proprijs, & familiarum suarum vsibus consumunt, ita vt pro illorum, & suarum familiarum vsibus prædicti sint omnino immunes, & exempti luego de todo lo que consumieren sin fraude, sea como dicho, son libres, y exemptos aora sea comprado para ello, aora adquirido per donacion, o de cosecha, o por otro titulo, pues de todo esto se mãdaua antes por otro Motu proprio que refiere alli este postrero, que la pagassen los clericos y religiosos: y aora se manda por este vltimo Motu proprio generalmente, que no la paguen de lo que consumieren en sus vsos, y de sus familias*, poterunt etiam supradicta maximo ex vsu esse ad alias contributiones, & sisas imponi prætensas statui Ecclesiastico sine licẽtia Summi Pontificis.

67 Fuit † etiam in d. Congregatione Ecclesiastica supplicatum Regiæ Maiestati, *que mandasse que no se repartiesse a las possessiones, y heredades de las Iglesias y sus ministros los reditos de los censos, que los concejos de las Villas, y lugares que eran de las Iglesias han tomado y cargado sobre si para se eximir boluiendo a las partes que los auian comprado en virtud de breue de las temporalidades el precio que auian pagado por ellos a su Magestad pues se dexaua bien entender que solo se dieron las prouissiones Reales de repartimientos para que contribuyessen las haziendas de los legos e interessados, para boluerse a eximir, y que en las prouissiones que de nueuo se librasse, assi para los lugares que fueren de las Iglesias, como de particulares, fuesse expecificado de manera que no quedasse lugar del dicho inconueniente*, super quo, & alijs capitulis de mandato d. Congregationis, nos etiam de iure informauimos dominos de Regali Consilio: & tandem post aliquod longum tempus fuit prouisum, & responsum per Regem nostrum huic capitulo, *que no contribuyan en semejantes repartimientos, ni se cargue cosa a los bienes Ecclesiasticos de los Perlados, o Iglesias cuyos fueren los lugares, y que en quanto a los bienes patrimoniales de los clerigos, quando occuriere el caso se proueedera iustitia, y que en el Consejo se den ordinarias para que no se reparta a los bienes patrimoniales de los clerigos*: vidatur namque hoc de solutione pretij exemptionis iurisdictionis concernere bonum commune, omnium tam clericorum quam laicorum, & ideo nil mirum si ex bonis patrimonialibus clericorum æqualiter sicut laicorum soluant authoritate etiam, & cum licentia Prælati clericorum iuxta supradicta bona tamen Ecclesiastica Prelatorum & Ecclesiarum quorum sunt vel fuerunt oppida uendita, recte iussum fuit, ne contribuant in hoc, quia ipsa nihil debent; satis namq. est vt prædicta sua oppida, & iurisdictiones sibi auferantur absque eo quod postea in exemptione ad aliorum fauorẽ, & vtilitatem factam, vel faciendam contribuant.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, & clericus negotiator gabellam soluit, de lo que vendieren por via de grangeria, trato, y negociacion.*

2 *Clericus negotiator gabellam iure communi etiam soluere tenebatur, & iure Canonico, vt in nu. 5.*

3 *Clerici negotiatores sunt vere clerici, reputantur tamen pro laicis quo ad solutionem gabellæ, y de la aduana.*

4 *Negotiatio clericis est prohibita, & dum hoc se implicant, eorum facultates Ecclesia non defendit a laicorum legibus, & statutis: necessarium tamen est, ad hoc quod iure Canonico sit talis negotiatio prohibita, & illicita, vt in nu. 6. vbi quod generaliter iure Canonico, est eis prohibita: requiritur tamen iure communi trina monitio, vt in nu. 7 & iure Regio vt nu. 8. & in foro conscientiæ vbique monitio operatur quo ad alia, vt in nu. 9. sed contrarium in praxi est tenendum, immo quod nulla monitio requiratur, vt in nu. 10. 11. 12 & 13.*

14 *Clericus negotiator gabellam debet, secus si non negotietur, licet rem illam, quam vendit illicitè acquisierit.*

15 *Clericus aduocans, de facto rem acquisitam ex officio aduocati vendens, vel permutans, gabellam non debet.*

16 *Negotiari dicitur, qui rem acquirit eo animo, & intentione, vt reuendendo lucrifaciat.*

17 *Clericus rem emens non quidem animo reuendendi, sed sui vsus causa, si eam postea ex accidenti vendiderit, gabellam non debet, & nu. 23.*

18 Emens

18 *Emens frumentum pro victualibus totius anni, si postea mutato proposito vendat illud, non incidit in pœnam legis, vel statuti.*

19 *Obligatio ad macellum, & panisia reficienda, si aliquid eis supersit, possunt id vendere absque pœna.*

21 *Negotiator non dicitur, qui emit, ut sua necessitati succurrat licet superfluum postea vendat.*

22 *Clericus qui rem quam emerat, postea mutato consilio vendit, ut aliam emat: non dicitur negotiator. idem est in eo, qui rem vẽdit integram, & immutatam, vel qui rem sic vendit, sed hac intentione nõ emit, sed ad suum usum em ptã statim sibi occurrit lucrum, ut nu. 23.*

24 *Clerico fas est emere necessaria ad proprium, suorumque usum, & vendere superflua. vel ex fructibus suorum agrorum vel ex redditibus sui beneficij, undecunque illa habuerit immo esto aliquid vilius emerint, nõ animo vendẽdi carius eis, licet accrescente postea pretio vendere illud carius, & lucrari, nec inde tributum aliquod debent, ut in nu. 25.*

25 *Clericus vendens rem sui patrimonij, vel fructus sui beneficij, non dicitur negotiator, nec tributum ex eo soluere debet.*

27 *Clericus vendens, quæ ad eum peruenerunt ex disoluta societate inita cum alio, aut ex quacumque alia negotiatione, quam per alium exercet, gabellam debet, & nu. 74. idem est quando socius laicus clerici ea venderet, quæ ad negotiandum emerat, nu. 28.*

29 *Clericis, & Religiosis licet negotiari per alios negotia mere lucratiua, tradendo pecuniam consanguineo, ut ipsorum loco negotietur aut ineundo societatem cum alio, aut alijs, & c. ut hic. sed contra nu. 30. cum seqq.*

Peccatũ lethale est clericos, vel monachos per seipsos negotiationem merè lucratiuam, qua aliquid emitur, ut immutatum carius vendatur exercere, eodem nu. 29. & nu. 31. ubi ratio assignatur.

31 *Qui per alium facit per seipsum facere videtur, & numero 33.*

32 *Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id neque per subiectam personam agere debet.*

34 *Exercens per alios artes prohibitas, non vacat omni culpa.*

35 *Negotiatio per alium cum pecunia clerici, distrahit animum ipsius in quampluribus, ut hic.*

36 *Licitum est clericis locare fructus beneficij, uel eos colligere, & vendere per suos familiares, & institores.*

37 *Clericus vendens uinum suum ad grossum, uel ad minutum non dicitur negotiator, ac proinde gabellam non debet.*

38 *Clericus si ex lana de redditibus sui beneficij, aut suorũ gregum pannos, quos vendat per operarios, atque artifices conductos efficeret an ex venditione prædictorum pannorum gabellam debeat? & nu seq.*

39 *Legis 7. in illis verbis:* Por v, a de mercaderia, trato, y negociacion, *tit. 18. li. 9. Nou. Collec. Reg. intellectus, & n. 40.*

41 *Mercator ex uno actu quis dici non valet, quia nomina uerbalia requirunt frequentiam, nihilominus tamen unica vice dicitur negotiari, ut in nu. 45.*

42 *Clericus etiam semel mercando ad reuendendum, si reuendat, gabellam soluere tenetur, & nu. 44.*

43 *Clericis, nedum mercatura, sed etiam omnis negotiatio, est prohibita etiam aliàs licita.*

46 *Clericus emens fundum, ut eum reuenderet lucrifaciendi causa, eumq; reuendidisset gabellam soluere tenetur.*

47 *Clericus negotiator dicitur, quando rem emit in sua integra, & immutata forma, vendituru, lucrifaciendi causa: secus si rem emit, ita ut sit ei materia inde aliquid operandi, & sua opera, & industria mutatam vẽdiderit, aut per mutauerit, tunc namque negotiari non dicitur, nec gabellam debet, & numero 48. ubi exemplum fingitur.*

49 *Clericis licitum est artificio aliquo uti, unde aliquid lucrentur, ac vitam sustineant, obseruatis, quæ hic dicuntur, numero 50.*

51 *Clericus emẽs mulam, aut equum rudem, ut cultiorem uendat, negotiator non dicitur, nec gabellam debet ex venditione.*

52 *Clericus emens arietes, aut sues ad eos pingues reuẽdendos causa negotiationis, & lucri, gabellam debet.*

53 *Clericus lanas, aut uuas emens, ut impẽsa sua per alios pannos, vel vinum faciat, lucrifaciendi causa, est negotiator, ac mercator, ac proinde gabellam soluere tenetur ex venditione pannorum, & vini.*

54 *Monasterium habens venam ferri, & inde per operarios ferrum colligat, & vendat lucrifaciendi causa gabellam non debet: secus si ad id venam ferri emisset, nisi per Monachos ferrum colligatur, ut in num. 55. sed quomodo intelligendũ sit, quod de vena ferri empta dictum est, late agitur, & distinguitur numeris sequentibus, usque ad numerum 61. inclusiue.*

62 *Clericus aut monasterium emens gregem, & inde fructus collectos vendens, gabellam non debet: secus si conducat ouium fructus, eosque postea vendat, nam gabellam debebit, ut in nu. 63.*

66 *Industria, quæ clericum excusat à negotiatione illa est, quæ per propriam personam præstatur: secus vero si per conductas & mercenarias personas præstetur.*

65 *Negotiari dicitur non solum is, qui sic emit, ut vendituru lucrifaceret, sed etiam, qui ex quocunque alio contractu aquisiuit, ut vendituru lucraretur, quia est cõtractus locationis, & venditionis.*

66 *Clericus emens, vel conducens fundum plenum fructibus maturis pendentibus, an ex venditione fructuum eorundem gabellam debeat? & nu. 71.*

67 *Fructus pendentes pars fundi sunt.*

68 *Clericus alienum agrum conducens, & fructus ex suo semine, sua, & suorum industria cura, & cultura colligat, & vendat, lucrifaciendi causa, gabellam debet, & numero 72.*

69 *Agricultura, & cura gregis laudatissima est, & longè distans à mercatorum officio: hoc tamen verũ est in ea quã quis exercet in suis agris, & possessionibus, non uero in alienis conductis, ut in nu. 70.*

73 *Clericus conducens fructus decimales, eos postea uendens, gabellam debet.*

75 *Clericus conducens prædia aliena, & inde fructus collectos uendãt, in casibus a iure Canonico permissis, nempe, pro sua necessaria sustentatione, gabellam non debet.*

79 *Gabella debetur ex bonis Ecclesiæ uel monasterij per negotiationem causa lucri uenditis, & acquisitis, & in numero 77.*

QVAESTIO XCIII.

De clerico negotiatore, quod gabellam soluit?

1 QVanto tandem † sit intellectu, & praxi leg. 7. titulo 18. hoc lib. 9. nouæ Collect. Reg. qua cauetur: *Que lo contenido en la ley antes desta (scilicet) que las Iglesias, Monasterios, Perlados y clerigos destos Reynos, no paguen alcauala de uentas que hizieren de sus bienes, ni de los trueques por lo que ellos toca, y puede tocar, no aya lugar en lo que los clerigos, è Iglesias uendieren por uia de mercaderia, trato, y negociacion: ca de lo tal mandamos que paguen alcauala como si fuessen legos.*

2 In primis obseruo, † hoc esse aliàs iure communi verissimum, & iustissimum, argument. text. in c. quamquã, de Censib. lib. 6. *ibi: quas non causa negotiandi deferunt, & c. & in Clemẽtina præsenti, eodẽ titulo de Censibus, ibi: quas non negotiandi causa deferunt,* & cõstat ex resolutis per Felin. in c. *Ecclesia S. Mariæ, nu. 105. & ibi Dec. nu. 57. de Cõstit.* Bertach. *in tract. de Gabellis, 7. p. princip. numero* 8. Nauarr. in *Manual Latino, capitulo 17. numero 20. in versiculo 74. quæ gabellas ibi nisi quando, & c.* Federic. de Senis consil. 207. *in fine,* & refert alios Matienc. *in l. 11. glos. 1. num. 3. titulo 10. libro 5. Noua Collect. Reg.* quos sequi Lessiact. *de decim. uendit. c. 19. nu. 5.* & Gironda cum alijs *de Gabell. 7. p. in princip. num. 10. cum seqq.* & approbatur in *l. 49. titulo 6. par. 1.*

vui

vbi quod clerici mercatores ter moniti a suis Prælatis, non
desistentes a mercatura, amittunt franquezas, quas ceteri
clerici habent, & ibi Gregorius Lopez *in glos. Las franque
zas*, cum Abb. & alijs exemplificat, & loquitur in gabella,
& nostram legem citat, & optime Molina Theolog. *in 2. to
mo de iust. & iure, disput. 342. colum. 538 in versic. sunt, ve
ro* refert alios plurimos idem tenentes Castill. de Bobadil-
la *in sua Politica de Corregido. lib. 2. cap. 18. num. 123. litte-
ra F. & num. 124.* vbi idem probat, litera A. & B. plures a-
lios refert.

3 Incautè tamen † loquitur *d. num. 123.* dum dicit: *Porque
los que vsan de tales negotiaciones, no son verdaderos cleri-
gos*: hoc namque falsum est, siquidem sacri ordines impri-
munt verum characterem, voluit tamen dicere, *que no son
reputados por clerigos en quanto, a esto los clerigos que son
tratantes, y negociadores: y assi refiere luego el c.* negotiato
rem 88. distinctione, *que dize*, quod a clerico negotiatore,
est fugiendum tamquam a peste; *y en el dicho nu. 124 lue-
go siguiente se declara mas, diziendo, que en los bienes que
son de trato, y mercancia, el clerigo es reputado como le-
go*, scilicet, *acerca de la cobrança de los derechos de aduanas,
o alcavalas que adeudaren los clerigos de las mercaderias de
trato que metieren o de lo que vendieren de sus grangerias,
y negociaciones, como lo avia dicho poco antes en el princi-
pio del dicho nu. 124.*

4 Ratio enim est, quia † negotiatio clericis est prohibita;
& dum huic se implicant, eorum facultates a laicorum sta
tutis, legibus, & consuetudinibus Ecclesia non defendit,
vt inquit textus *c. fin. de vita, & honest. cleric.* atque ideo in
eis locum debet habere legis nostræ dispositio, cum eo ca-
su iuri Canonico contraria non sit, argumento *cap. 1. cum
materia, de noui. oper. nunciat.* hocque non tam contingit,
ex vi & potestate ipsarum legum, quam ex confirmatione
ipsa Canonica.

5 Lex igitur nostra 7. non tam per se disponit, vt clerici ne
gotiatores gabellam debeant (hoc enim haud posset efficere)
quam iubet obseruari id, quod aliàs iure Canonico sta
tutum est, per textum *in d. capitulo fin.* iunctis traditis per
Meneha. *de success. creat. libro 1. §. 10. numero 648 in ver-
sic. vnde infertur intellectus, in impressione Salmantin. &
libro 3. §. 26. nu. 64 in versiculo ad hac infertur, & nu. 78.
in versiculo, vnde quod clericis in Venetiana*, & Ludouicus
Mexia, *in Pragmatica taxæ panis Conclus. 6. nu. 21. & 22.
vbi supra*. & Azeuedo, *in d. l. 7. nu. 1.* cum alijs, quos citat,
& probat iure communi Canonico, quod prædiximus, cle
ricum negotiatorem teneri soluere gabellam, ita igitur
est nostra lex 7. hoc idem præcipiens, vt ex Matienc. Meo-
cha. & Duennas tenet Gironda, *de Gabel. 7. parte, in princi
pio, nu. 10.* & Humad. *in loco statim citando.*

6 Necessarium † tamen est, ad hoc vt negotiatio illa sit
clericis secundum Canones prohibita atque illicita: alias
enim, si licitum esset illis negotiari, non posset quidem lex
nostra negotianti clerico, qui subditus non est, tributum
imponere: cum ergo generaliter negotiatio iure Canoni-
co sit clericis prohibita, generalis quoque est regula, & le-
gis præceptum, vt gabellam soluant, eo quod propter illici
tam negotiationem, cui se immiscent, vt laici iudicantur,
ab Ecclesia, *in d. cap. fin. de vita. & honest. cleric.* cui se con-
format nostra *lex 7. in fine, ibi: Como si fuessen legos*, ita cō-
siderat Lassar. *d. c. 19. nu. 60. & 64.*

7 Requiritur † tamen iure communi, ad hoc vt clericus
negotiator priuilegium amittat, vt prius sit, tertio com-
monitus a iudice suo Ecclesiastico, vt ab huiusmodi nego-
tiationibus se abstineat, & nihilominus ab eis non resipiat,
iuxta tex. *in d. cap. fin. de vita, & honest. cleric.* cum simil. &
d. l. 49. titulo 6. parte 1. & addit Bernard. Diaz *in Practica
crim. Canonica, cap. 55. versic. sed an hoc casu*, & de iure cō-
muni idem tenet Doctores in *d. cap. fin. de vita, & honest.
cleric.* Abb. *consil. 6. in fine, in 2. parte consil.* & Felin. *in cap.
8 Ecclesia Sanctæ Mariæ, numero 68 de Constitutione Cardin.
conf. 12 Baldus, in l. vsurpationē, C. de vectigal.* † Quod e-
tiam attenta hac nostra lege 7. procedere tenuit Parlado
rus *rerum quotidianarum libro 3. numero 4.* secundum im-
9 pressi. Salamant. *anno 1595.* † & in toto consilientia idem
probant Ludouicus Lopez *libro 1. instructorij negotiant.
capitulo 10. pagina 32.* & Nauarr. *de restitutione, libro 3. capitulo 1. numero 136. tomo 2.* & cum eis tenant Vega *en sua
Summa, lib. 5. casu 656.* & Solon. *de iust. & iur.* relatus per
Azeu. statim citandum.

10 Nihilominus tamen contrarium † est verius, & tenen-
dum in praxi, immò quod non requiratur in proposito,
de quo agimus, trina, nec alia monitio, quia illa esset ma-
gna restrictio ad nostram legem, & quasi numquam con-
sequeretur effectus eius, si talis monitio deberet præcede-
re, ita tenet & probat Greg. Lopez. *in d. l. 49. in gl. Fran-
11 quezas*, † vbi quod ad hunc effectum monitio nihil ope-
ratur, sed ad hoc, vt cetera bona patrimonialia subiaceant
statutis, & consuetudinibus laicorum, eo quod ista bona
suggerunt facultatem ad negotiandum. Et illa sententia
Greg. Lopez est verior, & communis scilicet, quod de mer
cantijs clerici teneantur gabellas soluere, nulla expectata
monitione secundum Humad. *in d. l. 49.* ad Greg. Lop. *ibi-
dem, glossa 3. in verbo Las franquezas, numero 1. titul. 6. p.
1.* vbi in eamdem sententiam citat etiam Lapum *in cap.
quamquam, de Censib. lib. 6.* & ibi Dominicum *numero 5.
per textum ibi, & per Clement. Præsenti, de censibus, di-
cens*, quod illa manifestè bene ponderata probant, & ibi-
dem Cardin. *num. 12.* Nauar. *Manuali cap. 17. nume. 201.*
& Meneha. *de success. creat libro 3. §. 26. a numero 64.* Itēe
eamdem sententiam sequitur Girond. *de Gabellis, 7. par.
princ. numero 10.* vbi quod prædicta monitio non requiri-
tur hodie, nec est in vsu, nec in praxi recepta: idem affir-
12 mat Lassart. *capitulo 19. numero 79.* † quia sicut Hispaniæ
consuetudo etiam ante Concilium Tridentinum potens
fuit introducere, vt trina vel aliqua monitio non requira-
tur, ad hoc, vt clericus primæ tonsuræ priuilegium nō per-
deret, ex eo, quod vestes clericales non deferret, quę tamē
alias de rigore iuris Canonici requirebatur, vt prædixi-
mus *in q. 46.* sine secunda præcedente: valuit quoque eadē
Hispaniæ consuetudo, vt in nostro etiam proposito nulla
monitio sit necessaria: Eamdem sententiam sequitur Bo-
badilla *vbi supra numero 124.* quod hoc moribus obtinu-
erit affirmat Parladori. *vbi supra, numero 5. In additione
noua*, & nouissime hoc idem iure acute probat Molin. The
13 olog. *vbi supra*, † dicēs, quod textus *in d. fin. de vita honest.
cleric.* non solum non defenduntur clerici a solutione tri-
buti rerum, quas negotiando alienant, sed insuper in pœ-
nam eis iniungitur, vt si ter ab Ordinario admoniti, nego-
tiari non desistant, vniuersum amittant priuilegium cleri
cale, quoad tributa, & onera ceterorum suorum bonorū,
ac personarum: Id, quod non satis attendisse videtur (in-
quit) Lassartus *d. cap. 19. num. 79.* vbi arbitratur consuetu
dine præscripta aduersus *d. capit. vltim. de vita, & honest.
cleric.* exigi alcaualam ab Ecclesiasticis, sine præuia trina
monitione de rebus quas negotiando vendunt, aut per-
mutant, quasi iuxta caput illud necessaria esset monitio
illa, Quæ consideratio, & ratio Molinę prius fuit Grego-
rij Lopez, & Humadæ *ubi supra*, vt prædiximus, & quidē
non contemnenda; vera igitur est in puncto iuris, & tenē
da in iudicando, & consulendo, absque aliquo scrupulo,
præfata communis sententia de qua supra, quidquid Aze
ue. *in d. l. 7. nu. 12.* dicat eam sequendam, vbi consuetudine
approbata reperiretur, & non aliàs. Eamdem cōmunem
sententiam, quod in gabellis ex communi vsu, & praxi nul
la monitio sit necessaria, tenet Flore. *lib 2. var. quæst. 21.
in 1. p. nu. 232. fol. 183.*

14 Secundo obseruandum est, † quod ad hoc, vt clericus
aliquid vendens gabellam debeat, non sufficit, quod rem
illam, quam vendit, illicitè acquisierit per modum aliquē
a Canonibus prohibitum, sed insuper opus est, quod eam
acquirendo, & postea vendendo, negotiari eum constet,
vt probat lex nostra 7. & voluit nuncupatim Federic. de
Senis *consil. 207. ad finem*, & tenet expresse Lassartus *ubi
15 supra, num 64.* inde deducens, † vt quamuis illicitum, &
prohibitum sit clerico aduocare, aduocatiq. officium exer-
cere, nisi in certis quibusdam casibus, *ut in c. 1. ne clericus
uel monachus & in l. 10. titulo 3. lib. 1. Noua Collect. Reg.* si
tamen de facto aduocans rem aliquam loco salarij acqui

tierit

fierit, puta triticum, aut aliam rem, quam postea vendide-
rit, vt lucrifaceret, gabellam quidem ex ea venditione, aut
permutatione proculdubio non debebit, quia vere nego-
tiatus non est, qui, quod in præmium laboris, & consilij
sui acceperit, alienat, & vendidit, vel permutauit vtilius
sibi ht pretio rei, vel alia permutata sui, quam re ip-
sa vti.
16 Negotiari enim † ex communi omnium sententia, & ex
text. *in cap. 2. & in cap. eijciens, 88. distinctione, & in c. 1. &*
2. ne Cleric. vel mon. Bernar. Diaz *in Praxi Canonica, c. 50.*
Parlad. *ubi sup. nu. 6.* & Lassart. *ubi supra*, dicitur, qui rem
acquirit eo animo, & intentione, vt reuendendo lucrifa-
ciat: at clericus aduocans, non acquirit præcipuè, vt vende
ret, sed vt sibi pro labore satisfiat, vendidit autem postea,
quia maluit pretium, quam rem: & qui rem semel acquisi
tam vendit, non negotiatur.
17 Hinc est, vt † si clericus rem aliquam emerit mobilem,
siuè immobilem, aut se mouentem, non quidem animo ea
uendendi, sed vt ea fruatur, & sui vsus causa, iuxta decisio-
nem text. *in l. cæsoria, 203. ff. de verbor. signific.* quam rem
postea ex accidenti vendiderit, vt quia vtilius sibi esse con
tingat, pretio rei frui, quam re ipsa vti, gabellam quidem
non debebit, ita in terminis tenet Siluest. *in Summa, ver-*
bo, excommunicatio, 9. nu. 46 in fine, quem sequuntur Na-
uarr. *in Manuali, cap. 27 num. 128.* & Lassart. *d. capitulo 19.*
num 81.
18 Similiter etiam † ex eisdem deducitur, quod si statuto ca
ueatur, vt nemo possit triticum reuendere, & aliquis emat
in Ciuitate frumentum pro victo totius anni, & postea mu
tato proposito volens a Ciuitate recedere, frumentum il-
lud vendat, in pœnam legis, vel statuti nõ incidit, quia in-
spicienda est prima destinatio, si modo constet de proposi
to, & destinatione prima, id, quod ex qualitate rei, & per-
sonæ erit iudicandum, aliàs enim præsumeretur id fecisse,
proposito ab initio id reuendendi, ita Bartolus post Gul-
lielm. de Cuneo, *in l. cetera, § sed si separauit, numero 3. per*
textum ibi, ff. de leg. sequitur plures referens Tiraquel. *in*
præfatione, de vtroque retractu, num. 77. & D. Castill. *in l.*
1. Tauri, in glos. Que fueren usados, vers. quod etiam facit ad
ea, &c. & Auendan. *respons. 33. num. 4. versic. quarta*, &
Auiles, *cap. 52. prat. in glos. En la tierra, num. 18.* vbi inquit
statur iuramento petrantis, an habuerit bonum animum à
principio, nisi qualitas personæ id dissuaderet, vel proba-
19 tio de opposito sit in promptu, † & ibi *num. 20.* infert ad
bonam quæstionem in fauorem illorum, qui obligantur
ad macellum, & panificia reficienda, & complenda, Ciui
tatum, Villarum, & locorum huius Regni Hispaniæ, quia
tales vniones, & similes possunt emere carnes viuas, & e-
tiam sues ad reficiendum dicta macella, non tamen ad rete
rum vendendum, vt patet ex legibus Regni: quod si ali-
quid ex dictis carnibus, & rebus superfit, completo tempo
re suæ obligationis, poterint vendere sine pœna dictarum
legum, & Pragmaticarum, quæ prohibent, triticum, car-
nes, & sues emi ad reuendendum, quia initium suæ primæ
emptionis considerandum est, quod fuit facta pro vi-
ctu, & sustentatione Ciuitatis, seu loci, atque incola-
rum.
20 Vnde idem † obseruandum, erit in nostra materia ga-
bellæ, vt si quidem clericus emerit frumentum pro sui vi-
ctu, & sustentatione vnius, vel duorum annorum, & post-
ea mutato proposito, vel propter absentiam, vel quia gra-
num corrumpitur, illud vendat, non debebit gabellam ex
illa venditione, si verisimiliter iuxta qualitatem clerici, e-
iusq. familiæ constet de bono initio, nempè emptum non
fuisse ad reuendendum, & quod nunc noua superuenien-
te causa vendit, argumento *l. 1. §. unde quærit Offilius, ff. de*
exercit. act. & doctrinæ Bart. communiter approbatæ *ubi*
supra.
21 Non enim † dicitur, nec est negotiator, qui emit, vt suæ
necessitati succurrat, l. 1. *tit. 7. part. 5.* & id, quod principa-
liter agitur attendendum est, non vero quod secundario
accidit præter opinionem, & propositum, *l. si quis nec cau-*
sam, & ibi Iason, num. 4. ff. si cert. pet. & in terminis vno
verbo hoc voluit Lassar. *d. c. 19. nu. 81, in fine.* nec dicitur ne
gotiator, si vendat triticum, oleum, &c. quæ supersunt ex
prouisione anni, ita in terminis inquit Candelab. Aureũ
7. Sacrament. *2. tomo, in explicatione Bullæ. Cœnæ Domini,*
nu. 40. versiculo non dicitur.
22 Vbi in † vers. tertio, idem probat, si clericus rem, quam
emerat, meliori consilio ductus vendat, vt aliam diuersam,
23 vel eiusdem speciei emat, † Idem est secundum Silu. *d. ver-*
bo, excommunicatio, 9. num. 46. versic. unde non est negotia
tor, in eo qui rem vendit integram, & immutatam, nec qui
rem sic vendit, sed hac intentione non emit, sed ad suum
24 vsum empta, statim sibi occurit lucrum. † Fas enim est cle
ricis emere necessaria ad proprium suorumq. vsum, & ven
dere superflua, vel ex fructibus suorũ agrorum, vel ex red-
ditibus proprij beneficij, aut vndecumque illa habuerint,
25 † Immo si illud aliquid vilius emerint, non animo reuen
dendi carius eis, licet, accrescente postea pretio uendere il
lud carius, & lucrari, nec inde tributum, ullum debent, ut
habet communis omnium sententia secundum D. Molin.
Theolog. *vbi supra, col. 544. in prin.* ubi quod in hoc nulla
est difficultas, etsi pretij magnitudine attrahatur Ecclesia-
sticus ad uendendum, intelligẽs, se postea uilius posse eme
re res similes: hæc enim ad œconomicam gubernationem,
spectant, quæ in clericis atque Episcopis elucere, debet, iux
26 ta Paul. ad Thim. 3. & 5. † Venderem autem bona suorũ
redditum, uel patrimonij, clarum est, non dici negotiato-
rem clericum, ad hoc, ut tributum soluere teneatur, non
enim in hac specie tenetur illud soluere, ut cũ alijs probat
Candelabr. Aureum *vbi supra, d. nu. 40. in princip.*
27 Si quæ † tamen ad Ecclesiasticum deuenerit ex dissolu-
ta societate inita cum alio, aut ex quacumque alia nego-
tiatione quam per alium exerceret, eaq. venderet, ex illis,
deberet quidem tributũ, non secus ac si esset laicus, *ita Mo*
lin. vbi supra, & recte, & ante eum Lassartũ *de decim. ven*
ditione, capitulo 19. numero 66. versiculo, sed si clericus,
28 † cui addo, idem esse quando socius laicus cuius opera, &
tota industria exercetur societas inita inter ipsum, & cle-
ricum ea venderet, quæ ad negotiandum, & lucrifacien-
dum emerat, tum quia suo nomine id facit, tũ etiam quia
pro clerico negotiatio exercetur.
29 Neque his obstat difficultas, quæ † ea doctrina Ioannis
de Medina *de restitutione, q. 30. artic. 2.* oritur, & existimã
tis licere clericis, & religiosis negotiari per alios negotia
mere lucratiua, tradendo pecunias consanguineo, vt ipso-
rum loco negotietur, aut ineundo societatem cum alio, aut
alijs, vel locando redditus beneficij, aut aliquid aliud cum
alijs, ita vt ipsi totam operam, & industriam adhibeant, id
est quia tunc cessat ratio prohibitionis, vtpotè, hæc nego-
tiatio per alium non distrahat, nec clerici animum occu-
pat, & peccata, quæ commiserit is, per quem fit negotia-
tio, clerico non imputantur, modo pecunia ad licitam tra-
datur negotiationem. Secundò, quia iura solum videntur
prohibere Ecclesiastici negotiationem per propriam per-
sonam, vt patet ex Clement. *1. de vit. & honest. cleric.* quę
solum punit, quando clericus per seipsum exercet officium
macellarij: ergo si per alium exerceat, non tenetur pœna
illius capitis, vt dicit glos. ibi, *in verbo publice, & persona-*
liter, quã ibi sequuntur Ant. Imol. Petrus Anchar. *notabili*
4. Cardin. *in 5. notabile*, & Imola *col. 3. & in c. significan-*
te, de appellat. tamquam de re licita dicitur, Canonicos ha
buisse tallus publicos in quibus carnes incidebant, late Ti
raq. *de nobil. capitulo 27. nu 8. nos libro 3. Pract. q. 33. num.*
97. & in Clemẽtina 1. de statu Monach. licet Monachi pro-
hibeantur id per alios exercere; quam opinionem Me-
dinæ per seipsos uenari, non tamen prohibentur ip-
so non citato mirè probat, & tenet Aragon, *de iur. q. 72.*
artic. 4. versic. sed dubitabis, pag. 644. atque ita conueniũt
Doctores communiter, peccatum lethale esse Clericos vel
Monachos per seipsos negotiationem mere lucratiuam,
qua aliquid emitur, vt immutatum carius, vendatur, exer-
cere, vt soluit *Molinus, d. disputatione 342. in prima Conclu-*
sione, inuicto uersic. cum autem, col. seq. 537. Ergo, si est lici-
ta clericis negotiatio, vel societas per alium, dummodo cle
ricus nullam operam, nec industriam ponat, sed tantum
pecuniam, consequi necessariò videtur in præmissa specie
de qua

de qua supra *in versic. si quæ tamen*, quod clericus, qui per
se non negotiatur, sed per alium, vel alios, non debeat tri
butum gabellæ pro parte lucri sibi tangentis, si eam ven-
dat, vel ille alius pro eo, iuxta supra per nos dicta *in hac quæ
stione. nu 6 in versic. necessarium tamen est.*

Nihilominus tamen probo contrarium cum Lassart.
& Molina *vbi supra*, simul cum ea additione *in d. versic. si
quæ tamen. num. 27. & 28.*

30 Quoniam † respondemus, ad præfatam obiectionem,
quod etsi non censeamus culpam lethalem esse ita per a-
lios negotiari, aliquid tamē fœditatis, atque indecentiæ, in
ea negotiatione interuenit ratione status, quando circum
stantia non adesset, quæ illam excusaret, quocirca arbitra
mur, illam esse improbandam, quatenus est ex se, vt rectis
simè contra Medin. arbitratur quoque Molina, *vbi supra.*
31 *columna 543. in versic. ego quamuis*, † Ratio nemque pro
prior quare sit prohibita regulariter clericis negotiatio me
ra lucratiua, qua aliquid emitur, vt immutatum carius ven
datur, ea nem; è est, indecentia, scilicet, maxima, ratione
status, propter ea, quæ idem Molina, *d. 2. tomo de iust. & iu
re, disputatione 339. colum. 519. per totam* rectè conside-
rauit, & in terminis *d. disputatione 342. in 1. conclus.* etiams
ad hoc iura Canonica hoc probantia; sed negari non po-
test, quin sit ingens indecentia ratione status, saltem de fa-
32 cto, clericum per alium negotiari: † Accedat regula iuris
Canonici 8 a. *qui per alium facit, perinde est, ac si faceret per
seipsum*, Hæc igitur est iuris interpretatio, vt ibi aduertit
Din. in fine; ergo sequenda; quia vbi est eadem ratio, ea-
dem iuris dispositio locum habet, *vt l. illud, cum simul ff.
ad leg. Aquil.* quod enim quis suo nomine exercere prohi-
betur, id neque per subiectam personam agere debet: at-
que ideo si subiectis aliorum nominibus, prædia publica
colat, quæ Decorionibus condicere non licet, secundum le
gem vsurpata reuocantur, *l. 2. §. 1. ff de administr. rerum ad
ciuit. pertin.* vbi notat gl. quod non possum per me, nec per
alium quoque possum, & allegat alios multos text. concor-
33 dant, † qui enim per alium facit, per seipsum facere vide-
tur, *vt in d. regula iuris*, & id quidem propriè, vt tenent
plores, quos congessit idem Tiraquel. *in ll connub. in glossa,
3. verbo contracter, numero* 181. & quamuis nonnulli te-
neant contrarium, quos refert Tiraq. *de nobilit. d. capitulo
17. numero 12.* ipse tamen ibi *numero* 13. fatetur & tenet,
34 † quod non vacat omnino culpa, qui huiusmodi artes pro
hibitas per alios exercet, *vt inquit glos. præcitata d. Clem. 1.
de vit. & honest. cler.* quam in hoc sequūtur Anton. Imol.
& Petr. Anchar. Ergo est quoque prohibitum clericis per
alios negotiari, & sic debēt gabellā soluere, & in hac specie.
35 Pro quo † accedit etiam alia ratio minimè quidem infe-
rior ceteris, quod negotiatio per alium, vel alios, pecunia
clerici similiter etiam distrahit animum clerici, atque eum
occupat, tum cogitationibus futuri euentus, ac lucri deside
rio, & communicatione socij frequentiore circa materiam
societatis, & modum, & consilium exercendi eam tempo-
re, & rebus opportunis, tum etiam in rationibus & com-
parationibus faciendis, hæc namque omnia propè impos-
sibile est quin distrahant, & occupent clerici animum ni-
mis, atque eum auertant ab Ecclesiæ debita consideratio-
ne diuinorum, Ergo eadem propè ratio concurrit in cleri
co negotiante per alium, quę in negotiante per seipsum, &
tanto magis si per suos institores, seruos, & famulos nego
tietur, si enim per alium negotiari clericis permitteretur re
gulariter, esset in fraudem iuris Canonici prohibentis ne-
36 gotiationem clericis, † Locare autem fructus proprij be-
neficij, vel eos colligere, & vendere per suos famulos,
& institores, licitum omnino esse censeo, atque alie-
num ab omni culpa, & liberum a solutione tributi, &
gabellæ.

Quo fit, vt clericus vendens vinum suum ad grossum,
vel ad minutum, non dicatur negotiator, ac proinde gabel
lam non debeat, ita tenet Gironda, *de Gabell. 7. parte in
princip. num. 15.* quod quidem omni procul dubio cul-
pa caret, cum neque de ceteris rebus suis clericus teneatur
gabellam soluere, sed de his tantum quæ causa negotiatio
nis emit, atque vendit, *vt in l. 6. & 7. huius tituli, & libri
cauetur*, idem cum alijs loquens in vino, grano, & oleo vē
dito a clerico ex proprijs fundis, Azeued. *in d. l. 7. num 8
ad finem.*

37 Quinimmò idem videtur † dicendum, si clericus ex la-
na de redditibus sui beneficij, vel suorum gregum pannos
quos vendat per operarios, atque artifices conductos effi-
ceret, sicut nec eam debet ex vino facto de vuis sui bene-
ficij, vel vinearum suarum, *vt prædiximus*, quia in vtra-
que specie verum est, ipsum non emere lucri faciendi cau-
se, tametsi forma mutetur, sed quod ipsius proprium est
administrauit, vt sibi magis consulat, & prouideat: hoc
autem expressè iure prohibitum non inuenio, nec abhor-
rere videtur à pijs auribus, aut ipsas offendere, etiam si
per famulos, vel alios artifices ad id conductos fiat: non ta
men per propriam personam, quia non fuit emptum, uel
conductum causa negotiationis, neq; acquisitum ex causa
societatis, sed ex re propria.

38 Nihilominus † tamen in præmissa secunda specie de cle
rico pannos efficiente ex lana de redditibus sui beneficij,
uel suorum gregum, quos uendit per artifices, & opera-
rios conductos, aliquid fœditatis atque indecentiæ in ea ne
gotiatione interuenire uidetur, ratione status, ut dicebā-
mus in societate per alium exercenda, similiter, & indebi-
ta auaritia lucri, ac proinde prohibitum, & quia in hac ne
gotiatione ratio prohibitoria iuris Canonici negotiatio-
nis clericis prohibitæ supra considerata concurrere uide-
tur; quare nil mirum quod in hac specie de qua agimus,
clericum gabellam debere, si pannos prædictos uendat, te
nuerit in terminis pater Mol. Theol. *d. disput. 342. colum.
539. in versi. idem dicerem*, cuius in hoc sententia probabi-
lior uidetur, & comprobatur ex nostra *lege 7. huius titul.
14. lib. 9. Nouæ Collectionis Regiæ* ibi illis verbis: *Por via de
mercaderia, trato, y negotiacion.*

39 Iuncta † theorica præfati nunc Lassart. d. capitulo 19. *numero
86.* dicentis, ita accipienda esse, vt vnum quodque illorum
sufficiat, vt d. l. dispositio procedat, & sic quod sufficit cleri-
cum negotiari, quamuis mercator non sit; quod latius pro
sequitur, & probat Dominus Azeuedo, *in d. l. 17. num. 14.*
40 *in uersic. solum unum aduerto, & numero* 15. † ubi quod
non sufficit clericum tractare, ut gabella ex tractato debea
tur, sed requiri tractare negotiando, & non aliter, quam-
uis non sit mercator, & quod aliàs etiam ex eis, quæ clericus
tractaret ad sui, & suorum sustentationem, non per
uiam negotiationis, neque mutata forma, gabellam debe
ret, quod esset absurdum, & lex illa disponere non posset,
sed quod intelligatur *trato, y negociacion* copulatiue appo
ni, sed disiunctiuo à uerbo, *Por uia de mercaderia*: cum er
go in premissa specie, de qua egimus, clericus tractet, & ne
gotietur ad lucrandum, efficiendo pannos ex sua lana cau
se negotiationis, tametsi non sit mercator, debebit ex præ
dicta uenditione pannorum, gabellam, concurrit siqui-
dem simul tunc tractus, & negotiatio quæ gabellæ debi-
tum inducunt, tametsi mercator non sit, merito igitur Mo
lina in hac specie idē dicit, quod prædixerat, quando Ec-
clesiasticus uuas emit, ut per famulos aut ministros ad id
conductos uinum ex his conficiat, quod postea uēdat, uel
si item lanam emat, ut per operarios, atque artifices condu
ctos pannos ex illis conficiat, quos uendat, ut utroque ca
su gabellam debeat propter tractum, & negotiationem.

Tertiò, in proposito illud animaduersione dignum
41 esse censeo, ut † licet aliàs ex uno actu mercator quis di-
ci, non ualeat, *vt in l. seruis legatis, ff. de legat. 3.* nomina
enim uerbalia requirunt frequentiam, quando non so-
nant in delictū, & ideo mercator propriè est ille, qui plu-
res facit negotiationes, non unam tantum, *ut in l. 1. § ... ff.
de tribut.* quem ita tenet Bartol. *in prima constitutione ff.
ueteris, sub numero 10. & in l. interitus. 1. per textum ibi
ff. de adult.* & est communis omnium resolutio, vt patet ex
traditis per Cassan. *in Cōsuetudin Burgund. rubric. 4. §. 1. in
textu ibi: Selleneß. marcande, fol. 131. colum. 1. & 3.* reso-
luit Lassartus *d. cap. 19. num. 87.* de quo late bene declarās
Benben. *in tract. de mercatur. 1. part. in princip. num. 6.*
ubi supradictā opin. profitetur esse communem, pluresq.
tenentes citat.

Nih lo-

42 Nihilominus † tamen in proposito nostræ legis 7. clericus etiam semel mercatus ad reuendendū, si reuendat tenebitur ex dispositione nostræ leges ad soluendam gabellā, ea nempe ratione, quod in proposito non consideratur officium personæ, sed quod res sit vendita, por via de grangeria, trato, y negociacion hoc est, quod fuerit prius empta
43 ad reuendendum, vt lucrifaciat clericus: † clericis namque nedum mercatura, sed etiam omnis negotiatio est prohibita, etiam aliàs licita, *capitulo 1. ne clerici, vel monachi, d. capit. fin. de vita, & honestate cleric.* constatque ex *capitul. negotiatorem, & cap. fornicari, 88. distinctione*, & negotiatio, vel ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas text. *in capitulo eiciens, versic. qui vero, 88. distinctione.*

44 Et ideo † ex huiusmodi negotiatione solui gabellam, *vt in capitulo quamquam, de censibus lib. 6.* sufficit ergo in casu nostræ legis 7. vnumquodque illorum, pro via de mercadaria, trato, y negociacion, ad hoc vt clericus hoc faciēs, teneatur soluere gabellā, & sic, quod negotietur licet mercator non sit: tametsi aliud existimauerint Paris de Puteo *in tractatu Syndic. verbo, contrahere, capitulo 2. numero 1. in fine, & Auiles capitulo 2. præt. in gloss. De marcadaria, numero 5.* quos merito in hoc reprehendit nostram præcedētem opinionem, & intellectum nostræ legis 7. ex professo probans Lassartus *d. capitulo 19. numero 87.* dicens, quod iuxta hāc resolutionem quotidiana praxis obseruat, vt vel ex vnica clerici venditione per negotiationem contracta, Regalis decima debeatur, quam præfatam sententiam ideo nostram appellauimus, quoniam priusquam vidissem Lassartem, eam probauimus, & postea gauisi sumus, habere tamen eius coauthorem, atque praxi quotidiana, de qua ipse testatur, esse roboratam: sed & eam communem praxim refert, & sequitur Gitond. *de Gabell. 7. parte, in princip. num. 15.* contra Paridē de Puteo, & Auiles *vbi supra*, & cōtra alios idem tenentes inte communi, quos ibi refert *numero 14.* & ita mihi tenendum videtur, tametsi nouissimè contrarium probet Azeuedo, *in hac l. 7. titulo 18. libro 9. Noua Collect. Reg. num. 10. 11, & 15.* dicas, quod Lassar. & Gironda, *vbi supra*, falluntur in hoc, & quod nec praxis hoc admittit, nisi apud iudices animæ suæ immemores, nec lex nostra tale quid probat, nec disponit, cum generaliter loquatur, & sic secundum speciales iuris Canonici, diuisiones, sit intelligenda: Et tandem refert ita tenentem Parlador. *in additionato Codice*, vt ipse inquit, *lib. 1. rerum quotidianarum, capitulo 3. § 1. numero 5. in fine vsque ad numerum 22.*

Sed nihilominus opinio Lassar. & Gitond. verior videtur,
45 † quia licet ex vnica vice clericus mercator non dicatur, negari tamen non potest, quin vnica illa vice negotietur, & clericis nedum mercatura sed & quæcumque negotiatio generaliter sit prohibita, & negotiatio vel ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas textus *in d. cap. eijciens, versic. qui vero rem comparat, 88. distinctione*, vt obseruat Lassart. *ubi supra*, & eum sequitur nouissimè Flores *lib. 2. variarum quæst. 21. in 1. p. nu. 232. fol. 187.*

46 Sed, & idem † probandum est, licet venditio fiat illius rei, in qua mercatura non cadit iuxta decisionem *l. mercis appellatio, ff. de uerb. signific.* veluti si clericus causa negotiationis emisset fundum, vt eum reuenderet lucrifaciendi causa, eumque vendidisset, tunc profectò gabellam ex hac venditione soluere teneretur, iuxta decisionem nostræ legis 7. vt in terminis tenet Didac. Perez *in l. 13. in gloss. Paguen el alcauala, ibi: emit 3. gratia negotiationis prædium, titulo 3. lib. 1. Ordinam.* ex professo probauit Lassart. *d. cap. 19. numero 88.* vbi exponit verba nostræ l. ibi: *Mercaderia, trato*, ne omnino superioribus iuxta verbum inferius eiusdem, *l. negotiatione*, & iuxta terminos subiectæ materiæ, nec enim verborum illa non necessaria multiplicatio, rerum, substantiam mutat, *l. periculis, §. Labeo, ff. de auro, & argent. legato*, cum verè lex illa 7. ius Canonicum transcripserit, *de quo in d. cap. fin. de uita, & honestat. clericic. cum similibus.*

47 Quarto obseruandum † est in proposito, tunc clericum negotiatorem dici, quando rem emit in sua integra, & immutata forma, venditurus lucrifaciendi causa: secus autem si rem emit, ita vt sit ei materia inde aliquid operandi, & sua opera, vel industria mutatam vendiderit, aut permutauerit, tunc namque negotiari non dicitur, nec gabellam debet, aut aliquod quodcumque tributum, text. in d. cap. eijciens, in versic. quicumque rem, 88. distinctione, per quē text. ita tenent, & latè probant Federic. de Senis *consi. 107. in fine. Abbas consil. 6. in fine, in 2. par. Ias. in l. cetera, §. sed & si quis, ad opus, num. 13. ff. de leg. 1.* Dominicus de Sancto Geminiano, *in capit. quamquam, num. 10. de Censib. lib. 6.* Cardinal. *in Clementina præsenti, num. 2. de Censib.* Bertac. *de Gabell. 7. par. princip. num. 11.* Silu. *in Summa, uerbo, excommunicatio, 9. num. 46* Benben. *in tractat. de mercat. 1. parte, in princip. num. 23 cum sequentibus*, Gironda, *de Gabell. 7. par. in princip. num. 11.* Humada, *in Scholijs ad Gregor. Lop. in l. 49. glos. 3. num. 1 ad finem titul. 6. parte 1.* Auēdan. *in respon. 33. numero 4. uersic. 7. conclus.* Petrus Duennas *in regula 100 numero 11.* Didac. Perez *in l. 1. gloss. 1. uersic. est & aliud, colum. 92. titulo 3. lib. 1. Ordin.* Lassarte, *de decim. uendit. cap. 19 num. 52.* vbi rationem differentiæ assignat Dominicus a Soto *lib. 6. de iust. & iure, q. 1. in princip. decisionis quæstionis.* est communis secundum Nauarr. *in Manuali, c. 17. nu. 128.* & cum eo plures alios refert Azeuedo, *in d. l. 7. nu. 4. 5. 6. 7. & 8.*

48 Toties igitur non videtur † clericus negotiator, mercatorue, quoties sic emerit, vt sit ei materia per propriam suā personam aliquid operandi, atque ita ex opera, & industria personæ suæ rem mutatam vendiderit aliquid lucraturus, vel non, ueluti si lanam emerit, aut sericum, ut aliquid uestiendi, calciandiue causa utile proprijs manibus conficiat otio non uacaturus, & ut inde labore, & industria manuū suarum licitum lucrum corradat: non enim negotium iustum interdictum est clericis, & Ecclesiasticis personis propter necessitates diuersas: legimus namque Sanctos Apostolos negotiatos fuisse, & in regula Beati Benedicti præcipitur, prouideri, per quorum manus negotia monasterij procurentur, vt *in capitulo 1. ne clerici, uel monachi*, & Actuum Apostolor. *cap. 20.* dicitur de Beato Paulo Apostolo: *Nam ad ea quæ mihi opus erant; & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ* transumptiuè *in c. 1. ad finem. 21. quæst. 1.*

49 Licitum † est clericis artificio aliquo uti, unde aliquid lucrentur, ac uitam sustentent, modo eadem causa præstare non omittant ea, ad quæ ex officio cleri- ali tenentur, & modo artificium turpe non sit ac sordidum, clericisq. indecens, textu *in cap. clericus, 1. & 2 91. distinctione, & in capitulo Presbyter, eadem distinctione, c. 1 de celebr. Miß.* & diuus Hieronymus *capitulo, nunquam, de consecrat. distinct. 5.* exemplo Apostolorum consuluit. Monachos fiscellam, uel canistrum texere, hortos colere, fabricare apum aluearia, texere retia, & scribere libros, idq. ad comparandum cibum, otiumq. fugandum, refert pater Molina *col. 544. in fine, & col.* in loco statim citando.

50 In his ergo casibus † Sacerdotes, & Monachi vendentes sua opera huiusmodi mercatores, nec negotiatores dicuntur, de potius artifices, ac proinde gaudebunt priuilegio, de quo *in l. 6. huius tituli 18. libro 9.* vt benè explicat Lassartus *d. cap. 19. num. 55.* vbi num. statim sequenti ex Soto vbi supra, extendit ad eum quotidianum casum, † nēpè, quando quis emit mulam, aut equum rudem, vt cultiorem uendat, vt is negotiator non dicatur, quia vere rē illam, quam emit, industria sua mutatam, ac meliorem reuendit, hocque esse valde notandum in hac materia affirmat ad hoc, quod clerici huiusmodi lucro occupati gabellam non soluant, etiam, si sine freno, & sella vendiderint, quia non tam negotiari, quam artem exercere censentur, quod clericis non est prohibitum, *cap. clericus, 91. distinctione*, idem voluit Molin. Theologus *1. tomo de iust. & iure, disput. 342. in fine, col. 545 ibi: item mulam, aut aliud iumentum*, & Parlad. *lib. 1. rerum quotidianarum, c. 3. § 2. n. 9.* dicens, quod clericus, qui vnum aut alterum equinum, pullum emerit vt curatum postea vendat, non tenebitur gabellam soluere: turpia autem artificia sunt, quæ refert Molina, *ubi supra.*

Secus,

52 Secus † censeo dicendum, quoties clericus emeret arietes, aut sues ad eos pingues reuendendos causa negotiationis, & lucri; licet enim operam suam ei rei imponat atque industriam, vt eos pinguiores, & sic pretio stiores efficiat, nullum tamen artificium in hoc exercet nec mutata forma eos vendit, sed ad eamdem integra forma, qua emit, licet maiores, aut pinguiores, in quo mera negotiatio consistit, sicut in alijs negotijs, ob studium, nempè, & auaritiam lucrandi, quod in clericis est illicitum, vt vidimus.

53 Quod si clericus † lanas emeret, non vt ipse operetur, sed vt impensa sua ex mercenariorum, & opificum industria, ac labore pannos efficiat, postea vendituros lucrifaciẽdi causa, vel vuas emat, & per famulos, ac personas huic rei aptas in sua apotheca recondat vinum, postea venditurus, vt inde aliquid lucrari queat, quis dubitat, quin hoc sit mercatura, atque negotiatio y pure grangeria, ex qua procul dubio soluenda est gabella? *vt in dictis iuribus*, nulla enim tunc versatur industria clerici saltem considerabilis; Ita ex Petro Anchsrano tenet Siluest. in Summa, verba ex communicatio, 9. *versiculo vigesimo primo, numero* 46. *sequitur Lassartus, d. capitulo* 19. *numero* 67. *in principio, & Molina Theologus* 2. *tomo de iustitia & iure, disputatio* 342. *columna* 539.

54 Hinc † Siluest. *vbi supra*. quod si monasterium habet venam ferri, & inde per operarios ferrum colligat, & vendat lucrifaciendi causa, non tenebitur ad pedagium, seu gabellam, *vt late scriptum reliquit Federicus da Senis, consi.* 203. *per totum*: secus verò si venam ferri emeret, & per magistros educeret ferum, idq. venderet, quoniam tunc esset negotiatio, mista artifici, & nulla versatur industria clericorum *secundum Petrum Anchavanum contra Federicum de Senis vbi supra*, quam distinctionẽ sequitur Nauar. in Manuali *capitulo* 27. *numero* 228. & Molina *vbi supra. colum.*
55 340. † vbi ex eisdem asserit, quod si monasterium venam ferri emat, sed per monachos ex materia ferrum conficiat, quod vendat, non debebit gabellam, quoniam id non negotiari, sed emere materiam, vt ministerio Ecclesiasticorũ in aliud transmutatum arte factum ab ipsis Ecclesiasticis confectum vendant eamdam distinctionem bimembrem de vena ferri empta a monasterio ad ferrum inde efficiendum sequitur & probat Lassartus *d. capitulo* 19. *numero* 57. sic dicens, esse intelligendum dictum *consil.* 207. Federici de Senis, indistinctè respondentis, præd. monasterium gabellam non debere, quem reprobat in hoc Siluest. *vbi supra*, in eo quod prædiximus; sed Fedarci. intelligẽdus, & interpretandus est iuxta præd. distinctionem Siluest. & communem, quam ipsemet Lassar. *numero* 58. hoc nomine appellat.

56 Sed ne † generalitas huius resolutionis aliàs decipiat virũ parũ in iure versatũ, considerare oportet venã ferri dupliciter considerari posse: potest namque esse talis, vt ferrum ibi renascatur, nempè, vt licet inde extrahatur, natura ipsa augeatur vena, prout decreti fodinis, argenti fodinis, vel auri dicitur, *l. fructus, alias si diuortio*, §. *si vir in fundo mulieris*, *ff. soluto matrimonio*, & de lapidicinis, *in l. finali, de fundo dotali*, aut talis quod nihil inde renascatur, sed quod modo est, semper in ea fuerit, prout de lapidicinis marmoreis tradit textus *in d.* §. *si vir in fundo*, in primo casu, prout de hac venarum distinctione agit *l. vigesima septima titu.* 21. *p.* 4. & Dominus Molina de Hispanior. *primog. libro primo. capitulo vigesimo tertio, numero octauo* & nos egimus supra alia quæstione.

57 Ad rem † igitur in priori specie, quando vena ferri empta a clerico, vel monasterio eius est naturæ, vt ibi ferrum renascatur, cum id quod ex vena asportatur in fructu sit, quasi natum, & collectum ex ea tam propria clerici, & monasterij, facta, non debebitur gabella, siue per monachos, siue per alios ferrum fiat, quia generaliter ex fructibus rerum monasterij, vel clerici nullum tributum debetur, cum negotiatio in hoc non cadat, vt statim dicemus, quo casu rectè procedit, & saluari potest consilium Federici de quo supra.

58 In secunda † vero specie, nempè, cum vena ferri non renascitur, quia quod ex ea asportatur in fructu non est, sed potius erat in ipsa vena tempore emptionis a monasterio facta, ac proinde appareat monasterium vendere quod vere emerat, locum habere videtur, & seruanda sit Siluestri, & communis resolutio, atque distinctio de qua supra, quæ iuxta hanc interpretationem accipienda, & moderãda est secundum Lassart. *vbi supra, d. cap.* 19. *numero* 59. & voluit Nauarrus *vbi supra*, dum merito caute loquitur, dicẽs,
59 † si emat, solam venam: quasi diceret, secus esse, si emeret prædium in quo est vena: etenim si emeret solam uenam, materiam solam censeretur emere, unde ferrum per ministros conductos faceret, quod venderet, id autem esset negotiari; non secus, ac negotiari est emere uuas ex quibus
60 similiter uinum conficiat, ac uendat: † Si uero prædium emeret, materia uenæ computaretur in fructibus ipsiusmet prædij, cuius dominium emptione fuit comparatum, & ferrum similiter inde aliorum ministerio confectum, ac proinde, id non magis esset negotiatio, nec magis inde tributum deberetur, quam si idem prædium, ac uena non essent empta, sed propria monasterij, quo casu non esset negotiatio, neque item deberetur tributum, quod asseuerat Federic. de Senis *vbi supra*, & in terminis ita declarat, &
61 probat Molina Theolog. *d. colum.* 540. † immò procedit eius declaratio siue uena ferri renascatur, siue non, ut constat ex eodem authore *ibidem, column.* 541. *in princip.* dum statim inquit, quod cum nomine uenæ non sola materia soleat intelligi, sed id unde illa extrahitur, & cuius est fructus, aut quasi fructus, & simpliciter arbitratur asserendũ cũ Federico da Senis, ex ferro inde confecto non magis deberi tributum, quam deberetur ex materia ipsa, si uenderetur, ut inde alij ferrum conficerent, & quam deberetur ex sale eius salinæ, quam nudam emeret monasterium, ut ex qua illius sal ministerio laicorum conficeret, extraheret, ac uenderet, in quo euentu nemo affirmabit, negotiationẽ interuenire, aut tributum deberi, & hoc rectius, & uerius mihi uidetur cõtra Lassar. *vbi supra*, in secunda specie suæ distinctionis modo relatæ.

62 Hinc iam patet, quod si † monasterium, aut clericus emat gregem, & inde fructus collectos, lanam, caseum, & agnos vendat, gabellam non soluat, quia negotiari in hoc non videtur: nõ enim dici potest vendere quod ex emptione acquisiuit, sed potius, quod ex re sua natum est, vt probat text. *in l. vacca emptor. ff. de euict.* cuius contrarium esset, si res ipsa, quæ empta esset, in integra sua forma reuenderetur, quia tunc rectè diceretur negotiari, ex cap. *ejiciens*, 88. *distinctione* & quæ supra diximus *in principio huius quæstionis*, quod in terminis considerauit Lassar. *d. cap.* 19. vbi assignat rationem differentiæ inter hunc casum, & alterũ de ferro collecto ea vena ferri empta, tametsi attenta opinione Molinæ, quam modo probauimus, in vtroque casu gabella non debetur.

63 Quod † clericus ouium conducat fructus (*hoc est el esquilmo de unas ouejas*, vt caseum), & lanam ex eis prouenientia, opera, & industria famulorum, vel aliorum ad id aptorum vendat, lucrifaciendi causa, gabellam tenebitur soluere, quia idipsum, quod ex conductione acquisiuit, vẽdit, ac proinde negotiari videatur: quia nulla versatur in his industria clerici, quæ eum excusat a solutione gabellæ, vt ex supradictis patet, ex traditis per Lassart. *d. cap.* 19. *nu.*
64 76. † vbi aduertit, quod industria, quæ clericum excusat à negotiatione illa est, quæ per propriam personam præstatur: secus vero si per conductas, & mercenarias personas
65 præstetur, vt cum alias probauerat *num.* 57. † negotiari nãque dicitur, non solum is, qui sic emit, vt venditurus lucrifaceret, sed & eis, qui ex quocumque alio contractu, quam emptionis acquisiuit, vt venditurus lucraretur, puta ex contractu locationis, & conductionis, vt est textus expressus *in l. legatis*, 65. *in principio, ff. de leg.* 3. vbi serui, qui ad locandum, & conducendum præpositi sunt, negotiatores, dicuntur, sicut & qui ad emendum, & vendendum præponerentur, quem textum ad hoc ut expressum citauit Lassartius *d. cap.* 19. *num.* 65.

66 Similiter † si clericus emat fundum plenum fructibus maturis, qui in eo pendentes sunt, lucrifaciendi, causa, & fructus ab eo decerptos vendit, gabellam debebit:

quia

quia verè vendit, quod emit, lucrifaciendi causa, atque id-
67 eo negotiari intelligitur, *vt in capitulo eiciens*, † fructus enim pendentes pars rei sunt *l. fructus pendentes*, *ff. de rei vendi. l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de action. empt.* de quo late per Tiraquellum *de retract. lignag. §. 1. glossa 7. ex numero 16.* & per Doctores *in l. si filiusfamilias, ff. de verbor. oblig. Couarr. libro primo variar. resolut. capitulo 15. numero 3. & libro sexto, capitulo quarto, num. 7* & in terminis probat Lassartus *d. cap. 19. nu. 60.* & proculdubio *sub num. 77. in uers. secus autem.*

68 Idemq. † erit, si clericus alienum agrum conducat, & fructus ex suo semine, sua & suorum industria, cura, & cul-
69 tura colligat, vendatq. lucrifaciendi causa, † licet enim agricultura, & cura gregis laudatissima a quamplurimis, & præcipue ex priscorum sententia sit, quasi longe distet a mercatorum officio, vt late probat Tiraquellus *de nobil. capit. 32.* & Cassan. *in Cathalogo Gloriæ mundi 11. par. Consider. 37.*

70 Hoc † tamen verum est, & procedit in ea, quam quis exercet in suis agris, & possessionibus, non vero in alienis conductis: illa namque, quæ in proprijs possessionibus patrimonij, vel beneficij sui per clericum exercetur, nunquã fuit prohibita, vt constat ex textu *in capitulo clericus, verbo agricultura, 91. distinctione quinta, & in capitulo primo,* vbi glossa, & Abb. *de celebratione Missæ*, & resoluit latè Tiraquellus, *d. capitulo 32. numero 3. cum sequentibus*, sed si exercetur in alienis agris per conductionem, non honestati conueniens est, *in l. 2. C. de Episcopis, & clericis*, sed omnino prohibita *capitulo primo, ne clericus vel monachus, cum simil.* non ea alio (*vt existimat Lassartus, d. capitulo 19. numero 70.*) nisi quia mera est negotiatio, dicitur enim negotiari, qui conducit prædium alienum, vt fructus inde collectos vendat, Tiraquellus *de nobilitate, capitulo 37. numero 82.*

71 Quod † si clericus hortum, agrumue arboribus plenum conduxerit, ex quibus fructus naturales percipiantur, iuxta textum, & quæ ibi notatur *in l. fructibus, ibi: nam si pomum decerpserit, ff. de usur.* eosq; fructus collectos vendat, proculdubio dicendum est eum clericum negotiari, & gabellam debere, quia id quod vendit non ex suo, ne aliqua industria sua, sed ex mero conductionis contractu, ad hoc vt venditurus lucrifaciat, procedit, quo casu non minus negotiationis ratio est, quam in casu statim sequenti de cleri-
72 co conducente fructus decimales, &c. quod † si clericus agrum cum ipsis fructibus iam natis, & pendentibus conduceret, tunc non tam fundi locatio, quam ipsorum fructuum emptio, & venditio esset, ac proinde ex venditione, eorumdem fructuum gabellam proculdubio deberet, vt prædiximus *nu. 66.*

Clericus ergo negotiationem exercens in alienis agris conductis, gabellam debet atque soluere tenetur ex huiusmodi negotiatione, vt in terminis latè iure probat Lassar.
73 *d. cap. 19. num. 69. cum sequent.* † sicut etiam gabellam soluere tenetur clericus, qui ex facto conduxit fructus decimales alicuius territorij, vel fabricæ suæ Ecclesiæ, vel alicuius,
74 si eos vendat, quia verè negotiatio est, † necnon & clericus, qui cum aliquo societatem iniuit, & pecuniam præstitit. & tãdem finita societate, deductis sumtibus, & mercibus reliquis, ex quæstu, & lucro inter se diuisis, si ipse clericus partem suam illarum mercium vendiderit, tenebitur gabellam soluere ex hac venditione, tamquam ex negotiatione, vt probat Lassar. *d. c. 19. nu. 66. diximus sup. hoc c. vers. sicque tamen, nu. 27. cum seq.*

75 Verum, quod diximus, clericum † conducentem prędia aliena, & fructus inde collectos vendentem negotiari, ac propterea gabellam debere, intelligendum est de eo, qui cõtra sacros Canones conduxisset, iuxta text. *in d. cap. 1. ne clerici vel monachi. cum ibi notatis*: secus si ex Canonum permissione conduceret, veluti cum proprius ad sui sustentationem non sufficerent, vel si adeo egenus, & pauper esset, vt necessarium ei sit, aliena prædia conducere, vt ex fructibus viuat, siue eis vescendo, siue vendendo, vt quæ sibi necessaria sunt ex pretio consequatur, *vt in c. dilecti, 8. de decim. & ibi gl. 1. & glossa verbo, conductiones, in cap. peruenerit,* 86. *distinctione*: tunc namque gabellam non debebit huiusmodi clericus ex præd. negotiatione, vt voluit Montalu. *in l. 10. tit. 6. par. 1.* & cum eo ex professo probat Lassart. *d. c. 19. nu. 78.*

76 Quinto obseruandum est, quod † licet Petrus Duennas, *in regula 11. nu. 11. in fine*, teneat, quod ex negotiatione in bonis Ecclesiæ facta, gabella non debeatur, cui fauet Abbas *in c. fin. nu. 10. de vita, & honest. cleric.* vbi inquit, quod si clericus, aut quicumque alius administrator rerum Ecclesiæ cum eis negotietur, non debet Ecclesia perdere suũ priuilegium, quo magis ex ea negotiatione gabella debeatur, quia vere ipsa Ecclesia non negotiatur, & pœna delicti non debet excedere suum authorem: nihilominus tamen attenta nostra *l. 7. tit. 18. hoc lib. 9. ibi: E Iglesias vendieren:* proculdubio contrarium tenendum est, scilicet, vt gabellã, debeat & soluere teneatur Ecclesia ex prædicta, vẽditione, aut permutatione per negotiationem facta, vt merito contra Petr. Duennas obseruauit Matienc. *in l. 11. gl. 1. nu. 3. titulo 10. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ*, quem refert, & sequitur Lassart. *d. c. 19. nu. 83.*

77 Similiter, & monasteria † quorum Prælati res aliquas per negotiationem vendiderint, vel permutauerint, gabellam soluere tenentur, secundum Siluestr. *in Summa, verbo, excommunicatio, 9. nu. 46.* & Lassart. *d. nu. 83. in princ.*

SVMMARIA.

1 *Clericus negotiator coram quo iudice conueniendus sit pro solutione gabellæ? & numeris seqq.*

2 *Legis 4. titulo 4. libro 6. Ordinam Veteris, intellectus, & numero 3.*

4 *Clerici omnes antiquitus gabellam soluere tenebantur, vsque ad tempus Regum Catholicorum conditorum legis 3. del quaderno, de las alcaualas, vt in numero 2. & 3.*

5 *Clericus negociator gabellam debens pro eius solutione corã iudice sæculari conueniri potest sed intellige, vt in nu. 7. vide etiam in nu. 10.*

6 *Ecclesia non defendit clericum negotiatorem a sæculari iurisdictione.*

7 *Traxis recepta huius Regni refertur procedendi ad capturam bonorum clerici negotiatoris, pro solutione gabellæ.*

8 *El Rey, y sus tribunales conocen de las donaciones fingidas que los legos pecheros hazen a clerigos en fraude de los derechos Reales, como son los pechos, y no los iuezes Ecclesiasticos.*

9 *Clerici, & scholares, qui sub prætextu suorum priuilegiorum defraudant gabellas, sunt fures, & tenentur ad restitutionem, vide etiam in nu. 17.*

11 *Praxis alia refertur procedendi contra clericos negotiatores pro solutione gabellæ, per potestatem sæcularem.*

12 *In dubio an sit clericus negotiator, vel non, poterunt iudex Ecclesiasticus, & sæcularis de caussa cognoscere, sed vide nu. 17. ad finem.*

13 *Consultatio Regi facta ab Statu Ecclesiastico horum Regnorum super prædictis, & decisio eius mandato, & commissione facta, ponitur nu. 14.*

15 *Clerici gabellam debent*, del vino, caldo, o mosto de vinnas que huuieren arrendado: mas no de lo de su cosecha, labraoza, y crianza procediente de su hazienda propeia, o de sus beneficios Ecclesiasticos.

16 *Quando dubitatur inter leuantem pedagium, & portantem rem de clericatu, vel de rebus portatis, an fuit negotiationis caussa? quid sit censendum, vide nu. 16.*

QVÆ-

QVAESTIO XCIV.

Coram quod iudice clericus negotiator conueniendus sit pro gabellæ solutione?

1 PLurima vulgaria adsunt fundamenta, ex † quibos forsan iuniores aduocati contendere, coram iudice Ecclesiastico clericum negotiatorem conueniendum esse pro gabellæ solutione, & in terminis hanc opinionem tenent plures, quos refert, & sequitur Ignatius Salzed. *in addit. ad Practic. Crimin.* Bernard. Diaz de Lugo, *cap. 55. versic. erit tamen, fol. mihi* 175. dicens, quod ab hac opinione, quæ vera est, non est recedendum, eo quod in Hispania nullo
2 tempore contraria sententia recepta fuit, † alij vero normam legis 4. *titulo* 4. *lib.* 6. *Ordinamen. veter.* sequuti, propius accedentes ad quæstionem, dicere possent, quod si laicus emit a clerico negotiatore aliqua bona magnæ quantitatis, & valoris, ipse laicus, teneatur gabellam soluere: si vero minutatim, res aliquas clericus ipse vendiderit laico, vel quocumque modo clerico, teneatur ipse clericus, venditor. Cuius legis, generalitatem, dum clericos indistinctè soluere teneri probat, gabellam intelligendam esse censet, Didac. Perez ibi, glos. 1. quando clericus est negotiator: secus si ex teaut patrimonii venderet: nam tunc ipse nec emptor tenetur, *vt in l. 3 quaterni gabellarum*, & probat cum alijs Laffar. *de decim vendit. c.* 19 *nu.* 80.

Hic tamen intellectus ad *d. l.* 4. etsi in se hodie verus sit, & tenendus, attenta lege nouiori, nempe, *d. l.* 3. del quaderno de las alcaualas, hodie *l.* 6. *&* 7. *hoc titulo* 18. *lib.* 9. *Nouæ Collect. Reg.* veterum tempore quo condita fuit *d. l.* 4 *titulo* 4. *lib* 6. *Ordinamen veter.* por el Rey don Enrique IIII. en Cordoua, anno 1455. nullo modo potest procedere, nec verus erat ex magna generalitate, & indistinctè d. l. 4. ibi: *De algun clerico*, & ibi: *Y no lo faciendo assi, por el mismo hecho sea tal, como aquel, que deniega a su Rey, y sennor natural, su tributo, y sennorio.*

3 Quare pro vera illius leges intelligentia † atque interpretatione obseruandum est: *que antiguamente en tiempo del Rey don Ioan el 11. se dudo si generalmente todos los clerigos deuian alcauala, aunque no fuessen negociadores, ni interpuestas personas de legos, y se resoluio por todos los Consejeros del dicho Rey don Iuan, que deuian alcauala*, vt referunt Montaluo, in gloss. magna, & Greg. Lopez *in l.* 50. *titulo* 6 *par.* 1. *glos* 1. & Remigius de Gon. *in tract. de charitatiuo subsidio c. finali.*

Despues se hizo desto ley general en el primero año que començo a reynar el Rey dõ Enrique IV hijo del dicho Rey don Iuan el II. que fue el dicho año de 1455. en Cordoua, en que se mando lo que emos dicho que los clerigos pagassen alcaua la y, que el que no la pagasse, fuesse echado del Reyno, y le fuessen tomados sus bienes, haziendo pago al arrendador de la alcauala, y penas esta es la dicha l. 4. *tit.* 4. *lib* 6. *del ordenamiento Real antiguo.*

De donde parece se collige, que deuiendo el clerigo alcauala, como es renta Real, auia de conocer contra el clerigo que no la quisiesse pagar el iuez seglar.

Sobreuinieron los Reyes Catolicos, y en la dicha ley 3. *del quaderno de las alcaualas*, quæ nouiter cautum est (vt constat ex princip. legis, ibi: *Porque nuestra intencion es, &c.*) *que no se pida ni demande alcauala por los arrendadores, y otras qualesquier personas, de las ventas que hazieren de sus bienes qualesquier Iglesias, y Monasterios, Perlados, y clerigos destos Reynos, ni de los trueques*: hodie est *lex* 6. *titulo* 18 *hoc libro* 9 Y luego, la ley 7. siguiente manda, que lo contenido en la ley antes de ella, no aya lugar en lo que los clerigos, e Iglesias vendieren por via de mercaderia, trato, y negociacion, que de esto manda paguen alcauala, como si fuessen legos.

4 Rursus in † nostra principali quæstione Doctor Castillo *in l.* 70. *Tauri, in gloss El alcauala, in addit in versic. si vero, existimabat*, quod in casu, quo clericus vendens, gabellam debeat, ea exigenda sit ab emptore laico, ex *l.* 32. *titulo* 19. *hoc libro* 9. dum illa lex iubet, quod quando quis emit a persona potentiori gabellam, retineri penes se debet.

5 Nihilominus † tamen verius est, & tenendum, quod clericus negotiator gabellam debens pro eius solutione co-
6 ram iudice sæculari conueniri possit, † quia enim propter negotiationis delictum iure laici censeatur, eumq. a sæculari iurisdictione Ecclesia non defendat, *vt in capitul. fin. de vita, & honest. cleric & ibi gloss* 3. *& final & in c. quamquam, de Censibus. libro* 6. *& in Clementina præsenti, vbi glos. verbo, Non negotiando, eodem titulo*, quam ibi probant omnes, & Dec. *in capit Ecclesia sanctæ Mariæ, colum.* 1 *ad finem de Constitut.* & tenet Beriach. *de Gabell* 7. *parte, numero* 8 *explicat Humad. in l.* 49. *titulo* 6 *parte* 1: vbi Greg. Lopez *gloss* 1. *&* Bobadill *in sua Politica de Corregidores, lib* 2 *capite* 18 *numero* 123. *cum sequentibus*, vbi plurimos congerit: & probatur etiam in nostra lege 7. ibi: *Como si fuessen legos, titulo* 18 *hoc lib.* 9. non potest priuilegium allegare, vt probat in terminis Mexia *in Pragma-*
7 *tica taxe, panis, Conclusione* 5. *num.* 23. † quod intelligendum est, non quidem quo ad clerici personam, quæ per iudicem sæcularem, eiusq. ministros capi non potest, nec incarcerari: sed quo ad eius bona, & facultates, vt cauetur *in d. capit fin ibi: de suis facultatibus*, & sic clericus in hac specie, captis pignoribus, potest adstringi ad solutionem gabellarum, casu quo eas debeat, secundum Azeued. *in l* 11. *titulo* 3. *libro* 1. *Noua Collectionis Regiæ, numero* 5. *ad fin.* quem sequitur Laffar. *dict cap.* 19. *numero* 84. & Humada *vbi supra in gloss verb Las franquezas, numero* 2. & latissime idem, pluribus comprobat Gironda *de Gabell.* 7. *parte, in principio, numero* 2. *cum sequentibus*, vbi quã plurimos authores antiquos, & modernos pro hac parte citat, & *numero* 29. inquit, quod hanc opinionem in praxi tam receptam vidit in sua Ciuitate Rodæ, pro quodam gabellario patrocinans, & quod in Granatensi Prætorio, & in supremo calculatorum pro iudice sæculari fuit pronunciatum, & semel atque iterũ in dicto Granatensi Prætorio declaratum fuisse, iudicem Ecclesiasticum, qui cum censuris contra sæcularem procedebat, vim inferre, & caussa ad sæcularem iudicem fuit remissa, eiq. competere fuit declaratum; quem refert, & sequitur etiam Bobadilla *vbi supra, numero* 124. & alios plures referens contra alios idem late probat Azeuedo *in l.* 7. *numero* 13 *&* 14. *titulo* 18. *hoc lib.* 9. vbi quod in praxi hæc opinio secunda recepta est. Quare audiendus minime est Ignat. Salzed. *vbi supra*, dum contrarium negatiue asserit: si enim ipse non vidit hanc secundam sententiam in Hispania in praxi obseruari, alij eam viderunt in praxi admissam, *vt supra dicti testantur*. Vnde magis authoribus affirmantibus, quam negantibus credẽdum est, præsertim cum pars affirmatiua iure quoque probetur, vt vidimus, eamdem sententiam sequitur etiam cum alijs, quos refert Fanes *libro* 2. *variarum, quæst.* 21. *in* 5. *parte, num.* 232. *ad fin fol.* 187.

Quæ etiam probatur ex *l* 1. *capite* 9. *titulo* 2 *hoc libro* 9. vbi sic cauetur. ¶ *Otrosi en quanto toca a los iuezes Ecclesiasticos, que impiden, o embaraçan las cobranças de las nuestras rentas, queriendo eximir, o exceptar alguna, o algunas personas de la paga de ellas, o en otra alguna manera, o que se entremetẽ a conocer de lo que toca a las dichas rẽtas, no les perteneciendo, y proceden contra los nuestros iuezes de rentas, en la dicha Contaduria Mayor, se daran, y despacharan las cedulas nuestras que se acostumbran, para que no conozcan, ni procedan, ni embaracen la dicha cobrança, ni se entremetan en lo a esto tocante*, quod de clericis negotiatoribus procul dubio intelligendum est, eum clerici non sint immunes à solutione gabellæ, vt in dictis legib. Regijs, quos iudex non eximit,

sedrius Canonicum, & dictæ leges Regiæ.

8 Similiter † quando el clerigo, es persona supuesta, de lego, y mediante esto se defraudan los derechos Reales, como es en los pechos, haziendo los legos pecheros donationes fingidas de sus bienes en personas exemptas, el Rey, y sus tribunales conocen de esto, y no los iuezes Ecclesiasticos, vt cauetur in l. vndecima, titulo decimo, libro 5. de la nueua Recopilacion, quæ lex originem duxit a l. fina-li, C. de annon. & tribut. libro 10.

9 Vbi Bart. numero 1. eam inducit † contra clericos, & scholares, qui sub prætextu suorum priuilegiorum defraudant gabellas, haziendose personas supuestas de legos, & similes clericos fures esse probat Mexia in pragmatica taxa panis, Conclusione 5 numero 42. vbi, quod non minus in foro animæ ad restitutionem vectigalis fraudati tenentur, quam fur ad rei subtractæ restitutionem, & quod in fraudatoribus gabellarum id communiter tenetur.

Præterea, sobre lo mismo ay ley, y determinacion Real en las ordenanzas de Valladolid, fechas en el año de mil y quinientos y sesenta y seys, en el libro nono, titulo primero, folio 7. columna secunda, in fine, & folio 8 en el principio, adonde auiendo referido todas las cosas en que el Rey tiene fundada su intencion, y entre ellas las rentas, y derechos Reales, dize estas palabras:

10 ¶ Porque † estas cosas tocan a nuestra preeminencia Real de que siempre los Reyes nuestros predecessores de gloriosa memoria, y nos, y nuestros officiales y iusticias, acostumbramos a conocer aunque sea contra clerigos, frayles y religios, y Ordenes, sin que otro se aya de entremeter, ni entremeta en ello, ni se le aya de dar, ni de parte alguna de ello Idem cauetur en las ordenanzas de Granada del año de mil y quinientos y neynte y siete, folio 86. pagina 2. y las cedulas, y visitas que tienen las Audiencias, que dan en su fuerça, y vigor, vt cauetur in lege, & pragmatica posita in principio nouæ Collectionis Regiæ, circa finem. Y en la Contaduria Mayor ay obligacion de guardarlas, pues son Oydores de la Contaduria Mayor, y tienen la iurisdicion, y autoridad que han los Oydores de las Audiencias Reales, vt cauetur in l. 3. titulo primo, libro nono, de la nueua Recopilacion Y en la ley doze del mismo titulo se les manda, guarde las leyes de nuestros Reynos, especialmente las ordenanzas de las Audiencias, y ansi las tienen iuradas.

11 Qua ratione † alia praxis in hoc obseruari potest, nempe, vt clerici huiusmodi negotiatores gabellam debentes, requirantur primo a gabellariis, vt eam soluant, quod si renuant, occurratur ad Regium Consilium de Contaduria Mayor, adonde se dara prouision Real para que dentro de cierto termino la paguen, so pena de perder las temporalidades, y naturaleza y para que de sus bienes, que para ello se tomen, se pague, quod quidem iudex Ecclesiasticus impedire non debet, iuxta d. l. 3. titulo a capite 9 hoc libro 9. monitio tamen prædicta de necessitate non requiritur.

12 Quod si † dubium fuerit, an clericus sit negotiator, nec ne, potest uterque iudex sæcularis, & Ecclesiasticus de causa cognoscere, ex resolutis per Gregor. Lopez in l. 49. verbo, Las franquezas, titulo 6. parte 1. aunque Castillo de Bobadilla en su Politica, de Corregidores, libro 2. c. 18. numero 124. fol. 1055. dize, que a su parezer Gregorio Lopez se larga mucho en esto de que podra ser iuez dello el seglar, & quod hoc spectet ad iudicem Ecclesiasticum contra Gregoriũ Lopez ubi supra, tenet Parladur. libro primo rerum quotidianarum, capitulo tertio, §. primo numero duodecimo vers. si uero in nouis.

13 Y porque en esta razon estando el Estado Ecclesiastico iunto en Madrid, en la Congregacion del año passado de mil y quinientos y nouenta y siete, en que yo me halle por esta Santa Iglesia de Ciudadrodrigo, se agrauio della por su memorial a su Magestad del Rey don Felipe el Segundo nuestro Señor, en un pleyto muy reñido, y graue que entonces estaua pendiente en el Consejo Real entre el Prior, y clerigos de la ciudad de Xerez de la frontera de la una parte, y la iusticia Real, y Ecclesiastica de la otra, sobre quien auia de compeler a los clerigos tratantes en uino, a que pagassen el alcauala, y otras cosas: en el qual pleyto huuo autos diferentes en diuersos tribunales y su Magestad cometio la vltima determinacion del dicho negocio a ciertos señores Presidentes, y Consejeros: los quales con mucho acuerdo, y deliberacion pronunciaron vn auto muy acertado, y decision de muchas dudas de que en el capitulo precediente, y en este auemos tratado, le porne aqui a la letra, para que por el se libren, y declaren todas las semejantes dudas de aqui adelante, que es del tenor siguiente.

Auto, y decreto del Consejo.

14 EN la villa de Madrid a veynte y siete dias del mes de Enero de mil y quinientos y nouenta y ocho años: visto por los señores Licenciado Rodrigo, Vazquez Arze, presidente del Consejo, Licenciado Paulo de Laguna, Presidente del Consejo de Indias, don Francisco de Rojas, Presidente del Consejo de Hazienda, Doctor don Alonso de Agreda del Consejo, el Licenciado Valladares Sarmiento del Consejo, y Camara de su Magestad. el negocio que es entre el Prior, y clerigos de la ciudad de Xerez de Frontera, de la vna parte: y el Licenciado Alonso Ramirez de Prado, Fiscal de su Magestad de la otra, que les fue remitido por especial cedula de su Magestad, para que prouean en el caso iusticia, y el remedio conueniente para que cessen fraudes, y el auto proueydo en esta causa por los Oydores de la Contaduria Mayor de Hazienda de su Magestad, en quatro de Nouiembre del año passado de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

Dixeron, que sin embargo del dicho auto, se despache cedula de su Magestad, para que los administradores, y recaudadores de las alcaualas, y rentas Reales de la dicha ciudad de Xerez de la Frontera, no lleuen alcauala a los clerigos de los vinos, caldos, o mostos que vendieren de su cosecha labranza, y crianza, procedientes de hazienda suya propria, o de sus beneficios Ecclesiasticos, y para el despacho de ellos les den las cedulas, o aluales de guia necessarias, con solo cedula que los dichos clerigos den, en que testifiquen con iuramento ser de la dicha su

15 cosecha, labranza, y crianza. † empero de los vinos, caldos, o mostos que procedieren de viñas que constare auer arendado con frutos, a sin ellos, paguen el alcauala a los dichos arrendadores, o recaudadores, quando los vendieren: y lo mismo de otras qualesquier ventas que hagan procedientes de mercaderia, negociacion, trato, o grangeria: y si assi no lo hizieren, y pagaren. Las iusticias les compelan a ello, deteniendo, o exceptando los dichos bienes, o otros qualesquier bienes, o frutos que ayan vendido, o contratado, y los demas bienes que tuuieren proprios, o de sus beneficios, dexando reseruadas sus personas. Y lo mismo se haga, y cumpla, quando por cessiones fingidas, o en otra qualquier forma pareciere, que los tales clerigos ayan hecho fraude alguna, para impedir la paga de la dicha alcauala, en los casos, que como esta dicho perteneciere a su Magestad Y si ouiere duda en si es de los tales casos, o alguno dellos en que deuan, o si lo que venden es de su labrança, y criança, en que no la deuan: las dichas iusticias reciban informacion de officio citadas las partes, procurando aueriguar por todas vias la uerdad, y la embien a su Magestad, deteniendo el despacho, y cedula de guia, entretanto que la mande ver, y proueer lo que sea iusticia, y no consientan que iuezes Eclesiasticos de qualquier calidad que sean conozcan, ni traten, ni pongan en cosa alguna delo susodicho impedimento, ni estoruo alguno. Y por este su auto assi lo proueyeron, y mandaron.

Esta adicion auia de yr a la margen.

16 Quando † enim dubitatur inter leuantem pedagium, & portantem rem de clericatu, vel de rebus, quæ porta-

portantur, quod fiat negotiationis caussa, videtur committendam iuramento deferentium, vel suorum nunciorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi de cōtratio fides habeatur in promptu, & quo ad personam videtur sufficere, quod sit in habitu, & tonsura clericali, argumento text. in cap. si iudex laicus. de sententia excommunicationis, lib. 6. ita glos. verbo, non negotiandi, in Clement. si decentia, & Dominicus in c. quamquam, de Censibus, lib. 6. quam glo. dicit solemnem las. in l. cetera. § sed & si quis ad opus, numero 9. ff. de legat. 1. & sequitur Greg. Lopez, in l. 5. in glos. Clerigo, & in glos. Para si mismo, titulo 7. parte 4. & Aviles, in cap. 52. prætor. in glossa. En la tierra, numero 18. folio mihi 253.

SVMMARIA.

1 *Hospitalia ab Episcopis approbata non debent soluere gabellam, ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum.*
2 *Dictio, quodcumque, omnimodam generalitatem importat.*
3 *Gabella nec collectæ debētur de bonis relictis ad capellanias, dummodo sint instituta auctoritate Episcopi.*
4 *Habentes bona in censum, vel emphyteusim Ecclesiæ non possunt excusari a solutione collectæ, & gabellæ.*
5 *Fratres, & Sorores Beati Francisci Tertij Ordinis, si priuatam vitam agant cum vxoribus, & maritis suis, vt laici iudicantur, & ideo contribuere tenentur vt ceteri homines laici: secus si vt religiosi in communitate vixerint, vt in num. 6.*
7 *Heremitanon clerici, qui sub nullo præcepto, & voto in solitudine habitant, quasi Monasticam vitam agentes gabellam debent, licet alias Episcopo sub sint, & priuilegio clericorum gaudere debeant, vt in num. 8.*
9 *Milites Sanctæ Mariæ, & Rectores hospitalium gabellam debent, nisi speciale aliquod priuilegium habuerint sufficiens, & conueniuntur pro solutione gabellæ coram iudice sæculari: si tamen possideant bona in communi tamquā religiosi gabellam non soluunt, & nu. 10.*
11 *Fratres Ordinum Militarum prout sunt*, los Comendadores de las Ordenes de san Iuan, Alcantara, Santiago, y Calatraua, *an gabellam soluere teneantur, & numeris sequentibus.*
12 *Comendatarij, hoc est, Milites Militarium Ordinum, an sint Ecclesiastice personæ? & numeris seqq.*
13 *Comendatarij Ordinum Militarium si sunt clerici, proculdubio gabellam soluere non tenentur.*
15 *Conductores fructuum, & redituum Comendarum Militarium Ordinum, gabellam debent ex venditione eorum.*
16 *Ordines Militares aliorum Regnorum, nullum priuilegium non contribuendi, nec soluendi gabellam in his nostris Regnis habēt, quia sua priuilegia sunt localia, & ad hæc Regna non extenduntur, nisi indefinita essent, vt hic, & numero 17.*
18 *Confraternitates laicorum an gabellam soluere debent? & numeris sequentibus.*
20 *Collegia Vniuersitatis Salmant. & aliarum, an gabellam soluant.*
22 *Gabella an debeatur de bonis fratris nouitij intra annum probationis venditis, aut permutatis, & numeris sequentibus.*
23 *Nouitius frater religiosus nuncupatur, & coram iudice Ecclesiastico conuenitur, non vero coram sæculari, vt in nu. 24 sed vide num. 32. & num. 34. & 35. in vers. nec quidquam.*
25 *Nouitius an possit retrahere rem sui generis, venditam.*
26 *Professio nouitij non retrotrahitur ad tempus probationis.*
Donatio facta nouitio nō valet aliter, quam si obseruata fuerit solemnitas statuti laicorum, ibid. & num. 27. & 28.
30 *Nouitius durante anno probationis retinet omnia bona, sua & beneficium, & bona feudalia, vt in nu. 31.*
33 *Nouitia non dicitur monialis.*
35 *Nouitius non potest impediri vllo modo, quin libere ad sæculum possit redire.*
37 *Fratres nouitij Societatis Iesus gabellam debent ex venditione bonorum suorum.*
38 *Cæcus gabellam debet.*
39 *Excusationem habentes a muneribus personalibus, gabellam soluere tenentur, veluti minores viginti quinque annis: habens annos quinquaginta quinque: vel numerum duodecim filiorum, surdus, & ceteri.*
40 *Scholares sacris non initiati gabellam soluere tenentur, nec non & tributa cum suis familiaribus, vt in nu. 41.*
42 *Vecini quamplurium locorum hic nominatorum excusantur, & immunes iure Regio sunt a solutione gabellæ, de* las cosas que vendieren de sus labranças, y criancas, *iuxta tenorem suorum priuilegiorum: de ceteris vero suis rebus venditis caussa negotiationis gabellam soluere tenentur, vt in num. 43. alia in proposito adducuntur, numeris sequentibus.*
45 *Descendentes ab Antona Garcia, immunes sunt a solutione gabellæ omnium, quæ vēdiderint in ciuitate Taurinensi, etiam caussa negotiationis, & num. 44.*
46 *Vicini locorum exemptorum a solutione gabellæ, eam soluere non tenentur de venditione redituum sibi solutorū a conductoribus, & colonis, quia fructus, & reditus æquiparantur.*
47 *Exempti a solutione gabellæ, an debeant eam soluere ex secunda venditione illius rei, cuius prima fuit distracta de voluntate partium, & numeris sequentibus, vbi distinguitur.*
49 *Gabella quando debeatur ex venditione distracta communi voluntate partium, & quando non?*
50 *Vicini aliorum locorum de quibus hic, sunt etiam immunes a solutione gabellæ: & habiti pro vicinis dictorum locorum iuxta formam statuti gaudebunt eodem priuilegio, vt in num. 51.*
52 *Franqueza de alcauala dē todos los que fueren a vender algunas cosas a la puebla de nuestra Sennora santa Maria de Guadalupe.*
53 *Franqueza del que morare en la heredad de Valdepennas del Monasterio de Guadalupe, que es el Obispado de Plasencia.*
54 *Franqueza de la puebla de Villa franca del Arcobispo.*
55 *Franqueza de la puebla de santa Maria de Nieua.*
56 *Franqueza de los que viuen en la villa de Valderas.*
57 *Franqueza con la modificacion del priuilegio de la villa de Simancas.*
58 *Franqueza de Valladolid, y Madrid.*
59 *Franqueza de ciertas ventas de los Arcobispados de Toledo, y Seuilla, y Obispados de Cordoua, Iaen, Segouia, Cuenca, y Cartagena.*
60 *Franqueza de la venta de Pedro Afan, y de la Aluergeria, y Ruyfero, y Torot de Guisando.*
61 *Franqueza del carnizero de Chancilleria.*
62 *Franqueza del carnizero del Rey.*
63 *Franqueza del regaton del Rey.*
64 *Franqueza del boticario, pellejero, guarnicionero, sillero, cordonero, broslador, y capatero del Rey.*
65 *Franqueza del carnizero, y recaton de la Reyna.*
66 *Franqueza del boticario, pellejero, guarnicionero, sillero, ioyero, cordonero, platero, y broslador, y capatero de la Reyna.*
67 *Franqueza del carnicero, y recaton del Principe.*
68 *Franqueza de botticario, pellejero, platero, y capatero del Principe.*
69 *Franqueza de las emparedadas de Vbeda, y de otras emparedadas assendadas en los libros.*
70 *Franqueza de los descendientes legitimos varones, y hembras de Antona Garcia: non tamen habet locum in descendentibus naturalibus tantum illius, vt in nu 71.*
72 *Franqueza de los estrangeros del Reyno del pan que traxeren a vender por mar a Seuilla: ex reuenditione tamen illius frumenti, gabella debetur, vt in num 73.*
74 *Franqueza de los herradores del herraje que vendieren in los Reales.*

QVAESTIO XCV.

De hospitalibus, Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis Beati Francisci, eremitis non clericis, & Fratribus Ordinum Militarium, & alijs personis infra dicendis an soluant gabellam?

1 QVæro: *An † supradictæ personæ gabellam soluere tene*
antur? De hospitalibus per Episcopum approbatis,
dubium non est, quin ex venditione rerum suarum gabel-
lam non debeant, nec eam soluere teneantur, quia Eccle-
siæ priuilegio gaudent, vt notatur *in Clementina, per litte-*
ras. & in Clementina. Quia contingit. de religios. domib. Me-
rito igitur, vt comprehendantur sub dispositione *l. 6. titulo*
19. hoc lib. 9. loquentis de exemptione clericorum, & Eccle
siarum a solutione gabellæ, ibi: *Qualesquier Iglesias.*
2 † Dictio, enim *quodcumque*, omnimodam generalitatem,
importat, *vt in cap. solitæ benignitatis, & ibi Doctores, de*
maior. & obedient. & in terminis ita tenet Lasarte, *de de-*
cim. vendit. cap. 19. num. 90. & Gironda, *de Gabell. 7. parte,*
in princ. numero 41. & 66. cum sequentib. vbi adducit pro
hac parte *l. 1. titulo 1. & l. 1. titulo 12. parte 1.* & vtrobi-
que Greg. Lopez. & quod ita resoluit Auenda, alios
allegans *in 2. parte, capite 14. prat. nu. 32.*
3 Vbi etiam, † quod de bonis relictis ad capellanias, non
debetur collecta, nec soluatur gabella, licet vendantur,
4 dummodo sint institutæ authoritate Episcopi, † habētes ta-
men bona in censum, vel emphyteusim Ecclesiæ non pos-
sunt excusari a solutione collectæ, & gabellæ, vt per Auēd.
vbi supra, nu. 33. vbi quod ista opinio viget in practica, &
est tenenda, quam libenter sequitur Gironda *vbi supra, nu.*
68. cum seq.
Ex quibus deducitur, vt hospitalia per Episcopum ap-
probata gabellam soluere minimè teneantur ex venditio-
nibus, & permutationibus rerum suarum.
5 Fratres autem, & Sorores Beati Francisci Tertij Ordinis
si priuatam vitam agunt cum vxoribus, & maritis, & bo-
nis suis, vt laici iudicantur, & ideo contribuere tenentur,
vt ceteri homines laici, & vt prius quam fraternitatem acci
perent, vel assumerent, soluebant tributa, *vt in l. 1. titulo*
14. libro 6. Noua Collectionis Regia, & tradit Sarmient. *de*
reddit. Eccles. in defensio libel. 1. part. monitio. 56. nu. 4. cum
sequentibus, agit Greg. Lopez per text. *ibi, in gloss. 1. tit. 7.*
parte 1. & Auend. *vt supra, num. 28.* & Didac. Perez *in l. 19.*
titulo 4. lib. 4 Ordinam. & in l. 1. colum. 93. titulo 3. lib. 1.
6 † Quod si illi, vt religiosi in communitate vixerint, minimè
tenentur ad tributorum, nec etiam gabellæ solutionem,
quia verè sunt religiosi, vt patet ex *d. l. 6. ibi: Iglesias, y Mo*
nasterios, & in terminis tenet, & probat Lasart. *d. num. 90.*
& Gironda, *numero 40. & 41. vbi supra*, qui eamdem di-
stinctionem, probat in fratribus aliorum Ordinum Men-
dicantium, & Azeued. *in l. 1. numero 7. titulo 18. hoc libro*
nono.
7 De Eremitis non clericis, † qui sub nullo præcepto, & vo
to in solitudine habitant, quasi Monasticam vitam a-
gentes, dubitandum non est, quin gabellam debe-
ant.
8 Licet enim eos Episcopo subesse aliàs dixerit *gloss. verbo,*
non possunt in l. 2. ff. de in ius vocando, & ibi Bart. & An-
gel. & quod priuilegio clericorum gaudere debeant affir-
met altera glossa *in capit. qui vero. verbo, vero 16. quæst. 1.*
& latissime resoluit Boer. *in tractatu de vit. & honest. Ere*
mit. numero 13. non tamen ita purè, & verè solitariam vi-
tam agunt, vt requirit text. *in d. capitulo, qui verè*, quin po-
tius sicut laici nati sunt, ita laici perseuerant, cum ne-
que ordinem habeant clericalem, nec religionem ap-
probatam profiteatur, vt tenent Doctores, quos re-
fert Boer. *vbi supra, numero 14.* & Manuel. Rodrig. *to-*
mo 2. Regul. Quæst. quæst. 62. artic. 20. pag. 324. Et in ter-
minis nostræ quæstionis hanc opinionem probauit Lasar
te, *d. capit. 19. numero 89.* & Gironda, *vbi supra*, *numero*
9 *43. cum sequentibus*, † quidem probat in militibus Sanctæ
Mariæ, & Rectoribus Hospitalium, vt homines gabel-
lam soluere teneantur, nisi speciale aliquod priuile-
gium sufficiens habuerint, & *numero 45.* latè agit coram
quo iudice hæ personæ sint conueniendæ, pro solutione
gabellæ: & resoluit, coram iudice laico conueniendas esse
in materia gabellarum, sicut conueniri possunt clerici ne-
gociatores pro gabella coram iudice sæculari, vt resolui-
mus *in quæstione præcedenti*. Idem probat in omnibus su-
prædict. Azeued, *in l. 1. numero 4. 5. & 6. titulo 18. hoc lib. 9.*
10 † & limitat etiam illud de Militibus Sanctæ Mariæ, & Re
ctoribus Hospitalium, nisi possideant bona in communi,
tamquam religiosi.
11 De † fratribus autem Ordinum Militarium, nempe,
de san Iuan, Alcantara, Santiago, y Calatraua, an ga-
bellam soluere teneantur, ab illa forsan quæstione pen-
dere videbitur, nempè, *an vere sint religiosi censendi,*
vt laici? In qua diuersæ duæ sunt sententiæ, quarum
12 illa verior, est, & communis, † vt non sint Ecclesiasti-
cæ personæ, licet modi viuendi ipsorum appellentur
religiones, ac proinde, nec clericorum, nec religioso-
rum priuilegijs gaudent, nisi quatenus specialia sua
priuilegia disponunt, vt probat Montalu. *in l. 8. glossa 1.*
lib. for. & probauimus cum ipso, & alijs pluribus *libro 2.*
Pract. quæst. 111. numero 2. & Lasarte, *d. cap. 19. numero 92.*
Et hæc est magis communis opinio secundum Girondam
de Gabell. 7. parte, in princip. num. 47. qui plures citat. Ga-
bellam igitur soluere tenentur, iuxta hanc sententi-
am. Tametsi in contrarium nulla sint non leuia fun-
damenta, quibus probari videatur, istos, nempe Fra-
tres religiosos, & Ecclesiasticos esse, ac proinde im-
munes a gabellis, vt constat ex adductis per Petrum Du-
ennas *in regula 100. numero 5. in fine*, & probat in termi-
nis Menchac. *libro 3. Quæstion. illustr. capite 105. ex numero*
45. & libro 3. de success. creat. §. 30. numero 306. qui inter
prædictas duas opiniones, refert Frater Manuel Rodrig.
in 1. tomo Quæstion. Regul. quæst. 1. pag. 9. vbi ipse
est in tertia opinione, nempe, hos Milites esse verè re-
ligiosos, non absolute, & simpliciter, sed religiosos Mi-
litares, non tamen agit de solutione gabellæ: sed in præ-
dicto articulo, Milites Sancti Ioannis, inquit, non dubiū
esse, quod sint religiosi, & gaudeant priuilegio Canonis, &
Fori.
13 Hodie tamen, quo † ad nostram materiam gabella-
rum attinet, hæc quæstio iure Regio sedata est, atque
expresse decisa in mediam sententiam, *l. 9. titulo 18. hoc*
libro 9. quæ ita censetur: *Ordinamos, y mandamos, que*
los Commendadores de las Ordenes de Santiago, Alcanta-
ra, y Calatraua, y san Iuan, paguen la alcauala de to-
das las cosas que vendieren, o trocaren: con que de los
frutos, y rentas de sus Encomiendas, que ellos vendie-
ren o trocaren, no sean obligados a pagar, ni pagu-
en alcauala alguna: pero de las yeruas de las dichas
sus Encomiendas si, y donde huuiere costumbre, de
pagar la dicha alcauala (deferre namque videtur,
lex hæc consuetudini, in hoc) *Mandamos, que la*
paguen los dichos Comendadores, segun, y como la
pagan, y la acostumbran a pagar otras personas se-
glares.
Ad quam legem lectorem remittit in proposito Parla-
dor. *libro 1. rerum quotidianarum. cap. 3. §. 1. numero 19.* &
Menchac. *d. §. 30. nume. 306.* & eam inquit in praxi serua-
ri Lasarte, *d. capit. 19. numero 93.* & per eam idem probat
Gironda, *de Gabell. 7. parte princip. numero 46. ad finem*, &
Azeued. *in d. l. 9.* Bobadilla *en su Politica de Corregidores,*
14 *libro 2. capite 18. numero 264.* † hoc tamen verum est, re-
cteque procedit in huiusmodi Comendatarijs Cruce que
signatis, qui clerici non sunt, de quibus egimus
supra quæst. 37. numero 25. & 26. Ceterum in clericis parti-
culare ius est, vt gabellam non soluant, *vt in l. 6. titulo 18.*
hoc lib. 9.

Deinde

15 Deinde exceptio, de qua † in d. l. 9. nempè, *de los frutos, y rentas de sus Ecomiendas*, procedit, quando ipsimet Commendatarij eos uendunt, aut permutant: secus uero est in eorum conductoribus: hi namque nisi aliàs priuilegiati sint, soluere tenenentur gabellam ex horum fructuum uenditionibus, & permutationibus, utpote priuilegium in his concessum proprietarijs ex d. lege 9. muletur, & cesset mutatione personæ, nempè in conductoribus, sicut in conductoribus decimarum, & ceterorum fructuum Ecclesiasticorum supra iure resoluimus, ex textu *in l. licitatio, § finali, versiculo, mercatores, ff. de public. & vectigal. cum similibus.*

16 *Las Ordenes † Militares estrangeras en estos Reynos no tienen exepcion de no pechar, ni dexar de dezmar ni de pagar alcaualas, ni otro priuilegio alguno: porque sus priuilegios en quanto a esto sin duda alguna son locales, y no se han de estender fuera de sus limites, Reynos, y Prouincias, para donde se instituyeron las tales Ordenes, ni periudicar a los derechos Reales ni los subditos de estos Reynos, a quien se grauaria, e impondrian las cargas de las tales esempciones, y ansi han sido condenados a pechar, y dezmar*, vt tenet Castillo de *Bobadilla, vbi supra, d. lib. 2. cap. 19. num. 18. & 19. pagina* 1142. citans Felin *in cap. cum ordinem, num. 4. de rescript.* & textu *in cap. 1 de priuilegijs, in 6. & cap. sanè, & c. porro, de priuileg. in Decretal.* ad hoc, *que los dichos priuilegios, son locales, y no se han de estender fuera de sus limites*, & prædictam opinionem Castillo ad litteram transcribit, & sequitur, eo tamen tacito Frat. Manuel Rodriguez. *2. tomo Quæstionum Regul quæstione 62. articulo 17. pagina 321. cum sequentibus*, vbi circa intellectum *d. cap. 1. de priuileg. in 6.* citat etiam Couarruuiam optime agentem, *in Practic. Quæstionibus, cap. 31. numero* 5. qui intelligit d. cap. 1. cum exemptionis priuilegium sit loco citato circumscri-
17 ptum: † si vero priuilegium exemptionis indiffinitum, & generale esset, tunc ita obseruandum esse, iuxta formam Concilij Tridentini, *sessione 7. cap. 14. & sessione 24. cap. 11.* nisi simpliciter exempti obtinerent Ecclesias parrochiales, aliaue officia, quorum administratio, & regimen Episcopo competerent, *vt in d. cap. 1. §. in eos, & in cap. cum capella, eodem titulo, in Decret & in l. 9. ad fin. titulo 9 parte, 1. & Couarruuias vbi supra, versicul. posset tamen*, & facit Concil. Tridentin. *d. sessione 24 cap. 11. in versic. quæ vero priuilegia*, & in terminis quando beneficia, & Prioratus subiecta sunt Episcopo, vel Archiepiscopo: secus si ipsis Militaribus Ordinibus subsunt in spiritualibus, ita tenet Eman. Rodri. *in 1. tomo quæst Regul q. 36. art. 4. pag. 352. col. 2. vers. nec supradictis obstat.*

18 De Collegijs confraternitatum laicorum, quod gabellam soluere teneantur probat Gironda. *d. 7. p. in princ num.* 42. cum Auend. *2. p cap. 14. prat. num. 32. &* Ant. Gabriel. *2. p. Commun. opin. fol. 156 col. 4.* & Salaz. *de usu, & consuet. cap. 8. numero 22.* & Azeued. *in l. 10. titulo 1. libro 4. Noua Collect., Reg. numero 25.* qui in his terminis non loquuntur.

Ego vèro, quid circa hoc decidendum sit, censeo pendere ab illa perquam difficili quæstione Canonica, quam laté discussimus *libro 1. Canonicarum Quæstionum, capitulo 35. per totum*: an, scilicet, huiusmodi Confraternitates, seu Confratriæ sint pia loca, vel religiosa? In qua resoluimus partem negatiuam veriorem, & magis communem videri, quæ resolutio supradictæ opinioni Girondæ fauet.

19 Verius tamen in nostra quæstione, de gabella resoluendum existimo ex traditis per Gabriel. *vbi supra, numero 21. & 23.* vt siquidem bona Confratriæ eo animo sint vna simul contexta, vt Confratriæ seruiant, & possit Confratria de illis ad libitum disponere, tunc cum non habeantur, vt bona loci religiosi, sed profani, & ad libitum distrahi, & alienari possint, ex huiusmodi venditione, & permutatione gabella debebitur: si vero Fraternitas sit approbata a Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vt contingit, quando ipsa vel locus pius, vel oratorium est exstructum principaliter, vt sacrum sit, & Deo Optimo Maximo dicatum, & bona sint eo animo simul contexta, vt ad opera eius necessaria, nempè pro missis dicendis, & ceteris illa concernentibus, & ad pauperes subleuandos perpetuo sint, quo casu bona illa, locusque is, religiosa ac pia sunt iudicanda, ideoque bona illa ad libitum, distrahi non possunt, nisi accedente totius Confraternitatis consensu, ac authoritate Episcopi, tunc ex eorum venditione, aut permutatione gabella non debebitur, & ita meminit tenet etiam in effectu Azeued. *in l. 1. numero 1. titulo 18. hoc libro 9* dum censet, quod Confratria laicorum, vbi nihil pro expiaculo expēditur, non excusatur a gabellarum solutione, nisi bona talium Confraternitatum sint relicta, & situata ad pias causas, puta *de la caridad.*

20 Vnde si Collegia † sint relicta ad piam caussam, vt sunt Collegia Salmanticæ, & alterius Vniuersitatis, quia Ecclesiastica dicuntur, & coram Ecclesiastico iudice conueniuntur, secundum Abbat. *in capit. ex litteris, num 4. de Constit.* Bar. *in l. fin. nu. 6 ad fin. & nu. 14 ff. de colleg. illicita.*

Præmaximè, cum sint approbata a Summo Pontifice, non debebitur gabella ex venditione, seu permutatione bonorum ipsorum, ut probat Gironda *vbi supra, num.* 42. & sequitur nouissimè Azeued. *in d lege 1.*
21 *numero 2. & 3. titulo 18. hoc libro 9.* † vbi *numero 7. cum sequentibus* addit, quod si plures unusquisque de per se, & pro se conuentionem facit cum gabellario, pro omni gabella ab eis ex rebus suis debenda in illo anno pro certa quantitate, & illi habeant quandam Confratriam, & uendant, quæ supersunt ex quadam commessione ipsius Confratriæ, expensis suis comedendo, & reliqua remanentia ipsi Confratriæ applicando, ex illis reliquijs debebunt gabellam, nec se ab ea excusare possunt ob conuentionem particularem præfatam cum gabellario initam.

22 De uenditione † autem, uel permutatione bonorum fratris nouitij intra annum professionis facta, an debeatur gabella, dubium non paruum uideri potest,
23 † siquidem is Religiosus nuncupatur, *capit. nullus, de electione, in 6.* & persona Ecclesiastica esse censetur, *capitulo duo sunt, 12. quæst. 1.* gaudetque priuilegio Canonis, *cap. religioso, §. vltimo, de sententia excommunicationis, in 6.*
24 Bertachin. *de Gabellis 7. parte princip nu. 56.* † Quinimmo conueniendus est nouitius coram iudice Ecclesiastico, non uero sæculari, Hostiens. *in capit statuimus, colum. 2. versic. posse, de regul.* Archid. Ioan. Andr. Dominicus, & Philip. Francus *in d. cap. religioso*, Ioan. Andr. *in cap. beneficium, & ibi* quoque Dominicus, & Philip. Francus *de regul. iur. in 6.* Federic. de Senis *consil. 32. Quæst. talis est, quidam de populo, colum penultima, versic. subsequenter quæritur, & colum. vltima, vers. verum tamen:* tametsi etiam pro hac parte plura alia fundamenta, adducta per Tiraquel. qui prædictos refert, & sequitur *de retractu lignag. §. 1 glossa 8. sub num. 21. ad finē*, & Gironda, *de Gabell 7 p. in princip. numero 46.* ubi hanc partem in terminis tenet, nempe, quod nouitius non teneatur gabellam soluere, allegans ad hoc Firm. Bertac. *vbi supra, numero 55.* qui hoc non tenet, sed tantum dicit, quod nouitij intra annum professionis sunt liberi, *ex textu in cap. non solum, de regul. libro sexto.* Hoc autem potius probat contrarium, quia textus ille inquit, quod sunt liberi in eo sensu, ut possint omnino ad sæculum redire. Quare idem Gironda ibidem tenet, præfatam suam opinionem esse intelligendam cum ea scilicet, distinctione, quod gabellæ solutio sit in pendenti, ut si nouitius fuerit professus, gabella de bonorum uenditione non debeatur, quod si pœniteat, & recedat, & ad sæculum redeat, gabella de-
25 bebitur, ex traditis per Tiraquel. *vbi supra, nu. 39.* † ubi hoc probat in terminis retractus, nempe, ut si in pendenti, an nouitius possit rem sui generis retrahere: ut si professionem fecerit, non ualeat retractus in terminis factus, quia res acquireretur monasterio contra rationem, & mentem consuetudinis, si redeat, ualebit: cautione ergo res hæc expedienda est (*inquit Tiraquel.*) ut,

scilicet, caueat hic nouitius retrahens rem, se restituturum emptori, si professionẽ fecerit, vt in simili dicitur *in l. cum socii. ff. commun. diuid. cum similibus.*

Non tamen animaduertit Gironda Tiraquellum tandem ibi resoluere in quæstione præmissa, quod quia ex sua consuetudine, & ea quidem prope generali in illo Regno, bona ingredientis Monasterium non acquiratur monasterio, sed hæredibus sanguinis: nihil videtur, quod impediat nouitium retrahere, nam vel sibi acquirit, si redeat, vel proximioribus, si non redeat, & ita res semper in familia manebit: Retraheret igitur nouitius iure sanguinis, ac si laicus esset, quamuis de huius rei veritate hic nõ agimus, cum non sit nostræ materiæ, nec etiam de bonis nouitij decedentis infra annum probationis, cum de hoc latius egerimus *libro 2. Canonicarum Quæstionum, capit. 1. num. 101. cum sequentibus.*

27 Nec meminit † Gironda, Tiraquel. *vbi supra, numero* 40. adducere Paulum de Castro *consilio 431. Cum statutum, columna 2. versic. Tertio principaliter, libro* 1. qui scienter respondit, professionem non retrotrahi ad tempus probationis, iuxta text. *in d. capit. beneficium*, quem ibi in hoc expendit: ex quo deducit, donationem factam nouitio, non aliter valere, quam si obseruata fuerit solemnitas statuti laicorum, quamuis Religiosi, & aliæ personæ non subsint huic statuto: debet enim attendi status temporis donationis, qui certus est, non futurus, qui erat incertus, vt qui poterat non profiteri. *l. statu liberi a clericis, in principio, ff. de statu liber. & l. si ex duobus, §. idẽ Marcellus, ff. de in diem addictione.*

28 At tempore † donationis non erat Religiosus, sed sæcularis, per textum *in cap. Religioso, §. vltimo. de sententia excommunicationis, libro 6.* Igitur iudicandum est de hac donatione, ac si facta sit sæculari, non autem Religioso, siue monasterio *l. sub conditione, ff. de assignatione liber.* & notatur per Bartol. *in l. Iulianus, verum debitorem, ad fin. ff. de condict. indebiti.* & cum hac Pauli Castren. doctrina transit Tiraquel. *vbi supra.* Ergo potius Tiraquel. reijcit prædictam retrotractionem, ac euentum futurum nouitij.

29 Quo fit, vt in nostra quæstione de gabella, dicendum
sit, eam debere nouitium ex venditione, vel permutatio-
30 ne rerũ suarum, durãte anno sui nouitiatus facta. † Quod
quidem deinde probatur: nam hic nouitius interim, duran
te probatione, retinet omnia bona sua, & beneficia, vt pro
batur *in capit. quod te, de cleric. coniugat. & in d. capit. be-*
neficium, nec ea tantum, in quibus habet ius in re, sed &
ea, in quibus ius ad rem solum habet iuxta glossam *in d. cap.*
beneficium, verbo conferendum, vers. sed quid dices, quam
ibi sequitur Archid. Ioann. Monach. Ioan. And. Domini-
cus, & Francus.

31 Nec bona † tantum propria, sed & feudalia, vt cũ alijs
32 probat Tiraquel. *vbi supra, numero* 28. † vbi quod hic non
est religiosus, nec censetur eum effectu, vt expresse probat
text. *in d. cap. Religioso §. 1. qui & idem est vltimus, de sen-*
tentia excommunicat. libro 6. quod idem est, ac si diceret
simpliciter, non est religiosus: & quod non sit vere religio-
sus tenet Bar. *in l. 2. C. ne sacrum Baptisma reiter.*

33 Sicuti etiam † nouitia non dicitur monialis, *Bald. con-*
silio 199 Omnia puncta, in fine, libro 5. Tiraquel. vbi supra,
34 † & tales Monachus nouitius ante professionis annum, tã
quam laicus censendus est, nec dicitur Monasterium in-
gressus, qui nondum fecit professionem, *Bart. in authent.*
si qua mulier, numero 10 vbi ceteri scribentes, C. de Sacro-
sanct. Ecclesijs, est communis, vt deduces ex allegatis *per*
nos libro 2. Canonicarum Quæstionum, capite 1. numero 21.
sed, & alia plura fundamenta pro hac opinione desumi
possunt ex Tiraquel. *vbi supra, numero 29. cum sequenti-*
35 *bus*, e quibus illud præcipit, † quod nouitius non potest im
pediri vllo modo, quin libere ad sæculum possit redire, vt
probat expresse text. *in capit. non solum, de regul.* & tradit
Gregor. Lopez *in l. 7. verbo, si quando, titulo 7. parte 1.* tan-
dem considero, nulla lege gabellaria istius Regni nouitium
exemptum a solutione gabellæ, sed tantum clericos in sa-
cris, Ecclesias, & Monasteria: sed bona nouitij, durante an-
no probationis, non sunt Ecclesiastica, nec Monasterij, sed
ipsius nouitij tantum, de quibus potest libere disponere,
seruata forma Concilij Tridentini, *cap. 16. de regul. incip.*
nulla quoque renunciatio, session. 25. Quinimmo testari de
his bene potest, *vt late diximus d. cap. 1. per totum, libro 2.*
Canonicarum Quæstionum. Ergo ex venditione, & permu-
tatione eorum soluere gabellam tenetur, cum omnes regu
lariter cuiuscumque status, & conditionis existant, gabel-
lam soluere teneantur, *l. 1. titulo 18. hoc libro 9.* nisi repe-
riantur excepti, & saluati in libris Regalibus de lo saluado
vel a legibus Regijs, *vt d. lege 1.* sed nouitius non est huius
modi, Ergo &c.

Nec quidpiam obest, quod nouitius conueniri debeat coram iudice Ecclesiastico, non vero coram sæculari, *vt prędiximus*: quia in nostra materia gabellaria non attenditur, quoties dubitatur, an aliqua persona debeat gabellam, nec ne, coram quo iudice aliàs conueniatur, sed an is reperiatur priuilegiatus in hoc, quod soluere non debeat gabellam, vt patet in clerico primæ tonsuræ, qui licet gaudeat priuilegio fori, & Canonis, nihilominus tenetur soluere gabellam, nisi actualiter habeat beneficium Ecclesiasticum, per l. 2. *titulo 4 libro 1. Nona Collectionis Regiæ* etiam si aliàs clericus primæ tonsuræ persona Ecclesiastica dicatur.

36 Et ideo rectius in † terminis nostræ quæstionis, quod
nouitius debeat gabellam, probauit, & tenet Lassart. *de de*
cimarum vendit. cap. 19. num. 50. dicens, hoc esse ma-
37 gni momenti pro fratrib. Societatis IESV: Etenim isti nõ
vt ceteri religiosi post annum probationis, sed multos post
annos in religione illa sanctissima profitentur: Atque ideo
fit, quod si procurator Monasterij vendiderit aliqua bo-
na, cuiusuis iuuenis eam Religionem ingressi, qui neque
professus fuerit, nec sacros Ordines susceperit, gabellæ
locum faciat.

38 De cæco † nulla dubitatio esse potest, quin gabellam sol
uere teneatur, non tamen ea ratione, quod excusetur a mu-
neribus patrimonialibus, licet a personalibus minimè, *l. 1.*
C. qui morbo se excusant, & ibi Doctores, c. licet, de Censi-
bus, cum gabella munus patrimoniale non sit (prout esse
huiusmodi male existimabat Parlador. statim citandus)
quia non indicatur ratione alicuius rei, nec personale, nec
non imponitur ratione personæ, nec itidem mixtum, quia
neque ratione personæ, & rei simul penditur, sed quarta,
ac noua species muneris, quod imponitur ratione contra-
ctus, vt non semel in hac materia gabellarum prędiximus:
sed ideo cæcus a solutione gabellæ non excusatur, quia
nullibi legibus Regijs reperitur exemptus, quare compre-
henditur sub dispositione generali, *d. lege 1. titulo 18. hoc*
libro 9. vt in terminis; non tamen hac veriori ratione, sed
qua prædiximus, probauit Parlador. *rerum quotidianarum*
libro 1. capite, 3. §. 1. numero 19. & sequitur Las-
39 sart. *dicto capitulo 19. num 95.* † Idem probans in cete
ris, qui a muneribus personalibus iure communi excu-
santur, vt hi quidem a solutione gabellæ minime sint im-
munes, veluti minor viginti quinque annis, maior quin-
quaginta quinque, habens duodecim liberos, surdus, & si-
miles.

40 Scholares † quoque sacris non initiati, gabellam solue-
re tenentur, vt constat ex *l. 3. titulo 7. libro primo. Nouæ Col*
41 *lectionis Regiæ*, ibi: ¶ *Como † los que se escusan de pechar,*
assi de los dichos estudiantes legos, como de los familiares
de los dichos estudiantes, siendo obligados a pechar, & te-
net Auendan. *secunda parte, capite 14. præter. numero 30.*
Parlador. vbi supra, num. 18 & Gironda, de gabellis septi-
ma parte, in princ. num. 49. non enim aliqua lege Regia ex-
cipiuntur: ergo comprehenduntur sub regula generali af-
firmatiua, *d. lege 1. titulo* 18. vt modo dicebamus de cæco,
& ceteris, qui ab alijs oneribus iure communi excusan-
tur.

42 Sunt tamen nostris † legibus Regijs, quamplures personæ exemptæ, & immunes a solutione gabellarum, nempè, *los vezinos, y moradores de las villas, y lugares, y fortalezas de Tarifa, Teua, Oluera Alcala Real, Alcala de los Gazules, y Chinchen, y Antequera, y Zahara, y Priego, y la Torre de Halaquin y Cannete, y Pruna, y*

Aznal-

Aznalmar, y Xodar, y Ximena, y la ciudad de Gibraltar, y la villa de Archidona, y Alcaudete, y Medina Sydonia, y la ciudad de Alama, y Lucena, y Arcos, y Espera, y Betar, y la villa de Gelbes, que es en el Arcobispado de Sevilla, y de todas las otras villas, y ciudades, y castillos que se han ganados, y ganaren de aqui adelante por los Reyes de los Moros, que sean francos de las cosas que vendieren de sus labrancas, y criancas, segun, y como, y en los lugares que se contiene, o fuere coteuido en los priuilegios de las frāquezas, q̃ de ello tienen confirmados por su Magestad, o les fueren dados de aqui adelante, ita cauetur in l. 11. titulo 18. hoc libro nono, vbi hoc decidit, *de las cosas que vendieren de sus labrancas y criancas.*

43 De ceteris namque † rebus venditis causa negotiationis, gabellam soluere tenentur, vt expresse cauetur in l. 33. eodem titulo, ibi: ¶ *Lo qual considerando, queremos, y mandamos, que todas las personas que tienen las dichas exempciones, y los descendientes de la dicha Antona Garcia, y los que se casaren con las hijas de ellos, por virtud de los priuilegios que tienen, gozen y sean libres de aqui adelante de pagar alcauala de todo lo que vendieren, que verdaderamente fuere de sus labrancas, y criancas, donde quiera que lo vendieren, sin que en ello aya fraude, ni collusion alguna, y que de todo lo otro paguen alcauala conforme a las leyes.*

44 Excepto † *que los descendientes de la dicha Antona, Garcia, y los que estan casados, y casaren con sus hijas que viuen y moran, y viuieren, y moraren dentro de los muros, de la ciudad de Toro donde ella hizo el seruicio al Rey, porque se dio el dicho priuilegio, que demas de ser francos de la dicha alcauala de las cosas de su labranca, y crianca, sean francos, y libres de todo lo otro que vendieren dentro de la dicha ciudad de Toro, aunque no sea de su labranca, y crianca, hasta en cantidad de sesenta mil marauedis cada año, de que vernia seys mil marauedis de alcauala cada año: y si en mas cantidad uendieren, y contrataren, que de la demasia paguen el alcauala a los arrendadores a qui en perteneciere.*

45 Ex qua lege *in sui prima parte*, † circa alios exemptos præfatam declarationem sumpsit, & rectè Gironda, *d. 7. parte, in principio, nu. 56. & 57.* addens, quod ciues prædictorum, locorum aliquid vendentes, tenentur probare illud esse de *su labrancas, y criancas*, cum Rex pro exigenda gabella habeat intentionem suam fundatam.

46 Et præterea † *nu. 62. cum sequentibus*, addit, quod degentes in prædictis locis exemptis, qui soluere gabellam non tenentur, *de las cosas que vendieren de sus labrancas, y criancas*, neque enim ad eam tenentur de venditione redditorum sibi solutorum a conductoribus, & colonis: quia fructus, & redditus æquiparantur, vt tenet Bart. *in l. fundi Trebatiani, nu. 1. & 2. ff. de usufructu legato*, & alij Doctores, quos ibi ad hoc refert, & tandem affirmat, ita fuisse pronuntiatum in Granatēsi Prætorio, & executoriam obtentam super hoc.

47 Rursus † idem author *in eo tractatu, nona parte, §. unico, per totum*, latè agit de illa, quam mirabilem quæstionem, appellat in proposito, an si priuilegiatus, vel de loco priuilegiato, & libero a solutione gabellæ, *de su labranca, y crianca*, vendat aliquam rem ea, & postea pater distrahātor ab illa venditione, ita quod prædicta res vendita redeat ad venditorem, eamque postea iterum vendat, *an Gabella de hac venditione ultima debeatur*. In qua quæstione, pluribus pro, & contra adductis, ita distinguit, videlicet, quod quando venditio resoluitur, ex vi pacti appositi in principio contractus, vel ex causa necessaria, gabella non soluitur: sed quando venditio, & contractus dissoluitur, ex mera tantum contrahentium voluntate, tunc secus erit cum ea subdistinctione, scilicet quod ex sola venditione sine rei venditæ traditione, vel actu simili translatione dominij non transfertur dominium in emptorem, & sic venditor priuilegium non amittit, quia tunc res non exijt de dominio, & familia ipsius venditoris, quod si distractus, & resolutio contractus fiat re non integra, puta per traditionem, vel pretij solutionem, vel actum similem, tunc gabellā soluendā putat: iuxta quā resolutionē dicit intelligē da esse verba, quæ in aliquibus priuileg jis, & præsertim in priuilegio ciuitatis Rodensis apponuntur, nempè, *sean libres de las cosas que uendieren de su labranca, y crianca de la primera uenta*, hoc est, *de la primera uenta*, perfecta scilicet, ita ille.

48 Mihi autem in præmissa quæstione videtur, eam esse breuius, & clarius resoluendam ex latè tradit is a nobis supra, *quæst. 10. per totum*, nempè, vt si ex illa prima venditione communi partium consensu dissoluta, siue distracta, debebatur gabella, tunc per eam iam sit consumptum priuilegium præfatum, & verificatum, vipote, *por la primera uenta*: ac proinde, de secunda venditione, de qua in præmissa quæstione, debebitur gabella, quia etiam si id non esset expressum in priuilegio, de iure subintelligitur, nempè, quia sermo simpliciter prolatus, intelligitur pro prima vice, quæ consumatum, effectum habuit, *l. boues, §. hoc sermone, & ibi latè Tiraq. ff. de uerb. signific.*

Si vero ex prædicta prima venditione sic dissoluta, & distracta partium communi consensu, gabella non debebitur, tunc quidem, quia non fuit perfecta, quo ad hunc effectum debiti gabellæ, & sic præfata prima venditio nō est considerabilis in proposito, in hac specie non fuit consumptum priuilegium, ac proinde remanet in suo robore, pro secunda vice venditionis, &c. frui debet priuilegiatus in eatar vero, ad sciendum, quando ex prædicta prima venditione debeatur, vel non gabella, ita breuiter distinguendum est.

49 Nempe, quando † partes, celebrato contractu emptionis, & venditionis, vel permutationis, simpliciter, & absolute, statim incontinenti (hoc est antequam, ad alia diuertant) ab eo mutuo consensu recedant, non debetur gabella ex contractu, seu distractu: secus si ex interuallo, vel re iā tradita, aut pretio soluto, quia ius semel fisco quæsitum ab ea auferri per partes non potest hæc est communis sententia, & resolutio, vt late deduximus, & probauimus *d. q. 10. in princ. in uers. Primus casus est.*

Si vero contractus resoluatur ex ui pacti appositi in ipso contractu, tunc gabella regulariter non debetur, exceptis quibusdam casibus, vt resoluimus *d. quæst. 10. uers. Secundus casus est, cum seqq.*

50 Præterea *lege 12. tit. 18. hoc lib. 9.* disponitur, † *que los uezinos, y moradores de la uilla, y Castillo de Fuenterrauia, y de las otras uillas, y Castillos fronteros de tierra de Moros, a quien no se da paga de pan, y marauedis, ni suelen pagar alcauala, que no la paguen de las cosas que uendieren para su proueymiento, y mantenimiento dētro en las dichas uillas, y lugares.*

51 Iuxta † quas leges obseruandum est, quod habitatores ciuibus iuxta formam statuti, gaudebunt priuilegio, & exemptione ciuib. uertis dictorum locorum concesso, *l. quod fauore, C. de legib.* ita in terminis tenet Firmian. *de Gabel. 7. parte princip. nu. 51. uol. 11. tract. diuers. Doctorum*, quem refert, & sequitur in proposito nostrarum legum Gironda *de Gabel. 7. p. in prin. nu. 59. & 60.*

52 L. 13. eiusdem † tituli ponit immunitatem *de la Puebla de Santa Maria de Guadalupe, de qualesquier personas que al dicho lugar uinieren a uender algunas cosas que no paguen alcauala de qualesquier cosas que uendieren, y compraren para su proueymiento, y mantenimiento de ellos, dentro en la dicha Puebla.*

53 *Y la ley 14 luego † siguiente, pone la franqueza del quemo rare en la heredad, de Valdepenuas, del Monasterio de Guadalupe, que es en el Obispado de Plasencia.*

54 *La l. 15. † pone la franqueza de la Puebla de Villafanca de Arcobispo*, ut ibi cauetur, & præscribitur.

La l. 16. la franqueza de la Puebla de Santa Maria de Nieua.

56 La l. 17. declara la franqueza de todos los que viuen el la villa de Valderas.

57 La l. 18. declara, y modifica el priuilegio de la villa de Simanca.

58 La l.19. la franqueza de Valladolid, y Madrid.
59 La l.20. pone la franqueza de ciertas ventas de los Arcobispados de Toledo, y Seuilla, y de ciertos Obispados, como son Cordoua, Iaen, Segouia, Cuenca, y Cartagena.
60 La l.21. pone la franqueza de la venta de Pero Afan, y de la Aluerguería, y Ruy Ferro, y Toros de Guisando.
61 La l.22. pone la franqueza del carnizero de Chancillería.
62 La l.23. pone la franqueza de carnizerero del Rey.
63 La l.24. pone la franqueza del regaton del Rey.
64 La l.25. pone la franqueza del boticario, pellegero, guarnicionero, sillero, cordonero, brosladores, zapatero del Rey.
65 La ley 26. pone la franqueza del carnicero, y recaton de la Reyna.
66 La ley 27. pone la franqueza del boticario, pellegero, guarnicionero, sillero, joyero, cordonero, platero, broslador, y zapatero de la Reyna.
67 La ley 28. pone la franqueza del carnicero, y regaton del Principe.
68 La ley 29. pone la franqueza del boticario, pellegero, platero, y zapatero del Principe.
69 La ley 30. la franqueza de las emparedadas de Vbeda, y de otras emparedadas assentadas en los libros.
70 La ley 31. pone la franqueza de los hijos, y hijas descendientes de Antona Garcia, de quibus, & alijs agit Otalora
71 *de nobilitate, quarta parte, cap. 5. nu. 10.* † & cum lex illa loquatur de filijs, & filiabus legitimis, & ab eisdem legitime descendentibus illius feminæ, non habebit locum quæstio de naturalibus tantum, quam disputauit Bart. *consil. 229. incip. Cauetur statuto.* & resoluit Gregor. Lopez *in l. prima, verbo, amiga tit. 11. partita 4.* & in terminis mouet, & decidit Lassar *de decim. vendic. d. c. 19 nu. 93.*
72 La ley 36. mando, que non paguen alcauala los estrangeros de fuera destos Reynos, del pã que traxeren por mar a vender a Seuilla, de cuius legis ratione, & intellectu agũt Mexia Ponce in pragmatica panis, *conclusione 5. nu. 138. Lassart. de decim. vendit. c. 20. nu 64.* & Azeued. in eadem
73 met *l. 34. nu. 1.* † qui duo vltimi resoluunt, quod ex reuenditione illius tritici gabella debebitur.
74 La ley 38. que los herradores no paguẽ alcauala del herraga que vendieren en los Reales.

SVMMARIA.

1 *Gabellario, cuius temporis debeatur gabella?*
2 *Gabella ex venditione celebrata inter patrem, & filium sub eius patria potestate constitutum habita fide de pretio, quo tempore debeatur, contractus nempe, an solutionis? resoluitur, quod tempore contractus debeatur, num. 5. cum sequent. melius nu. 11.*
3 *Statutum de soluenda gabella locum habet in contractu ex caussa onerosa celebrato inter patrem, & filium, non uero gratuita.*
4 *Venditio inter patrem, & filium celebrata est in suspenso, quo ad eius ualorem, usque ad tempus solutionis pretij: sed si fiat solutio cum pecunia peculij castrensis, vel profectitij valida est venditio, vt is nu. 6. & 8.*
7 *Soluere quis in dubio præsumitur de suo, potius quam de alieno.*
8 *Solutio facta a fratre pro fratre nomine suo et fratris sui pro emptione alicuius rei præsumitur facta in dubio de bonis proprijs ementis, nisi instrumento dicatur de eius propria vel communi pecunia, ibidem.*
9 *Emptio filijfamil. pro peculio profectitio statim est nulla, pro ceteris vero est valida.*
10 *Emptio serui facta a seruo vsufructuario, non numerato pretio, sed de eo satisfacto valet, licet in pendenti sit eius dominium cui acquiratur, numeratione pretij declaratura, cuius sit, nam si fructuarij, retro fructuarij fuisse censebitur.*

QVAESTIO XCVI.

Al arrendador de que tiempo pertenezca el alcauala, ex venditione facta inter patrem, & filiumfamilias?

1 QVero, † *cuius temporis cõductori gabellarum debeatur gabella?* Respondeo regulariter deberi conductori, illius temporis, quo venditio, vel permutatio celebratur: de venditione conditionali diximus *supra quæstione* 8. de venditione earum rerum, quæ pondere, numero vel mensura consistunt, egimus *supra quæst.* 79. per totam, de venditione ex qua scriptura fieri debet, cui gabellario gabella debeatur, egimus supra *quæst.* 17. Ex venditione rei alienæ, sequuta postea ratificatione per dominum, quando debeatur gabella, diximus *q.* 15. de venditione fructuum futurorum, cui gabellario debeatur gabella, diximus *quæst.* 57.

2 Nunc vero † disseramus primo, *an ex venditione celebrata inter patrem, & filium sub eiusdem patris potestate constitutum habita fide de pretio debeatur gabella tempore contractus, vel solutionis pretij.*

3 Supponimus enim, quod statutum de soluenda gabella locum habet in contractu celebrato inter patrem, & filiũ, ex caussa onerosa, non vero gratuita, *vt notarunt Bart. & Ioannes de platea, in l. prima, per text. ibi, C. de imponenda lucr. descript. lib. 10.* quos sequitur Roman. in *l. 1. colum. 2. ff. de in ius vocand. & Firmian. de Gabell. 7. parte principal. quæst. 21. & iterum in tertia parte octauo partis principali, quæst. 25. & Tiraq. de retractu lign. §. 32. gl. 1. & vnic. nu. 47.* vbi ait, quod in hac re deceptus est amicus suus Carol. Molin. qui vtrumque confundit *in consuetudine, Parisiens. tit. 1. §. 2. nu. 4.* in id allegans Albert. Brunum *consil. 43. Circa casum, colum. vltim. uers. 3. uidendum,* qui tamen de donatione tantum loquitur, non etiam de venditione, vt apud eum videre licet; sed Molin. illud incogitans, ac transeunter aliud agens, scripsit, nec dubitat Tiraquel. quin si paulo attentius cogitasset, esset huius suæ sententiæ, adeo est ingenij, animique candidi, & sinceri.

4 Quo supposito in nostra principali quæstione dubium facit doctrina Bart. *in l. frater a fratre. colum. penul. nu. 51. uers. si uero filius emit. ff. de condict. indeb.* vbi inquit huiusmodi venditionem esse in suspenso, an valeat, necne, vsq. ad tempus solutionis pretij: *l. sed & si quis, §. interdum. ff. de usufruct.* si enim solutio pretij fiat ex peculio profectitio, erit nulla venditio *l. debitor. §. debitoris. ff. de pignoratitia action.* Quod si solutio fiat ex peculio castrensi, ex eo tempore valebit venditio: videtur igitur esse in hac specie (inquit Bartol.) conditio suspensiua vsque ad euentum solutionis: Cum ergo solutio hæc ex peculio profectitio, vel castrensi consistat in potestate filij, retractio fieri non debet ad tempus contractus, sed tunc censebitur contractus celebratus, cum solutio fiat, *argumento l. qui balneum. ff. qui potior. in pignor. hab. cum simil.* Debebitur igitur gabella, tempore quo solutio fiat de peculio castrensi, quo casu valet venditio, non vero tempore, quo fuit ipsa venditio celebrata, & sic gabellario temporis solutionis.

5 Nihilominus † tamen contrarium verius esse, & tenẽdũ in praxi censeo, nimirum qd ex huiusmodi venditione debeatur statim gabella gabellario eius temporis, quo celebrata fuit: non vero existenti tempore solutionis pretij, quia hoc regulariter statutum est, vt, quacumque venditione facta, habita fide de pretio in tempus aliquod conuentum, statim debeatur gabella gabellario præsenti, non vero gabellario futuro tempore solutionis pretij, resoluimus *supra quæst. 7.*

6 Denique, & † secundo in nostra specie de venditione facta per patrem filio, idẽ probatur quia si solutio fuit facta ex peculio castrensi, nulli dubium, quod contractus a principio valuerit, & cũ statim fuerit perfecta venditio, ex eaq. transierit dominium habita fide de pretio, *vt in §. vendita.*

Inst.

Inst. de rer. diuis. & eu sim. statim gabella debetur, *iux. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* non enim venditio ipsa est in suspenso, nec imperfecta in nostra specie, sed solutio: nec valor venditionis pēdet a qualitate solutionis pretij, sed statim valet, perfectaque est venditio, quia tenetur filios soluere pretium de peculio castrensi, vt potius actus valeat, quam pereat: quinimmo eadem ratione, etiā si solutio fiat de peculio profectitio, adhuc non vitiatur venditio, sed tantum ipsa solutio: immo, & ipsa solutio difficile est, vt videtur, si consideremus, quòd si soluta fuerit pecunia in genere, non vero in specie peculij profectitij, cum pecunia posset esse vtriusque peculij, inde cēsenda est facta solutio, quo potius actus va-
7 leat quam pereat, *l. quoties, ff. de rebus dubijs.* Et † in dubio de suo, quis soluere præsumitur, potius quam de alieno, Bart. *in l. si patruus, col. 1. num. 45. versic. aut dubitatur com mun. vtriusque iudic.* Dec. *cons. 99. col. 1. num. 2.* idem Bart. *in l. 2. incipit. cum proponas, num. 2. C. pro socio, per text. ibi,* vbi inquit, quod licet vnus ex tribus emat pro se fundum, & pro fratre suo, si tamen in instrumento contineatur pretium, quod dictus venditor fuit confessus habuisse, & recepisse a dicto tali emente nomine suo, & nomine fratris sui, nec dicitur de eius propria, vel communi pecunia, tunc in dubio intelligitur de pecunia propria soluentis, ita quod ab alio fratre potest repetere partem pecuniæ, si vult partem prædij, & ideo admonet, vt simus cauti, quod ponatur in instrumento, quod pretium soluit de communi pecunia, & quod hoc perpetuo teneamus menti, quia valebit nobis ad mille aureos, quem sequitur idem Dec. *cons. 21. num. 4. ver. punctus versatur.*

8 Quod si solutio † facta fuerit in nostro casu de pecunia speciali peculij profectitij, adhuc dici nulla venditio non potest, quę fuit perfecta habita fide de pretio, nec suspendi eius valor, vt solutione facta postea de peculio profectitio dissoluatur in præiudicium fisci, absque nouo contractu, cum etiam si vellent partes communi consensu ex interuallo a venditione perfecta discedere, fisco nocere non possent, quoad ius gabellæ, semel ex venditione valida quæsitum, vt late resoluimus *supra quæst. 10. in princ.*

9 Si vero † filiusfamilias emit a patre sigillatim pro peculio profectitio, non etiam penderet vēditio, quia ab initio esset nulla, *l. debitor, §. debitoris, ff. de pign.* esset enim aliàs pater simul vēditor, & emptor, & sic consisteret in eodem subiecto actio, & passio, quod esse non posset.

Hoc igitur vltimo casu excepto, in cæteris prænarratis valida est venditio, nec suspēditur eius valor per solutionem
10 fiendam: Nec † obstat lex, quam pro se allegat Bart. *in l. sed, & si quis, §. primo, ff. de vsufruct. ibi namque emptio serui facta a seruo vsufructuario, non numerato pretio, sed de eo satisfactio valet, licet in pendenti sit eius dominium, cui acquiratur numeratione pretij declaratura cuius sit, nam si ex re fructuarij, retro fructuarij fuisse censebitur: Idemque si forte stipulatus sit seruus numeraturus pecuniam numeratio namque declarabit, cui sit acquisita stipulatio: erit ego in suspenso dominium, donec pretium numeretur,* inquit ille text. *non vero ipsa venditio.*

11 At in † nostro casu filius emēdo sibi a patre simpliciter, sibi perfecte acquisiuit proculdubio, dubium autem, quod versatur est, an per solutionem postea factam liberetur filius, necne? ita vt iterum soluere teneatur: Nam si soluit ex peculio castrensi, vel quasi, prout in dubio soluisse præsumitur, vt actus valeat, liberatur: si vero profectitio, solutio tantum erit nulla, iterumque soluere ex suo tenebitur, non vero annullabitur venditio semel perfecta: Ergo ex ea debebitur statim gabella, vt resoluimus supra.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella venditionis a me factæ, duobus præsentibus, quem ego ex eis elegerim, cuius temporis gabellario debeatur? resoluitur distinguendo vt in num. 2. cum seqq.*

3 *Gabella rei alternatiue vendita, nempe, huius, vel illius, quam venditor, vel emptor elegerit, debetur gabellario temporis contractus, non vero electionis.*

4 *Gabella ex rebus quibusdam certis cum incertis venditis debetur gabellario temporis contractus.*

5 *Gabella tritici pretio anticipato venditi, debetur gabellario temporis contractus, non vero temporis traditionis.*

9 *Gabella aliarum mercium in genere venditarum pretio quo tempore traditionis earum valebūt, cui gabellario debeatur, & soluenda sit? distinguitur, vt hic.*

QVAESTIO XCVII.

De venditione, duobus præsentibus, facta, quem ego ex eis elegerim, cuius temporis gabellario gabella debeatur?

1 QVæro etiam, † *quo tempore debeatur gabella ex venditione a me facta, duobus præsentibus, & recipientibus, quem ego ex eis elegero, an tempore contractus, & sic gabellario illius temporis: an vero temporis electionis meę?*

Videtur namque primus tempus, scilicet, contractus inspiciendum esse, vtpote venditione certo pretio tunc pure celebrata: quin etiam si esset venditio conditionalis electione facta, videtur purificata venditio, & retrotrahi ad tempus contractus, vt resoluimus in venditione conditionali *supra quæst. 8. num. 1. cum seqq.*

Rursus videtur in præmissa specie, quod tempus electionis exspectandum sit, eiusque temporis gabellario gabella debeatur, quia tunc perficitur venditio, antea vero contractus de vendendo in effectu celebratus videtur, & ideo ante electionem agitur præscriptis verbis ad electionem, non vero actione ex empto, vel vendito: post electionem vero agitur actione ex vendito, ad traditionem Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæst. 8.* Ias. *in l. si ita stipulatus, num. 12. ff. de verb. oblig.* Cum enim emptor non est certus, cui soluere debeat pretium, & cui acquiratur res empta, deficit substantia contractus, hoc est emptor: denique, quia eligere habet effectum conditionis potestatiuę, quæ venditionem suspendit, iuxta *l. interdum ff. de verb. obligat. l. neque emptio, ff. de contrah. empt.* & ideo non retrotrahitur, Bald. *in l. fin. col. 2. versic. modo venio, C. de contrah. empt.* Bart. & communiter Doctores, *in l. filiusfamil. ff. de verb. oblig.* affirmat Lasart. *de decim. vendit. cap. 5. num. 11.* vbi quod in hac specie vltimo gabellario, qui tempore impletæ conditionis potestatiuę extiterit, debebitur gabella, tametsi ipse Lasart. *ibi nu. 12. cum seqq.* falsam esse hanc communem sententiam probet, de cuius veritate supra egimus *d. quæst. 8.* Quid tenendum?

2 Mihi videtur † in re hac ita distinguendum: vt siquidem in præmissa specie vēditio pure celebrata fuerit statim duobus præsentibus, & recipientibus, quamuis venditor in se reseruauerit electionem vnius ex eis postea faciendam, cui nominatim cedat venditio, statim debeatur gabella gabellario existenti tempore ipsius contractus, non vero alij existenti tempore electionis, siquidem statim fuit celebrata venditio pura, ex qua debetur gabella, *ex l. prima, tit. 17. hoc titulo,* non vero electione: Incertitudo namque illorū duorum, quibus fuit facta venditio, non mutat, nec alterat naturam contractus, nec suspendit debitum gabellæ, quod ex ipsamet venditione contrahitur a venditore soluendum: At quod electio sit facienda vnius ex duobus certis præsentibus, & recipientibus emptoribus non suspendit debitum gabellæ: siquidem statim, quod fuit celebrata venditio pure, & perfecte, ipsum contrahitur, & soluendū est, quandoquidem non deficit emptor, & pretium certū. at quod emptor sit hic, aut ille ex duobus præsentibus, & recipientibus, nihil interest: hoc siquidem potius pertinet ad exequutionem contractus pure, & vere statim celebrati, vel ad exequutionem, & nominationem eius, cui res vēdita acquirenda sit ex duobus emptoribus, præsentibus, & acceptantibus, quam ad substantiam, & essentiam contractus, eiusque valorem.

Si vero venditio celebrata non sit a principio, sed tantum promissio, vel pactum de vendendo duobus præsentibus, & recipientibus, cum prædicta reseruatione eligendi

vnum

vnum ex eis, cui vẽditio facienda sit certo quodam pretio, vel eo non contento, tunc seruandum sit, quod resoluimus supra *quæst. 47. num. 1. cum seqq.* quod si prædicta vẽditio fuerit facta sub conditione eligendi, cui sit acquirenda ex prædictis duobus præsentibus, & recipientibus, tunc recurrendum est ad resoluta *supradicta quæst. 8.*

3 Idemque † censeo dicendum, & resoluendum in venditione serui, equi, muli, aut alterius rei alternatiue facta, huius, vel illius, quem, vel quam ego venditor elegero, vel emptor elegerit certo quodam pretio, vt gabella quidem non debeatur gabellario tempore electionis, sed existenti tempore contractus venditionis puræ: siquidem tunc celebrata vere, & valide fuit, aliàs enim esset in manu venditoris dare, vel auferre gabellã illi, cui aliàs de iure non pertineret, aut econtra: Vnde standum est nostræ legi Regiæ *primæ, tit. 17. hoc lib. 9* præcipienti: *Que los vendedores paguen el alcauala de cada diez marauedis vno, de todo el precio porque vendieren*, explicatæ vt supra in quæstionibus præcedentibus, in quibus de ipsius intellectu egimus.

4 Quod † si venditio certo pretio fieret de rebus quibusdam certis simul cum seruo, vel alia re incertis, valebit quidem ab initio, nec ob incertitudinem accessorij, cuiuscumque valoris sit, vitiabitur principale, *vt in l. si in emptione, ff. de contrah. empt.* & ita in hac specie proculdubio debebitur statim gabella gabellario existenti tempore contractus ipsius.

5 Gabella autem † tritici anticipate venditi debebitur gabellario tempore contractus, cum per *l. 17. tit. 11. lib. 5. Noua Collect. Regia*, cautum sit: *Que todas las personas que quisieren, puedan comprar pan adelantado, contando, que lo paguen a las personas que se lo vendieren al precio que comunemente valiere en la cabeça del lugar, donde los comprare quinze dias antes, o despues de nuestra Sennora de Septiembre de cada año: no embargante, que lo ayan comprado, o concertado a menos pretio: y que si sobre esto ouiere alguna diferencia entre los compradores, y vẽdedores, las iusticias, conforme a lo en esta ley contenido, lo determinen lo mas breue, y sumariamente, que ser pueda, y que en otra manera no se pueda comprar el pan adelantado:* cum enim venditio frumenti anticipate venditi sit valida, & iure permissa, iuxta formam d. legis Regię pretio, omnimodo certificãdo infra tempus ibi præscriptum, tamquam ex venditione statim pura, & perfecta debebitur gabellario temporis contractus, non vero temporis traditionis, vel pretij verificãdi.

6 Ex quibus † idem dicendum venit in venditione aliarũ mercium in genere venditarum, pretio quo tempore traditionis earum valebunt: si enim eo tempore constituto ad pretij certificationem fuerit repertum pretium vniforme, vel saltem commune, proculdubio gabella debebitur gabellario temporis contractus ex supra dictis. Quod si pretium certum, vel commune verificari illo tempore conuento minime possit ob maximam variationem pretiorũ, tunc temporis existentium, sed partes nouæ conuenerint in pretio non quidem tunc currenti, sed diuerso, aliud videtur dicendum, nempe, vt ex eo gabella debeatur gabellario temporis huius nouæ conuentionis: siquidem tunc noua contrahitur valide, cum prior contractus ob defectum cõditionis ad nihilum fuerit redactus: prætetquam si partes in prædicto pretio conuenerint, tamquam magis communiter currente tempore conuento, vel medio inter rigorosum, & infimum: tunc namque non tam in nouum pretium, atque diuersum a currenti conuenisse videtur de nouo, quam elegisse, vt æquum, & iustum inter currentia, atque ideo primo gabellario tempore contractus existenti gabella ex eo debebitur, non vero existenti tempore, quo hoc medium pretium concorditer assumitur.

SVMMARIVM.

1 *Gabella rei vendita in publica subhastatione cui gabellario debeatur, an temporis primæ sponsionis admissa, vel vltima licitationis? Distinguitur, vt hic.*

QVAESTIO XCVIII.

Cui gabellario debeatur gabella rei venditæ in publica subhastatione?

1 QVæro præterea, *cuius temporis gabellario debeatur gabella rei vendita in publica subhastatione, an temporis prima sponsionis admissa, vel vltima licitationis?* In qua re distinctione vti oportet in hunc modum.

Vt quotiescumque res subhastatur, vt plus licitanti detur dic certa constituta *para el remate*, contractus huiusmodi fit, & est conditionalis, ideoque eius perfectio suspenditur conditione casuali, *l. 2. ff. de in diem adiect.* & cum venerit, celletitque dies *del remato*, verificatur conditio, *si no ay quien de mas por la cosa*, & ita contractus remanet purus, & perfectus, retrotrahiturque ad tempus primæ sponsionis, quoties, vt prædiximus, licitatio non fuit facta, vel vltimę licitationis quoties ea interuenit, debebiturque gabella gabellario illius temporis, nempe primæ, vel vltimæ sponsionis respectiue, non vero gabellario temporis *del remate*, si tunc forsasse alius gabellarius diuersus aderat.

Quod si venditio statim fuit pura, & perfecta resolubilis tamen sub conditione, vt si intra certum diem alius meliorem conditionem attulerit, emptori auferretur, & licitanti adijceretur, *vt in l. 1. & 2. ff. de in diem adiect.* resq. esset inempta in hac specie, si licitator defuisset illo tempore statuto, gabella debebitur gabellario temporis primæ venditionis puræ non resolutæ: si vero eo tempore adiecto licitator, vel licitatores adfuissent, prior venditio resoluitur, non prout ex nunc, sed prout ex tunc, ac si ipsa celebrata non fuisset, ac proinde gabella ex ea non debebitur: hæc enim pacta legis commissoriæ, & de in diem addictione resoluunt ipso iure contractum prout ex tunc, & rem ad potiorem statum reducũt, *l. 40 tit. 5. partita 5.* & tradit Modern. Paris. *in Consuetud. Parisien. tit. 1. §. 23. num. 9.* & Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gl. 7 nu. 3. 4. 16. & 71. & in §. 6. gl. 2. nu. 3. & 19. diximus supra quæstio ae ...*

Vltimus tamen licitator tempore adiecto interueniens, cui res addicta fuerit, tenebitur gabellam soluere gabellario temporis, quo licitatio facta, & recepta fuerit: *aunque el remate se haga despues*, quia conditio casualis, vel suspẽsiua retrotrahitur ad tempus contractus, resolutiua vero deficiente, contractus eiusmus incommutabilis remansit a sui principio, ergo eius temporis gabellario gabella debetur per supradicta.

SVMMARIA.

1 *Gabellario, cuius temporis soluenda erit gabella ex venditione alicuius rei facta partim in pecunia numerata, partim in medietate lucri postea acquirendi ex reuenditione eiusdem rei? resoluitur ad gabellarium existentem tempore prima venditionis pertinere.*

2 *Augmentum pretij, vt accessorium debet sequi naturam primi principalis.*

3 *Gabellario temporis venditionis debetur gabella supplementi iusti pretij non vero existenti tempore supplementi.*

4 *Gabella emptionis rei, si tibi placuerit, cui gabellario debebitur, & soluenda erit?*

5 *Gabellario cuius temporis debeatur gabella rei vendita certo quodam tempore?*

6 *Vbi vnum propter alterum, vel duo propter vnum, vtrobique vnum tantum.*

7 *Gabellario existenti tempore venditionis debetur gabella ex re vendita retracta, non vero existenti tempore retractus.*

8 *Gabella serui fugitiui non debetur, nisi seruo reperto, fuerit ratificata venditio tacite, vel expresse, aliàs est nulla venditio serui existentis in fuga: ac per consequens gabella debebitur gabellario existenti tempore ratificationis prędicta.*

9 *Gabella an debeatur rei vendita in loco exempto tempore nundi-*

nundinarum, tradit ẽ tamen in eodem loco, cessantibus, tamen nundinis, & immunitate? & num. seqq.

11 *Leg. 5. in versiculo*: Saluo si el lugar donde estaua la cosa vendida es lugar franco de alcauala, *tit. 17. lib. 6. Nouæ Collect. Reg intellectus, nempe eum omnino locus ille frãcus est: secus, si ibi moderatur gabella tempore nundinarum, ita quod aliquid moderatum soluatur.*

12 *Priuilegia feriarum, vt prosint, quo ad franquitiam gabella requiritur*: Que sean dados, y confirmados por su Magestad, y assentados en los sus libros de lo saluado, &c.

13 *Gabella non debetur, nec soluitur ex venditione, celebrata tẽpore franquitiæ, sub conditione casuali, adimpleta tempore non franco.*

QVAESTIO XCIX.

Cui gabellario soluenda sit gabella medietatis lucri, quod ex re vendita reuendenda obuenerit in partem pretij assignatæ.

1 QVæro vlterius: Vendidi † rem decem in pecunia numerata soluẽdis, insuper, & medietate eius, quod emptor postea ex re vendita lucratus fuerit ex reuenditione, cuius temporis gabellario soluenda erit gabella dimidietatis lucri postea acquisiti ex reuenditione per emptorem facta, *an existenti tempore primæ venditionis, vel secundæ*: Et profectò gabella hæc ad gabellarium temporis primæ venditionis spectabit, ac pertinebit: quia pactum illud in prima venditione adiectum loco eius pretij habetur, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Cum igitur conditio prædicti pacti adimpleta fuerit, emptore pluris vendente, ipsa retrotrahitur ad tempus primę venditionis, tamquam casualis, vt sæpe in hac materia docuimus, & probatur etiam *in l. sancimus, la primiera C. de Consulib. & non spargen. lib. 12.* & ibi Bart. & Ioan. de Platea, text. etiam *in l. nec emptio, ff. de contrah. empt.* Quod autem prædicta conditio fuerit casualis, patet, quia potuit lucrari, vel non, ex euentu fortunæ, & præterea constat ex Baldo *in l. in vendentis, oppos. 2. C. de contrah. empt.*

Secundò, hæc nostra principalis sententia probatur, quoniam hæc medietas lucri mihi acquisita ex reuenditione emptoris virtute prædicti pacti, est exequutio prioris contractus, non vero contractus nouus per se, ac proinde pretium prioris venditionis, neque obstat, quod ad hoc, vt pretium esse possit, deberet a principio esse certum, non vero relictum in voluntatem emptoris, prout in hoc casu videtur, & sic quod non valeat huiusmodi vẽditio, *l. quod sæpe, ff. de contrah. empt.* hoc namque tunc verum esset, atque procederet, quando tempore venditionis nullum certum pretium assignatum, aut constitutum fuisset, sed voluntati emptoris relictum: secus vero quoties certum quodpiam pretium fuit ab initio constitutum, & accessorie additur aliud incertum, argumento *l. si in emptione, in princ. ff. de contrahen. empt.*

2 Tertiò, quia † augmentum pretij, vt accessorium debet sequi naturam primi principalis, cui additum est, Bald. *in cap. 1. § si quis de manso, de controuers. inuest. & in l. etiam, C. de iure dotium*, Tiraq. *de retractu lignagier. § 1. glos. 18. num. 51. & latius in repetit. l. si vmquam, verbo, donatione largitus, num. 181. versic. quantum ad text. C. de reuoc. don.* Ex quibus inde it respondendum erit in eo, quod suppletur vsque ad iustum pretium, vt læsio vltra dimidium iusti pretij resarciatur, debebitur enim gabella, *vt supra resolui-*

3 *mus, quæst. 12.* nunc † vero addimus, deberi gabellario temporis venditionis, non vero ei, qui tempore huius resarcionis, & supplementi facti gabellarius extiterit.

4 Quod † si venditio celebrata fuerit sub ea conditione, si res emptori placuerit, eaque eidem placeat, proculdubio debetur gabella, dubium tamen est, cui gabellario debeatur, *an temporis venditionis, vel placentiæ?* Et quidem si ad communem sententiam attendamus, quæ habet, quod conditio potestatiua (prout est hæc) non retrotrahitur ad tempus contractus, debebitur quidem in hac specie gabella gabellario temporis, quo emptori placuerit res empta, non vero priori gabellario: si vero tenemus contrariã opinionem: nempe, etiam conditionem potestatiuam suspendere actum, ac proinde retrotrahi ad tempus contractus: ego vero teneo, quod resoluimus supra *quæst. 8. num. 8 cum seqq.*

5 Finge tamen, † quod venditio fuit celebrata sub conditione illa, vt traditio rei non fiat, nisi certo quodam tempore, ita ut emptor non debeat usque ad illud tempus ea frui: quæritur *a quo tempore, & cui gabellario gabella debeatur?* Et proculdubio respondendum est, ipsam deberi tempore uenditionis, quia, *vt supra quæst. 7. resoluimus*, ex contractu ipsius uenditionis gabella debetur, non expectata traditione rei, uel solutione pretij: dilatio namque traditionis rei, contractum non suspendit, ex quo ea gabella debetur, *vt in l. 1. tit. 17 hoc lib. 9.* sed eius exequutionem operatur etiam dilatio traditionis, ut ipsa traditio facta non retrotrahatur, ut per Afflict. *in cap. 1. §. vectigalia, num. 28. quæ sint Regalia*, nempè effectum, seu finẽ, ut emptor non lucretur fructus intermedios, siquidem mora regularis uẽditoris, non intercessent, cum tamẽ aliàs ipsos lucraretur, *l. Iulianus, §. si quid seruo ff. de act. empt.* non tamen operatur prædicta dilatio traditionis rei ex conuentione partiũ intercedens, ut uenditio desierit esse a principio: traditio namque postea sequuta habet necessariam consequẽtiam ad suum principium, quod fuit uenditio, & iuxta eam regulari debet, *l. 3. §. si quis cum minore, ff. de minor.* nõ enim hic sunt duo actus per se, sed unus, uel duo ordinarij, quo-

6 rum posterior est exequutio prioris, & † ubi unum propter alterum, uel duo propter unum, utrobique unum tantum *l. cum seruus*, & ibi Paul. de Castro, & Ioan. de Imola, *ff. de condit. & demonstrat.* Bald. *in l. quicumque, col. 1. C. de seruis fugit.* & alios referens Mod. Paris. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 1. sub num. 110.*

7 Similiter † ex re vendita retracta pro eodem pretio debetur gabella tempore vẽditionis, non verò retractus, vt constat ex prædictis, & resoluimus supra alia quæstione.

8 Ex † venditione tamen serui fugitiui non debetur gabella, nisi eo reperto, fuerit ratificata venditio eiusdem serui, tacitè, vel expressè, aliàs est nulla venditio serui existentis in fuga, *l. in fuga, C. ad legem Flauiam, de plagiar. l. quod sæpe, § 1. ff. de contrah. empt.* ac proinde gabella ex ea venditione non debetur, nisi vt prædiximus, ratificetur tacite, vel expressè: Ergo ratione noui consensus in hac specie debebitur gabella tempore ratificationis, quæ non retrotrahitur, quia extremum ad quod, non est habile, *l. quoties, ff. de nouat.* Gratus *cons. 78. num. 7. vol. 2.* Debebitur ergo gabella in proposito gabellario temporis ratificationis, non vero temporis venditionis nullæ, ex quibus gabella non debetur.

9 Vidi † dubitari, *quid si res vendatur tempore nundinarum, quo immunitas aliqua gabellæ conceditur, traditio tamen rei venditæ fiat in eodem loco, diuerso tamen tempore, idest, extra tempus nundinarum, quo nulla immunitas gabellæ datur, quod tempus inspiciendum sit ad gabellam soluendam, vel non: an tempus contractus, vel traditionis?* Et tempus contractus inspiciendum esse, sicq. gabellã non deberi, tenet Bald. *in l. 1. C. de nundin.* diximus *supra cum alijs quæst. 28.* Cum enim ex contractu venditionis, non vero ex traditione gabella debeatur, *vt in d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & traditio tantum sit exequutio prioris contractus non verò nouus contractus, *vt modo dicebamus*, tempus venditionis, non traditionis inspiciendum est: quod verũ esse censeo, ita demum si tempore venditionis erat ibi res

10 vendita, licet tunc non tradatur. Ceterum † si alibi esset locus, vbi res erat tempore venditionis, attendendus est, præterquam si immunis a gabellæ solutione ille locus fuerit, quia tunc locus Regalis, vbi traditio fiet, attendendus est, quod si is alicuius domini particularis fuerit, de quo Rex gabellas non exigit, soluenda est gabella in loco Regali proximiori, iuxta dispositionem *l. 5. in versic. Mas si lo que se vende, tit. 17. hoc lib. 9.* cuius argumento nostra hæc interpretatio probanda venit.

Circa

sed ius Canonicum, & dictæ leges Regiæ.

8 Similiter † quando el clerigo, es persona supuesta, de lego, y mediante esto se defraudan los derechos Reales, como es en los pechos, haziendo los legos pecheros donaciones fingidas de sus bienes en personas exemptas, el Rey, y sus tribunales conocen de esto, y no los iuezes Ecclesiasticos, vt cauetur in l. vndecima, titulo decimo, libro 5. de la nueua Recopilacion, quæ lex originem duxit a l. fina. li. C. de annon. & tribut. libro 10.

9 Vbi Bart. numero 1. eam inducit † contra clericos, & scholares, qui sub prætextu suorum priuilegiorum defraudant gabellas, haziendose personas supuestas de legos, & similes clericos lures esse post multos probat Mexia in pragmatica taxa panis. Conclusione 5 numero 42. vbi, quod non minus in foro animæ ad restitutionem vectigalis fraudati tenentur, quam fur ad rei subtractæ restitutionem, & quod in fraudatoribus gabellarum id non minuet tenetur.

Practica, sobre lo mismo ay ley, y determinacion Real en las ordenanzas de Valladolid, fechas el año de mil y quinientos y sesenta y seys, en el libro nono, titulo primero, folio 7. columna secunda, in fine, & folio 8 en el principio, adonde auiendo referido todas las cosas en que el Rey tiene fundada su intencion, y entre ellas las rentas, y derechos Reales, dize estas palabras:

10 ¶ Porque † estas cosas tocan a nuestra preeminencia Real de que siempre los Reyes nuestros predecessores de gloriosa memoria, y nos, y nuestros officiales y iusticias, acostumbramos a conocer aunque sea contra clerigos, frayles y religios, y Ordenes, sin que otro se aya de entremeter, ni entremeta en ello, ni se le aya de dar, ni de parte alguna de ello Idem cauetur en las ordenanzas de Granada del año de mil y quinientos y veynte y siete, folio 86. pagina 2. y las cedulas, y visitas que tienen las Audiencias, que dan en su fuerça, y vigor, vt cauetur in lege, & pragmatica polita in principio nouæ Collectionis Regiæ, circa finem. Y en la Contaduria Mayor ay obligacion de guardarlas, pues son Oydores de la Contaduria Mayor, y tienen la iurisdicion, y autoridad que han los Oydores de las Audiencias Reales, vt cauetur in l. 3. titulo primo, libro nono, de la nueua Recopilacion Y en la ley doze del mismo titulo se les manda, guarde las leyes de nuestros Reynos, especialmente las ordenanzas de las Audiencias, y assi las tienen iuradas.

11 Qua ratione † alia praxis in hoc obseruari potest, nempe, vt clerici huiusmodi negotiatores gabellam debentes, requirantur primo a gabellarijs, vt eam soluant, quod si renuant, occurratur ad Regium Consilium de Contaduria Mayor, adonde se dara prouision Real para que dentro de cierto termino la paguen, so pena de perder las temporalidades, y naturaleza y para que de sus bienes, que para ello se tomen, se pague, quod quidem iudex Ecclesiasticus impedire non debet, iuxta d. l. 1. titulo a capite 9 hoc libro 9. monitio tamen prædicta de necessitate non requiritur.

4 Quo supposito in nostra principali quæstione dubium facit doctrina Bart. *in l. frater a fratre. colum. penul. nu. 51. uers. si uero filius emit. ff. de condict. indeb.* vbi inquit huiusmodi venditionem esse in suspenso, an valeat, necne, vsque ad tempus solutionis pretij, *l. sed & si quis, §. interdum. ff. de usufruct.* si enim soluto pretij fiat ex peculio profectitio, erit nulla venditio. *l. debitor. §. debitoris. ff. de pignoratitia action.* Quod si solutio fiat ex peculio castrensi, ex eo tempore valebit venditio: videtur igitur esse in hac specie (inquit Bartol.) conditio suspensiua vsque ad euentum solutionis: Cum ergo solutio hæc ex peculio profectitio, vel castrensi consistat in potestate filij, retractio fieri non debet ad tempus contractus, sed tunc censebitur contractus celebratus, cum solutio fiat, *argumento l. qui balneum, ff. qui potior. in pignor. hab. cum similib.* Debebitur igitur gabella, tempore quo solutio fiat de peculio castrensi, quo casu valet venditio, non vero tempore, quo fuit ipsa venditio celebrata, & sic gabellario temporis solutionis.

5 Nihilominus † tamen contrarium verius esse, & tenẽdũ in praxi censeo, immo qd ex huiusmodi venditione debeatur statim gabella gabellario eius temporis, quo celebrata fuit: non vero existenti tempore solutionis pretij, quia hoc regulariter statutum est, vt, quacumque venditione facta, habita fide de pretio in tempus aliquod conuentum, statim debeatur gabella gabellario præsenti, non vero gabellario futuro tempore solutionis pretii, resoluimus *supra quæst. 7.*

6 Denique, & † secundo in nostra specie de venditione facta per patrem filio, idẽ probatur quia si solutio fuit facta ea peculio castrensi, nulli dubium, quod contractus a principio valuerit, & cũ statim fuerit perfecta venditio, ex ea q. translierit dominium habita fide de pretio, *vt in §. vendita. Inst.*

Inst. de rer. diuis. & cū sim. statim gabella debetur, *iux. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* non enim venditio ipsa est in suspenso, nec imperfecta in nostra specie, sed solutio: nec valor venditionis péder a qualitate solutionis pretij, sed statim valet, perfectaque est venditio, quia tenetur filios soluere pretium de peculio castrensi, vt potius actus valeat, quam pereat: quinimmo eadem ratione, etiā si solutio fiat de peculio profectitio, adhuc non vitiatur venditio, sed tantum ipsa solutio: immo, & ipsa solutio difficile est, vt vidatur, si consideremus, quòd si soluta fuerit pecunia in genere, non vero in specie peculij profectitij, cum pecunia posset esse vtriusque peculij, inde cēsenda est facta solutio, quo potius actus va-
7 leat quam pereat, *l. quoties, ff. de rebus dubijs.* Et † in dubio de suo, quis soluere præsumitur, potius quam de alieno, Bart. *in l. si patruus, col. 1. num. 45. versic. aut dubitatur communi vtriusque iudic.* Dec. *cons. 99. col. 1. num. 2.* idem Bart. *in l. 2. incipit, cum proponas, num. 2. C. pro socio, per text. ibi*, vbi inquit, quod licet vnus ex tribus emat pro se fundum, & pro fratre suo, si tamen in instrumento connectur pretium, quod dictus venditor fuit confessus habuisse, & recepisse a dicto tali emente nomine suo, & nomine fratris sui, nec dicitur de eius proprijs, vel communi pecunia, tunc in dubio intelligitur de pecunia propria soluentis, ita quod ab alio fratre potest repetere partem pecuniæ, si vult partem prædij, & ideo admonet, vt simus cauti, quod ponatur in instromento, quod pretium soluit de communi pecunia, & quod hoc perpetuo teneamus menti, quia valebit nobis ad mille aureos, quem sequitur idem Dec. *cons. 21. num. 4. ver. punctus versatur.*

8 Quod si solutio † facta fuerit in nostro casu de pecunia speciali peculij profectitij, adhuc dici nulla venditio non potest, quę fuit perfecta habita fide de pretio, nec suspendi eius valor, vt solutione facta postea de peculio profectitio dissoluatur in præiudicium fisci, absque nouo contractu, cum etiam si vellent partes communi consensu ex interuallo a venditione perfecta discedere, fisco nocere non possent, quoad ius gabellæ, semel ex venditione valida quęsitum, vt latè resoluimus *supra quæst. 10. in princ.*

9 Si vero † filiusfamilias. mit a patre singillatim pro peculio profectitio, non etiam penderet vēditio, quia ab initio esset nulla, *l. debitor, §. debitoris, ff. de pigno.* esset enim aliàs pater simul vēditor, & emptor, & sic consisteret in eodem subiecto actio, & passio, quod esse non posset.

Hoc igitur vnmo casu excepto, in ceteris pręnarratis valida est venditio, nec suspēditur eius valor per solutionem
10 fiendam: Nec † obstat lex, quam pro se allegat Bart. *in l. sed, & si quis, §. primo, ff. de vsufruct. ibi namque emptio serui facta a seruo vsufructuario, non numerato pretio, sed de eo satisfactio valet, licet in pendenti sit eius dominium, cui acquiratur numeratione pretij declaratura cuius sit, nam si ex re fructuarij, retrofructuarij fuisse censebitur: Idemque si forte stipulatus sit seruus numeraturus pecuniam numeratio namque declarabit, cui sit acquisita stipulatio: erit ego in suspenso dominium, donec pretium numeretur*, inquit ille text. *non vero ipsa venditio.*

11 At in † nostro casu filius emēdo sibi a patre simpliciter, sibi perfecte acquisiuit proculdubio, dubium autem, quod versatur est, an per solutionem postea factam liberetur filius, necne? ita vt iterum soluere teneatur: Nam si soluit ex peculio castrensi, vel quasi, prout in dubio soluisse præsumitur, vt actus valeat, liberatur: si vero profectitio, solutio tantum erit nulla, iterumque soluere ex suo tenebitur, non vero annullabitur venditio semel perfecta: Ergo ex ea debebitur statim gabella, vt resoluimus supra.

SVMMARIVM.

1 *Gabella venditionis a me facta, duobus præsentibus, quem ego ex eis elegerim, cuius temporis gabellario debeatur? resoluitur distinguendo vt in num. 2. cum seqq.*
3 *Gabella rei alternatiue vendita, nempe, huius, vel illius, quam venditor, vel emptor elegerit, debetur gabellario temporis contractus, non vero electionis.*
4 *Gabella ex rebus quibusdam certis cum incertis venditis debetur gabellario temporis contractus.*
5 *Gabella tritici pretio anticipato venditi, debetur gabellario temporis contractus. non vero temporis traditionis.*
9 *Gabella aliarum mercium in genere venditarum pretio quo tempore traditionis earum valebūt, cui gabellario debeatur, & soluenda sit? distinguitur, vt hic.*

QVAESTIO XCVII.

De venditione, duobus præsentibus, facta, quem ego ex eis elegerim, cuius temporis gabellario gabella debeatur?

1 QVæro etiam, † *quo tempore debeatur gabella ex venditione a me facta, duobus præsentibus, & recipientibus, quem ego ex eis elegero, an tempore contractus, & sic gabellario illius temporis: an vero temporis electionis meę?*

Videtur namque primum tempus, scilicet, contractus inspiciendum esse, vtpote venditione certo pretio tunc pure celebrata: quin etiam si esset venditio conditionalis electione facta, videtur purificata venditio, & retrotrahi ad tempus contractus, vt resoluimus in venditione conditionali *supra quæst. 8. num. 1. cum seqq.*

Rursus videtur in pręmissa specie, quod tempus electionis exspectandum sit, eiusque temporis gabellario gabella debeatur, quia tunc perficitur venditio, antea vero contractus de vendendo in effectu celebratus videtur, & ideo ante electionem agitur pręscriptis verbis ad electionem, non vero actione ex empto, vel vendito: post electionem vero agitur actione ex vendito, ad traditionem Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæst. 8.* Ias. *in l. si ita stipulatus, num. 12. ff. de verb. oblig.* Cum enim emptor non est certus, cui soluere debeat pretium, & cui acquiratur res empta, deficit substantiale contractus, hoc est emptor: denique, quia eligere habet effectum conditionis potestatiuę, quæ venditionem suspendit, iuxta *l. interdum ff. de verb. obligat. l. neque emptio, ff. de contrah. empt.* & ideo non retrotrahitur, Bald. *in l. fin. col. 2. versic. modo venio, C. de contrah. empt.* Bart. & communiter Doctores, *in l. filiusfamil. ff. de verb. oblig.* affirmat Lassart. *de decim. vendit. cap. 5. num. 11.* vbi quod in hac specie vltimo gabellario, qui tempore impletæ conditionis potestatiuę extiterit, debebitur gabella, tametsi ipse Lassart. *ibi nu. 12. cum seqq.* falsam esse hanc communem sententiam probet, de cuius veritate supra egimus *d. quæst. 8.* Quid tenendum?

2 Mihi videtur † in re hac ita distinguendum: vt siquidem in præmissa specie vēditio pure celebrata fuerit statim duobus præsentibus, & recipientibus, quamuis venditor in se reseruauerit electionem vnius ex eis postea faciendam, cui nominatim cedat venditio, statim debeatur gabella gabellario existenti tempore ipsius contractus, non vero alij existenti tempore electionis, siquidem statim fuit celebrata venditio pura, ex qua debetur gabella, *ex l. prima tit. 17. hoc titulo*, non vero electione: Incertitudo namque illorū duorum, quibus fuit facta venditio, non mutat, nec alterat naturam contractus, nec suspendit debitum gabellæ, quod ex ipsamet venditione contrahitur a venditore soluendum: At quod electio sit facienda vnius ex duobus certis præsentibus, & recipientibus emptoribus non suspendit debitum gabellæ: siquidem statim, quod fuit celebrata venditio pure, & perfecte, ipsum contrahitur, & soluendū est, quandoquidem non deficit emptor, & pretium certū. at quod emptor sit hic, aut ille ex duobus præsentibus, & recipientibus, nihil interest: hoc siquidem potius pertinet ad exequutionem contractus pure, & vere statim celebrati, vel ad exequutionem, & nominationem eius, cui res vēdita acquirenda sit ex duobus emptoribus, præsentibus, & acceptantibus, quam ad substantiam, & essentiam contractus, eiusque valorem.

Si vero venditio celebrata non sit a principio, sed tantum promissio, vel pactum de vendendo duobus præsentibus, & recipientibus, cum prædicta reseruatione eligendi vnum

vnum ea eis, cui vēditio facienda sit certo quodam pretio, vel eo non conuento, tunc seruandum sit, quod resoluimus supra *quæst. 47. num. 1. cum seqq.* quod si prædicta vēditio fuerit facta sub conditione eligendi, cui sit acquirenda ex prædictis duobus præsentibus, & recipientibus, tunc recurrendum est ad resoluta *supradicta quæst. 8.*

3 Idemque † censeo dicendum, & resoluendum in venditione serui, equi, muli, aut alterius rei alternatiue facta, huius, vel illius) quem, vel quam ego venditor elegero, vel emptor elegerit certo quodam pretio, vt gabella quidem non debeatur gabellario tempore electionis, sed existenti tempore contractus venditionis puræ: siquidem tunc celebrata vere, & valide fuit, aliàs enim esset in manu venditoris dare, vel auferre gabellā illi, cui aliàs de iure non pertineret, aut econtra: Vnde standum est nostræ legi Regiæ *primæ, tit. 17. hoc lib. 9* præcipienti: *Que los vendedores paguen el alcauala de cada diez marauedis vno, de todo el precio porque vendieren*, explicatæ vt supra in quæstionibus præcedentibus, in quibus de ipsius intellectu egimus.

4 Quod † si venditio certo pretio fieret de rebus quibusdam certis simul cum seruo, vel alia re incertis, valebit quidem ab initio, nec ob incertitudinem accessorij, cuiuscumque valoris sit, vitiabitur principale, *vt in l. si in emptione, ff. de contrah. empt.* & ita in hac specie proculdubio debebitur statim gabella gabellario existenti tempore contractus ipsius.

5 Gabella autem † tritici anticipate venditi debebitur gabellario tempore contractus, cum per *l. 17. tit. 11. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ*, cautum sit: *Que todas las personas que quisieren, puedan comprar pan adelantado, contando, que la paguen a las personas que se la vendieren al precio que comunmente valiere en la cabeça del lugar, donde las comprare quinze dias antes, o despues de nuestra Sennora de Septiembre de cada año: no embargante, que lo ayan comprado, o concertado a menos precio: y que si sobre esta ouiere alguna diferencia entre los compradores, y vēdedores, las iusticias, conforme a lo en esta ley contenido, lo determinen lo mas breue, y sumariamente, que ser pueda, y que en otra manera no se pueda comprar el pan adelantado:* cum enim venditio frumenti anticipate venditi sit valida, & iure permissa, iuxta formam d. legis Regię pretio, omnimodo certificādo infra tempus ibi præscriptum, tamquam ex venditione statim pura, & perfecta debebitur gabellario temporis contractus, non vero temporis traditionis, vel pretij verificādi.

6 Ex quibus † idem dicendum venit in venditione aliarū mercium in genere venditarum, pretio quo tempore traditionis earum valebunt: si enim eo tempore constituto ad pretij certificationem fuerit repertum pretium vniforme, vel saltem commune, proculdubio gabella debebitur gabellario temporis contractus ex supra dictis. Quod si pretium certum, vel commune verificari illo tempore conuento minime possit ob maximam variationem pretiorū, tunc temporis existentium, sed partes nouæ conuenerint in pretio non quidem tunc currenti, sed diuerso, aliud videtur dicendum, nempe, vt ex eo gabella debeatur gabellario temporis huius nouæ conuentionis: siquidem tunc noua contrahitur valide, cum prior contractus ob defectum cōditionis ad nihilum fuerit redactus: præterquam si partes in prædicto pretio conuenerint, tamquam magis communiter currente tempore conuento, vel medio inter rigorosum, & infimum: tunc namque non tam in nouum pretium, atque diuersum a currenti conuenisse videtur de nouo, quam elegisse, vt æquum, & iustum inter currentia, atque ideo primo gabellario tempore contractus existenti gabella ex eo debebitur, non vero existenti tempore, quo hoc medium pretium concorditer assumitur.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella rei vendita in publica subhastatione cui gabellario debeatur, an temporis primæ sponsionis admissæ, vel vltimæ licitationis? Distinguitur, vt hic.*

Q V AE S T I O XCVIII.

Cui gabellario debeatur gabella rei venditæ in publica subhastatione?

1 QVæro præterea, *cuius temporis gabellario debeatur gabella rei vendita in publica subhastatione, an temporis primæ sponsionis admissa, vel vltima licitationis?* In qua re distinctione vti oportet in hunc modum.

Vt quotiescumque res subhastatur, vt plus licitanti detur die certa constituta, *para el remate*, contractus huiusmodi sit, & est conditionalis, ideoque eius perfectio suspenditur conditione casuali, *l. 2. ff. de in diem adiect.* & cum venerit, cesseritque dies *del remate*, verificatur conditio, *si no ay quien de mas por la cosa*, & ita contractus remanet purus, & perfectus, retrotrahiturque ad tempus primæ sponsionis, quoties, vt prædiximus, licitatio non fuit facta, vel vltimę licitationis quoties ea interuenit, debebiturque gabella gabellario illius temporis, nempe primæ, vel vltimæ sponsionis respectiue, non vero gabellario temporis *del remate*, si tunc fortasse alius gabellarius diuersus aderat.

Quod si venditio statim fuit pura, & perfecta resolubilis tamen sub conditione, vt si intra certum diem alius meliorem conditionem attulerit, emptori auferretur, & licitanti adijceretur, *vt in l. 1. & 2. ff. de in diem adiect.* resq. esset inempta in hac specie, si licitator defuisset illo tempore statuto, gabella debebitur gabellario temporis primæ venditionis puræ non resolutæ: si vero eo tempore adiecto licitator, vel licitatores adfuissent, prior venditio resoluitur, non prout ex nunc, sed prout ex tunc, ac si ipsa celebrata non fuisset, ac proinde gabella ex ea non debebitur: hæc enim pacta legis commissoriæ, & de in diem addictione resoluunt ipso iure contractum prout ex tunc, & rem ad pristinum statum reducūt, *l. 40 tit. 5. partita 5.* & tradit Modern. Paris. *in Consuetud. Parisien. tit. 1. §. 23. num. 9.* & Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gl 7 nu. 3. 4. 16. & 71. & in §. 6. gl. 2. nu. 3. & 19. diximus supra quæstione ....*

Vltimus tamen licitator tempore adiecto interueniens, cui res addicta fuerit, tenebitur gabellam soluere gabellario temporis, quo licitatio facta, & recepta fuerit: *aunque el remate se haga despues*, quia conditio casualis, vel suspēsiua retrotrahitur ad tempus contractus, resolutiua vero deficiente, contractus vltimus incommutabilis remansit a sui principio, ergo eius temporis gabellario gabella debetur per supradicta.

S V M M A R I A.

1 *Gabellario, cuius temporis soluenda erit gabella ex venditione alicuius rei facta partim in pecunia numerata, partim in medietate lucri postea acquirendi ex reuenditione eiusdem rei? resoluitur ad gabellarium existentem tempore primæ venditionis pertinere.*

2 *Augmentum pretij, vt accessorium debet sequi naturam primi principalis.*

3 *Gabellario temporis venditionis debetur gabella supplementi iusti pretij, non vero existenti tempore supplementi.*

4 *Gabella emptionis rei, si tibi placuerit, cui gabellario debebitur, & soluenda erit?*

5 *Gabellario cuius temporis debeatur gabella rei vendita certo quodam tempore?*

6 *Vbi vnum propter alterum, vel duo propter vnum, vtrobique vnum tantum.*

7 *Gebellario existenti tempore venditionis debetur gabella ex re vendita retracta, non vero existenti tempore retractus.*

8 *Gabella serui fugitiui non debetur, nisi seruo reperto, fuerit ratificata venditio tacite, vel expresse, aliàs est nulla venditio serui existentis in fuga: ac per consequens gabella debebitur gabellario existenti tempore ratificationis prędictæ*

9 *Gabella an debeatur rei vendita in loco exempto tempore nundi-*

nundinarum, traditę tamen in eodem loco, cessantibus, tamen nundinis, & immunitate? & num. seqq.

11 *Leg. 5. in versiculo*: Saluo si el lugar donde estaua la cosa vendida es lugar franco de alcauala, *tit. 17. lib. 6. Nouæ collect. Reg. intellectus, nempe cum omnino locus ille francus est: secus, si ibi moderatur gabella tempore nundinarum, ita quod aliquid moderatum soluatur.*

12 *Priuilegia feriarum, vt prosint, quo ad franquitiam gabellæ requiritur:* Que sean dados, y confirmados por su Magestad, y assentados en los sus libros de lo saluado, &c.

13 *Gabella non debetur, nec soluitur ex venditione, celebrata tẽpore franquitiæ, sub conditione casuali, adimpleta tempore non franco.*

QVAESTIO XCIX.

Cui gabellario soluenda sit gabella medietatis lucri, quod ex re vendita reuendenda obuenerit in partem pretij assignatæ.

1 QVæro vlterius: Vendidi † rem decem in pecunia numerata soluẽdis, insuper, & medietate eius, quod emptor postea ex re-venditã lucratus fuerit ex reuenditione, cuius temporis gabellario soluenda erit gabella dimidietatis lucri postea acquisiti ex reuenditione per emptorem factã, *an existent tempore primæ venditionis: vel secundæ:* Et profecto gabella hæc ad gabellarium temporis primæ venditionis spectabit, ac pertinebit: quia pactum illud in prima venditione adiectum loco eius pretij habetur, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Cum igitur conditio prædicti pacti adimpleta fuerit, emptore pluris vendente, ipsa retrotrahitur ad tempus primę venditionis, tamquam casualis, vt sæpe in hac materia docuimus, & probatur etiam *in l. sancimus, la primiera C. de Consulib. & non spargen. lib. 12.* & ibi Bart. & Ioan. de Platea, text. etiam *in l. nec emptio, ff. de contrah. empt.* Quod autem prædicta conditio lucri sit casualis, patet, quia potuit lucrari, vel non, ex euentu fortunæ, & præterea constat ex Baldo *in l. in vendentis, oppos. 2. C. de contrah. empt.*

Secundò, hæc nostra principalis sententia probatur, quoniam hæc mẽdietas lucri mihi acquisita ex reuenditione emptoris virtute prædicti pacti, est exequutio prioris contractus, non vero contractus nouus per se, ac proinde pretium prioris venditionis, neque obstat, quod ad hoc, vt pretium esse possit, deberet a principio esse certum, non vero relictum in voluntatem emptoris, prout in hoc casu videtur, & sic quod non valeat huiusmodi vẽditio, *l. quod sæpe, ff. de contrah. empt.* hoc namque tunc verum esset, atque procederet, quando tempore venditionis nullum certum pretium assignatum, aut constitutum fuisset, sed voluntati emptoris relictum: secus vero quoties certum quodpiam pretium fuit ab initio constitutum, & accessorie additur aliud incertum, argumento *l. si in emptione, in princ. ff. de contrahen. empt.*

2 Tertiò, quia † augmentum pretij, vt accessorium debet sequi naturam primi principalis, cui additum est, Bald. *in cap. 1. §. si quis de manso, de controuers. inuest. & in l. etiam, C. de iure dotium,* Tiraq. *de retractu lignagier. §. 1. glos. 18. num. 51. & latius in repetit. l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num. 181. versic. quantum ad text. C. de reuoc. don.* Ex quibus ide ti respondendum erit in eo, quod suppletur vsque ad iustum pretium, vt læso vltra dimidium iusti pretij resarciatur, debebitur enim gabella, *vt supra resoluimus, quæst. 12.* nunc † vero addimus, deberi gabellario tẽporis venditionis, non vero ei, qui tempore huius resarcionis, & supplementi facti gabellarius extiterit.

3

4 Quod † si venditio celebrata fuerit sub ea conditione, si res emptori placuerit, eaque eidem placeat, proculdubio debetur gabella, dubium tamen est, cui gabellario debeatur, *an temporis venditionis, vel placentiæ?* Et quidem si ad communem sententiam attendamus, quæ habet, quod conditio potestatiua (prout est hæc) non retrotrahitur ad tempus contractus, debebitur quidem in hac specie gabella gabellario temporis, quo emptori placuerit res empta, non vero priori gabellario: si vero tenemus contrariã opinionem: nempe, etiam conditionem potestatiuam suspendere actum, ac proinde retrotrahi ad tempus contractus: ego vero teneo, quod resoluimus supra *quæst. 8. num. 8 cum seqq.*

5 Finge tamen, † quod venditio fuit celebrata sub conditione illa, vt traditio rei non fiat, nisi certo quodam tempore, ita ut emptor non debeat usque ad illud tempus ea frui: quæritur *a quo tempore, & cui gabellario gabella debeatur?* Et proculdubio respondendum est, ipsam deberi tempore venditionis, quia, *vt supra quæst. 7. resoluimus*, ex contractu ipsius venditionis gabella debetur, non expectata traditione rei, uel solutione pretij: dilatio namque traditionis rei, contractum non suspendit, ex quo ea gabella debetur, *vt in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* sed eius exequutionem operatur etiam dilatio traditionis, ut ipsa traditio facta non retrotrahatur, ut per Afflict. *in cap. 1. §. vectigalia, num. 28. quæ sint Regalia,* nempè effectum, seu finẽ, ut emptor non lucretur fructus intermedios, siquidem mora regularis uẽditoris, non intercesserit, cum tamẽ alias ipsos lucraretur, *l. Iulianus, §. si quid seruo ff. de act. empt.* non tamen operatur prædicta dilatio traditionis rei ex conuentione partiũ intercedens, ut uenditio desierit esse a principio: traditio namque postea sequuta habet necessariam consequẽtiam ad suum principium, quod fuit uenditio, & iuxta eam regulari debet, *l. 3. §. si quis cum minore. ff. de minor.* nõ enim hic sunt duo actus per se, sed unus, uel duo ordinarij, quo

6 rum posterior est exequutio prioris, & † ubi unum propter alterum, uel duo propter unum, utrobique unum tantum *l. cum seruus,* & ibi Paul. de Castro, & Ioan. de Imola, *ff. de condit. & demonstrat.* Bald. *in l. quicumque, col. 1. C. de seruis fugit.* & alios referens Mod. Paril. *in Consuetud. Paris. tit. 2. §. 55. gl. 1. sub num. 10.*

7 Similiter † ex re vendita retracta pro eodem pretio debetur gabella tempore vẽditionis, non verò retractus, vt constat ex prædictis, & resoluimus supra alia quæstione.

8 Ex † venditione tamen serui fugitiui non debetur gabella, nisi eo reperto, fuerit ratificata venditio eiusdem serui, tacitè, vel expressè, aliàs est nulla venditio serui existentis in fuga, *l. in fuga, C. ad legem Flauiam, de plagiar. l. quod sæpe, §. 1. ff. de contrah. empt.* ac proinde gabella ex ea venditione non debetur, nisi vt prædiximus, ratificetur tacitè, vel expressè: Ergo ratione noui consensus in hac specie debetur gabella tempore ratificationis, quæ non retrotrahitur, quia extremum ad quod, non est habile, *l. quoties, ff. de nouat.* Gratus *cons. 78. num. 7. vol. 2.* Debebitur ergo gabella in proposito gabellario temporis ratificationis, non vero temporis venditionis nullæ, ex quibus gabella non debetur.

9 Vidi † dubitari, *quid si res vendatur tempore nundinarum, quo immunitas aliqua gabellæ conceditur, traditio tamen rei venditæ fiat in eodem loco, diuerso tamen tempore, idest, extra tempus nundinarum, quo nulla immunitas gabellæ datur, quod tempus inspiciendum sit ad gabellam soluendam, vel non: an tempus contractus, vel traditionis?* Et tempus contractus inspiciendum esse, sicq. gabellã non deberi, tenet Bald. *in l. 1. C. de nundin. diximus supra cum alijs quæst. 28.* Cum enim ex contractu venditionis, non verò ex traditione gabella debeatur, *vt in d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & traditio tantum sit exequutio prioris contractus non verò nouus contractus, *vt modo dicebamus*, tempus venditionis, non traditionis inspiciendum est: quod verũ esse censeo, ita demum si tempore venditionis erat ibi res

10 vendita, licet tunc non tradatur. Ceterum † si alibi esset locus, vbi res erat tempore venditionis, attendendus est, præterquam si immunis a gabellæ solutione ille locus fuerit, quia tunc locus Regalis, vbi traditio fiet, attendendus est, quod si is alicuius domini particularis fuerit, de quo Rex gabellas non exigat, soluenda est gabella in loco Regali proximiori, iuxta dispositionem *l. 5. in versic. Mas si lo que se vende, tit. 17. hoc lib. 9.* cuius argumento nostra hæc interpretatio probanda venit.

Circa

11 Circa † cuius legis intellectum, & praxim interim (dum plura infra glossa sequenti agemus) illud in transitu obseruandum erit, nempè, dum dicit: *Saluo, si el lugar donde esta la cosa vendida el lugar franco de alcauala: que en tal caso mandamos, que el alcauala desta venta se pague en el lugar Realengo, donde se entregare, &c.* hoc debere primo intelligi, quando locus ille immunis est omnino: *y franco de tota alcauala*, siue perpetuo, siue temporaliter tempore nundinarum: secùs verò vbi in loco illo sunt nundinæ, & tempore nundinarum moderatur gabella, ita vt aliquid moderatum soluatur, non tamen omninò vendentes liberantur a solutione gabellæ: non enim simpliciter dici potest locus francus, & immunis a solutione gabellæ, ubi aliqua gabella soluitur, licet non tota: at dicta lex 5. loquitur, quando locus vbi res vendita erat tēpore venditionis francus gabellæ est: & sic omninò liber, & immunis.

12 Requiritur † præterea ad hoc, vt feriæ prosint venditoribus: *a ora sean para no pagar total mente alguna alcauala o parte de ella sola mente que las tales franquezas sean dadas, y confirmadas por su Magestad, y assentadas, en sus libros de lo saluado, &c. vt in l. 1. ad fin. tit. 18. & in l. 4. tit. 20. hoc lib. 9.* Si n. d. lex 5. in verbis prænarratis intelligeretur, *de todas franquezas assentadas, o no assentadas en los dichos libros de toda alcauala, o de parte de ella*, repugnaret *legi. 30. titu. decimonono. hoc libro nono.* ibi: *Porque acaese, &c. que dispone, que de las ventas que se tratan o comienzan en ferias, se pague el alcauala en la feria, y no dō de se entrega la cosa, ni adonde se acaba la venta, y alli se pone, como se podra prouar el dicho trato, por ser dificultoso de prouarse.*

13 Similiter † etiam ex venditione facta in loco franco sub conditione casuali, uerificata tempore non franco, non soluetur gabella, quia prædicta conditio purificata retrotrahitur ad tempus uenditionis celebratæ, ut late iure probat Tiraquel. *de retractu liguager §. 1. gl. 10. num. quadragesimotertio*, & supra non semel diximus: debet tamen prædicta immunitas esse posita in libris Regiis, *de lo saluado*, ut modo dicebamus.

Quando autem, & cui gabellario debeatur gabella ex datione domus, uel fundi ad censum redimibilem, ad rationem quattuordecim millium pro singulis milliaribus sub nomine emphyteusis, diximus *supra, loco citato.*

SVMMARIVM.

1 *Gabellario cui debeatur gabella, re vendita ex pacto retrouendendi per viam noui contractus, & quid si conuenerit, vt venditio futura pro facta habeatur ex nunc, prout ex tunc? num. 2.*

QVAESTIO C.

Cui gabellario debeatur gabella re vendita ex pacto retrouendendi per viam noui contractus.

1 QVæro † denique, *an re vendita ex pacto retrouendendi, non tam per uiam distractus quam noui contractus quo casu debetur gabella, ut resoluimus supra quæstione 10. numero 24 cui gabellario debeatur, an illi, qui erat tempore prioris contractus uel tempore reuēditionis?* Et respondendum est proculdubio, quod cum hic sit nouus contractus, debebitur quidem gabella ex eo, gabellario existenti tempore reuenditionis: ante reuenditionem namque non erat contractus uenditionis, sed obligatio uendendi in futurū, ex qua non debetur gabella, usquequo uenditio celebretur ut resoluimus, *ubi supra.*

2 Adeo, † quod etiam si promiserim uendere ea conditione, ut uenditio futura pro facta habeatur ex nunc, prout ex tunc, & per contrarium, nihilominus gabella debebitur tempore venditionis: non enim antea, reuera fuit celebrata venditio, sed promissio de vendendo, ex qua vt prædiximus, non debetur gabella; Clausula autem illa, ex nunc, prout ex tunc, & econtra, est fictio translatiua, quæ licet inter partes operetur, non tamen tenet in præiudicium tertij, hoc est, gabellarij temporis venditionis, argumento textu *in l. stipulatio de dote, ff. de iure dot.* Deniq; quia prior contractus fuit celebratus in ordine ad posteriorem venditionem, tamquam causam finalem futuram: sed quando ex duobus vnum fit ad finem alterius, ambo sunt illud, ad cuius finem ambo fiunt, *l. illud, §. fin ff. ad legem Aquiliam, Bald. in l. cum dotem, in fine, C. de iure dotium:* Ergo, &c.

SVMMARIA.

1 *Gabellario cui sit soluenda gabella in casu l. 34. tit. 19. libro 9. Nouæ Collection. Regiæ?*

QVAESTIO CI.

Cui gabellario sit soluenda gabella in casu l. 34. titulo 19. libro 9. nouæ collect. Regiæ?

1 QVæro etiam, † *cui gabellario sit soluenda gabella in casu d. legis 34. titulo 19. hoc libro 9.* qua cauetur: *Que quando el mercader, o recuero traxere bestias de albarda, o mercaderias de qualquier lugar, para el lugar donde viue, que no mostrando testimonio de escriuano publico, con iuramento de que es cierto, y verdadero, dentro de tres dias de como para ello fuere requerido dé adonde traxo aquellas cosas, y de como se pago el alcauala de ellas en el lugar donde lo saco, si fuere de quatro mil marauedis arriba, que pague el alcauala de aquello que traxo al arrendador, que le hizo el requerimiento:* secus si res fuerit minoris valoris.

Respondemus, quod quamuis d. lex Regia dicat: *Que en el dicho caso se ha de pagar el alcauala al arrendador, que le hizo el requerimiento, sin distinguir tiempo. Però esto se ha de entender*, de conductore gabellarum illius membri, & temporis, quo mercator, vel agaso in domum suam portauit merces: & in hoc verificantur verba illa: *Si el arrendador de aquel lugar donde viue, a quien pertenece la renta, &c.* In conductore namque præterito, qui nunc talis non existit, petente dictas litteras testimoniales, verificari minimè possunt verba illa: nec etiam in eo, qui tunc temporis non erat conductor gabellarum illius membri, licet postea tempore futuro talis esset: Absurdum namque esset, quod lex ius tribueret conductori temporum, & conductionum separatorum, & differentium, & omitteret conductorem temporis portationis mercium. Et cum in hac specie non sit alius contractus, qui attendi possit, nisi portatio ipsa in locum, & domum portantis prædictas merces, solum hoc tempus portationis in hoc considerari, & attendi debet; Contractus siquidem cōsiderantur respectu temporis quo celebrantur, *l. Rutilia Polla, de contrah. empt.* in cuius locū succedit in nostro proposito tempus portationis mercīū. Ergo conductori illius temporis, quo merces in locum vicinitatis, & habitationis portantur, soluenda est huiusmodi gabella.

SVMMARIVM.

1 *Gabellario cui debeatur gabella venditionis eo pretio factæ quo partes postea se conuenerint, & num. 2.*

QVÆ-

QVAESTIO CII.

Cui gabellario debeatur gabella venditionis, eo pretio factæ, quo partes postea inter se conuenerint.

QVæro præterea, *cui gabellario debeatur gabella ex venditione rei, & traditione sequuta, eo pretio celebrata, quo partes postea inter se conuenerint si postea tempore conuentionis certi pretij adsit alius gabellarius diuersus ab illo, qui cōductor erit gabellarum illius membri tempore venditionis modo celebratæ.*

1 Respondemus,† gabellam in hac specie deberi gabellario temporis, quo conuentum fuit de certo pretio; tunc namque verè fit, atque celebratur venditio, prout ex tunc, quæ antea nulla erat ob defectum certi pretij: quod si diceremur, conditionalem esse, adhuc conditio non retrotrahitur ad tempus prioris contractus, & conuentionis: quoniam conditio potestatiua non retrotrahitur, iuxta communem sententiam, de qua supra quæst. 8.

2 Diuersum † videtur, quando pretium rei venditæ relinquitur in manibus alicuius tertij, tunc enim gabellario tēporis venditionis debebitur gabella, non verò illius temporis quo tertius ille arbitratus fuerit pretium: hæc namque venditio est conditionalis, vt per Bald. *in l. in vendentis. & in l. finali. C. de contrah. empt. cum similib.* & probatur *in §. pretium Inst. de empt. & vendit. & in d. lege fin. ibi: sub hac conditione stare venditionem:* & conditio a tertio implenda, non est in potestate partium, & ita non est potestatiua, & tertio arbitrante, retrotrahitur ad tempus contractus, vt sæpè, ac sæpius prædiximus; Sed nihilominus hæc sententia vera non est, sed potius contraria, vt latè probauimus *supra quæst. 18. per totam.*

S V M M A R I A.

3 *Gabellario cui debeatur gabella venditionis factæ per nuncium, vel per epistolam? resoluitur deberi gabellario existenti tempore consensus, & acceptationis alterius partis, & loci illius, vt in numero secundo. vnde si partes varient huc, & illuc mittendo nuncium, vel epistolas antequam emptio, & venditio consumetur, tempus, & locus perfectionis ipsius ac simultanei consensus partium inspicienda sunt, vt in num. 3.*

4 *Gabellario temporis testamenti, in quo testator præcepit hæredi, vt venderet Petro talem fundum, vel rem certo quodam pretio, non debetur gabella illius, sed gabellario existenti tempore, quo Petrus acceptat huiusmodi legatum, & venditionem.*

QVAESTIO CIII.

Cui gabellario debeatur gabella ex venditione facta per nuncium, vel per epistolam?

1 QVærò † tandem pro complemento huius rubricæ, *cui gabellario debeatur gabella ex venditione facta per nūtium, vel per epistolam, quæ proculdubio valida est, l. 1. §. fin. ff. de contrahen. empt. vtrum temporis consensus mittentis nuncium, vel epistolam: an vero temporis consensus, & acceptationis alterius partis?* Respondeo, proculdubio inspiciendum esse tempus acceptationis, quia hæc perficit contractum Bald. *in l. multum, col. fin. num. 11. versic. sed hoc quæro, C. si quis alteri, vel sibi,* & Felin. *in cap. 1. num. 24. versic. sed aduers. de sponsal.* conclusio namque contractus est ipse contractus, *l. si voluntate,* & ibi Bald. *C. de rescinden. vend.* tunc enim contractus emptionis & venditionis perficitur, simulatque de pretio conueniunt inter partes, & nō antea, *vt in princ. Inst. de empt. & vend. cum similib.* Debebitur igitur gabella huius contractus de quo hic nunc agimus, gabellario illius membri, qui tempore consensus, & acceptationis alterius partis erat talis gabellarius, non verò gabellario temporis primi contrahentis consensus, hoc est, quo missus fuit nuncius, vel epistola ad contrahēdum: quia tunc nulla vēditio celebrata est, quousque altera pars consentiat.

2 Idem † probandum venit respectu gabellariorum diuersorum locorum, scilicet, vt in præmissa venditione per nuntium, vel per epistolam, eo loco celebrata esse intelligatur venditio, in quo vtriusque partis consensus, & voluntas coniungitur per medium organum nuncij, aut epistolæ: non enim inspicitur locus a quo nuncius, vel epistola dirigitur, atque mittitur, sed locus in quo essentialiter per eorum consensum perficitur, vt optimè tradit Bald. *vbi supra,* quem ibi sequitur Salicet. *num. 17.* & ibi eius additionator plures allegat, Itaque, si ego misi ad te nuncium, vel epistolam, & tu cum audisses, consenseris venditioni, ibi intelligitur facta venditio vbi eras: quod si econtrario tu miseris ad me illum nuncium, aut epistolam, vt emeres, & ego cum audierim, emptioni consenserim, in hac Ciuitate intelligetur esse facta venditio, quia in ea vtriusque partis cōsensu perfecta est. Ita rectè considerauit Lassar. *de decim. vend. cap. 4. num. 23.*

3 Quibus † addendum censui tertium casum: nempè, cū is, ad quē mittitur nuncius, vel epistola, pro contractu emptionis & venditionis celebrandę, non statim simul cum voluntate alterius mittentis cōcurrit, sed differt in aliquo, nempe in pretio, vel alijs conditionibus contractus, quocirca, eum contrahentes varient in modo contrahendi, huc, illuc, iterum, atque iterum mittendo nuncium, vel epistolam, & tandem aliquo interuallo temporis in his transacto, partes in omnibus simul conueniunt, eo tempore, quo alius conductor gabellarum existit. In hac specie eisdem rationibus supradictis resoluo, illi gabellario soluendam esse gabellam huius contractus, qui tunc temporis talis erat, quo omninò venditio simultaneo consensu partium perfecta, & absoluta fuit, non verò anteriori, quia interim, quo de venditione agitur, atque disceptatur, non est venditio, sed tractatus de vendendo: idcirco quousque simul partes conueniant, atque verè venditionem celebrent, & consument saltem verbis, gabella non debetur: tuncq. debebitur gabellario illius temporis, & loci, (non vero anterioris temporis) quo verè perfecta, nec celebrata erat venditio: cum enim ad perfectionem alicuius contractus duo requirantur, ex vltimo dicitur perfici ac consummari, *l. quoties, eum materia. C. de rei vend.*

4 Hinc † est etiam, vt si testator præcipiat hæredi, vt vendat Petro talem fundum, vel rem hæreditatis suæ centum, aliove pretio, non debebitur gabella gabellario temporis testamenti, sed illius temporis, quo Petrus acceptat legatū, & venditionem: tunc enim efficitur, atque venditio celebratur, antea verò erat solum legatum, quia sine mutuo consensu partium venditio non efficitur, vt prædiximus.

S V M M A R I A.

1 *Gabella rerum mobilium, & se mouentium, cuius loci gabellario soluēda sit? disponit lex 5 tit 17 lib 9 Nouæ Collect. Reg. cuius legis decisio quinque conclusionibus summatur, num. 2 3. 4. 5. & 6.*

7 *Legis 5 d. tit. 17 generalitas obseruanda erit, si daretur casus in quo sine fraude aliqua traditio rei alibi fieret.*

8 *Gabella nulla debetur, vbi locus in quo res erat, & vendita est, esset immunis, & francus a gabella solutione, quamuis res illa alibi in loco tributario traderetur, nisi aliud nuncupatim declaretur in priuilegio loci, cuius forma erit obseruanda, debet tamen huiusmodi priuilegium esse positum in libris Regys de los saluados, &c. vt in num. 9.*

10 *Gabella rei existentis tempore contractus in vno loco & in alio venditio ipsa celebratur, & traditio fit in loco contractus, debetur illic gabella prædicta, hoc est in loco contractus: nisi locus contractus in quo res non erat tempore vendi-*

venditionis, & in pacto postea traditio fit, esset francus, & immunis a solutione gabellæ, quia tunc non gaudebit illa immunitate venditor, sed gabellam soluet eo loci, vbi res erat tempore venditionis, vt in numero 11. & 12. vbi agitur de intellectu leges 4. titulo 20. libro 9. Noua Collect. Reg.

23 Gabella rei venditæ in vno, loco, existentis in alio tempore venditionis, licet statim debeatur, non exspectata ipsius traditione: attamen ne propter venditorum fraudes, gabellarij damnum aliquod ratione loci patiantur, in pendenti erit gabellæ solutio, donec res vendita traditio fiat, quæ si in loco contractus facta fuerit, illius loci gabellario ius gabellæ acquiritur, si vero traditio fiat, vbi res erat tempore contractus, ibidem gabella soluenda erit, gabellario temporis venditionis, non vero temporis traditionis, ut in numero 14 licet tunc quinque dies a lege Regia assignati ad manifestationem venditionis, & permutationis, & solutionis gabellæ, non currant ante rei traditionem, quia nescitur gabellarius, cui solui debeat, vt in numero 15. & 16.

17 Gabella rei mobilis, vel se mouentis, existentis in vno loco, venditæ tamen in alio & traditæ in loco quo res ipsa existebat ibi debetur, quæ traditio dupliciter ibi fieri potest, aut ex conuentione ab initio, & in ipso contractu apposita aut ex rerum euentu, absque præambula partium destinatione, & vtrumque casum d. legis 5. tit. 17. in sua generalitate comprehendit, & vtriusque ratio ponitur hic, & in numeris 19.

18 Gabella debetur vbi tradenda res vendita est, licet alio loco venditio celebrata fuerit, iuxta opinionem Baldi, & Salic. ceterum iure nostro Regio attento seruanda est in hac specie dispositio d. legis 5. titulo 17. libro 9. Noua Collect. Reg.

20 Lex 5. d. titulo 17. lib. 9. Noua Collect. Reg. in secunda eius conclusione, & dicto, an procedat, & locum habeat in rebus venditis in hoc Regno, existentibus tamen in alio Regno, vel econtra? & nu. 21.

22 Gabella rei existentis in vno loco, venditæ in alio diuerso tradendæ tamen in alio loco, debetur ei in quo res existebat tempore venditionis, in quo plures casus considerantur, & declarantur hic, & simul numeris sequentibus. Primus est, vt procedat quando prædicta tria loca, siue Regalia, siue dominicalia sunt tributaria. Secundus est, quando locus existentiæ rei tempore venditionis erat francus a solutione gabellæ, quia tunc ea debetur in loco traditionis, ut in num. 23. Tertius est quando locus rei est dominicalis, cætera tamen loca, tam contractus, quam traditionis sunt Regalia: & tunc soluenda est gabella in loco rei, vt in num. 24. Quartus casus est, quando el lugar donde se entregare no fuere Realengo, sino de sennorio, de que el Reyno cobrare alcauala, que entonces se paga en el lugar Realengo mas cercano a el, con el quatrotanto, vt in nu. 25. Quintus casus est, quando res est in loco franco, & in alio venditur, & in alium quoque locum francũ traditio eius confertur rei gestæ commodiorem: & tunc nulla gabella debetur, vt in num. 26. Sextus casus est, quãdo res est in vno loco, & in alio venditur, nullibi autem traditur, & tunc in loco contractus debetur gabella, vt in nu. 27. Septimus casus est, de venditione facta inter absentes per nuncium, uel per epistolam, de quo in quæstione præcedenti. Octauus casus est, in venditione meo nomine per alium facta, sine tamen mandato meo, alio loco me existente, & ratificante, in quo dicendum est, ibi celebratam esse intelligi venditionem, ubi ratificata est, ut in numero 29.

30 Traditionis loco, quo ad soluendam gabellam non sufficit cõstitutum possessorium, sed necessaria est naturalis traditio & num. 31.

33 Verba legis naturaliter debent intelligi, non uero per fictionem.

32 Possessio uera, & iuridica per actum fictum causatur, & acquiritur, sicut ex actu uero, actus tamen fictus est.

33 Gabella debetur in loco contractus initi sub conditione alibi implenda, non tamen debetur in loco vbi fuit impleta conditio, & nu. 34.

35 Gabella non debetur ex venditione facta in nundinis, sub conditione, quæ post nundinas impleta fuit.

36 Gabella contractus conditionalis debetur gabellario, qui est tempore contractus celebrati: non vero ei, qui est tempore conditionis expletæ fuit existentis.

38 Las condiciones del encabeçamiento general destos Reynos vt leges obseruari debent.

39 La alcauala de la primera venta de los pannos, que por mar se lleuan a vender a la ciudad de Seuilla, despues que entran en su Arcobispado, o en el Obispado de Caliz, antes que lleguen a Seuilla, no se ha de pagar al arrendador del lugar donde se hizo la entrega, y celebro la venta, si no que es para el arrendador Real de la renta de la mercaderia de los pannos de Seuilla, aunque en ella no se aya celebrado la uenta: & hæc est prima limitatio ad legem 5. tit. 17. lib. 9. Noua Coll. Reg.

40 El alcauala del vino que se carga en el Arcobispado de Seuilla en el rio de Guadalquiuir, aũque se niegue por el que lo carga auerse comprado, o vendido alli, se paga en Seuilla, si no se muestra otra cosa, hoc est, auer pagado el alcauala adonde se cargo, & hæc est secunda limitatio ad d. legem 5. tit. 17. lib. 9.

41 El alcauala de pannos, picotes, y otros qualesquier pannos, que todas las personas tuuierẽ por trato de obrar, y hazer en qualesquier lugares destos Reynos la deuen en el lugar de los labrarõ, aunque los ayan lleuado a vender, y se ayã vendido fuera, si non mostraren por testimonio de escriuano publico, en la forma aqui contenida auerlo vendido en lugar Realengo dentro de tres dias, y que alli pagaron el alcauala, o que los vendieron en feria, o mercado franco, por franqueza assentada en los libros de lo saluado: & hæc est tertia limitatio ad d. legem 5 tit. 17. lib. 9.

42 Los que venden en ferias, o mercados francos, o en lugar franquezado, o en que se haga suelta alguna por franqueza no assentada en los libros de lo saluado, pagan en alcauala de lo que ansi venden en sus tierras donde son vezinos, aunque lo ayan vendido en las tales ferias, o mercados, o lugares francos, y los compradores tambien pagan el alcauala en el lugar donde lleuan lo que ansi compraron en los dichos lugares francos, en todo, o en parte. Y si la franqueza es por autoridad del sennor del lugar, y no por el Rey, pierden tambien las mercaderias: & hæc est quarta limitatio ad d. legem 5 tit. 17. lib. 9.

43 Los que meten mercaderias en las ferias do se paga alguna alcauala, y por defraudalla las sacan de alli, y las venden fuera del lugar, dentro de vn mes de como las sacaron, pagan el alcauala en las tales ferias con el quatro tanto, y no se deue en el lugar donde se entregaron o vendieron: & hæc est quinta limitatio ad d. legem 5. tit. 17 lib. 9.

44 Los carniceros que truen de fuera comprados ganados viuo para sus carnicerias, o los compran en el lugar donde viuen, donde han de pagar el alcauala: & hæc est sexta limitatio d. legis 5. tit. 17. lib 9.

45 Los que lleuan, y sacan, o quieren sacar de algun lugar las mercaderias, si no muestran auerlas comprado en otro lugar, o que las sacaron de sus casas, pagan el alcauala con el doblo de lo que ansi quieren sacar, y sacan en aquel lugar: & hæc est septima limitatio ad d. legem 5. tit. 17. lib. 9.

46 Los mercaderes, o recueros, que traxeren bestias de albarda, o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde viuen, siendo requeridos por ante escriuano, por el arrendador del lugar donde viuen, a quien pertenece la renta del alcauala de lo susodicho le diga, y declare, donde traxo aquellas cosas, y que le muestre como se pago el alcauala de ello en el lugar donde lo saco, siendo la bestia, o mercaderias de quatro mil marauedis arriba, estan obligados a mostrar lo por testimonio signado de escriuano publico dentro de tres dias del requerimiento, como se pago el alcauala en aquel lugar donde lo sacaron, con juramento de que el testimonio es verdadero, y que en ello no ay cautela, so pena de pagar el alcauala de aquello que se traxo al arrendador, que hizo el requerimiento, excepto siendo la cosa

de

de menor valor de quatro mil marauedis : & hæc octaua est limitatio ad d. legem 5. tit. 17. lib. 9.

QVAESTIO CIV.

Rubrica quo in loco gabella solui debeat. Cuius loci gabellario soluenda sit gabella? in l. 5. titulo 17. lib. 9. Nouæ Collect. Regiæ.

1 QVarto, † *cuius loci gabellario, vel collectori soluenda sit gabella :* Et in hac circa res mobiles, & se mouentes, habemus legem Regiam decisiuam, quæ est omnino seruanda, quoties casus in praxi contingeret, nempè *l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. Noua Collect. Reg.* ex qua sequentes species, & conclusiones deducuntur.

2 Prima † facti species, & conclusio est: *Que el alcauala de los bienes muebles, y se mouientes se pague en el lugar donde so celebrare la venta, entregandose en ello que se vende, o estando en el al tiẽpo de la venta, aunque despues se entregue en otra parte.*

3 Secunda † conclusio est : *Si la cosa mueble, o se mouiente se vẽdiere en vn lugar, que estuuiere en otro lugar, entregandose se en el lugar do estuuiere. se pague alli el alcauala.*

4 Tertia † conclusio est : *Si lo que se vendeno esta en el lugar dose haze la venta, sino en otro, y se vende con condicion, que se aya de entregar en otro lugar diferente de aquel do estaua, y de aquel do se hizo la venta, el alcauala se pague en el lugar donde tenia el vendedor lo que assi vendio, quandose otorgo la venta.*

5 *Saluo si el lugar donde estaua la cosa vendida es lugar franco de alcauala, porque en tal caso, el alcauala desta venta se ha de pagar en el lugar Realengo donde se entregare.*

6 *Y si † el lugar donde entregare no fuere Realengo, y fuere de sennorio, de que su Magestad no cobrare alcauala, se ha de pagar en el lugar Realengo mas cercano del lugar de sennorio donde se entregare con el quadro tanto de la tal alcauala: y que no sea escusado de la pagar, aunque muestre que la pago en otra parte.*

Nunc videamus, quomodo sint intelligendæ, & practicandæ præfatæ conclusiones.

Et circa primam obseruẽdum est, quod cum nostra hæc magistralis lex quinta stabilita sit pro decisione dubiorum quamplurimorum ex facto circa quæstionem nostram contingentium : nec non, & ad obuiandum ingentibus fraudibus committi solitis per venditores, & emptores in huiusmodi casibus, vt patet ex legis ipsius procemio, & principio, ibi : *Muchas dudas acaecen &c. Y por escusallas, y tambien por obuiar los fraudes, que los vendedores, y compradores suelen hazer, mandamos, &c.*

7 Si † daretur casus, qui non dubius est, in quo sine fraude aliqua traditio rei alibi fiat, nihilominus a generali nostra lege recedendum nõ erit, quia ad casus particulares, & qui raro accidunt iura non adaptantur, *l. nam ad ea ff. de legib.* & in terminis ita rectè probauit Lassart. *de decim. vendit. cap. 4. num. 4.* Et hæc sit prima obseruatio.

8 Secundo † obseruandum est ex eodem authore ibi *nu. 5.* quod si ille locus, vbi res erat, & vendita est, esset immunis, & francus a gabellæ solutione, nulla tunc gabella debebitur ex ea venditione, quamuis res illa alibi in loco tributario (hoc est) non exempto traderetur, nisi aliud nuncupatim declaretur in priuilegio loci, cuius forma erit obseruanda, vt expressum reperitur in priuilegio oppidi villæ de Simancas in *l. 18.* in versic. *Que todos, y qualesquier personas,* ibi: *Y las entregaren, &c. tit. 10. hoc lib. 9.* vbi ad hoc, vt habeat locum illud priuilegium locale, requiritur : *Que las cosas se vendan, y entreguen alli realmente, y sin fraude:* ergo si alibi traditio fieret, in loco contractus, in quo res erat tempore venditionis, nempè, in ipsa villa de Simancas, solutio gabellæ fieri debet, & hæc nostra lege 5. *in supradicta prima Conclusione*, cui non derogatur in *d. l. 18.*

9 Hæc † tamen secunda obseruatio intelligenda quidem est, quoties immunitas illa esset posita in libris Regijs *de lo saluado. &c.* alias secùs, *vt in l. 1. ad fin. tit. 18. & in l. 4. t. 20. hoc lib 9. in versic. saluo, &c.*

10 Tertiò † obseruo sub hac nostra prima conclusione d. l. 5. comprehendi expressè, & virtualiter casum hunc: nempè, quoties res vendita tempore contractus in vno loco existit, & in alio venditio ipsa celebratur, & postea defertur tradenda, traditioq. eius fit in eodem loco contractus: non verò alio tertio loco diuerso : debebitur namque gabella in loco contractus, in quo etiam traditio facta fuit: quia concurrit locus contractus, & traditionis, non verò debebitur in loco, vbi res existebat tempore cõtractus: hoc dedùco expressè ex d. lege 5 *in princ. in supradicta eius prima conclusione*, ibi: *Y mandamos que el alcauala de los tales bienes muebles, y se mouientes se pague en el lugar donde se celebra la venta entregandose en el lo que se vende:* ecce casum nostrum expressè decisum ; quia licet hactenus non exprimatur, rem venditam alibi existere tempore venditionis, id tamen sic esse probatur ex verbis statim sequentibus, his, scilicet : *O estando en al tiempo de la venta,* illa enim dictio, *O,* est casus præcedentis aduersatiua, qua probatur in præcedenti casu, rem in loco contractus non existere, sed alibi, & sic habemus intentum : præmaximè ex illis verbis: *O estando en el al tiempo de la venta : por las quales palabras expressamente se prueua, que es tanto estar la cosa al tiempo de la venta en el lugar, donde la venta se celebra, y haze para que se deua alli el alcauala, aunque no se entregue alli la cosa vendida, como si se huuiera entregado en el lugar de la venta, estando entonces la cosa vendida en otro lugar,* cuius legis hic est verus, & literalis sensus meo iudicio.

11 Quartò † obseruandum est circa hanc primam conclusionem, quod si locus contractus, in quo non erat res tempore venditionis, & in quo postea traditio fit, esset frãcus, & immunis a solutione gabellæ, non gaudebit illa immunitate venditor, sed gabellã soluet eo loco, vbi res erat tempore venditionis, non enim licuit venditori rem suam vendituro, eam de loco tributario in francum, & liberũ transferre, ad traditionem, nisi in casibus exceptis a *l. 4. tit. 20. hoc lib. 9.* ita Lassar. *d. cap. 4. num. 7. in princ.* cui addo, quod etsi hæc obseruatio vera quidem videatur, & tenenda propter fraudem prædictam præsumptam, quæ non datur in casu secundæ obseruationis supra adducto; ideoq merito tunc immunitas loci contractus, in quo res erat tempore

12 ipsius contractus prodest, † attamen decisio d. l. 4. extranea videtur ab hac 4. admonitione : siquidem solum illa lex Regia decidit : *Que qualesquier personas que fueren a vender, y comprar qualesquier mercaderias y otras cosas, a qualesquier ferias, y mercados, y villas, y lugares frãcos, o franquezados, o que se faga en ellos alguna gracia, y quita de alcauala, &c. sean tenudos de la pagar enteramente en los lugares donde moraren, y fueren vezinos, no embargante qualesquier franquezas,* saluo, *si fueren las tales frãquezas por nos dadas, y cõfirmadas, y assentadas en los nuestros libros* intellige, & supple *de lo saluado, y sobre escriptas de nuestros Contadores mayores, vt in l. 1 ad fin tit. 18. hoc libro 9.* Girunda, *de Gabell. 6 par. num 36. Pero que esto no se entienda en las ferias de Medina del Campo : y ansimismo se guarde a las villas de Valladolid, y Madrid las mercedes que tienen sobre esto*: non tamen lex hæc quarta loquitur in casu huius quartæ obseruationis: nempè, quoties merces non sunt in loco contractus tempore venditionis, licet ibi traditio postea fiat : sed immo videtur clare præsupponere, loqui, quando merces ibidem vendendæ deferuntur, vt patet ex principio legis, ibi : *Mandamos, que qualesquier personas que fueren a vender, &c.* vt supra: quod est diuersum, & casus d. legis quartæ quotidie in praxi seruatur, secundum Lassar. ibidem *num. 17.* & eius contextus meminit Girunda, *de Gabell. 6. par. num. 35. & 36.*

13 Fit † igitur ex supradictis, quod quamuis, cum res existit in vno loco, & in alio venditur, ibi tamen debeatur gabella, nõ expectata traditione rei venditæ, vtpote, ex venditione perfecta, vt latè resolutimus *supra quæst. 7.* attamen, ne propter

vendito-

venditorum fraudes gabellarij damnum aliquod ratione loci patiantur, in pendenti erit gabellæ solutio, donec rei venditæ traditio fiat, quæ si in loco contractus facta fuerit, illius loci gabellario, ius gabellæ acquiritur, *vt in d. 1. conclusione nostræ legis* 5. si vero traditio fiat alio loco, nempè, vbi res erat tempore contractus, ibidem gabella soluenda erit, scilicet, in loco vbi res erat tempore contractus, & vbi postea traditio similiter fit, *vt supra in 2. conclusione d. legis* 5. de qua postea agemus.

14 Nihilominus † tamen prædicta suspensio solum inducitur ad hoc, vt videamus, & sciamus, quo in loco gabella solui debeat: non autem vt obseruemus ex quo tempore, & cui gabellario illius loci, iam per traditionem rei venditæ sequutam, declaratus est potior pro habenda gabella, soluenda sit. *Postquam* enim declaratus est locus, in quo gabella solui debeat, iuxta d. legem 5. illud constat, ac certissimum est, soluendam esse illi gabellario, qui in eo loco fuisset tempore venditionis alibi celebratæ: non verò existenti tempore traditionis, & declarationis subsequutæ: quia ex tunc nata est, & orta obligatio gabellæ ex pura illa, & essentialiter perfecta venditione ante traditionem, argumento optimi text. *in l. sed et si quis. §. interdum. ibi: retro vsufructuarij fuisse. ff. de vsufructu*, vbi, quamuis dominium rei à seruo emptæ in pendenti fuerit, donec pretij solutio fiat, nihilominus, semel declarato domino per solutionē pretij subsequutam, non ex tempore declarationis, sed retro in præteritum ex tempore, quo seruo tradita res est, intelligitur esse acquisitum: per quem textum hoc in terminis nostris rectè applicauit, & tenuit Lallar. *d. cap. 4. num. 13.* inde

15 benè † deducitur, quod in hac specie, quinque illi dies ad manifestationem venditionis, & permotationis ad solutionem gabellæ designati per legem 31. *tit. 19 hoc lib. 9.* non currunt ante rei traditionem, quia nescitur gabellarius, cui solui debeat, quæ est optima excusatio ex d. lege 31. in principio, ibi: *Diziendo, que no sabian a quien auian de acudir con ella.* quamuis aliàs regulariter a die contractus numerentur, & Lallar. *d. num. 13.* sequitur Azeued. *in d. l. 5 num. 30. tit. 17. hoc lib. 9.*

16 Licet † enim generaliter locus contractus, propter quem gabella penditur, & non locus traditionis, aut rei ad principalem gabellæ obligationem, eiusq. ortum consideretur, adhuc tamen, quia multæ sunt hominum fraudes, quibus obuiare opus est, ne facilè de loco in locum transmigrent, vt venditiones suas efficiant ad fraudandos gabellarios, huius loci, & ve cōmodius enim gabellarijs alterius loci conueniant super solutione gabellæ, & in cuiusque potestate esset, his prodesse, & alijs obesse, nostra lex Regia 5. iustissimè voluit, huic malo, & fraudibus idoneo remedio subuenire, statuens, vt quamuis generaliter locus, & tempus contractus inspicienda essent, adhuc eius legis decisio inuiolabiliter obseruetur.

17 Circa † secundam Conclusionem principalem supra deductam ex d. lege 5. illud erit primo obseruandum: dupliciter posse hoc cōtingere, nempe: *Que si la cosa mueble, o semouiente se vendiere en vn lugar, que estuuiere en otro lugar, entregandose en el lugar do estuuiere, se pague alli el alcauala*: aut enim hæc traditio ibi fit ex conuentione ab initio, & in ipso venditionis contractu appolita, aut ex tempore euenit, absque præambula partium destinatione in contrarium deducta: vtrumque enim casum lex nostra in sua generalitate comprehendit.

Sed prioris, ea est ratio: quia licet, quo ad ortum obligationis gabellæ, curandum non sit de traditione rei venditæ (vt sæpè diximus) tamen, quia si in vno loco partes contrahunt, & in alium rei venditæ traditio, & solutio destinatur, in eo loco contraxisse videntur, saltem quo ad contractus exequutionem attinet, *l. contraxiße*, vbi Bart. *notat, ff. de action. & obligat.* & declarat Salic. *in l. multum interest, §. si quis alteri, vel sibi*: & ideo in eo loco, verum fore fortiuntur, vt aduotat Bald. *num.* 18. Salic. *num.* 17. *in d. l. multum interest*, & Iason *in §. plus autem num. 14. & 15. in tit. de action.* merito, vt eo loco traditionis gabella debeatur, & quo ad eam attinet, contractus ille venditionis exequutioni ibi mandetur: nec soluatur, vbi verè, & essentialiter contractum, & venditum est, dummodo res fuisset eo in loco tempore venditionis, in quo postea traderetur: secùs aliàs, ut in d. l. 5.

18 Nec † aliquid præstat, quod Bal. *in d. l. multum interest, num.* 12. quem ibi sequitur Salic. *in fine*, doceat: quod si venditio facta est uno loco, & traditio destinatur in alium, ibi debetur gabella, ubi tradenda res est, nec requirit, quod res esset tempore venditionis eo in loco, in quem traditio destinata fuit, prout requirit *d. lex* 5. quia Bald. hoc decidit ea ratione, quod crederet ex ui statuti requiri ad obligationē gabellæ, præcedere debere traditionem rei venditæ, prout expressè docuit idem Bald. *cons. 243. incip. Tempore*, & melius *cons. 253. incip. Licet ista allegationes, lib. 4.* quem refert & sequitur Tiraquel. *de retractu lignagier, §. 1. glos. 2. num. 48. & 49.*

Quinimmo, & huiusmet opinionis retulimus nonnulla fundamenta, tum iure communi, tum etiam iure nostro Regio, *supradicta quæst. 7.* ac proinde quasi tunc demum venditio ad eum gabellæ effectum perficeretur, cum esset res tradita, tempus, & locum traditionis animaduertit, vt gabella soluatur. Ceterum cum contrarium iure Regio nedum communi attanto, verissimum sit, ac tenendum in praxi, ut resoluimus *d. quæst. 7.* merito ui nostra lex quinta, non multum fidat de sola rei traditione alibi facta, ut ibi gabellam esse soluendam diceret, sed simul rei existentiam in eo loco tempore contractus requisiuit, ut latius superiora adducens, considerauit Lallart. *dicto cap. 4. præcipuè num. 11.*

19 Secundi † casus nostræ legis ea est ratio: quia existentia rei, & subsequuta traditio a principio nō destinata in uno eodemq. loco facta præponderat contractui alibi facto, ad uitandas fraudes: quo fit, ut si hic locus in quo res erat, & tradita est, immunis sit, nulla gabella debebitur, quæ tamen deberetur, si tributarius esset: si autem locus uenditionis immunis, & exemptus sit, locus autem rei, & traditionis tributarius, soluenda est ibi gabella, quia ille locus, ubi res erat tempore contractus, & in quo traditio subsequuta est, inspiciendus in hoc proposito erit, iuxta d. legem 5. & in terminis probat Lallart. *d. cap. 4. num. 12.* sequitur Gironda, *de Gabel. 6. par. num.* 32. exemplificans in re mobili uendita, sita in loco alicuius Magnatis, quem dicimus, *lugar de señorio*, ual libero, quia non obstante, quod uenditio celebrata sit in loco Regali, debebitur gabella in loco *de señorio*, ubi res posita erat tēpore uenditionis, & tradita simul fuit, ubi existebat, ex secunda conclusione d. legis 5. quæ indistinctè se habet; nec obstat exceptio eiusdem legis 5. *in 3. Conclus.* supra elicita, ibi: *Y si el lugar donde se entregare no fuere Realengo*, &c. quia tantum comprehēdit casum trimembrem præcedentem, ad quem fore restringendam esse bene probat Gironda, *vbi supra, nu. 32. cum seqq.* Casus autem tertiæ Conclusionis supradictus diuersus est a secundo eiusdem legis ut patet ex uerbis utriusque supra relatis, uel potius nulla gabella debebitur in prædicta specie, quia cessat fraudis suspiciosita Azeued. *in d. lege 5. num. 27.*

20 Secundo, † circa præfatam Conclusionem secūdam deductam ex d. lege 5. obseruat Lallart. *ubi supra, num. 14. & 15.* eam intelligendam esse, quando in hoc Regno uenditur res intra hoc Regnum existens: secus si ego existens in his Regnis uendam tibi præsenti rem aliquam, siue mobilem, siue immobilem, quam in alio Regno haberem, ubi gabella ex huiusmodi uenditionibus Regi nostro non penditur, ueluti rem existentem in Aragonia, Portugallia, uel in Italia, aut Gallia, & eiusmodi, in eumq. locum res uenditæ traditio destinaretur: nihilominus enim debebo gabellam in hoc Regno ex generalitate *legis 1. tit. 17. hoc lib. 9.* quæ non distinguit an res illa uendita existat in hoc Regno, uel extra, cum hic casus non sit decisus in d. l. 5. idemq. è diuerso ex contrariorum disciplina dicendum esse, ait, ut si in Italia, vel alijs partibus existens rem meam aliquam præsenti tibi uendidero, quæ esset in hoc Regno, mobilis, aut immobilis, quamuis in hunc locum traditio eius destinetur, & fiat, nempè, ut nulla decima debeatur ui gratiæ legis Regiæ cum gabella sit onus consequutiuum contractus uenditionis.

ditionis, vt ait Baldus *in l. 1. num. 4. C. de contrah. empt. & in l. magis puto, § illud, ff. de reb. eorum*, quem refert Dec. *cons. 457. num. 1. & 2.* & idem Lassar. *d. cap. 4. num. 8.*

21 Ego † verò, etsi crediderim mentem legislatoris d. legis 5. eam esse, vt loquatur de locis huius Regni (quamuis verius est, eam loqui generaliter, quorumcumque locorum) nihilominus tamen censeo, idem esse resoluendum in specie præmissa huius secundæ obseruationis, ex identitate rationis, ac proinde in vtroque casu teneo contra Lassar. in 1. nempè, vt nulla gabella debeatur, nisi fraus in hoc interuenerit, quia lex 1. tit. 17 *hoc lib. 9.* loquitur, aut saltem loqui intelligenda est, tantum in venditionibus rerum in eodem loco existentium, in quo venduntur, vt patet, dum per nostram legem quintã ita declarauit, & interpretatur, aliud disponentem in rebus alibi existentibus, & traditis, quam in loco venditionis. Deinde, quia ibi contractum videtur, vbi traditio destinatur, & fit, *l. contraxisse, ff. de action. & obligat.* Ergo, si ibi nulla debetur gabella, ipsa in nullo loco soluenda est; si verò ibi debetur aliqua gabella, ibi soluenda erit, argumento d. legis 5. quam in secũdo casu Lassart. vt gabella debeatur in hoc Regno, cum in eo existit res, (& traditur ibidem) tempore venditionis extra Regnum celebratæ, quo extante, nulla vis fieri potest, quod sumus in diuersis Regnis, magnam siquidem correlationem, & coniunctionem habent inter se venditio vno loco facta, & existentia rei simul cum traditione alibi consistens, quasi ratione rei venditæ existentis in alio loco, ibiq. traditæ debeatur, vel non gabella, sicut in his Regnis, idem statuitur per d. legem 5. & vbi eadem est ratio, eadẽ iuris dispositio locum habet, *l. illud, cum similib. ff. ad leg. Aquil.* Item quia a recta actione deuiare videtur, quod ex re hic vendita, quæ existit, & traditur extra Regnum, vbi gabella non debetur, hic soluatur, nisi traditio quoque fieret in hoc Regno, quia de vno Regno extraneo ad nostrũ Regnum cessare videtur præsumptio fraudis, sicqua in d. lege 5. scilicet quando de loco rei res ipsa defertur tradenda ad locum contractus intra nostrum Regnum: & prætereamus non est, dicere, quod in secunda specie Lassar. gabella non debeatur ex re hic existenti, & tradita, vendita tamen extra Regnum, quæ cum ita tenerem, & scripta haberem, inueni postea scribentem Azeuedo *in d. lege 5. num. 27. cum seqq.* hanc meam sententiam in vtroque probantem contra Lassart. *vbi supra*.

22 Circa † tertiam Conclusionem nostræ legis 5. supra relatam, quæ habet, *que quando se vende vna cosa, que esta en otro lugar, con condicion, que se aya de entregar en otro tercero lugar diferente de los dos primeros, se pague el alcauala en el lugar donde tenian el vendedor lo que assi vendio, quando se otorgo la venta:* plures casus considerandi sunt.

Primus est, cum locus venditionis, & locus rei, & locus tertius, in quem traditio confertur, eiusdem conditionis sunt: nempè, quod omnia illa loca sunt Regalia, & tributaria, & hic casus planus est, vt tunc sit soluenda gabella in loco existentiæ rei tempore contractus: eademq. decisio seruanda erit, si omnia illa loca dominicalia sint, simulq. tributaria, quia eadem est ratio.

23 Secundus † casus est, qui excipitur ab eadem lege 5. ibi: *Saluo si el lugar donde estaua la cosa vendida es lugar franco de alcauala. porque entonces la alcauala se ha de pagar en el lugar Realengo dõde se entregare*, vt retulimus supra. Cũ enim in loco rei potuisset venditor, si voluisset, traditionem rei facere, quo casu nullam gabellam debuisset, *vt prædiximus*, si in alium locum subiectum, & tributarium rei traditionem conferat, nullam videri potest fraudem commisisse, atque ita cessat ratio supra considerata, & inspiciendus erit locus traditionis.

24 Tertius † casus est, quando locus rei non est immunis, est tamen cuiusdam domini particularis: cetera verò loca, tam contractus, quam traditionis, sunt Regalia, & quamuis casus hic non sit expresse, & nominatim decisus per d. legem 5. in versiculo: *Mas si lo que se vende*, nihilominus tamen eius generalitas eum comprehendit, ac per consequens soluenda est gabella in loco rei etiam dominicali: nõ enim ibi ea distinguitur, an ille locus Regius sit, an dominicalis: solumq. limitatur, quando locus rei esset immunis, ita Lassar. *d. c. 4. num. 18.* quem refert, & sequitur Azeued. *in d. lege 5. num. 27.*

25 Quartus † casus est positus in d. lege 5. ibi: *Y si el lugar donde se entregare, no fuere Realengo, y fuere de sennorio, de que nos no cobraremos alcauala, se pague en el lugar Realengo mas cercano del lugar de sennorio donde se entregare, con el quatrotanto de la tal alcauala*, vt supra diximus: cuius legis iustam rationem, inquit Lassart. *vbi supra, num. 19.* se non percipere, & quod nulla sibi sic dura lex est in toto quaterno gabellarum, sed quod ita scribitur, seruanda erit, *l. prospexit, ff. qui, & à quibus*, & circa eius rationem aliquid legislatoris experientiæ tribuendum esse, vt circa *l. non omnium ff. de legibus*, eleganter aduertit Dominicus Soto, *lib. 1. de inst. & iure, quæst. 5. artic. 2. in fine*, tametsi Azeuedo *in d. l. 5. num. 26.* moueatur in hoc Lassar. dicens, ex conclusionibus, limitatione, & sublimitatione, de quibus ibi per eum, remanere illius legis litteram, & materiam clarissimam.

26 Quintus † est casus, quando res est in loco franco, & in alio venditur, & in alium quoque locum francum traditio eius confertur rei gestæ commodiorem: & quidem nullam tunc temporis gabellã deberi, patet; quia nulla fraus, siue malitia venditoris considerari potest in hac specie contra gabellam, cum posset, si vellet, rem tradere in loco frãco, vbi ipsa erat, & ita à gabella excusari. Non igitur pœnam merebitur, nec gabellam soluet ita Lassar. *d. cap. 4. numero 20.*

27 Sextus † casus est, omissus etiam a d. lege 5. nempè, quãdo res est in vno loco, & in alio venditur, nullibi autem traditur, vt quia per emptorem remissa est venditori traditio donationis causa, & tunc in loco contractus deberi gabellam, esseq. ibi soluendam probat Lassar. *d. cap. 4. nu. 21. & 22.* vbi limitat, nisi locus ille contractus esset immunis, & non de expressis in libris Regijs, quia tunc gabella debebitur in loco rei, *ex lege 4. titulo 20. hoc lib. 9.* sed Azeuedo *in d. lege 5. sub num. 26. in versic. quid tamen*, rectius asserit meo iudicio, quod Lassarte in eo præsupponit quid impossibile: nam siue venditor rem tradat, siue emptor eam capiat sua authoritate, vbi eam capit, censetur traditionem fieri, & sic ibi soluetur gabella.

28 Septimus † casus est, quem supra exposuimus in quæstione præcedenti de venditione facta inter absentes per nuncium, vel epistolam.

29 Octauus † erit casus in venditione meo nomine per aliũ facta, sine tamen mandato meo, me alio loco existente, & ratificante: in quo proculdubio dicendum est, ibi celebratam esse intelligi venditionem, vbi ratificata est, ex traditis per Tiraquel. *de retractu lignag. § 1. glos. 10. num. 68.* & in terminis Lassart. *vbi supra num. 24.* vbi quod si tradita est res in loco ratificationis, ibi proculdubio debebitur gabella, quia concurrunt contractus, & traditio eo in loco: si verò tradita res sit in loco, vbi res erat tempore ratificationis alibi factæ, ibi erit decima soluenda, concurrente existentia rei, & eius traditione in eodem loco, *iuxta d. l. 5. in 2. conclus.* supra ab ea elicita.

30 In † casibus autem superioribus, in quibus traditio gabellæ acquisitionem operatur, non sufficiet ad id constitutum possessorium: sed adhuc inspicienda est in hac materia realis traditio, quę postea sequuta fuerit: cum enim pręfata lex 5. loquatur de traditione, vt patet, ibi: *entregan-*
31 *dose*, de naturali traditione intelligenda est, quia † verba legis naturaliter debent intelligi, non verò per fictionem, argumento text. *in l. filio, quem pater, ff. de lib. & posthum. & l. qui habent, ff. de tutel.* Anton. Gomez. *in l. 70. Tauri, num. 17.* & cum lex requirit traditionem realem, constitutum non sufficit, vt ex communi sententia resoluit Tiraq. *de iure constit. possess. limit. 11.* Vnde nec laudemiorum acquisitionem operatur, vt per Tiraq. *ibi limit. 27.* & vtrumque refert, & sequitur Lassar. *d. cap. 4. num. 25.* qui ex his, & alijs fundamentis iuridicis hanc declarationem in terminis, de quibus agimus, sequitur, & probat.

32 Nec † obstat, quod per actum fictum vera, & iuridica possessio causatur, sicut ex actu vero, *l. quod meo, § si ven-*

ditorem, *verſ. aut ſi vicinum. ff de acquir poſſeſ.* Ant. Gomez *in l 17. Taari num 15. verſ primo quia, & in lege 45. Taurs. num 45 lib 6. tit. 30 par. 3.* quia reſpondemus, quod licet hoc ita verum ſit, nihilominus actus hic conſtituti, vel per aſpectum oculorum eſt fictus, de quo non loquitur d. lex 5. ſed de vera & actuali traditione rei; vnde licet per actum fictum acquiratur vera poſſeſſio, d. lege 5. non agitur ſimpliciter de poſſeſſione, ſed de traditione, quæ traditio de naturali intelligenda eſt, non verò de ficta, vt prædiximus ob euitandas fraudes.

33 Nonus † caſus eſt, vbi quis promiſit, aut vẽdidit in prouincia, ſub conditione, quæ Romæ, vel alibi implenda eſt, prout fuit ibi impleta: nam non videtur ibi cõtraxiſſe, ſed in loco conuentionis, iuxta gl. fin. *in l ſi vxor. ff de iudic.* argumento *l. filiusfamilias, ff de verbor obligat.* eſtq. communiter approbata illa gloſſa, ſecundum Laſſart. *d cap. 4.*
34 *num. 28. verſic. dum. & illius*, ideoq. † debebitur gabella in loco, vbi contractus eſt initus, non in loco conditionis, vt per Firmianum *de Gabellis, in 5. par princ quæſt 11. nu. 18 & iterum 6 par quæſt. 1. num. 1. cumſeqq* vbi alia multa in eo congerit; atque etiam *in 3. par. 8 par. princ q 27 num. 44. vol. 11. tract. diuerſ. Doct.* & Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 44.* & Laſſart. *vbi ſupra.*

35 Hinc † meritò dixit Bald. *in l. 1. ad finem, C de nundin.* quod ſi ex ſtatuto non debet ſolui gabella ex contractu facto in nundinis, ſi in illis fiat contractus conditionalis, cuius conditio extet poſt nundinas, non debetur gabella inſpecto tempore, & loco contractus, non conditionis: Ita eum refert, & ſequitur Aretin. *in l hæres quandoque, col. vlt. ff de acquir. hæred.* vbi id dicit ſingulare, *& conſil 11, Procedendum eſt breuiter, colum. 1.* idq. veriſſimum eſt ſecundum Tiraquel. *vbi ſupra.*

36 Deducitur † etiam ex ſupradictis, quod gabella contractus conditionalis debet ſolui gabellario, qui eſt tempore contractus celebrati, non verò ei, qui eſt tempore conditionis exiſtentis: ita Firmianus *d. 6 par. in princ. num. 1. verſ. ex quo infertur,* ac per conſequens ſoluenda eſt gabellario loci contractus, non vero loci conditionis impletæ, vt patet ex ſupradictis.

37 Sed † & alij caſus deducuntur ex conditionibus, *del encabeçamiento general deſtos Reynos,* præcipuè *ex cap. 48.*
38 *cum ſeqq.* poſitis ad finem huius operis, † quę vt leges obſeruari debent, ex traditis per Menchacam, *libro 3. de ſucceſſ. creat. § 28. num. 28 verſic. illud autem controuerſum eſt,* quem refert & ſequitur Laſſar. *d cap 4. num. 18. in prin.* ſed & idem Menchac. *lib. 1. §. 9. num 8. verſ denique agit de intellectu d. cap. 48.* Alij etiam quamplurimi caſus ſunt, prout cuiuſque Ciuitatis, & locorum ſuæ iuriſdictionis, ac territorij pacta, & conuentiones fuerint, quos iudex, & aduocatus videre debent, cum caſus ibi occurrit ad iudicandum, & conſulendum, vt cauet Laſſart. *d. num. 18. ante d. verſic. dum, & illius.*

39 Nunc † verò d. lex 5. limitatur primò in caſu *legis 6 tit. 17 hoc libro 9. nempè en los pannos que por mar ſe lleuan a vender a la ciudad de Seuilla, que deſpues de entrados en ſu Arcobiſpado, o al Obiſpado de Caliz, antes que lleguen a Seuilla, que el alcauala de la primera venta, no ſe ha da pagar al arrendador del lugar do ſe hizo la entrega, y celebro la vẽta, como ſe auia de pagar, ſegun lo diſpueſto en la dicha ley 5. ſino que es para el arrendador Real de la renta de la mercaderia de los pannos de la ciudad de Seuilla, aunque en ella no ſe aya celebrada la venta,* & per præd. legem 6. hoc tenet Girondã, *de Gabel. 6. p ſub num 36.*

40 Secundò † fallit noſtræ legis 5. diſpoſitio, *en el vino que ſe carga en el Arcobiſpado de Seuilla en el rio de Guadalquiuir, que aunque niegue por el que lo carga, auerſe comprado, o vendido alli, ſine mueſtra auer pagado el alcauala adonde ſe enuaſo, ſe paga en Seuilla,* l. 5. tit. 19. hoc lib. 9.

41 Tertiò † fallit, *en quanto a los pannos picotes, ſayales, friſas, y otros qualeſquier pannos, que todas las perſonas tuuieren por trato de obrar, y hazer en qualeſquier lugares deſtos Reynos; que ſi los vendieren fuera del lugar donde los labraron, ſi no mueſtrã por teſtimonio de eſcriuano publico ſacado por mandado del iuez, y con iuramento de ambas partes en el lugar donde ſe labro, auerlo vendido en lugar Realengo dentro de tres dias, y que alli pagarõ en alcauala, o que los vendieron en feria, o mercado franco, por franqueza aſſentada en los libros de lo ſaluado deuen el alcauala en el lugar do los labraron, aunque los ayan lleuado a vender, y ſe ayan vendido fuera,* iuxta l. 17. tit. 17 hoc lib. 9.

42 Quarto † fallit, *en los vendedores que venden en ferias, o mercados francos, o en lugar franquezado o en que ſe haga ſuelta alguna por franqueza no aſſentada en los libros de lo ſaluado. Porque pagan el alcauala de lo que anſi venden en ſus tierras, donde ſon vezinos aunque lo ayan vendido en las tales ferias o mercados, o lugares francos,* vt in l. 4. tit. 20. hoc libro 9. quæ quidem in praxi obſeruatur, vt ſupra diximus, *y los compradores tambien pagan el alcauala en el lugar donde lleuan lo que anſi compraron en las tales ferias, o lugares francos en todo o en parte,* vt in d. l. 4. *Y ſi la franqueza es por autoridad del ſennor del lugar, y no por el Rey, pierden tambien las mercaderias,* vt in l. 5. tit. 20. hoc lib. 9.

43 Quinto † fallit, *en aquellos que meten mercaderias en las ferias do ſe paga alguna alcauala, y por defraudarla las ſacan de alli. Porque eſtos, ſi dentro de vn mes de como las ſacaron, las venden fuera del lugar donde moran pagan el alcauala en las tales ferias de do ſacaron las tales mercaderias, con el quatrotanto. Y no ſe deue en el lugar donde ſe entregaron, o vendieron,* vt in l. 30. tit. 19. hoc lib. 9.

44 Sextò † fallit, *en los carniceros: que traen de fuera comprados ganados viuos para ſus carnicerias, que ſi no mueſtran carta de pago, ſignada de eſcriuano publico, de como pagaron el alcauala en el lugar do dizen, que ſe compraron, han de pagarla en el lugar de ſus carnicerias con otro tanto mas,* vt in l. 7. tit. 19. hoc lib. 9. *Y ſi compran ganados viuos del lugar do viuen y ſon carniceros, o de ſu termino; eſtan obligados a hazer las diligencias, que mandan las leyes 6. y 8. del miſmo tit. 19 lib 9.*

45 Septimo † fallit, *en aquellas perſonas que lleuan, y ſacan, o quieren ſacar de algun lugar ſus mercaderias, que ſi no mueſtran auerlas cõprado en otro lugar o que las ſacaron, y traxeron de ſus caſas, pagan el alcauala con el doblo, de lo que aſſi quieren ſacar, y ſacan en aquel lugar,* l. 33. tit. 19. lib. 9.

46 Octauò † fallit in caſu l. 34. eiſdem tit. & libr. nempe, *en los mercaderes, o recueros, que traxeren beſtias de albarda, o mercaderias de qualquier lugar para el lugar donde viuen que ſiẽdo requeridos por ante eſcriuano, por el arrendador de aquel lugar donde viuẽ a quien pertenece la rẽta de la alcauala de lo ſuſo dicho le oiga, y declare dõde traxo aquellas coſas, y que le mueſtre como ſe pago el alcauala de ello en el lugar dõde lo ſu o ſiendo la beſtia, o mercaderia de quatro mil marauedis arriba, eſtan obligados a moſtrarlo por teſtimonio ſignado de eſcriuano publico dentro de tres dias deſpues del requerimiento, como ſe paga el alcauala en aquel lugar donde lo ſacaron, con iuramento de que el teſtimonio es verdadero, y que en ello no huuo cautela, ſo pena de pagar el alcauala de aquello que ſe truxo al arrẽdador que le hizo el requerimiento excepto ſiendo la coſa de menor valor de quatro mil marauedis.*

S V M M A R I A.

1 *Gabella ex venditione rei in genere generaliſſimi, quo in loco ſoluenda ſit 1. & in numeris ſeqq reſoluitur in loco contractus eſſe ſoluendam, num 7. limitatur num 8 in promiſſione de vendendo.*

2 *Genus generaliſſimum nec poſſidetur, nec eſt in dominio alicuius.*

3 *Gabella ex venditione generis generaliſſimi videtur deberi in loco quo deſtinata fuerit traditio, ampliatur duobus modis num 6. poſt princ ſed contra na 7. limitatur, num. 8.*

4 *Non entis, & non apparentis, nulla ſunt ſpecies, nec qualitates.*

5 *Venditio generis generaliſſimi, nõ reputatur contractus venditionis ſed quidã contractus innominatus, quouſque traditionẽ rerum reducatur ad venditionem.*

6 *Contraxiſſe quis videtur, vbi ſolutio facienda deſtinatur.*

QVÆ-

QVAESTIO CV.

Quo in loco debeatur gabella ex venditione rei in genere generalissimo? in l. 5. tit. 17. lib. 9.

1 QVæstionis † huius exemplum figitur, in venditione rei, quæ non habet locum existentiæ tempore contractus, videlicet, *quando se venden tantas hanegas de trigo, ceuada, centeno, o da sal, o arrobas de azeyte, vino*, & similium, consistentium in pondere, numero, & mensura, *sin sennalar de trigo o ceuada cierto*, & similium, *que consista*
2 *in specie, ni tenga lugar al tiempo del contrato*? Genus † omneque generalissimum, nec possidetur, nec est in dominio alicuius, nec loco circumscribitur, Bald. *in l. 3. in princip. ad finem, C. communia de legat.* & ideo ex quocumque loco detur, debitor liberatur, *l. vbi autem, in princ. ff. de verbor. obligat.* & vsque ad realem traditionem non reducitur ad speciem, nec habet circumstantiam loci, *l. cum incertus, ff. de legat. 1.*
3 Quare † videtur propositæ quæstioni respondendum, gabellam in eius specie deberi eo loci, quo destinata fuerit traditio, ibi enim pacto locus conceditur, quem natura habebat, *l. cum res legata, ff. de leg. 1.* quousque enim soluta
4 & recepta fuit, nulla eius erat certitudo, & † non entis, & non apparentis nullæ sunt species, nec qualitates, *l. 2. ff. de vsufructu.* Bart. *in l. 1. in fine, ff. eodem titulo, & l. eius qui in prouinciam, §. quas verò, ff. si cert. petat.* & ibi Doctores:
5 denique, † quia venditor rerum in genere generalissimo non vendit plus ab initio, quam suam obligationem tradendi eas res, & ideo non reputatur is contractus tunc venditio, sed quidam contractus innominatus, quousque traditione reducitur ad venditionem, & huiusmodi iura, & actiones illius sunt loci, vbi exigi de facto, & solui debent, *l. ex facto, §. rerum, ff. de hæred. instit. l. quæro, ff. de sol.* Roman. *in l. si constante, § fin. ff. sol. matrim.* & alios allegans, Tiraq. *de retractu lignag. §. 16. glos. 3. num. 16 & 17.*
6 Probatur † etiam: quia ibi dicitur quis contraxisse, vbi solutio facienda destinatur, *l. contraxisse, ff. de action. & obligat.* Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. glos. 2 num. 46. & 47.* vbi locum traditionis esse attendendum ad solutionem gabellæ probat.

Et hæc prima opinio, si vera est, procedit etiam, si postea partes noua voluntate locum traditionis rei constituerint, siue destinatum alterassent, esset enim in fraudem, & ideo deberetur gabella in loco prius traditioni destinato, *arg. d. legis 5. tit. 17. hoc lib. 9.*

Procederet etiam eadem opinio, licet in contractu ipso venditionis, locus traditionis destinatus non esset, quamuis enim tunc videbatur attendendum esse locum contractus, ad hoc, vt ibidem gabella debeatur, & soluenda sit, vt voluerunt Abbas, & Felin. *in cap. fin. de foro competent.* videtur potius attendendus traditionis locus, qua venditio perficitur.

7 Nihilominus † tamen in vtroque casu verius, & firmius videtur contrarium tenendum, & resoluendum in praxi: immò, quod in loco contractus gabella debeatur, & soluenda sit in specie nostræ quæstionis, siue in venditione destinetur locus traditionis, siue non assignetur, sed simpliciter fiat venditio; primò, quia aut constat de mente partium, licet expressè id non agatur, vt sæpè contingit, quod in loco venditionis traditio fieri debeat, & tunc res est clara, quod cum contractus, & traditio rei venditæ in eodem loco concurrant, ibidem gabella solui debet, *ex d. lege 5. in princ. & ex supra in quæstione proxime præcedenti latè resolutis*: si verò id non constat, & in dubio idem intelligendum est, nempè, vt in loco contractus fiat solutio, Ergo ibidem soluenda est gabella.

Dubium remanet, quando expressè partes traditionem in alium locum destinauerunt, vel id sufficienter constat: & adhuc in hac specie verius esse credo, quod gabella debeatur in loco venditionis, quia gabella in his Regnis debetur ex ipso contractu venditionis valido, & perfecto per consensum simultaneum vtriusque contrahentis, non expectata rei traditione, nec pretij solutione, ut supra non semel diximus: traditio igitur postea subsequuta ex pacto partium, uel absque eo, nō immutat, nec alterat naturam, & originem obligationis gabellæ à principio contractæ in præiudicium tertij, cui ius fuit acquisitum, nec tunc uidatur considerandus locus traditionis iuxta dispositionem *d. legis 5. tit. 17. hoc lib. 9.* quia ipsa hunc casum nostræ quæstionis omittit: non enim hic uidetur esse de contentis in ea, ergo decidi debet ex generali regula *legis 1. titulo 17. hoc libro 9.*

8 Tunc † autem traditio in proposito consideranda esset, cum a principio contractus uenditionis proprie, & perfectè non esset celebratus, sed tantum esset facta quædam conuentio de uendendo rem quandam in genere generalissimo, certo loco tradendam: tunc namque in loco traditionis uidetur celebratus contractus ipse uenditionis, ibiq. esset soluenda gabella: secùs uerò si hic purè, & perfectè, quo ad uerba, & simultaneum præsentem ambarum partium consensum uenditio celebraretur, licet solutio, & traditio alibi destinaretur fienda eius rei, nempe, quæ nullum locum habet existentiæ tempore contractus: quia tunc locus ipse contractus attendendus est, cum ex eo ipso contractu debeatur gabella, iuxta decisionem generalem *d. legis 1 tit 17. hoc lib. 9.* Quod si res uendita eiusmodi esset, quæ certo loco circumscriberetur, vt in quæstione proxime præcedenti, tunc seruanda esset dispositio *d. legis 5.* & quæ latius pertractauimus circa eius intellectū, & praxim in quæstione supradicta, proxime præcedenti: In hac enim præsenti quæstione agimus de venditione rei in genere generalissimo consistentis, quæ nullibi circumscribitur, & ideo meritò, ut ea decidenda sit per regulam d. legis 1. non ociò *d. legis 5. eodem tit. 17. hoc lib. 9.* cum ea lex 5. eo casu, ut patet, non loquatur, ergo decidenda uenit per d. legem 1. quæ generaliter loquitur in quacumque rei uenditione, ut illatim debeatur, & exigi possit ex ea ab ipsis uenditoribus, in qua nulla consideratio sit traditionis. Ergo debetur gabella in loco contractus, ut probauimus.

SVMMARIA.

1 *Gabellario cui debeatur gabella fructuum futurorum venditorum, & num. seqq. resoluitur num 8.*
2 *Substantia rei venditæ, quando est futura, qualitates quoque eius (hoc est) locus & tempus huiusmodi esse debent.*
3 *Venditio fructuum, vel fœtuum omnino futurorum non purificatur donec fructus sint percepti, nisi quādo venditur actus percipiendi fructus, quia tunc videtur emi spes: idemq. videtur dicendum in venditione fructuum vel fœtuum non omninò futurorum, vt in num. 4.*
5 *Fructus pendentes pars fundi sunt.*
6 *Ancilla prægnans non iudicatur pro duobus, nec etiam post partum, si mater alit filium, lactem ei præstando, desinunt esse eadem res mater, & filius, vt in nu. 7. vbi, quod tunc temporis vendita matre, filius quoque venditus intelligitur, & accessorius.*
8 *Venditio fructuum pendētium, vel immaturorum, vel eius quod perceptum fuerit ex tali fundo, est pura, & ideo periculum, & commodum tunc pertinet ad emptorem.*

QVAESTIO CVI.

Gabella fructuum futurorum venditorum cui gabellario debeatur?

1 QVarto † modo, *quid dicendum sit in proposito loci de fructibus futuris vēditis, vel de fœtibus animaliū, vel lanarum, anni proximi venturi, cuius loci, & temporis gabellario debeatur gabella huius contractus?* De fructibus futuris uenditis alicuius fundi uel uineæ, late egimus *supra q. 8. num. 15. vers. ex priori resolutione*: sed quia hic est pro-

prius locus huius quæstionis, nonnulla in hoc suo loco agam de vtrisque a primi resolutione non resiliens, immò eamdem confirmans, & amplius declarans, in hunc scilicet modum.

2 Nempè, † quia quando substantia rei venditæ est futura, qualitates quoque eius, (hoc est locus, & tempus) huiusmodi esse debent: non enim ipsæ subsistere possunt absque subiecto, *l. 2 ff. de vsufructu*. Bart. *in l. 1. in fine, ff. eodem titulo*, & ita cum substantia rei est incerta, qualitas quoque eius incerta est, Bald. *in l. liberti num. 9. C. de oper. libert.* si igitur tempore venditionis res vendita futura est, locus eius esse tunc non potest, vt eidem conuenire possit dispositio localis, *l. 5. tit. 17 hoc lib. 9.* Vt igitur in specie præmissa, venditio ipsa est in suspenso, & intrinsecè conditionata, scilicet, si fructus venditi nascantur, *l. 1. § fi. ff. de condit. & demonstr. l. nec emptio, de contrahen. empt.* ita etiam, & per consequens, qualitas, & circumstantia, hoc est loci & temporis in suspenso quoque esse debet.

3 Hæc † autem procedunt, & locum habent, in venditione fructuum, vel fœtuum omninò futurorum, in illis enim venditio non purificatur, quousque fructus sint percepti, & antequam percipiantur, nisi quando venditur actus percipiendi fructus, quia tunc videtur emi spes, vt tenet Bart. *in l. cotem ferro, § qui maximos, nu 4 ff de public. & vectigal.* præmaximè, si fuerunt venditi ad numerum, pondus, vel mensuram, quia tunc venditio non perficitur vsque ad numerationem, pondus, vel mensuram, *l. sæpe, §. in ijs, ff. de contrah. empt.* locus igitur horum fructuum percipiendorum, & tempus perceptionis eorum erunt tunc temporis inspicienda, quo ad solutionem gabellæ: sicque locus lanæ futuræ venditæ erit, vbi tondentur oues, & arietes, & ab eis lana separatur, ac desierit esse inter viscera animalis; non verò vbi antea errauerint, & locus agnorũ, *adonde despues de nascidos, y destetados de las madres se pueden dar, y entregar al comprador, porque antes no son perfetos, ni separabiles de sus madres, y ansi han de estar en tal perfecion, que sin ellas commodamente, segun la costumbre del lugar se puedan sustentar de por si, apartarse, y entregar se: y por el tal apartamiento se purifica el contrato de la primera perfecion, y se podra pedir la entrega*, l. nihil peti, ff. de reg. iur. *Porque el contrato que se hizo de venta de los corderos, que nacieren tal anno: trata como de cosa separada de las madres. y ansi no se puede verificar, ni se verifica, sino quando estuuieren los corderos para apartarse de las madres: para entregarse, conforme a la costumbre de la tierra entonces pues, y en aquel lugar dõde entonces anduuieren, y estuuieren parece se deuera y ha de pagar el alcauala.*

4 Idemque † videtur dicendum eadem ratione in venditione fructuum, vel fœtuum non omnino futurorum, sed quod incepissent iam esse in rerum natura inanuè, non autem completiuè, videlicet, cum venduntur fructus demonstrati, vel partus ouium grauidarum, & similium rerum, tunc enim si euentus, vel ius percipiendi non venit in contractu, vt res vendita, de quo infra agemus, *num. 8. in versic. ceterum*, sed prædicti fructus, & partus vendantur vt separati, hoc est, *para quando fueren separados, y cogidos del suelo, y los partos nascidos perfetamente* erit etiam venditio intrinsecè conditionalis, quæ conditio tacitè inest, scilicet, si nascantur, *vt in d. l. 1. § fin ff de cond. & demonstr. & l. nec emptio, ff. de contrah. empt.* & tunc demum habebunt suum locum, quando huiusmodi fructus percepti, & separati fuerint a solo: & lana, & agni fuerint separati: nõ
5 verò illum, quem ante separationem habebant: † fructus namque pendentes pars fundi sunt, *l. fructus pendentes, ff. de rei vend. l. fin §. penul. ff. de his, quæ in fraud. cred.* nec partus aliud iudicatur, quam matris ante natiuitatem perfectam, eius temporis, quo a matre separari possunt, & solent, Doctores *in l. qui in vtero. ff. locati.* Aoania, *in cap. si-*
6 *cut el segundo, num. 11. de homicid.* nec † ancilla prægnans pro duobus iudicatur, *l. in ratione, la segunda. ff. ad leg. Fal-*
7 *cidiam.* nec † etiam post partum, si mater alit infantem, lactē ei præstando, desinunt esse eadem res mater, & filius, vt per Ant. Gomez. *lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num 14.* vbi, quod tunc temporis, vendita matre, filius quoque intelligitur venditus, vt accessorius, &c. *Y se vendiessen ouejas, o vacas prennadas, luego se deberia el alcauala de todo el lugar donde pertenece, por ser todo vna misma cosa que se vende juntamente de presente, y no frutos, ni partos futuros de por si.*

8 Ceterum † si vendantur fructus pendentes, vel immaturi, vel quod perceptum fuerit ex tali fundo, vinea, vel terra, cum hæc sit venditio, vt de præsenti, quia venditur id, quod est, vt est spes percipiendi, & euentus, quæ est venditio pura statim, nec suspenditur in euentum, & successum futurum, & ideo periculum, & commodum ex tunc pertinet ad emptorem, Bart. *in d. § qui maximos, num. 11. per l. fistulas, in fi. ff. de contrah. empt. & in l. qui pendentem, in fi. ff. de act. empt.* late Ant. Gomez. *d. cap. 2. num 7. ad finē.* Idemq. videtur etiam esse, quoties emptor, huiusmodi fructus emptos, vel conductos, eos deberet colligere suis expensis, & periculo, hoc enim est emere spem, quæ semper est, ergo tunc temporis, hoc est, venditionis, & in loco eius debebitur statim gabella, iuxta supradicta.

Ego verò non video congruam rationem differentiæ inter hunc casum, & proximè præcedentem in vers. *idemq. videtur dicendum. num. 4.* & ideo in vtroque censeo indistinctè, ... gabellam deberi, & soluendam esse gabellario temporis, & loci venditionis fructuum non omninò futurorum, sed demonstratorũ, & partus ouium grauidarum, ... perfecta est venditio illius spei demonstratæ: secus, quando fructus, & partus sunt omninò futuri, non verò pendentes, neque demonstrati vllo modo: quia tunc seruandum est, quod prædiximus in princ. huius quæstionis, & in d. q. 8. quod nunc quoque probamus.

SVMMARIA.

1 *Gabella lanæ, vel fœtuum futurorum gregis depascētis ordinariè in vno loco, deductæ in alium diuersum ad tonsurā, quo loco debeatur? & num. seq. distinguitur, num. 2. cum seq. limitatur num. 8. quando id ex iustis causis fieret.*

3 *Contractus quando bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint: nisi quando adest præiudicium & fraus contra legem, quia tunc via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudādi legem, & quæ alias non esset eligenda, vt in num. 4.*

5 *Contra legem tunc fit, cum quando quis id faceret eo animo & consilio principaliter, vt eã circumueniat secus alias.*

6 *Ratio quando vnica cuiusuis facti tantum reddi potest, illa habetur pro expressa.*

7 *Animalia prægnantia deducere de vno territorio ad pariendũ in alio, est fraudare statutũ præcipiēs, quod pro animali nascenti in territorio primo soluatur vnus solidus domino loci, & ideo debetur eidē solidus, licet nascatur in alio diuerso territorio, ad quod fuit deducta mater, vt pareret.*

9 *Fraus contra legem, vel statutum fieri non censetur, quando aliquis id fecit non principaliter & directè, vt retractum fraudaret, sed vt sibi prospiceret, ne fortè aliud damnum indebitè pateretur.*

QVAESTIO CVII.

An fraus fiat in specie quæstionis præcedentis ex transmissione pecorum in alium locum diuersum?

1 QVæro † modo opportunè ad proximè immediatè præcedentia, *quid si vendita lana, vel fœtibus animalium futuris, & tempore proximo tonsuræ, vel partus, dominus gregis tondendæ, vel pariture, eam extraheret, & traduceret in alium locum diuersum ab eo, in quo pascebatur ordinario, y ...* ... *dicatur hoc fieri in fraudem gabellarij primi loci ... vt habeat locum decisio legis 5. tit. 17. hoc lib. 9. in versiculo mas si lo que se vende, &c.* ubi deciditur: *Que si lo que se vende no esta en el lugar do se haze la venta, ... y se vende con condicion, que se aya de entregar en otro lugar diferente, que el alcauala se pague en el* lugar

lugar donde tenia el vendedor lo que assi vendio, quando se otorgo la venta?

Videtur namque prima facie, casum nostræ quæstionis diuersum esse ab specie d. legis 5. *in verbis præcitatis*. Illa nanque lex loquitur, *quando la mesma cosa que se vende separada se passa de vn lugar a otro, para entregarse*: nos vero, quando non ipsa res vendita, sed eam continens, *como es el carnero, o la oueia antes que se tresquile, o para se passa a otro lugar: y esto no son dos cosas, sino vna misma*, & gabella debita ex fructibus per se venditis, non debetur quando fundus venditur cum fructibus pendentibus, quia tunc non sunt fructus, sed pars fundi vēditi, *vt in l. fructus pendentes. cum simil. ff. de rei vendic.* Præterea cum hæc animalia necessario ad pascendum pro sui sustentatione vagentur, & quandoque mutent diuersa territoria, non est fraudi tribuendum, quod necessitate cogente fit, argumento *l. Cæsar. ff. de public. & uectigal.*

2 Nihilominus † tamen in proposito, distinguendum esse censeo, quod si grex tempore contractus pascebant de *estantia ordinaria en aquel lugar sin dettinacion de mudar lugar*, veluti in termino domicilij: *si de alli se sacasse, o lleuasse sin necessidad para otro diuerso lugar a solo tresquilarse, o a partir, y boluerse luego al dicho termino*, tunc clare diceretur constare, huiusmodi mutationem, & nouitatem fieri in fraudem gabellarij primi loci, ac proinde illi nocere non debet, nec alij prælata extractio prodesse.

Quamuis enim hæc electio loci ad tondendum oues, vel vt ipsæ pariant, videatur esse in voluntate domini gregis, ac proinde suo iure vtendo, nemini videatur iniuriam
3 facere, † sicut alias dicitur, quod quando contractus bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint, argumento eorum quæ tradit Mod. Paris. *in Consuetudin. Pariens. titulo 1. §. 22. numero 104.* vbi inquit, quod vasallus nullam fraudem facit patrono, si etiam de industria amittat viam, ex qua iura feudalia oriuntur, & eligat aliam, ex qua nihil, vel minus debeant, dummodo vere eligat, quoniam per huiusmodi iura, & consuetudines nulla lex, nulla restrictio est imposita liberæ voluntati contrahentium.

4 Nihilominus † tamen, quando adest præiudicium, & fraus contra legem, via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudandi legem, & quæ alias non esset eligenda, vt per Tiraquellum *in præfatione de utroque retra*
6 *ctu, numero 77.* † Vbi tunc demum dicit fieri cōtra legem, quando quis id faceret eo animo, & consilio principaliter vt eā circumueniret: secus alias, & in proposito huius fraudandi legem constat ex defectu alterius causæ extrahendi gregem, siue pecus a loco suo, quam fraudandæ legis, quādo enim, cuiusque facti vera ratio reddi potest, illa habeatur pro expressa, iuxta glossam communiter approbatam *in l. quamuis, uerbo iurauit, in uersicul. nam ob quam C. de fideicommiss.* vt per Padill. *ibi, numero 18.* Molina, *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. numero 9.* Nec commentitia alia ratio, siue fictitia admitti debet, quia in hoc ipso, quando de alia rationabili nō constat consistit fraus, animusq. fraudandi legem, & similibus fraudibus iure obuiandum est, *l. cum lis, ff. de transact. l. fin. §. finali, ff. de suspect. tut. Y si solo estar tratado vender una cosa, la ley tiene por fraude salir de una feria a perficionar la uenta, y entregar la cosa en otra parte*, vt in l. 30. titulo 19. hoc libro nono, a fortiori *lo sera hazer esto despues de hecha la uen-*
7 *ta*, † & ita merito Bartol. *in l. cum satis, num. 13. C. de agricol. & censit. libro 11.* ex glossa ibi *uerbo, in sobole, in uersiculo, item daretur occasio*, inquit bene notandum ad statuta dicentia, quod pro animali nascenti in territorio Perusino, debeat soluere dominus vnum solidum, si habens animalia prægnantia, ducit ea, vt pariant extra territorium Perusinum, non euitat propter hoc solutionem, quia in fraudem facit, *l. ex facto, la grande, ff. de hæred. instituend.*

4 sentia lo contrario. † El otro, y segundo caso es, quando la venta de los bienes raizes se haze, y celebra sin escriuano, y este caso omitio, y no proueyo, ni decidio la d. ley 19. y assi quedara a la disposition del derecho comun, que es la *l. 2. C. de vectigal.* vbi quinquennium publicanis præscribitur; y la dicha ley 20. que dize, que se pueda pedir en el anno que durare el recaudamiento, y quatro años despues, que son cinco: quo casu non reperitur correcta d. l. 20. per d. l. 19. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? *l. Sancimus, C. de testa. l. præcipimus, in fi. C. de appell.* Rectè igitur additio marginaria super d. l. 20. legem præcedentem nouiorem esse, & debere seruari in eo, quod contradicit *d. l. 20.* Ergo in ceteris, in quib. ei non contradicit seruanda erit d. l. 20. ideoq. recte posita est, atque transcripta in en libro Compilationis Regiæ nouæ, *vt late probat Lassart. d. c. 18. nu 68. & 69.*

5 Addo ego † in alijs etiam prouidere d. l. 20. quæ non sunt decisa, sed potius omissa per dictã l. 19. præcedentem, & ideo remanebunt in suo vigore incorrecta, nempe, en el tiempo en que se han de pedir los almoxarifazgos, y tercias, y pedidos, y monedas destos Reynos: las quales rentas, y las dichas alcaualas manda la dicha ley 20. que se puedan pedir en vn mismo tiempo, que es el que esta dicho: luego en lo de las alcaualas se han de distinguir, como auemos dicho, y en lo de mas se ha de guardar la decision de la dicha ley 20. porque en ello no habla la dicha l. 19. que hablara tambien en ello no, como mas nueua, se huuiera de estar a ella en todo.

6 Similiter in d l. 20. cauetur † in versic. *saluo* que la prescripcion de su tiempo no aya lugar, si en el tiempo de los dichos quatro años el tal recaudador hizo algun acto, o actos por do la prescripcion de los dicho quatro años se ha interrumpido: porque en esto, attento a que es declaraciõ del derecho commun, y no habla en esto la dicha ley 19. tã bien se ha de guardar en el caso, y prescripcion del tiempo de la dicha ley 19. y entiendase esta ley conforme a la declaracion de la dicha lex 20.

7 Tertio eadem l. 20. cauetur, quæ su decision se entienda en lo que fuere deuido a los recaudadores, y arrendadores de su Magestad, y no aya lugar en lo que al Rey es, o fuere deuido, ni en aquello que queda por recaudar para su Magestad, por remission, o negligencia de los dichos su recaudadores, y arrẽdadores; hoc idẽ meo iudicio obseruandum

uandum erit in specie d.l.19.cum ibi contrarium non dicatur, quinimmo, hoc idem colligit ex eadem l. dum loquitur in conductoribus Regijs, quasi innitat locum non habere in gabellis debitis ipsi Regiæ Maiestati, vel saltem est intelligenda, supplenda, & limitanda in hoc per *d. l. 20. in fin.* vbi de hoc agitur.

8 Propter hæc † igitur recte, & eum iudicio inserta fuit *d. lex* 20. in d. noua Compilatione legum Regiarum, immo fuit necessarium apponi: declaratur tamen, vt supra hæc materia.

Ex quibus deducitur intellectus ad *l. 10. tit. 17. hoc libro* 9. qua cauetur, quod permutationes, & venditiones fiant coram tabellione publico, nempe, hoc non ita accipiendũ esse, vt intelligamus, necessitatem imponi venditoribus in scriptis contrahendi, sed id solum statuitur, quod si pro libito suę volũtatis scripturam contractuum facturi sint, nõ nisi coram his tabellionibus faciant, de quibus *in d. l.* 10. cęterum si contrahentes nolint suorum contractuum instrumenta conficere, bene possint, sine scriptura contrahere, & solum fiet, quod iuxta *d. l.* 20. longior dilatio erit gabellario ad petendas gabellas, quas factas esse probabiliter ignorauerit, eo quod de eis scriptura facta non sit, nec per tabelliones certiorari potuerit, quam si scriptura fiat dicta l. 19. quarum legum hæc est vera ratio decidendi, in ampliando, & restringendo tempore præscriptionis secundum Lassartẽ, *d. cap.* 18. *numero* 70. sequitur Azeuedo, *in l.* 10. *sub num.* 1. *ibi: Y que los dichos escriuanos, titulo* 17. *hoc libro* 9.

9 Hodie tamen † aliter in bonis immobilibus statuitur in nouissimis ordinationibus, & conditionibus Regijs, quas *apuntamientos*, appellamus, del encabeçamiento general contenidos en la cedula Real firmada de su Magestad, fecha en el Pardo a 26. dias del mes de Nouiembre de 1575. años, que originalmente tengo, y van puestos al fin deste libro, y es el apuntamiento quinze, que dize desta manera.

Iten con condicion, para que se pueda mejor cobrar, y no se defraude el alcauala de las heredades de bienes, rayzes, censos, trueques, y cambios, las escrituras de todo esto ayan de passar, y passen, y se hagan, y otorguen ante escriuanos publicos del numero de las tales ciudades, villas, y lugares donde fueren vezinos los contratantes, que puedan dar las copias dellas: y las que de otra manera se hizieren, demas de la pena en que huuieren incurrido por caussa del fraude, no prescriba el tiempo al arrendador, para cobrar la alcauala que desto le perteneciere, sino en qualquier tiempo le pueda pedir, y demandar, y cobrar.

Itaque secundum hanc nouam punctuationem, & conditionem, hoc noui inducitur in præmissis, & additur antiquis legibus de hoc loquentibus, nempe, que todas las escrituras de bienes, rayzes, censos, trueques, y cambios, se ayan de otorgar ante escriuanos publicos, del numero de los pueblos donde fueren vezinos los contrayentes: y haziendose assi no se inoua nada en lo que toca al tiempo en que se hade pedir el alcauala de los bienes rayzes por los arrendadores, y en el que se prescriue la demanda della, que esta dispuesto por la ley 19. que arriba auemos referido muchas vezes.

10 Lo segundo, que † no corre prescripcion no se otorgando las dichas escrituras ante escriuanos publicos del numero de los pueblos donde fueren vezinos los contrayentes (aora se otorguẽ ante otros escriuanos qualesquier que no sean publicos del numero donde son vezinos los contrayentes, o no se otorguen por escrito, sino que se hagan las ventas de los dichos bienes rayzes de palabra sin escriuanos) porque todo esto se da a entender, y lo colijo yo de aquellas palabras del dicho nueuo apuntamiento, ibi: *Y las que de otra manera se hizieren.* &c. no se prescriue la alcauala de los tales bienes rayzes por ningun tiẽpo, como ex professo se decide, y determina por el dicho c. 5. que en esto corrige la ley 19. y la ley 20. La ley 19. en quanto ponia cierto tiempo para pedir la alcauala de los bienes rayzes, cuyas escrituras se otorgauan ante otros escriuanos que no eran del numero, conuiene a saber, de dos años desde el dia que al tal contrato fuesse otorgado, y la ley 20. en quanto pronaua (como auemos dicho arriba) que no auiendo escritura de contrato se pudiesse pedir la alcauala dẽtro de quatro años despues de passado el año del arrendamiento: pero oy dia conforme al dicho nueuo apuntamiẽto, en estos dos casos la alcauala de las heredades se puede pedir, y cobrar en qualquier tiempo por los arrendadores, y no se pre

11 scriue el tiempo a ellos: † de manera, que en suma solamẽte queda oy dia en su fuerza, y vigor la decision de la dicha ley 19. quando las escrituras de los contratos de ventas censos, trueques, y cambios, se otorgan como deuen ante escriuanos publicos del numero de los pueblos donde fueren vezinos los contratantes, que entonces el alcauala dellos se puede pedir, y demandar en todo el año siguiente despues de cumplido el año del arrendamiento: porque esto no se muda, altera, ni corrige por el dicho cap. 15. de los nueuos apuntamientos, y assi se queda como antes estaua segun auemos dicho.

12 Verum † hic prudens lector, idem obseruo, quod prædiximus circa intellectum *d. legum* 19 & 20. *supra in vers. ex quibus deducitur*, nempè, per d. c. 15. minime imponi necessitatem contrahentib. contrahendi in scriptis coram tabellionibus publicis de numero, quo ad substantiam, & valorem contractuum, sed tantum quo ad præscriptionem gabellæ, nam si aliter contraxerint, poterit ab eis, quocumque tempore peti gabella cum sua poena.

13 Denique dum *d. lex* 19. dicit, en † todo el año de su arrendamiento, & *d. lex* 20. En el año que durare, debet intelligi, eum annum esse computandum hoc modo, vt solum pensit, quod deest illius anni, & insuper reliquum tẽpos, quod dictæ leges addunt, vt colligitur ex adductis per Menchac. *de success. creat.* § 28. *nu.* 28 *vers. illud autem notandum ẽst, in prima editione Salamanticensi*, circa intellectum legis 10. del quaderno hodie *lex* 10. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. & in terminis probat Lassart. *d. c.* 18 *nu* 71.

14 Quanto al alcauala † de las yeruas, adonde se paga dellas, en que tiempo se aya de pedir por los arrendadores, tratan las leyes 12. & 13. tit. 17. *hoc lib* 9. de quib. sup. late egimus.

S V M M A R I A.

1 *Venditor an transacto tempore petendi ab eo gabellam, ea non petita, sit securus in conscientia, si eam non soluat, et num seqq. resoluitur num. 3. negatiue.*

2 *Gabella si non petatur, an debeatur? & num. 4.*

Q V AE S TI O CXX.

An transacto tempore præscriptionis gabellæ, venditor securus sit in conscientia eam non soluens?

1 QVæro modo † in proposito legum 19 & 20. *tit.* 17 *hoc lib.* 9. de præscriptione temporis, in quo gabellæ peti debent agentium, & eorum, quæ late supra in quęstione proxime præcedẽti circa earum interpretationem egimus, *an legitimo illo tempore transacto, venditor præscriptione munitus, tutus sit in foro conscientia non soluendo gabellã, an vero ad eius restitutionem teneatur quemadmodum ante transactum tempus eum teneri supra resoluimus q. 2. nu.* 10 *cum seqq.* Et securum esse ex eo videtur probari posse. Primo, quia cum ipsemet leges gabellarię, quæ obligant ad solutionem gabellæ in vtroque foro, vt ibi resoluimus, hoc addiderint, & moderauerint, dummodo gabellarii, eam petant intra tempus contentum in *d. legibus* 19. & 20. consequens est, vt post illud tempus ad eius solutionẽ, si non petatur, noluerint in aliquo foro obligare a contrario sensu: legislator enim, qui potuit obligare, vel non potuit etiam obligationem ad certum tempus coarctare, e-

2 iusque vitæ tempus præfinire. † Secundo, quia vt nonnulli astruunt, obligatio gabellæ ita demum perit, & arctat, si petatur, aliàs secus, quinimmo addunt, ho-

prius locus huius quæstionis, nonnulla in hoc suo loco agam de visisque a priori resolutione non resiliens, immò eamdem confirmans, & amplius declarans, in hunc scilicet modum.

2 Nempè, † quia quando substantia rei venditæ est futura, qualitates quoque eius, (hoc est locus, & tempus) huiusmodi esse debent; non enim ipsę subsistere possunt absque subiecto, l. 2. ff. de vsufructu. Bart. in l. 1. in fine, ff. eodem titulo, & ita cum substantia rei est incerta, qualitas quoque eius incerta est, Bald. in l. liberti num. 9. C. de oper. libert. si igitur tempore venditionis res vendita futura est, locus eius esse tunc non potest, vt eidem conuenire possit dispositio localis, l. 5. tit. 17. hoc lib. 9. Vt igitur in specie præmissa, venditio ipsa est in suspenso, & intrinsecè conditionata, scilicet, si fructus venditi nascantur, l. 1. § fi. ff. de condit. & demonstr. l. nec emptio, de contrahen. empt. ita etiam, & per consequens, qualitas, & circumstantia, hoc est loci & temporis in suspenso quoque esse debet.

3 Hæc † autem procedunt, & locum habent, in venditione fructuum, vel fœtuum omninò futurorum, in illis etenim venditio non purificatur, quousque fructus sint percepti, & antequam percipiantur, nisi quando venditur actus percipiendi fructus, quia tunc videtur emi spes, vt tenet Bart. in l. eotem ferro, § qui maximos, nu. 4. ff. de public. & vectigal. præmaximè, si fuerunt venditi ad numerum, pondus, vel mensuram, quia tunc venditio non perficitur vsque ad numerationem, pondus, vel mensuram, l. sæpe, §. in ijs, ff. de contrah. empt. locus igitur horum fructuum percipiendorum, & tempus perceptionis eorum erunt tunc temporis inspicienda, quo ad solutionem gabellæ: sicque locus lanæ futurę venditæ erit, vbi tondentur oues, & arietes, & ab eis lana separatur, ac desierit esse inter viscera animalis: non verò vbi antea erant, & locus agnorū, adonde despues de nascidos, y destetados de las madres se pueden dar, y entregar al comprador, porque antes no son perfetos, ni separables de sus madres, y ansi han de estar en tal perfecion, que sin ellas commodamente, segun la costumbre del lugar se puedan sustentar de por si, apartarse, y entregarse: y por el tal apartamiento se purifica el contrato de la primera perfecion, y se podra pedir la entrega, l. nihil peti, ff. de reg. iur. Porque el contrato que se hizo de venta de los corderos, que nacieren tal anno: trata como de cosa separada de las madres, y ansi no se puede verificar, ni se verifica, sino quando estuuieren los corderos para apartarse de las madres: para entregarse, conforme a la costumbre de la tierra entonces pues, y en aquel lugar dōde entonces anduuieren, y estuuieren parece se deuera y ha de pagar el alcauala.

4 Idemque † videtur dicendum eadem ratione in venditione fructuum, vel fœtuum non omnino futurorum, sed quod inceperint iam esse in rerum natura inchoatiuè, non autem completiuè, videlicet, cum venduntur fructus demonstrati, vel partus ouium grauidarum, & similium rerum, tunc enim si euentus, vel ius percipiendi non venit in contractu, vt res vendita, de quo infra agemus, num. 8 in versic. ceterum, sed prædicti fructus, & partus vendantur vt separati, hoc est, para quando fueren separados, y cogidos del suelo, y los partos nascidos perfetamente: est etiam venditio intrinsecè conditionalis, quæ conditio inest, scilicet, si nascantur, vt in d. l. 1. §. fin. ff. de cond. & demonstr. & l. nec emptio, ff. de contrah. empt. & tunc demum habebunt suum locum, quando huiusmodi fructus percepti, & separati fuerint a solo: & lana, & agni fuerint separati: nō

5 verò illum, quem ante separationem habebant: † fructus namque pendentes pars fundi sunt, l. fructus pendentes, ff. de rei vend. l. fin. §. penul. ff. de his, quæ in fraud. cred. nec partus aliud iudicatur, quam matris ante natiuitatem perfectam, eius temporis, quo a matre separari possunt, & solent, Doctores in l. qui in vtero, ff. locati. Aoania, in cap. si-

6 cut, el segundo, num. 11. de homicid. nec † ancilla prægnans pro duobus iudicatur, l. in ratione, la segunda, ff. ad leg. Fal-

7 cidiam. nec † etiam post partum, si mater alit nutum, lactē ei præstando, desinunt esse eadem res mater, & filios, vt per Ant. Gomez. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 14. vbi, quod tunc temporis, vendita matre, filius quoque intelligitur

venditus, vt accessorius, &c. Y se vendiessen ouejas, o vacas prennadas, luego se deberia el alcauala de todo el lugar donde pertenece, por ser todo vna misma cosa, que se vende juntamente de presente, y no frutos, ni partos futuros de por si.

8 Ceterum † si vendantur fructus pendentes, vel immaturi, vel quod perceptum fuerit ex tali fundo, vinea, vel terra, cum hæc sit venditio, vt de præsenti, quia venditur id, quod est, vt est spes percipiendi, & euentus, quæ est venditio pura statim, nec suspenditur in euentum, & successum futurum, & ideo periculum, & commodum ex tunc pertinet ad emptorem, Bart. in d. § qui maximos, num. 11. per l. fistulas, in fi. ff. de contrah. empt. & in l. qui pendentem, in fi. ff. de act. empt. late Ant. Gomez. d. cap. 2. num. 7. ad finē. Itemq. videtur etiam esse, quoties emptor, huiusmodi fructus sic emptos, vel conductos, eos deberet cultiuare suis expensis, & periculo, hoc enim est emere spem, quę semper est, ergo tunc temporis, hoc est, venditionis, & in loco eius debebitur statim gabella, iuxta supradicta.

Ego verò non video congruam rationem differentiæ inter hunc casum, & proximè præcedentem in vers. idemq. videtur dicendum, num. 4. & ideo in vtroque censeo indistincte credendum, gabellam deberi, & soluendam esse gabellario temporis, & loci venditionis fructuum non omninò futurorum, sed demonstratorū, & partus ouium grauidarum, quia tam perfecta est venditio illius spei demonstratæ: secus, quando fructus, & partus sunt omninò futuri, non verò pendentes, neque demonstrati vllo modo: quia tunc seruandum est, quod prædiximus in princ. huius quæstionis, & in d. q. 8 quod nunc quoque probamus.

SVMMARIA.

1 Gabella lanæ, vel fœtuum futurorum gregis depascētis ordinariè in vno loco, deductæ in alium diuersum ad tonsurā, quo loco debeatur: & num. seq. distinguitur, num. 2. eum seq. limitatur num. 8. quando id ex iustis causis fieret.

3 Contractus quando bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint; nisi quando adest præiudicium & fraus contra legem, quia tunc via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudādi legem, & quæ alias non esset eligenda, vt in num. 4.

5 Contra legem tunc fit, eum quando quis id faceret eo animo & consilio principaliter, vt eā circumueniat secūs aliàs.

6 Ratio quando vnica cuiusuis facti tantum reddi potest, illa habetur pro expressa.

7 Animalia prægnantia deducere de vno territorio ad pariendū in alio, est fraudare statutū præcipiēs, quod pro animali nascenti in territorio primo soluatur vnus solidus domino loci, & ideo debetur eidē solidus, licet nascatur in alio diuerso territorio, ad quod fuit deducta mater, vt pareret.

9 Fraus contra legem, vel statutum fieri non censetur, quando aliquis id fecit non principaliter, & directè, vt retractum fraudaret, sed vt sibi prospiceret, ne fortè aliud damnum indebitè pateretur.

QVAESTIO CVII.

An fraus fiat in specie quæstionis præcedentis ex transmissione pecorum in alium locum diuersum?

1 QVæro † modo opportunè ad proximè immediatè præcedentia, quid si vendita lana, vel fœtibus animalium futuris, & tempore proximo tonsuræ, vel partus, dominus gregis tondendæ, vel pariturae, eam extraheret, & traduceret in alium locum diuersum ab eo, in quo pascebatur ordinario, y [illegible] an dicatur hoc fieri in fraudem gabellarij primi loci, ita vt habeat locum decisio legis 5. tit. 17. hoc lib. 9. in versiculo mas si lo que se vende, &c. ubi deciditur: Que si lo que se vende no esta en el lugar do se haze la venta, [illegible] se vende con condicion, que se aya de entregar en otro lugar diferente, que el alcauala se pague en el

lugar

lugar donde tenia el vendedor lo que assi vendio, quando se otorgo la venta?

Videtur namque prima facie, casum nostræ quæstionis diuersum esse ab specie d. legis 5. in verbis præcitatis. Illa namque lex loquitur, *quando la mesma cosa que se vende separada se passa de vn lugar a otro, para entregarse*: nos vero, quando non ipsa res vendita, sed eam continens, *como es el carnero o la oueja antes que se trasquile, o para se passa a otro lugar: y esto no son dos cosas, sino vna misma*, & gabella debita ex fructibus per se venditis, non debetur quando fundus venditur cum fructibus pendentibus, quia tunc non sunt fructus, sed pars fundi vēditi, *vt in l. fructus pendentes. cum simil. ff. de rei vendic.* Præterea cum hæc animalia necessario ad pascendum pro sui sustentatione vagentur, & quandoque mutent diuersa territoria, non est fraudi tribuendum, quod necessitate cogente fit, argumento *l. Cæsar. ff. de public. & uectigal.*

2 Nihilominus † tamen in proposito, distinguendum esse censeo, quod si grex tempore contractus pascebatur de *estancia ordinaria en aquel lugar sin destinacion de mudar lugar*, veluti in termino domicilij: *si de alli se sacasse, o lleuasse sin necessidad para otro diuerso lugar a solo tresquilarse, o a partir, y boluerse luego al dicho termino*, tunc clare diceretur constare, huiusmodi mutationem, & nouitatem fieri in fraudem gabellarij primi loci, ac proinde illi nocere non debet, nec alij prælata extractio prodesse.

Quamuis enim hæc electio loci ad tondendum oues, vel vt ipsæ pariant, videatur esse in voluntate domini gregis, ac proinde suo iure vtendo, nemini videatur iniuriam

3 facere, † sicut alias dicitur, quod quando contractus bifariam fieri potest, possunt contrahentes eligere viam, quam maluerint, argumento eorum quæ tradit Mol. Paris. *in Consuetudin. Pariens. titulo 1. §. 22. numero* 104. vbi inquit, quod vasallus nullam fraudem facit patrono, si etiam de industria amittat viam, ex qua iura feudalia oriuntur, & eligat aliam, ex qua nihil, vel minus debeatur, dummodo vere eligat, quoniam per huiusmodi iura, & consuetudines nulla lex, nulla restrictio est imposita liberæ voluntati contrahentium.

4 Nihilominus † tamen, quando adest præiudicium, & fraus contra legem, via eligenda debet esse bona fide, & absque animo fraudandi legem, & quæ alias non esset eligenda, vt per Tiraquellum *in præfatione de vtroque retra-*

6 *ctu numero* 77. † Vbi tunc demum dici fieri cōtra legem, quando quis id faceret eo animo, & consilio principaliter vt eā circumueniret: secus alias, & in proposito finis fraudandi legem constat ex defectu alterius causæ extrahendi gregem, siue pecus a loco suo, quam fraudandæ legis, quā do enim, cuiusque facti vnica tantum ratio reddi potest, illa habeatur pro expressa, iuxta glossam communiter approbatam *in l. quamuis, uerbo curauit in uersicul. nam ob quam C. de fideicommiss.* vt per Padill. *ibi numero* 18. Molina, *de Hispan. primogen. lib. 1. cap 5. numero 9.* Nec commentitia alia ratio, siue fictitia admitti debet, quia in hoc ipso, quando de alia rationabili nō constet consilium fraus, animusq. fraudandi legem, & similibus fraudibus iure obuiandum est, *l. cum lis, ff. de transact. l. fin. §. finali. ff. de suspect. tut. Y si solo estar tratado vender una cosa, la ley tiene por fraude salir de una feria a perficionar la uenta, y entregar la cosa en otra parte*, vt in l. 30. titulo 19. hoc libro nono, a fortiori *la sera hazer esta despues de hecha la uen-*

7 *ta*, † & ita merito Bartol. *in l. cum satis, num* 13. *C. de agricol. & censit. libro* 11. ex glossa ibi *uerbo, in sobole, in uersiculo, item daretur occasio*, inquit bene notandum ad statuta dicentia, quod pro animali nascenti in territorio Perusino, debeat soluere dominus vnum solidum, si habens animalia prægnantia, ducit ea, vt pariant extra territorium Perusinum, non euitat propter hoc solutionem, quia in fraudem facit, *l. ex facto, la grande, ff. de hered. instituend.*

8 Cæterum † si grex (& nunc intrat secundum membrum nostræ distinctionis) deductus fuit ex vno loco, vbi existebat ad tempus, quod iam erat expletum, vel quia casu ibi aderat, non vero ex proposito: vel etiam, quia locus secolligendi lanam, erat in alio termino, & domino deducenti fuit vtile, vel necessarium deferre oues, vel arietes alibi tondendos pro euitandis expensis portationis lanæ, vel si ex loco ordinario pastus deductus fuit grex, & alibi delatus, ob euitandam pestem, aliudve damnum, vel molestiam, quæ metuebatur contingere pone existenti in eodem loco, vel ob aliam similem causam exclusiuam fraudis, eiusq. suspicionis, tunc hoc potius bonæ fidei, quam fraudandi fini tribuendum est ob necessitatem contingentem, argumento d. *l. Cæsar. ff. de public. & vectig.* vt tradit Tiraquel.

9 *vbi supra, in præfatione de vtroque retractu, num.* 77 † dicens, quod fraus contra legem, vel statutum non censetur commissa, quando aliquis id fecit non principaliter, & directe, vt retractum ipsum fraudaret, sed vt sibi prospiceret, ne aliud forte damnum indebite pateretur, quia cū actus non destinatos directè ad finem, sine effectione fraudandi legem, sed ad alium, licet incidentes, ad eum finem pertinentur, non censetur esse prohibitus, nec factus in fraudē, de quo etiam supra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Gabella venditionis facta in confinio duorum opidorum, quo in loco debeatur.*

2 *Electio Summi Pontificis in locum demortui in mari, in quo loco fieri debeat?*

3 *Gabellarius cautus esse debet pro exigēda sua medietate gabella rei vendita in confinio duorum opidorum, vt hic dicitur.*

4 *Gabella rei vendita in mari, debetur in loco, vbi est portus si res existit in portu, extra portum vero debetur in termino loci, cui mare adiacet, vbi fuerit venditio celebrata, mari propinquiori, & numero 5.*

QVAESTIO CVIII.

De venditione facta in confinio duorum opidorum, quo in loco debeatur gabella?

1 QVæro, quo † in loco debeatur gabella rei vendita, & *tradita in confinio duorum opidorum, videlicet, en el lindon, o padron de dos terminos, o en mitad de una calle que parte termino en la iurisdicion de vn lugar de dos señores?* Et respondemus in hac specie soluendam esse gabellam vtriusque loci dominis, vel gabellarijs pro dimidietate: idemq. erit in mari *en el parage*, *vt per Angel. in l. sane, si maris. ff. de iniurijs, ex gloss. in c. vbi periculum, §. porro,*

2 *de elect. lib. 6. in verbo, territorio*, † vbi inquit gl. quod quā do Summus Pontif. moritur in mari, Cardinales debent conuenire in Ciuitate, per quam locus ille maris distinguitur, & si non distinguatur per aliquam ciuitatem, in viciniori id est faciendum, de qua glos. per Roderic. Suarez *alleg. 17. in princip.* & lata per Felin. *in cap. Rudolphus, nu. 7. de rescript.*

3 Cautus † tamen debet esse gabellarius vnius territorij stantis in confinibus, quibus pro dimidia parte debetur gabella, quod eam exigere teneatur, antequam debitores exeant de territorio suo, & intrent in territorium vicinum vt seruat vsus, secundum Bertach. *de Gabell. in 6. p. num. 14. in fine, vol. 11. tract. diuers. Doct. in antiquis, fol. 26.* quem refert, & sequitur Auiles, *cap. 52. Præt. in gloss. en la tierra, num. 3.* & Gironda, *de Gabell. 6 parte, numero* 64. vbi hoc verum intelligit, quandoquidem pro exigenda debita gabella nemo potest hodie, attento iure Regio, conueniri, nisi in loco vbi habitauerit, & fuerit vicinus, vel in capite illius iurisdictionis intra tres leucas, per text. *in l. 2. tit. 7. hoc libro 9.* vbi alia in proposito declarantur.

4 Quod † si res vendatur in naui ibidem existens, debebitur gabella in loco, vbi est portus, si res existit in portu extra portum vero debebitur in termino loci, cui mare adiacet, vbi fuerit celebrata venditio mari propinquiori:

QVAESTIO CX.

Quo loco sit soluenda gabella rerum immobilium venditarum; aut permutatarum.

1 QVæro † modo, *quo loci sit soluenda gabella rerum immobilium venditarum, aut permutatarum*, de iure cómuni resoluunt DD. quod si contractus fiat in vna Ciuitate, & res vendita sit in alia, gabella soluenda fit in loco contractus, licet res vendita sit alibi sita, vt cum alijs resoluit Gironda, *de Gabel. 6 p. num. 26. & 27.*

2 De iure † autem nostro Regio habemus decisionem claram *l. 9. tit. 17. hoc lib. 9. Nona Collect. Regia*, vbi sancitur, *Mandamos, que el alcauala de bienes rayzes que se vendieren, o trocaren, se pague en el lugar donde estuuieren los bienes: con que mandamos, que el alcauala de las heredades que los vezinos de la ciudad de Seuilla vendieren, o trocaren en la dicha ciudad y su tierra y en los sennorios del Alxarafe, y Ribera, assi vezinos de la dicha ciudad de Seuilla, como de otras qualesquier partes, sea para los arrendadores de las alcaualas de las heredades de la dicha ciudad de Seuilla, y no para los arrendadores de los lugares do estuuieren las tales heredades.*

3 Excipitur † etiam per legem 18. ad finem, tit. 18. hoc lib. 9. *que el arrendador mayor puede retener en si las rentas de las heredades de algun lugar, aunque arriende las otras rentas del tal lugar.*

4 Regula † tamen generalis est, eo loci soluendam esse gabellã rerum immobilium, quo res sitæ sunt, licet alibi venditæ fuerint, *vt in d. l. 9.* & notat Greg. Lopez, *in l. 8. glossa fin. tit. 5 par. 5.* quem sequitur Parlad. *lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 6 a num. 49. cum seqq.* Lasart. *de decim. vend. cap. 4. num. 29.* & Gironda, *d. 6 par. num. 28.*

Ampliat Lasart. *vbi supra, num. 30.* ex generalitate *d. l. 5.* vt procedat, quamuis nullibi traditio fiat, vt quia remissa est venditori res vendita, quia adhuc gabella debetur in loco rei, non verò in loco contractus, tametsi dicat, contrarium se aliàs responsurum ex eo, quod non interueniente traditione potior esse debeat locus contractus, quam rei, ex resolutis per ipsum eodem, *c. 4. num. 21.* (nempè in venditione rei mobilis) sed in hoc Lasart. præsupponit quid impossibile: nam siue venditor eam tradat, siue emptor eam capiat sua auctoritate, vbi eam capit, censetur traditio fieri, & sic ibi soluetur gabella, vt rectius tenuit Azeued. *in d. l. 9. sub num. 26. vers. quid tamen.*

5 Procedit autem decisio *d. l. 9.* secundum Lasar. *d. cap. 4. num. 30.* non solum in proprietate, sed etiam in vsufructu vendito, qui est pars fundi, *l. 4. ff. de vsufructu*, atque ideo pro re immobili reputatur, ex traditis per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 55.* & alios allegat Gironda, *de Gabel. par. 11. num. 29 & 30.*

6 Hinc † etiam est, vt iuxta veram, & communem resolutionem ex venditione census eo in loco gabella solui debeat, quo bona specialiter censuata, sita fuerint, vt profitentur Auendan. *responso 21. num. 3.* & Parlad, *libro 1. rerum quotid. cap. 3. §. fin. ad fin.* eoq. iure vtimur secundum Didac. Perez *in rubr. tit. 2. lib. 8. Ordinam. pag. 37. colum. 1.* & cum communi, & vera resolutione docet Lasar. *d. cap. 4. num. 31.* & Gironda *d. 6. par. de Gabel. sub num. 28.* vbi

7 etiam, † quod debetur gabella gabellario illius loci, licet in diuersis territorijs sita sint bona, quo casu pro rata gabella considerabitur, & nõ debetur in loco contractus, nec in loco solutionis, nec gabellarijs horum locorum, & quomodo sit facienda æstimatio prædicta bonorum pro rata, agit optime Lasart. *cap. 10. num. 14. cum seqq.* & Azeued. *in l. 1 num. 119 tit. 17 hoc lib. 9.* vbi omnia supradicta tenet cum communi, & in praxi recepta sententia, & diximus latius supra,

SVMMARIA.

1 *Gabella arborum secandorum cui gabellario soluenda sit? & num. seqq. seruatur distinctio l. 5. tit. 17. lib. 9. Noua Collect. Reg. vt in num. 2.*

3 *Gabella arborum, non vt separentur a solo, sed vt in solo maneant, etiam publico gabellario hæreditatum debetur.*

QVAESTIO CXI.

Cui gabellario soluenda sit gabella arborum secandorum, venditorum antequam scindantur.

1 QVæro † etiam in proposito, *cui gabellario soluenda est gabella arborum stantium in fundo, venditarum certo quodam pretio, quæ tamen secanda sunt, & auferenda a terra, nempè, olmos, nogales, y otros semejantes*, de qua venditione arborum loquitur *l. Quintus Mutius, ff. de act. empt.* Videntur namque iudicandæ antequam secentur, & euellantur à terra res soli, & sic immobiles, ac proinde gabellario hæreditatum illius loci, & temporis esse gabellam soluendam, *arg. l. Quintus Mutius*, ibi: *Non est separatum corpus a fundo, cũ notatis in l. fructus pendẽtes, ff. de rei vend.*

2 Nihilominus † tamen verius esse censeo, & in praxi quoque tenendum, vt in specie præmissa, gabella debeatur, & soluenda sit gabellario, qui eam esset habiturus eo casu, quo ipsæ arbores iam excisæ, & à solo separatæ venderentur, non verò gabellario hæreditatum: quia illæ arbores eo animo venduntur, non vt starent in solo, sed statim, vel certo aliquo tempore venderentur, & à terra separarentur, easq. emptor sibi acciperet, ac in suos vsus conuerteret, vel iterum venderet: quo quidem casu pro separatis, & mobilibus iudicandæ sunt, ex adductis per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. ex num. 37.* præcipuè *num. 44.* vbi, quamuis nominatim de fructibus pendentibus loquatur, idem quoque de arboribus breui separandis, dicendum est, quia in eis militat eadem ratio, præsertim, quia & in arboribus venditis, ut separentur a solo, proposita erat obiter quæstio ab ipso Tiraq. *num. 40.* & indifferenter resoluit, quod separandum a solo venditur, sic accipiẽdum esse, ac si iam separatum, & diuisum foret, & ita ex Tiraq. fundamento hanc partem in terminis nostris probat Lasart. *vbi supra, num. 33.* illud addens.

Quod si in uno loco venditio fiat, & in illo arbores sitæ sint, locus traditionis inspiciatur in hunc modum, quod si a solo separatæ in locum contractus asportentur, & tradãtur emptori, ibi gabella debeatur, *iuxta l. 5. paulo post princ. tit. 17. hoc lib. 9.* secus, si in eodem loco, ubi starent venditionis tempore, fuerint traditæ post separationem, ibidem nãque soluetur gabella seruata decisione *d. l. 5.* non verò *l. 9. eiusdem tituli, & libri*, quia non res soli, sed mobiles vendi intelliguntur, cum sic venduntur, ut a solo separentur.

3 Quod † si arbores stantes vendantur, non ut separentur à solo, sed ut in solo maneant, quamuis solum cum eis non vendatur, ut quia vendentis non esset, sed publicum, proculdubio gabella debebitur gabellario hæreditatum, quia verè dici potest, & debet, rem soli venditam esse, *ex dicta l. Quintus*, quemadmodum, si quis venderet domus superficiem a solo non separandam: quia cessat ratio separationis, ita etiam Lasart. *vbi supra, num. 34.*

SVMMARIA.

1 *Gabella actionis personalis vendita, quo in loco soluenda sit? & num. seqq. resoluit num 9. & 10.*

2 *Nomina debitorum nullo loco circumscribuntur.*

3 *Omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res ad quam competit.*

4 *Actio ad rem mobilem competens pro re mobili iudicatur, & pro gabella solutione ex venditione ipsius occurrendum est ad decisionem, & distinctionem l. 5. tit. 17. lib. 9. Noua Coll. Reg. si verò actio ad rem immobilem cõpetat, pro re immobili censeatur, & soluenda sit gabella in loco, vbi res ipsa immobilis est sita: sed in hoc sunt alia*

diuersæ opinione: de quibus, num. 5. cum sequent.

6 *Actio personalis in animo, & ossibus creditoris inhærere dicitur ad quamcumque rem ipsa competat, vnde apud ipsum existere dicitur, vbicumque eam vendat, ibique gabella debebitur, vt in num. 10.*

11 *Gabella hæreditatis vniuersalis vendita, cuius loci gabellario competat? distinguitur hoc numero.*

QVAESTIO CXII.

Quo in loco soluenda sit gabella de actione personali vendita?

1 QVæro † denique, *quo in loco soluenda sit gabella de a-*
2 *ctione personali vẽdita.* † Habemus enim certè, actiones loco non circumscribi, *l. Caius Seius, 88. ff. de leg. 2.* ex quo textu est communis opinio, scilicet, quod nomina debitorum, hoc est scripturæ, nullo loco circumscribuntur, secundum Arium Pinel *in Rubr. C. de bon. mater. 1. par. num. 10. plures referentem.*

3 Quare † in quæstione hac ita videtur dicendum, quod cum omnis actio talis esse iudicetur, qualis est res ad quam competit, *l. si ad resoluendam, C. de præd. minor.* & ipsius rei debitæ naturam, & qualitatem assumit, *l. 1. vbi gl. & DD. notant, C. si aduers. transaction.* vt latè comprobat, & resoluit Tiraquel. *de retractu lignagier, §. 1. glos. 7. ex principio, vbi numero 17.* quod hæc distinctio, vt communior est, ita verior: sequitur etiam eam Bart. *in l. si conuenerit, la 2. in princip. ff. de pignor. act. & in l. potest, ff. de auctor tutor.* Angel. *in Auth. de non alien aut permutand. rebus Eccles. §. hoc ergo, versic. nota ex ista glossa, collatione 2.* & alios allegans Lassart. *de decim. vendit. cap. 9. num. 32.*
4 si † actio ad rem mobilem competat, pro re mobili iudicetur, & pro gabellæ solutione ex venditione ipsius accurrendum sit ad decisionem & distinctionem *l. 5. tit. 17 hoc libro 9.* de qua latè egimus supra *in quæstionibus præcedentibus*: si verò actio personalis ad rem, vel res immobiles competat, pro re immobili censeatur, & soluenda sit gabella in loco, vbi ipsamet res immobilis est sita, iuxta *l. 9. eiusdem tit. 17. hoc lib. 9.* de qua etiam supra egimus.

5 Sed † hęc opinio in terminis nostrę quęstionis vera quidem nõ videtur, quoniam communis illa distinctio actionum forma non est, siquidem aliæ quamplures opiniones in hoc sunt circa eam quæstionem, vtrum actiones computentur inter bona mobilia, vel immobilia, quas congerit Tiraq. *vbi supra, a num. 1. vsque ad num. 16. inclusiuè.*

6 E quibus † illam magis communiter Doctores sequuntur, quę habet, nomina, & actiones, nec mobiles esse, neque immobiles, sed tertiam quandam separatam speciem continere, atque efficere, vt constat ex plurimorum prolixa allegatione facta a Tiraquel, *vbi supra, num. 9.* vbi numeris sequentibus eius fundamenta refert, & Arius Pinel. *in rubr.*
7 *C. de bon. matern. 1. par. num. 24. cum seqq.* quinimmò † ipsemet Tiraquel. *dicto num. 17.* dum sequitur priorem supra adductam opinionem, illam intelligit, vt procedat in actionibus competentibus ad certam speciem: nam si ad genus competunt, vel etiam ad quantitatem in genere, semper faciunt tertiam, & separatam speciẽ, nam actio per se, nec mobilis est, nec immobilis, vt plerique omnes fatentur, nec etiam genus vt pecunia in genere, & in forma, qua est in obligatione, mobilis est, nec immobilis: genera enim sunt in intellectu, non in sensu. Tange enim, si potest, genus humanum, vel genus pecuniæ, vel seruorum, vel moue illud, & certè non potes, hæc prope Lapus *allegat. 92. in primis videndum est, in fi.* sequitur, dicens esse singulare, & a nullo alio Doctore tactum Ludou. Rom. *in l. si constante, § vlt. colum. 2. in versic. illa tamen, ff. soluto matrim. & cons. 509 in 4. dubio,* Alexand. in addit. ad Bart. *in l. mouentium, ff. de verb. signific. & cons. 68. ad fin. lib. 6.* & Socin. *cons. 101. colum. vlt. lib. 1.* & alij quos refert, & sequitur Tiraquel. *d. num. 17.* vbi numeris sequentibus, alijs etiam modis limitat suam priorem supra relatam sententiam. Ex quibus eruitur, melius esse tenere magis receptã sententiam secundo loco supra adductam, nempè, vt actiones, & nomina debitorum, neque mobiles sint, neque immobiles, sed constituant potius tertiam speciem separatam bonorum: qua magis communi sententia retenta, consequitur, non esse secutam præcedentem responsionem ad nostram principalem quæstionem, prout, non erit, etiamsi prædicta magis communis sententia tenenda non esset; siquidem quamplures opiniones diuersæ in eo articulo reperiuntur.

8 Quare † mihi in hac quæstione principali, de qua agimus, in nostra materia gabellarum verior, & tenenda sententia videtur illa, quam probat Lassar. *d. cap. 4 num. 37. & 38.* nempè, vt vendita actione, siue ad rem mobilem, siue ad immobilem, nullatenus attendẽda sit decisio d. l. 9. quæ in rebus immobilibus venditis locum habet, & loquitur, nempè, vt ibi earum gabella soluatur, vbi sunt bona immobilia sita: licet enim actio competens ad rem immobilem, pro immobili habeatur, vt præmisimus, minimè tamẽ dici potest, eam actionem loco aliquo circumscribi, ita, vt ibi esse videatur vbi res debita existit: quia generalis est regula *d. l. Caius,* de qua latè agit Corn. *cons. 49. vol. 3.* & ita cum in venditione rei immobilis locus rei inspiciatur, ad hoc, vt sciamus, cui loco gabella soluenda sit, vt constat ex *d. l. 9.* minimè itali, & extendi potest ea decisio ad actionem venditam, quæ pro re immobili competit, cum nesciatur, quo in loco illa actio sit, immò appareat nullo loco eã circumscribi, contineriue.

9 Resoluendum † igitur est, in nostra quæstione, quod cũ in animo, & ossibus creditoris actio personalis inhærere dicatur, ad quamcumque rem ea ipsa competat, *l. quis ergo casus, & ibi glossa fin. & in l. si Sticho, ff. de pecul.* & notat Tiraquel. *de retractu lignag. §. 26. glos. 1. num. 58.* vbicumque erit creditor, ibi præsens esse intelligatur actio competens, prout eleganter aliàs notat Salic. *in l. 1. num. 14. in versi. autem essent iura, & actiones, C. de summa Trinit. & fide Cathol.* & Alex. *cons. 31 Viso titulo, num. 7. volum. 1.* cum sola sua voluntate possit eam in emptorem transferre per cessionem, quæ est propria cuiuslibet actionis traditio, ex *glos. in l. fin. C. quando fisc. vel priuat. & in l. fin. in princip. verbo, portionibus, ff. de donat. & notatur in l. 1. C. de actio.*
10 *& oblig.* Vnde † necessariò fit, vt quotiescumque, & vbicumque creditor existat, reperiaturq. & eam actionem vendat, ibidem etiam rem ipsam venditam, scilicet, eam actionem extitisse, eo venditionis tempore possimus, & debeamus dicere, cum in promptu sit, ad hoc, vt tradatur per cessionem. Gabella igitur actionis personalis venditæ debebitur in loco venditionis contractæ, quasi ibidem quoque præsens fuerit actio ipsa vendita, quidquid eius traditio, cessioue, in alio loco postea fiet, per text. *in l. 5. ibi: O estando en el al tiempo de la venta,* ac proinde curandum non est, quo in loco traditio rei debitæ postea fiat.

11 Reliquum † est, vt videamus, *quid sit dicendum in hæreditate vniuersali defuncti vendita?* Ex qua gabella debetur proculdubio, *vt resoluimus supra:* dubitamus tamen nunc, cuius loci gabellatio hæc gabella soluenda sit. Resoluimus ergo in hoc dubio, vt ex pretio correspondenti rebus ipsis soli hæreditatis par heredem acquisitis, eo in loco, quo res sitæ sint, gabella debeatur, iuxta *d. l. 9. tit. 17. hoc lib. 9.* in alijs autem inspiciatur locus, in quo venditio facta est, & locus rerum, & locus possessionis earum rerum ab hæreditatis emptore apprehensæ, vt exinde gabella vniuscuiusque rei loco suo adiudicetur, iuxta regulam in rebus mobilibus venditis traditam *ad l. 5. tit. 17. hoc libro 9.* Obseruo etiam, quod prædiximus in actionibus personalibus venditis, vt primum probat, & tenet Lassart. *d. cap. 4. num. 39.* vbi *num. 40.* in venditione, & cessione rei vendicationis pro pecunia facta resoluit, inspiciendum esse locũ rei, aut traditionis, aut contractus celebrati, si res illa mobilis sit, iuxta regulas ab eo superius traditas circa enarrationem *d. l. 5.* & a nobis latius in quæstionibus præcedentibus digestas; si verò sit immobilis, seruanda sit dispositio *d. l. 9. eodem titulo 17. libro 9.* de quo etiam supra meminimus idem probantes.

SVM-

S V M M A R I A.

1 *Gabella, quo in loco soluenda sit ab eo, qui durante generali conuentione alicuius loci, domicilium alibi transtulit, & numeris sequentibus resoluit nu 4. iuxta decisionem c. 44.* del encabeçamiento. *vide nu* 5

2 *Domicilium licitum est de vno loco in alium mutare.*

3 *Seruitium Regum quomodo sit soluendum ab eo, qui alio se transtulit ad viuendum.*

5 *Forma seruanda,* en descargar a los lugares despoblados en los repartimientos de pechos, y pedidos.

5 *Lugares despoblados, como han de ser descargados en los repartimientos de pechos y pedidos, ibid.*

6 *Vicinus ad alium locum migrans, & ibi per multos viuens annos, si postea redeat ad locum sua originis, & habitationis, ibiq. aliquid vendiderit, soluere ibi tenetur gabellam, vt vicinus non vero vt exterus.*

7 *Originis vicinitas non perditur, neque possessio, quamuis quis ex vna ciuitate in aliam migrauerit.*

Q V AE S T I O CXIII.

Quo in loco solui debeat gabella ab eo, qui durante generali conuentione alicuius loci, domicilium alibi trastulit?

1 QVæritur † in calce huius rubricæ: *quo in loco solui debeat gabella ab illo, qui tempore generalis conuentionis alicuius loci (hoc est) durante el encabeçamiento erat incola, & vicinus eo loco: ac postea durante adhuc tempore illius conuentionis, domicilium alibi mutauerit, atque in alium locum transtulerit, voluntate sua.*

2 Licet † enim vnicuique domicilium, de vno loco in alium mutare: vt expresse cauetur in *l. nihil est, ff. ad munici. & in l. 1 tit 9 lib. 7. Noua Collect. Regiæ,* cuius verba hæc sunt: *Qualesquier personas que viuē, y morā en qualesquier ciudades, y villas, y lugares destos nuestros Reynos, y señorios assi de Realengo, como Abadengo, Ordenes, y señorios, y Behetrios que se quisieren passar a viuir de ellos a otros lugares, y partes con sus bienes, y hazienda, lo puedan hazer, y se auezindar en ellos, y sacar sus ganados, y pan, y vino, y otros mantenimientos, &c Saluo si por concordia, y comun consentimiento de los concejos donde primeramente viuian las tales personas, y donde nueuamente se van a viuir estuuiere hecha y guala, y expressa conuenencia, en la forma, y con la solenidad que se requiere, para que los vezinos de vn lugar no se puedan passar a viuir al otro:* certis quibusdam pœnis, contrauenientibus ibi impositis: de quo iure communi agit Menoch. *de arbitr. iudic. quæstion. 86.* & Gironda *de Gabell. 6. parte, numero 59.* vbi etiam citat *d. l. 1. & 4. eiusdem tituli & libri.*

Quæritur, modo opportunè, *quo loci sit soluenda gabella in specie quæstionis, de qua supra, ab eo, qui de vno loco in alium domicilium mutat, durante el encabeçamiento de aquellos pueblos, o del primero de donde se va a viuir con su hazienda al otro?* Videbatur namque prima facie, quo ad gabellarum solutionem, seruandam esse decisionem, *l. 10. tit. 14.*

3 *lib. 6. Noua Collectionis Regiæ,* quæ loquitur in solutione, seruitij Regalis, & præcipit. *Que en los lugares de se huuiere de repartir los marauedis del seruicio por via de pecheria, y repartimiento, y del ramo de vezindades, que todos los vezinos que en los tales lugares se hallaren al tiempo de la paga del tercio primero del año primero que en el tal lugar ayan de pagar, y paguen lo que iustamēte les cupiere del seruicio de todos los años que durare el seruicio, que a la sazon a nos esta, y estuuiere otorgado, como quiera que sean passados, o se passen a viuir, y morar a otras partes, y que en los otros lugares adonde se fueren a viuir, y morar, no les echen, ni re partan cosa alguna del seruicio de los tales años.*

4 Nihilominus † tamen, quo ad gabellæ solutionem nostrum hunc casum frequenter in praxi contingentem habemus decisionem expresse, & formaliter in capite, seu conditione quadragesima quarta, del encabeçamiento general destos Reynos, cuius cōditiones ad literā ad finē huius operis decreuimus inferēdas, vt notæ sint omnibus prout oportet: ibi. n. præmissa longa pfatione ita cauetur: *Que qualquier vezino que viuiere, y morare en qualquier lugar, o villa que sea de trezientos vezinos o dende abaxo, y despues de estar encabeçada la tal villa o lugar se fuere de ella a viuir, y morar a otro lugar alguno, que en el lugar donde primero viuia, y de donde se fue, pague de alcauala a quel año, en que se fuere otro tanto como pago y deuio pagar de alcauala el año antes passado enteramente, no embargante que no este, ni more en el todo el dicho año: y q̄ despues no pague cosa alguna sino adonde viuiere, y morare: pero que fueren de mas de trezientos vezinos, se puedan yr a viuir, y morar donde quisieren, conforme a las leyes del Reyno, sin pagar, ni contribuyr en el encabeçamiento del lugar donde se fueren mas de aquello que de iusticia deuieren pagar hasta el dia que se fueren, y mudaren vezindad.*

5 Si † autem locus sit omnino desertus, ita, vt in eo nullus vicinus remanserit, seruanda est dispositio *l. 4. titulo 6. libro 7. Noua Collectionis Regiæ, que pone la forma que se ha de tener en descargar a los lugares despoblados en los repartimientos de los pechos, y pedidos,* vt bene obseruat Lallare *d. cap. 4 num. 41.* dicens, pluries habuisse de facto in iudicando, & consulendo hanc frequentem dubitationem, sequitur Azeued. *in d. l. 10. titu. 14. lib 6. Noua Collect. Regnum 2 & 3.*

6 Quod si aliquis sit ciuis originarius, & naturalis alicuius ciuitatis, vel opidi, & ad aliam, vel aliud per multos migrauerit annos, & in ea, vel eo vixerit, & postea ad suam originem redierit, ibiq. aliquid vendiderit, soluere tenebitur gabellam, vt vicinus, non vero vt exterus, vt ex pluribus probat Gironda *de Gabell. 6. parte numero 51. cum se-*

7 *quentibus,* † non enim perditur originis vicinitas, neque possessio, quamuis de vna in aliam Ciuitatem aliquis migrauerit, adhuc namque ciuilis possessio retinetur per *l. clā. §. qui ad nundinas, & l. peregre ff. de acquirenda possessione,* vbi Bartol. & Doctores *glossa in verbo, præscriptio, in l. 1 C. de seruis fugit.* vbi latè Doctores, Gironda, *vbi supra, numero 46.*

S V M M A R I A.

1 *Caussa cognitio requiritur stante in iudicio legitimo contradictore.*

2 *Vicinitas alicui concedi non debet per populum, in præiudicium notabile pauperum, nec stante concordia legitima,* para que los vezinos de vn lugar no se puedan passar a viuir a otro: *& sufficit, quod præd. concordia fuerit inita cum consensu* de las personas interessadas, *vt in numero 3.*

4 *Domicilium ex vno loco in alium licitum est mutare.*

5 *Habens, & possidens aliquam rem liberè, si eam scienter accipiat titulo particulari, & limitato, renunciare videtur priori libero*

6 *Limitato dispositio ad tempus, inducit reuocationem, & prohibitionem post illud tempus.*

7 *Domicilium ad contrahendum, opus non est decennio habitasse, sed statim ac quis incipit habitare animo perpetuo ibi manendi, acquirit domicilium re, & facto.*

8 *Officiales Conciliorum possunt recipere aliquem in vicinum, ex cuius receptione vtilitas prouenit ipsis Concilijs, & numero 12.*

Ordinationes antique Concilij Ciuitatis Ciuitatem: ex iustis caussis prohibet recipere in ea pro vicinis, a los pecheros de los campos de la dicha ciudad, *quod etiam cauetur in cōcordia inita* con los pecheros de los dichos campos, por la dicha ciudad, por via de contrato, *ac proinde obseruanda.*

10 *Ordinationes Ciuitatis, vel Villæ comprehendunt exteros in sua iurisdictione habitantes.*

11 *Viuere potest quis in vno loco, & non esse vicinum eiusdem loci.*

12 *Habentes bona in vno loco, ibi contribuere debent pro eis, quamuis in alio loco viuant*, sin embargo de qualquier vso, y costumbre, o otra qualquier razon, o causa en contrario.

13 *Domicilium potest quis habere vbicumque ei placuerit, nisi ei sit interdictum.*

14 *L. 1. & l. fin. tit. 9. lib. 7. Noua Collectionis Regiæ, concordia, & intellectus.*

15 *Opida horum Regnorum an possint compelli recipere aliquem in ciuem? & numero 16. & ciuis sic nouiter receptus se llama vezino priuilegiado, vt in numero 17. & sic receptus non est propriè, nec absolutè vicinus*, sino en solo lo que se le concediere por la carta de vezindad, *vt in numero 18.*

19 *Reuocare statutum licitum est ei, qui id fecit, immo faciendo vnum actum contrarium visus est id reuocare, secus tamen est, quando statutum fuit factum in fauorem tertij, cui ius fuit acquisitum, vt in numero 20. & a fortiori, si statutum fuit conditum in forma contractus, vt in numero 21.*

22 *Facere tenetur quis, quod sibi non nocet, & alteri prodest*

23 Condicio quatenta, y quarta, del encabeçamiento general de estos Reynos, *intellectus, & nu. 24.*

QVAESTIO CXIV.

11 scriue el tiempo a ellos: † de manera, que en suma solamẽte queda oy dia en su fuerza, y vigor la decision de la dicha ley 19. quando las escrituras de los contratos de ventas censos, trueques, y cambios, se otorgan como deuen ante escriuanos publicos del numero de los pueblos donde fueren vezinos los contratantes, que entonces el alcauala dellos se puede pedir, y demandar en todo el año siguiente despues de cumplido el año del arrendamiento: porque esto no se muda, altera, ni corrige por el dicho cap. 15. de los nueuos apuntamientos, y assi se queda como antes estaua segun auemos dicho.

12 Verum † hic prudens lector, idem obseruo, quod prædiximus circa intellectum *d. legum* 19 *&* 20. *supra in vers. ex quibus deducitur*, nempè, per d.c.15. minime imponi necessitatem contrahentib. contrahendi in scriptis coram tabellionibus publicis de numero, quo ad substantiam, & valorem contractuum, sed tantum quo ad præscriptionem gabellæ, nam si aliter contraxerint, poterit ab eis, quocumque tempore peti gabella cum sua pœna.

13 Denique dum *d lex* 19. dicit, en † todo el año de su arrendamiento, & *d lex* 20. En el año que durare, debet intelligi, eum annum esse computandum hoc modo, vt solum prosit, quod deest illius anni, & insuper reliquum tẽpus, quod dictæ leges addunt, vt colligitur ex adductis per Menchac. *de success. creat.* §. 28. *nu.* 28 *vers. illud autem notandum est, in prima editione Salmanticensi*, circa intellectum legis 101. del quaderno hodie *lex* 10. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. & in terminis probat Lassart. *d c.* 18 *nu* 71.

14 Quanto al alcauala † de las yeruas, adonde se paga dellas, en que tiempo se aya de pedir por los arrendadores, tratan las leyes 12. & 13. tit. 17. *hoc lib.* 9. de quib. sup. late egimus.

S V M M A R I A.

1 *Venditor an transacto tempore petendi ab eo gabellam, ea non petita sit securus in conscientia, si eam non soluat, et num seqq. resoluitur num. 3. negatiue.*

2 *Gabella si non petatur, an debeatur? & num. 4.*

QVAESTIO CXX.

An transacto tempore præscriptionis gabellæ, venditor securus sit in conscientia eam non soluens?

1 QVæro modo † in proposito legum 19 & 20. *tit.* 17 *hoc lib.* 9. de præscriptione temporis, in quo gabellæ peti debent agentium, & earum, quæ late supra in quæstione proxime præcedẽti circa earum interpretationem egimus, *an legitimo illo tempore transacto, venditor præscriptione munitus, tutus sit in foro conscientiæ non soluendo gabellã, an vero ad eius restitutionem teneatur quemadmodum ante transactum tempus eum teneri supra resoluimus q. a nu.* 20 *cum seqq.* Et securum esse ex eo videtur probari posse. Primo, quia cum ipsemet leges gabellariæ, quæ obligant ad solutionem gabellæ in vtroque foro, vt ibi resoluimus, hoc addiderint, & moderauerint, dummodo gabellarii, eam petant intra tempus contentum in *d. legibus* 19. & 20. consequens est, vt post illud tempus ad eius solutionẽ, si non petatur, noluerint in aliquo foro obligare a contrario sensu: legislator enim, qui potuit obligare, vel non potuit etiam obligationem ad certum tempus coarctare, e-

2 iusque vitæ tempus præfinire. † Secundo, quia vt nonnulli autumant, obligatio gabellæ ita demum p[illegible] e nit, & arctat, si petatur, aliàs secus, quinimmo addunt, ho-

esse consuetodine introductum, ita Didac. Perez in terminis in l. 2. titulo 15. pagina 304. in fine, in versiculo, ex qua in ferri, & pagina sequenti in principio, libro octauo Ordinamenti.

3 Nihilominus † tamen, re maturius considerata, contrarium in proposito nostræ quæstionis est resoluendum, nempè, vt præscriptio temporis, de qua in dictis legibus in casibus, quibus hodie vigent in praxi, prosit tantum in foro exteriori, hoc est, iudiciali; secus in foro conscientiæ, si soluta non sit gabella, de quo non agunt præfatæ leges. Remanet igitur casus in dispositione aliarum legum, quæ habent, vt gabella debeat solui etiam, si non petatur, vt statim dicemus; deinde, quia iure Canonico nulla præscriptio currit cum mala fide.

Neque obstat primum fundamentum cōtrarium, illud enim operatur, & suam vim habet, vt in foro exteriori, in quo loquuntur dd. leges Regiæ, venditor, qui nō soluit gabellam, à quo debito tempore non fuit petita, nec soluta gabella, molestari, nec inquietari exinde possit: idem ergo legislator, qui obligationem soluendi gabellam induxit, eam certo quodam tempore arctare voluit, in eum nempè finem, vt postea in iudicio debitor molestari, aut conueniri pro ea non valeat; in foro autem interiori nihil dixit: remanent ergo leges 31. & 32. titulo 19. hoc lib. 9. in suo vigore, obligantes venditores, & emptores, atque permutantes, ad manifestandum contractus venditionum, & permutationum, & soluendam gabellam eorum intra terminos de quibus in eisdem legibus, etiam si non petatur, prout reuera eam tenentur soluere: ergo præscriptio de qua in d. legibus 19. & 20. tit. 17. hoc lib. 9. tantum habet locum in foro iudiciali exteriori. Ceterum in foro animæ remanet obligatio antiqua soluendi gabellam, etiam si prædicto tempore non petatur:

4 † Non etiam obest secundum fundamentum contrarium, quia verum nō est, vigere præfatam consuetudinem, & repugnat d. l. 31. tit. 19. hoc lib. 9. vt latius diximus vbi sup. Tutus ergo non erit venditor in foro animæ, qui bonam fidem, sed potius malā habet, in nostra specie, sicq. in conscientia tenebitur ad solutionem gabellæ, licet gabellarius, cui facienda solutio est, actionem non habeat ad eam petendam in iudicio exteriori, propter legalem tēporis præscriptionem, de qua in dd. legibus 19. & 20. & ita merito hanc partem in terminis tenent, & probant frater Ioseph. Angles, in suis Floribus Theologic. Quæstion. in quæst. quis a restitutione sit liber, in 4 dubio, difficult. 1. in fine, & frater Ant. a Corduba, in suis Quæstion. q. 95. quos refert, & sequitur contra Didac. Perez Lallari. de dec. vendit. c. 38. nu. 72.

SVMMARIA.

1 Præscriptio gabellæ an procedat cum mala fide in foro exteriori? & nu. 2. resoluitur affirmatiue, agitur de interpretatione regul. possessor, de regul. iur. in 6.

QVAESTIO CXXI.

Malæ fidei possessor gabellæ debitæ, an præscribat, & in foro exteriori translacto tempore præscriptionis?

1 QVæro etiam † An in foro exteriori iudiciali contra præscriptionem gabellæ legis 19. & legis 20. tit. 17. hoc lib. 9. possit opponi exceptio malæ fidei, nempè, que sabian los contrayentes, que se deuia la alcauala, y la encubrieren, y no pagaron, ni manifestaron. Et pro affirmatiua parte videtur ex regula, Possessor malæ fidei, de regul. iur. in 6. cum adductis per nos late in simili quæstione circa intellectum aliarum legum Regiarum in repet. l. nemo potest, nu. 481. cum seqq. ff. de legat. 1. & in terminis ita tenet Gironda de Gabell. 4. p. §. 2. nu. 22. & 23.

2 Nihilominus tamen † in proposito dd. legū 19. & 20 cōtrarium probo, & censeo procul dubio tenendum. Decisio enim text. in d. regula possessor, agit de præscriptione merè legali, quæ procedit absque voluntate, & consensu, & nōnumquam etiam absque scientia eius, contra quem præscribitur; At nos in hac quæstione agimus de ea præscriptione, quam ipsemet dominus rei propria voluntate constituit, & induxit contra suos conductores, qui est Rex: & in re sua quilibet est moderator, & arbiter, l. in re mādata, cum similibus, C. mandati, vel de ea, quæ est conuentionalis inter Reges, & subditos, & conductores; licet enim præscriptio merè legalis dicatur esse contra naturalem æquitatem, secundum Bald. in l. ancillæ, nu. 10. versiculo sed an per ius Canonicum, ibi quia præscriptio, C. de furt. hoc non locum in ea, quæ præsupponit consensum, & voluntatem spontaneam, & proprium motum ipsius Regis (veluti illam, de qua in d. l. 19. In princip. vt patet ex eius verbis, ibi, Por releuar a nuestros subditos, y naturales de molestias, y vexaciones iniustas, &c. iuxta gloss. in l. 1. § finali, ff. de dolo, & l. Aemilius, ff. de minoribus. Quinimmo præscriptio mere legalis (si expresse hoc statuit ipsamet lex) procedit sine bona fide, eaq. lex sic disponens irritat in subditis malām fidem, & tunc cessat auctoritate legis, vt per Ripam in tractatu de peste, in 3 parte, de remed. præseruat. contra pestem, num. 253. quem refert, & sequitur Aueod. in 1. par. c. 1. prat. num. 21.

Quinimmò in casu dd. legū 19. & 20. potest contendi non dici illam proprie præscriptionem, si quid eademmet lex, quæ obligat ad gabellā, actionē denegat vltra illud tēpus ad gabellam petendum ab eadem lege indultum; sicq. non inducit perpetuam obligationem exteriorem, sicut in alijs rebus inducitur per alias leges; & ideo in eis est necessaria exceptio præscriptionis. Quare conductor gabellarius non dicitur perdere per exceptionem præscriptionis contra se oppositam, illud quod nunquā ad se pertinuit, hoc est, actionem, & ius vltra illud tempus, priuatio siquidem præsupponit habitum, l. decem, cum similibus, ff. de verbor. oblig. Ergo, vbi non fuit habitus, non cadit priuatio; non entis namque, & non apparentis nullæ sunt species, nec qualitates, l. eius, qui in prouincia, §. quis vero, ff. si cert. petat. Accedat, quod conductores gabellarum, eas conducunt à principio, con las condiciones de la leyes del quaderno de las alcaualas, vt est notum, & certissimum: y vna de ellas es que las pidan del dicho tiempo, y no despues: Ergo ex vi contractus eas petere nō potuerunt, vltra illud tempus, etiam si debitores scienter eas omiserint soluere: porque el Rey en esto atendio a releuar a sus subditos, y naturales de molestias, y vexaciones iniustas, como auemos dicho, quanto al fuero exterior, y iudicial, mas no quanto al de la conciencia, que en este nunca les libra, sino es pagando, pues la alcauala obliga en conciencia, aunque no se pida, por ser deuda iusta, y por las de mas razones dichas en la quæstion precedente.

SVMMARIA.

1 Tempus petendi gabellam in venditionibus sub conditione suspensiua celebratis, a quo tempore incipiat? & numeris seqq.

2 Tempus appellandi a sententia conditionali, currit ex die latæ sententiæ, sed speciale est in hoc, vt in numero duodecimo.

3 Tempus retractus venditionis conditionalis currit à die contractus, sed contra nu. 9.

4 Tempus contractus conditionalis inspiciendum est, non vero ipsius conditionis existentis.

5 Venditio conditionalis statim est perfecta antequam conditio existat, adeo, vt locus pœnitentiæ non sit inuito altero contrahente, vide nu. 13. vers. ad secundum.

6 Creditor conditionalis tenetur ius suum opponere aduersus subhastationes intra tempus statuti, non expectata conditione, ne excludatur adueniente postea conditione.

Credi-

7 *Creditor mercatoris falliti, & suspecti de fuga ante diem solutionis potest contra eum agere, & debet præferri creditoribus posterioribus, quorum dies cesserat, & venerat.*
8 *Tempus legale non currit, nisi conditione impleta.*
10 *Usucapio fideicommissi conditionalis non currit antequam existat conditio.*
11 *Actio futura antequam nascatur, præscribi non potest.*
13 *Gabella non debetur durante tempore quo res vendita, aut data in solutum ex pacto in contractu adiecto redhiberi, aut lui potest, sed contra nu. 16. ampliatur nu. 14. ut præcedat dum pendet lis super valore vel infirmitate contractus, & quid in retractu, nu. 15.*
17 *Tempus petendi gabellam intentatore medio, l. 2. C. de rescind. vend. à quo tempore incipiat currere?*
18 *Actionem non esse natam, vel non apparere esse natam, paria sunt.*

QVAESTIO CXXII.

A quo tempore incipiat tempus petendi gabellam in venditionibus sub conditione suspensiua celebratis?

1 QVæro † præterea circa easdem leges Regias 19. & an. titulo 17. hoc lib. 9 *a quo tempore incipiat currere tempus, vel terminus petendi gabellam in venditionibus sub conditione celebratis (supposito quod in eis gabella pertinet ad conductorem temporis contractus, non vero ad alium, qui tempore conditionis existentis talis erat:) ut resolutimus supra quæst. 8. numero 8.*

An à † tempore celebrati contractus, vel conditionis existentis: si enim hoc diximus, erit maximi momenti quæstio nostra. Nam etiam si transactum sit tempus, quo peti debet gabella ante conditionis existentiam, adhuc peti poterit post impletam conditionem, tempore tamen de biño ab ipsa conditionis existentia numerando; si vero illud, hoc est, à tempore cõtractus, cautos oportebit esse gabellarios, ut eam petant intra tempus illarum legum, con numerandum à die celebrati contractus.

Quid dicendum? Et videtur primo tempus statim currere à tempore contractus, non aliter expectato conditionis euentu, ex l. 1 §. *biduum ff. quando appell sit, & in capit. bi-*
2 *duum, in princip. 2. quæstione 6.* † ubi si feratur sententia sub conditione, statim ex die latæ sententiæ tempus ad appellandum computandum est, nec expectandus dies, ex
3 quo conditio ipsius sententiæ extiterit, † quorum iurium argumento in materia retractus vigore statuti, vel Consuetudinis competentis, ita tenet Guid. Pap. *decis. Delphinal. 247. Canet ur de consuetudine, columna 2. versic. sed iuxta præmissa.*
4 Secundo † confirmatur eadem sententia, quia in contractibus conditionalibus, debet inspici tempus contractus, non conditionis, *l. si filiusfam.* & ibi Bart. & alij, *ff. de verb. oblig. l. 2. § ea quoque, ff de collat bon.* & in aliis iuribus congestis per Tiraquel *de retractu lignag. §. 1. glos. 10.*
5 *num. 43.* † ubi etiam, quod venditio conditionalis, statim est perfecta, antequam conditio existat, ut inquit text. *in l. necessario, §. si ita res, ff. de peric. & commod. rei vend.* usque adeo quidem, ut non liceat alteri contrahentium, inuito altero, ab ea discedere, iuxta gloss. *in l. 1. in principio. C. eodem titulo, & in §. 1. Institut. de empt. & vendit.* sequitur alios allegans Tiraquel. *vbi supra,* & prius eodem §. 1. *glos. 2. num. 26.* ubi quod conditione impleta proinde est, ac si contractus ab initio fuisset purus, *l. vltima, §. 1.* & ibi Angel. & Alexand. *ff. de vulg. & pupil. subst.* & alij plures quos ibi in idem citat Tiraquellus.
6 Hinc est etiam, † ut creditor conditionalis teneatur ius suum opponere, aduersus subhastationes intra tempora statuti, non expectata conditione, ne excludatur, aduocente postea conditione, ut voluerunt Doctores relati per Tiraquel. *d. glos. 10. nu. 43.* cum addendus est Roderic. Suarez *in repet. l. post rem iudicatam, 7 limitat ff de re iudic. fol. m i*
7 *hi 308.* † ubi de mercatore fallito, & suspecto de fuga agit, nempe, quod creditor ante diem solutionis possit contra eum agere, & debeat præferri alijs creditoribus posterioribus, quorum dies cesserat, & venerat.

Tertio eadem opinio probari videtur ex d. l. 19. in versic. *Y si los tales contratos, ibi: Desde el dia que el tal contrato fuere otorgado:* dum simpliciter, & indistincte loquitur in quocumque contractu.

In contrariam autem partem, immo, quod ex die conditionis existentis incipiat currere tempus petendi gabellã, non vero à tempore contractus conditionalis celebrati, adduci potest text. *in leg. 1. §. annus, ff quando acti de pecul.* facit etiam *l. penultima, §. procedit autem, ff de excusation. tutel.* & plura alia iura congesta per Tiraquel. *d. glos. 10. numero 45.* in quibus probatur expectatam esse conditionẽ,
8 ut tempus legale currat, † non enim tempus currit, nisi conditione impleta, in quod etiam alia plura iura citat idem Tiraquell. *de retractu conuention. §. 2. glosa prima, numero 25.*
9 Ex † quibus Guillerm. de Cuneo, *in d. §. annus,* & ibi Albert., idem Alberic. *in 1. parte statut. quæst. 97. Sed numquid, proximior, in fine,* & alij relati per Tiraquel. *vbi supra,* tenent, tempus retractus incipere, & currere à tempore conditionis existentis; & hanc partem sequitur Tiraquel. *vbi supra,* in priori loco, *num. 52.* & probat latè Anton. Gomez, *in 2. tomo variar. resolut. cap. de qualit. contractuum, nu. 29. & in l. 70. Tauri. nu. 21.* Et hæc est verior, & receptior sententia, ut cum alijs resolutimus *lib. 2. Practic. quæst. 153. num. 3.*
10 Secundo, quia † eadem ratione usucapio fideicommissi conditionalis non currit, antequam existat conditio, per text. *in l. vltima, § sin autem auaritia, C. commun. de legat.* cuius auctoritate hoc probat Bald. *consil. 351. Item ad illud, lib. 3.* id, quod regulare est, ut aliàs non currat tempus, nisi impleta conditione, ut voluit Barr. dicens, multum notandum *in l. si cui legetur, in fine principij, & ibi ceteri, ff. de legat. 1. Bal. in l. id quod pauperibus, nu. ... vers. Secundo quæ ro an iste annus, C. de Episcopis, & clericis,* ad quod etiam probat Tiraq. *d. §. 1. gl. 10. nu. 47.*
11 Tertio, quia † actio futura antequam nascatur, præscribi non potest, *l. 1. § fin. & ibi glos fin. C. de annal. except.* impedito enim agere non currit præscriptio, *vt ibidem probatur.*

Quibus quidem iuribus, & fundamentis in hac partem adducor, ut tempus petendi gabellam non currat gabellarijs in contractu conditionali, quoties ea tempore præscribi poterit, nisi à tempore conditionis existentis, qua verioris & iuridica sententia tenenda.
12 Non obstat † primum fundamentum, partis contrariæ, nempe, quod de tempore ad appellandum à sententia diximus, ut à tempore latæ sententiæ conditionalis diximus incipere currere: id namque speciale est in eo casu: in ceteris autem temporum præscriptionibus secus est, per iura supra allegata pro nostra sententia, & ita expresse voluerunt Bar. & alij, *in d. §. biduum, & glos. in d. c. biduum,* quos sequitur Tiraquel. *d. glosa 10. num. 48.* ubi refert rationem specialitatis in sententia, nempe, propter eius auctoritatem, aliamq. rationem reddit, quam apud eum videre poteris.

Ad secundum respondemus, id procedere quoad perfectionem, & valorem venditionis conditionalis, ut locus non sit pœnitentiæ, sicut prædiximus: non autem ut currat tempus aliàs competens ad aliquid petendum ratione puræ venditionis, prout est gabella, & ius retractus: hoc nam quecum non detur, nisi ex puris venditionibus incipere non potest, nisi post purificatam conditionem; ea autem impleta ac perinde est, ac si ab initio contractus fuisset purus: Ac vero, quod prædiximus de creditore conditionali, ut teneatur ius suum opponere aduersus subhastationes intra tempora statuti, ne excludatur aduenienta postea conditione, potius consilii est, quam præcisum.

Tertium etiam ex *d. l. 19.* cessat, quia verba supra relata

intelligi quidem debent iuxta ius commune, nempe, in contractibus puris; secus in conditionalibus, quia inde currit tempus a tempore conditionis impletæ, vt vidimus.

13 Quinimmo † Bald. *consil. 164. Maritus, volum. 5.* quod gabella non debetur durāte tempore quo res vendita, aut data in solutum ex pacto in contractu adiecto redimi, aut lui potest, cum non sit pleno iure translata, *l. cum manu sata 80. §. nemo. ff. de contrah. empt.* quem refert, & sequitur Tiraquell. *de retractu conuention. §. 6. gloss. 2. nu. 15. ad finem.*

14 Idem erit, quoties † venditione facta suboritur controuersia inter emptorem, & venditorem super valore, vel infirmitate ipsius venditionis, & interim labitur tempus petendi gabellam, de quo in dictis legibus Regijs, nihilominus namque videtur ipsum gabellarium admittendum, quoniam non dicitur scire alienatam rem fuisse ante exi-
15 tum litis, argumento *l. quamdiu. C. qui admit.* † & in terminis retractus ita probarunt plures relati per Tiraquel. *de retractu lignag. §. 1. gl. 10. num. 36.* licet enim hæc, quantum ad retractum pertinent, non careant scrupulo secundum Tiraquel. *ibid. num. 39.* quia apud se est expressa consuetudo, id tempus retractus currere ignorantibus minoribus, & absentibus, vt ibi refert, sicuti apud nos Hispanos eadem est lex Regia 8. *titulo 11. libro 5. Noua Collect. Reg.* qua attenta, censeo statim a die venditionis incipere currere tempus retractus; attamen in proposito nostro temporis, intra quod gabella peti debet iuxta nostras leges Regias, bene procedunt, siquidem gabella non debetur ex contractu nullo. *vt supra resoluimus quæst. 9.* Ergo dum pendet lis super valore, vel infirmitate contractus venditionis, vel permutationis, non currit tempus ad petendam gabellam concessum, quia impedito agere non currit præscriptio.

16 Nihilominus † tamen, cum fiscus eiusque conductores gabellarum habeant intentionem suam fundatam legibus huius Regni, nempe, *l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9.* præcipientibus, vt ex venditione, & permutatione soluatur gabella, præcipue offerendo fideiussionem, quod si aliquo tempore apparuerit, eam non deberi ex contractu super quo litigatur, soluta gabella restituetur, vix obtinebit in praxi, vt pendente lite prædicta, non soluatur gabella, sed immo ipsa soluenda erit, non obstante prædicto, ne detur locus, & occasio fraudis contra fiscum, & iura Regalia, & ideo cum gabellarius non sit impeditus agere, merito vt statim ei currat tempus ad eam petendam.

17 Sed si verseretur † lis super remedio *l. 2. C. de rescindenda venditione,* agente domino rei venditæ pro supplemento iusti pretij, vel rescissione contractus, tempus petendi gabellam illius supplementi non curret profecto, nisi ex die sententiæ in fauorem actoris latæ, atque electionis a reo factæ supplendi iustum pretium, cum possit potius eligere rescissionem contractus, quam supplere iustum pretium:
18 † partim enim sunt actionem natam non esse, vel non apparere esse natam, *l. in lege ff. de contrahenda empt.* non enim supplementum iusti pretij peti potest, quousque reus condemnatus sit in actione proposita, & elegerit potius id supplere, quam contractum rescindi; Ergo nec antea currit tempus petendi gabellam illius supplementi ex prædicta iuris regula, quæ habet, quod impedito agere, non currit præscriptio.

S V M M A R I A.

1 *Præscriptio an currat contra gabellarium impeditum agere dolo aduersarij. & num. seqq.*
2 *Impedimentum caussatum culpa venditoris, non nocet.*
3 *Occulta traditio & possessionis apprehēsio fraude facta ne in notitiam retrahendi ius habentis perueniat, ei non nocet, & idem respectu gabellæ non petendæ probat. numero 4. & generaliter ex alia quacumque iusta caussa, numero 6. & 7.*
5 *Clam aliquid facientes, cēsentur habere malam fidem, neq. ignorantiam, aut errorem allegare possunt.*
8 *Venditores tenentur notam facere venditionem gabellario post facta præconia non vero antea.*
9 *Gabellarius si tempore debito interruperit præscriptionem, post tempora requisita ad petendam gabellam eam petere potest, idem si fuerit impediens interrumpere præscriptionem facto aduersarij tempore debito. vt in nu. 10. idem si iudicis facto, secus si facto tertij impediatur, quia tunc, &c. vt in nu. 11.*
12 *Interruptio præscriptionis contra gabellarium inducitur ex sola petitione extraiudiciali ipsius, & num. 13.*
14 *Quæstio an requiratur ad interrumpendam præscriptionem duorum mensium inductam a lege Regia ad petendum amissa in ludo.*

Q V AE S T I O CXXIII.

An contra gabellarium impeditum agere dolo aduersarij, currat præscriptio?

1 QVæro vlterius † circa easdem leges 19. & 20. titulo 17. hoc lib. 9. *an tempus earum ad petendam gabellam currat contra gabellarium impeditum agere dolo fraudeue, aut metu, aliaue malitia, aut astutia, culpaue in faciēdo consistenti, venditoris, vel permutantium in hoc directa vt ipsum circumueniret?* Et videtur quidem, hanc quæstionem formari non posse; cum enim venditores teneantur notam facere venditionem gabellario, eique soluere gabellam intra quintum diem, necnon emptores intra tertium eidem intimare sub pœna, de qua in *l. 32. tit. 19. hoc lib. 9.* hoc facientes liberantur, & sic cessare videtur nostra quæstio.

Nihilominus tamen ipsa locum habere potest, antequā præconia dentur, de quibus in 1. p. illius legis vel etiam post, quoties ipsa ignorantia procedit ex dolo, arte, vel facto aduersarij, scilicet, eius ad cuius commodum ignorans sepelitur, hoc est, venditoris, vt qui huius ignorantiæ tenebras, & caliginem oculis, animoque ipsius ignorantis effuderit, id est, ita negotium texit, ita callide struxit ex artificio compositum, vt animo non posset, aut certe vix posset, venire in notitiam illius, qui intra certum tempus agere, & petere deberet, veluti si in proposito, de quo agimus, venditor negaret venditionem, vel diceret, eam conditionalem fuisse, conditionemque ipsius nōdum extitisse, vel quod ipse non vendidit, sed quidam clericus, vel aliàs exemptus,
2 tunc enim illi circumscriptio subueniret, † quia impedimētum caussatum fuit culpa venditoris, *l. cum proponas. C. de nautico fœnore, l. qui officij in fine, ff. de contrah. empt.* & in similli casu ex illis iuribus ita probat Mol. Paris. *in Consuetud. Paris. titulo 1. §. 13. glos. 12. numero 6. ad finem,* & cum eo Tiraq. *de retractu lignag. §. 33. glos. 4. num. 29.* me ē faciunt tradita in materia retractus per eumdem Tiraque.
3 *de retractu lignag. §. 1. glossa 10. numero 53.* † vbi quod si traditio, & possessionis apprehensio adeo clandestina sint, vt de industria ita verisimiliter facta fuerint, quod consanguineus caperetur fraudereturque retractus, dum videns venditionem conditionalem fuisse, sibi ob oculos ex composito obtrusam, & cuius ideo retractandæ, tempus non currit, ignorans autem traditionem occultam, non se ad retrahendum accingit, putans ei tempus, vt refert contractus, non currere; procul dubio in hac specie nullus est, vel prudentissimus quisque, qui non hac specie veluti hamo non secus, ac piscis caperetur, nemini autem fraus sua prodesse, aut patrocinari debet, *l. 2. C. qui milit. non pos. lib. 2. & cap. series. & cap. ex tenore, de rescr. cum simil.*

Si aliter namque diceretur, esset viam aperire fraudibus, cum id quotidie fieri posset, cui obuiandum est, *l. cum hi § si cum lis, ff. de transact. & c. quanto, de diuort. cum simillib.*

4 Hæc igitur omnia concurrunt in specie nostræ quæstionis, & procul dubio eam decidunt quoque in fauorem gabellarij contra venditorem fraudulentum, ad quid enim id fit, nisi vt lateat venditio, aut permutatio gabellario,

quo

quo minus tempore a lege præscripto gabellam petat: idem & ex hoc capite, quod veluti clam fit etiam post prædicta præconia, magis præsumitur fraus, & dolus, vt satia probatur ex *l. hi qui, qua est penultima. C. de rescinden. vendit. & in l. ab Anastasio. verbo Non occulte*, & ibi Baldus in *s. notab. C. mandat. & in l. vxor, ibi furtiuas. & rerum ibi: nec clanculo, sed publice etiam, ibi: nec omni auctio furtiua detegatur C. de repudiis, & in l. vlt. ibi: ascunditam machinationem. C. de litig. & in l. non existimo, ff. de administ. tut. & in cap. quia propter, ad fin. de elect. in cap. consuluit. & ibi glos. verbo, clam. & DD præcipue Decius colum. 3. vers. vltimo notandum, ff. de offic. de leg. cap. 1. & ibi glos. verbo, Occulta quæ alios text. allegat, vbi etiam Innocent.* & alii, *vt Eccles. benefic. & c. quod latenter, de regul. iur.* & voluerunt DD. vbique, quorum plures congerit idem Ti-

5 raq. *de retractu conuention. in præfatione, nu. 13.* † vbi nu. 14. hinc glos. probat, quod qui clam aliquid faciunt, censentur habere malam fidem, neque ignorantiam, aut errorem allegare possunt, *l. vltima, ff. de ritu nupt. cap. vltimo, §. si quis vero, de clandest. despon.* quod & latiua ibi aliter probat.

6 Idemq. dicendum † erit, si adsint minæ, metusue cadens in constantem virum, impediens libertatem gabellarii in petendo sibi iustitiam ministrari, non minus, quam in rebus furtiuis & vi possessis, *§. furtiua quoque. Instit. de vsucap.* quod etiã probatur argumento d. l. 19. ad fin. *in vers. Y porque en algunos lugares de los senorios, Abadengos, y Ordenes no se cobra la alcauala con tanta facilidad, &c. Mandamos, &c. se pueda demãdar en qualquier tiempo que demandarlas pudieren, y no se prascriua por caussa de los dichos terminos*, quæ quidem ratio alios similes casus, vbi adsit eadem ratio, includit, argumento *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2.* & vbi est eadem ratio, cam debet esse iuris dispositio *l. illud, cum similibus, ff. ad legem Aquil.*

7 Tandem hæc † nostra sententia principaliter eudeos fit ex decisione *d. l. 31. tit. 19 hoc libro 9 supra relata*: Si enim, quicumque venditor, aut permutator tenetur venditionẽ, aut permutationem a se celebratam intra quintum diem gabellario notam facere, & in eodem termino eidem gabellam soluere, hoc omittens, quin potius prædictam fraudem scienter cõmittens, quo modo liberabitur per lapsum termini d. l. 19. etiam per longissimum tempus? Nullo modo profecto: immo in vtroque foro tenebitur soluere debitam gabellam quocumque tempore.

8 Poterit inmeo proprius † nostra quæstio proponi, & verificari eo casu, quo publicanus nondum publicari fecerit præconiis in diebus, & locis præceptis ad legem 19. quod ipse sit talis gabellarius, prout facere prius tenetur ex dispositione d. l. 19. quia post factum præconium, & non antea, tenentur venditores notam facere gabellario venditionẽ, gabellamq. ei soluere infra quintum diem immediate sequentem, vt probat expresse d. l. 19 *in 1. parte*, In tali igitur specie, qua ante præconia prædicta præscriptio caussaretur, non quidem simplici negligentia, & omissione gabellarii, sed facto malitioso venditoris, aut emptoris, non quidem noceret gabellario ex supra adductis, præsertim ex doctrina Mod. Paris. sequuti per Tiraq. *vbi supra.*

9 Quod si † gabellarius interruperit tempore debito præscriptionem, poterit post prædicta tempora gabellam petere expressa *l. 20. in vers. Saluo, &c. titulo 7. hoc lib. 9.*

10 Idem † erit, si dum gabellarius vellet prædictã præscriptionem interrumpere, fuerit impeditus litem contestari facto aduersarii, iuste, vel iniuste, quocumque modo, tũc enim restitutione iuuabitur actor hic ex *l. ait prætor. §. de-*

11 *inde, cum lege sequenti. ff. ex quibus caus. mai.* † idem si iudicis facto fuerit impeditus litem contestari, *l. sed etsi, ff. eodem titulo*, quod si facto tertii impediretur, damnum ipse soluet, si soluendum est, *l. inde Neratius, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* quod si soluendo non sit, restituetur actor, *l. quibus diebus, in princip. & ibi Bartol. ff. de condition. & demonstrat.*

12 Ad interrumpendam † autem præscriptionem in hac materia gabellarum, sufficiet petitio extraiudicialis facta a gabellario coram testibus, sicut ad interrumpendam præscriptionem triennalem salarii famulorum, & alterius cuiusque debiti sufficere probauimus de *Iuramen. Confirmator. 3. par. cap. 1. nu. 24. cum sequentibus*, vbi id efficacissime demonstrauimus, quidquid aliud simpliciter absque vllo iuris fundamento dixerit Cassan. *de Consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 23 num. 11. versic. Sexto limita fol. mihi 200. col. 1.* nempe, quod licet ad constituendum quem in mora, sufficiat interpellatio extraiudicialis: non tamen quo ad interrumpendam præscriptionem, quia istud non reputatur iure cautum, sed quod ad minus requiritur citatio, libelli oblatio, vel litis contestatio, iuxta gloss. quam dicit ordinariam in *l. cum notissimi, C. de præscript. 30. ann. & per DD. in l. fin. ff. de eo per quem fact. est*, & est glos. verbo, *solam cõuentionem, in d. l. cum notissimi, in princip. ibi: & dic per so-*

13 *lam*, id est citando eum: † sed respondemus, text. illũ hoc non dicere, nec probare, sed tantum, quod per solam conuentionem interrumpitur præscriptio debiti, nec de citatione vllum verbum ibi: Ergo sola qualibet conuentio ad id sufficiet, licet sit extraiudicialis, cũ generaliter loquatur ille textus. Aliàs si aliud vellet, exprimeret, scilicet, iudicialem. Hoc non fecit, igitur sufficit petitio extraiudicialis ad interrumpendam præscriptionem nondum finitam, vt aliis quoque fundamentis tam iure communi, quam iure nostro Regio expresso probauimus *vbi supra*. Non est igitur periculosa nostra præfata sententia *vbi supra*, sed vera, & iuridica, quamuis aliud dixerit absque discussione, & debita consideratione Gironda, *de Gabell. 4. parte, §. qua. num. 18.* eodem ratione compulsus, fatetur ad nostrum casum de gabella, prædictam nostram sententiam optime adoptari, & sic censet affirmandum, petitionem extraiudicialem factam a gabellariis coram testibus pro debita gabella sufficere ad interrumpendam præscriptionem, expendens quoque pro hac opinione verba l. fin. titulo 17. hoc libro 9 ibi: *Saluo si el recaudador hizo acto, o actos por do la dicha prascripcion se interrumpa*: sed in his verbis minime declaratur, nec agitur in specie de petitione extraiudiciali, sed tantum limitatur regula *d. l. fin.* quando gabellarius fecit aliquem actum, vel actus, per quos iure interrumpitur præscriptio, qui autem sint hi actus minime ibi dicitur: sed deciditur *in l. 29.* & præcipue in versic. *fin. tit. 29 par. 3 ibi: Esso mismo seria, si el senor del deudo se lo mandasse delante de amigos, o de auenidores*, vt addiximus *vbi supra, num. 32.* Et hæc pars verior, & tenenda est in iudicando, & consulendo, insuper quæ est securior in animæ iudicio.

14 Sed quod magis † obstare videbatur huic sententiæ est doctrina Auend. *capit. 9. prat. nu. 6. in 1. par.* vbi tenet, quod præscriptio duorum mensium, quæ a iure Regio inducitur ad petendam pœnam amissorum in ludo, de qua *in l. 10. tit. 7. lib. 8. Noua collect. Reg.* non interrumpitur, quamuis offeratur libellus intra dictos duos menses, si tamen non emanauerit citatio, & intimetur, diximus *lib. 2. Practic. quæst. 89. num. 2.* & nos citans, idem probat Azeuedo, *in d. l. 10. num. 3.*

Nihilominus tamen hæc sententia, quamuis vera in se sit, nihil tamen nobis in proposito obest, quia nos agimus de interruptione præscriptionis debiti, vt ipsa præscriptio interrumpatur per petitionem extraiudicialem, ne quis re sua priuetur indebite: illa vero opinio Auend. & sequacium, agit de petitione pœnæ ex delicto, & caussa criminali incursa, quare merito, vt præscribatur facilius, nec interruptio inducatur per libelli oblationem, nisi etiam emanauerit citatio, & parti intimetur, quia cum sit pœna, est odiosa, ac proinde præscriptio continuatur aduersus pœnam: secus vero quando agitur de præscribendo debito, tunc namque interrumpi merito debet per solam petitionem extraiudicialem, ne debitor mala fide cum iactura aliena locupletetur.

SVMMARIA.

1 *Pœna imposita in materia gabellarum per leges huius Regni multifariam sunt, nempe quattuor modis, & nu. 2.*
3 *Pœnæ gabellarum pertinent ad conductores earum, ad quos spectat principale, licet in conductione hoc non exprimatur, & pertinent ad primum firmiarium, vel iudicem, qui processum inchoauit, non ad secundum, & nu. 4. & 5.*
6 *Venditorum, & permutantium obligatio in materia gabellarum in pluribus consistit.*
7 *L. 31 tit. 19. lib. 9. Noua Collect. Reg. que pone la forma, y termino, en que los vendedores han de fazer saber las ventas, y pagar el alcauala al arrendador, declaratur, ampliatur, & limitatur hic, & in nu. sequenti pluribus modis, vide latissime usque ad nu. 39 inclusiue.*
40 *L. 5 vers mas si lo que se vende tit. 17. lib. 9. Noua Collect. Reg. pœna.*
41 *L. 13. & l. 26. tit. 19. lib. 9. Noua Coll. Reg pœna.*
42 *L. 5. tit. 20. lib. 9 pœna.*
43 *L. 11. tit. 17 lib. 9 pœna.*
44 *Supponens venditorem personam exemptam a solutione gabellæ, probata fraude, amittit rem sic venditam.*
45 *L. 18. & 21 tit 19 lib 9 pœna.*
46 *L. 19 tit. 17 lib 9. pœna.*
47 *L. 10. tit. 19 lib 9. pœna.*
48 *L. 12 tit. 19. lib 9 pœna.*
49 *L. 6. & 8 & l. 11 tit. 19 lib. 9. pœna.*
50 *L. 9. tit. 19 lib. 9 pœna.*
51 *L. 29. tit. 19. lib. 9 pœna, & nu. 5. & 54. & 55.*
52 *L. 20. & 27 tit. 19 lib 9 pœna, & nu. 53.*
56 *L. 22. cum seq tit. 19 lib. 9. pœna.*
57 *L. 17. tit. 19 lib. 9 pœna.*
58 *L. 16. tit. 19 lib 9 pœna, & nu 60.*
59 *L. 14 tit. 19 lib 9 pœna.*
61 *L. 1. 2. 3. 4 5. 11. & 15. tit. 19. lib. 9. pœna.*
62 *L. 17. tit 17. lib 9 pœna.*
63 *L. 29 tit 19 lib. 9 pœna.*
64 *Al dicho solo del corredor, o comprador, con iuramento, siendo hombre de buena fama, en razon de las ventas, y cõpras para en quãto a la alcauala se ha de estar, declaratur nu. sequenti. secus contra gabellarium vt in nu 72.*
65 *Dicto unius testis etiam preclaræ auctoritatis regulariter non est standum, præter quam in casu præcedenti, quo ad exactionem gabellæ, vt in nu 66.*
67 *Proxeneta an possit esse testis regulariter, quod non fallit, quo ad debitum gabellæ, vt in nu. 68.*
69 *Testis unicus de facto proprio, an plene probet, quo ad exactionem gabellæ statur dicto solius emptoris, vel proxenetæ vt in nu. 70.*
71 *Dicta aliorum præter emptorem, & proxenetam non statur, etiam quo ad exactionem gabellæ.*
73 *Aequalitas licet regulariter in iudicio seruanda sit, hoc procedit, quando correlatiua pariformiter se habent, alias secus.*
74 *Dicto emptoris, vel proxenetæ quo ad solutionem gabellæ, tunc standum est quoties de venditione constat, dubitatur tamen de certa pretii quantitate, alias secus, & num. 75 fallit in casu de quo nu 76.*
78 *Testimonium vnius ex contrahentibus adducti in testem in fauorem gabellarii affirmantis fraudem interuenisse, an sit sufficiens? & nu. 79.*

QVAESTIO CXXIIII.

Rubrica. De diuersis pœnis in materia gabellarum, De obligatione venditoris.

1 QVarto, quæ † sint pœnæ a nostris legibus gabellariis, in materia gabellarum impositæ, & ad quem pertineãt, & de obligatione tam venditorum, quam emptorum, & aliarum personarum, & sub quibus pœnis? Et quia materia hæc legib. nostris materna lingua editis decidenda est, vt clarius, & expeditius loquamur, & intelligamus hanc quæstioné, & sequent. eadé patria nostra lingua exponã, præter ea quæ iura communi deciduntur.

2 Las penas † que estan puestas en esta materia de alcaualas por las leyes Reales, son en quatro maneras: vnas estan puestas a los vendedores: otras a los compradores: otras que tocan a las iusticias, y concejos: otras que tocan a terceras personas: y de las caussas y razones porque se ponan estas penas, se sacara que cosas son aquellas a que todo estos estan obligados a hazer, y debaxo de que penas, como en particular diremos adelante.

3 Las penas † pertenecen al arrendador, a quien pertenece lo principal, que es el alcauala, aunque en su arrendamiento no se diga, ni declare, assi lo tienen Cin. Bald. y otros autores *in cap. 1. §. de feudi cognit.* y Salicet. *in l. si quis C. de vect. & commiss* Ang. y Alex. *in l. si quis id quod, num. 2. ff. de iurisd om. iud* Bald. *in rubr. de rer. diuis. & in l. si quis sine C. de vectig.* Boer. *decis. 5. nu. 18. cum seq.* vbi testatur de commun, nempe, quod ad primum iudicem, qui processum inchoauit, vel firmariũ pertinet emẽda, & emolumentum proueniens ex malaficio, non ad eum, qui processum terminauit, & latius Aules *in cap. 15. Prat. gl. 1 num.*
4 *35. & 36.* † & loquens in decima exsequentiis, quod pertinaat ad primum exsequotorem, non vero ad secundum affirmat Auend. *lib. 1. de exsequend. mandat Reg. c. 17. Prat. num. 10,* y en nuestros terminos de penas de alcaualas lo prueuan muchas leyes deste libro, que aplican las tales penas a los arrendadores. Porque es interesse de alcaualero
5 no auerse hecho la fraude, o inobediẽcia, por lo que la pena se pone. † Y aũque esta se sentẽcie en otro año, pertenece al arrendador, a quien pertinecia, y pertenece la alcauala, Franc. Luc. *de priuileg. fisci, in 4. quæstio, q. 48.* & Ioann. de Amicis, *cons. 220. nu. 25.*

6 Obligatio † autem vẽditorum, & permutantium in pluribus consistit.

7 Lo primero, † el vendedor deue auisar al arrendador de la venta, y pagarle la alcauala dentro de cinco dias, si esta pregonado por dos dias su recudimiento, y dóde es su posada: y no le hallãdo, depositãdo en aq̃l termino, la alcauala ante la iusticia, despues de auerle buscado, y hecho lo saber en su casa, o a sus vezinos, so pena del doblo, como mas largamente lo dispone la ley 31. tit. 19. deste lib. 9. de
8 que arriba auemos hablado algunas vezes. † Pero si no esta pregonado, no esta obligado el que deue la alcauala a buscar al que proceda arrendador, como consta por la dicha l. 31. y lo tiene in terminis Azeu. alli, *nu. 3.* adóde lo amplia que proceda, aunque el vendedor, y cõprador sepã quié es el arrẽdador de aquella alcauala: y no le manifiesten la vẽta dentro del termino de la dicha l. y, no se auiendo dado el pregon, que por ello no incurran en la pena de ella.

9 Amplia † se esto, aunque se auerigue la venta por iuramento deferido al vendedor por el arrendador en esta forma: que siendo demãdada la alcauala por los arrẽdadores o fieles, o cogedores a algunas personas, despues de passados los cinco dias: si antes que sean traydos a iuyzio lo confessaren, que paguen la alcauala, con mas la mitad de lo que montare la tal alcauala, y no mas. Y si despues del dicho quinto dia, traydos a iuyzio, lo confessaren, sin iuramento deferido por el arrendador, que paguen el alcauala con otro tanto, y no mas: assi lo dispone la ley octaua al fin, ibi: *Y mandamos,* &c. *tit. 7. deste lib. 9.* secundum cuius dispositionem respondendum est, vt ait Azeuedo *in d. l.*
10 *31. num. 12.* † Igitur qui semel incurrit pœnam d. l. 31. non euitabit eam, quamuis ante sententiam iudicis debitam gabellam soluat, vt per d. l. 31. contra ius commune obseruant cum Castillo Lassar. *d. c. 18, nu. 37.* Azeued. *vbi supra nu. 11.* & 12, qui *nu* 10. fatetur se vidisse pronunciari contrarium, nempe, vt si maiores 25. ann. ante condemnationem offerant gabellam gabellario, excusentur a pœnæ condemnatione, licet postea d. nu. 12. dicat respondendum esse in hoc, iuxta decisionem d. l. 31. vt prædiximus.

11 Limita † se esto de la pena del doblo, quando se prueua la ven-

la venta por iuramento decisorio que se haga dentro del
termino, que las leyes mandan. Porque entonces se paga
la alcauala senzilla sin pena, como lo decide la ley 16. in
vers. *Pero si el arrendador tit. 19 en este lib. 9.* de la nueua
12 Recopilacion de las leyes de stos Reynos. † Pero si se prue
na por testigos antes de deñar se en iuramento, se ha de pa
gar la alcauala con su pena, como lo dispone la *ley* 8. *el l.*
vers. Pero es nuestra merced del dicho tit. 7. lib. 9.
13 Item, se limita † lo de la dicha pena, que no ha lugar, aũ
que la venta no se manifieste, ni pague la alcauala dentro
de los cinco dias, quando el arrendador sellare los pannos
o pone guardar a las tiendas, y quando pide cuenta iura-
da por libro, y sellada, como consta de la ley 19. muchas si-
guientes del dicho tit. 19. *deste lib. 9.*
14 Item, se † limita al termino de los cinco dias, para mani
festar, y pagar la alcauala en las carnicerias: porque en e-
stas se han de dar cuenta de lo vendido cada Viernes, o Sa
bado de cada semana, siendo requerido el carnicero, que
la de, so pena de ciento marauedis por cada vn dia de quan
tos se detuuiere en dar la dicha cuenta: y dada la dicha
cuenta, ha de pagar la alcauala cinco dias despues de da-
da, so pena de la pagar con el doblo, assi lo determina la ley
tit. 17. deste lib. 9.
15 Quarto, iure † communi limitari potest, in venditione
conditionali, in ea namque non currit tempus quinque
dierum, nisi a tempore conditionis impletæ, siue sit condi
tio ex parte venditoris, siue ex parte emptoris, siue vtriuſ-
que, aut extrinsecus, siue tacita, siue expressa: non enim re
fert, dummodo talis sit, vt obligationem suspendat, quia
tamdiu non cedit, sed pendet dies obligationis gabellæ,
quamdiu contractus ipse est conditionalis, & obligatio po
test esse, vel non esse, *l. cedere diem, ff. de verborum signifi-
catione.* Non possunt enim occultari gabellæ, quæ non de-
berentur, lex etenim nostra non loquitur de futuris, sed de
16 præsentibus, & iam debitis gabellis, † quod si dies cedat,
quamdiu contrahens ignorat, non incipiunt currere dies
17 manifestationis, † quod si contrahentes non expectato
conditionis euentu exequantur, statim locus erit gabellæ,
ita in terminis laudemiorum expresse docet Mod. Paris. *in
Consuetud. Parisiens. tit. 2. §. 54. num 33.* quæ iuridice eisdẽ
rationibus procedunt in gabellis, & præterea ex eis, quę su
pra alio in loco resoluimus in venditione conditionali, vbi
in terminis gabellæ idem probauimus ex Lassarte, *de de-
cim. vendit. cap. 5. num.* 2. qui nuncupatim ita interpreta-
tur, intelligi, & limitat dispositionem d. l. 31. *idem cap. 18.
sub num. 35. vers. secundo nisi.*
18 Quinto † limitat eamdem legem 31. Parlad. *rerum quo-
tid. lib. 2. c. 3. §. 7. nu. 48. ibi, Lex igitur 31.* vt intelligatur,
nisi modo habita fide de pretio vẽdito facta sit, vt ibi pro
bat, quod in venditione in diem facta respectu iurium rei
feudalis patrono debitorum, probat Mod. Paris. *in Consue-
tud. Paris. tit. 1. §. 13. glos. 3. colum fin. nu. 13. & glo. 5. nu. 9.
& tit. 2. §. 54. nu 34.*
Verum hæc limitatatio est falsa, & non tenenda, vt alio
loco supra resoluimus cum Lassarte, *de decim. vendit. c. 6.
nu. 24.* & Gironda, *de Gabell. 4. p. §. 2. nu. 1. cum seq.*
19 Sexto † limitatur verè in venditione rei, quæ fit in publi
ca subhastatione plus licitanti intra certum quendam assi-
gnatum terminum, tunc enim quousque fiat vltima licita-
tio, & addictio, hoc est, el remate, statim quod transiit, &
completur tempus ei designatum, non incipiunt currere
prædicti quinque dies, interim enim dum pendet vendi-
tio, non est perfectus contractus venditionis, nec fiscus di-
citur creditor pro gabella, nec venditor, nec emptor vendi-
toris eius saltem propriè, & strictè (vt sumi debet in pro-
posito) nomen hoc, creditor, & debitor, *l. creditores, &
l. creditor autem, & l. debitor, ff. de verborum significatio-
ne.*
20 Septimo † limitatur *d. l. 31.* respectu manifestationis in
tra dictos quinque dies faciendæ a venditore, & intra tres
dies ab emptore, quando gabellarius præsens fuerit in ip-
so contractu, siue tamquam testis, siue tamquam alteru-
trius fideiussor, siue vt mediator, vel notarius, vel scriba,
vel aliàs interesset, vt in simili statuto in terminis probat,
& obseruat Mod. Paris. *in Consuetudin. Parisiens. titulo 2.*
21 *§. 54. numero 23.* † Nihilominus tamen in nostris termi-
nis venditor tenebitur etiam intra quinque dies gabellam
gabellario soluere etiam non petenti, dummodo domum
suam præconio denunciauerit, iuxta formam *d. l. 31.* vtrũ-
que enim copulatiuè lex illa requirit faciendum intra di-
ctos quinque dies, nempè, manifestationem contractus,
22 & solutionem, † dummodo de gabellario non dubitetur:
si enim de ipso dubitetur, tunc dies isti non currunt, nisi
ex eo tempore, quo certum sit, cui gabella debeatur, vt con
tingit in casu *l. 5. versiculo, Pero si en vn lugar, tit. 17. hoc.
lib. 9.* Nam cum in eo casu etiam post venditionem contra-
ctam incertum sit, cui gabellario, & quo in loco gabella de
beatur, donec rei venditæ traditio fiat, dies illi legitimi ad
solutionem decimæ assignati, non a tempore contractus,
sed a tempore traditionis erunt computandi, vt resoluit
Lassarte *de decim. vendit. cap. 5. num* 2. *& cap. 18. num. 35.
in princip.*
23 Octauo limitat † eamdem *l. 31. Lass. d. cap. 18. numero 34.*
quem sequitur Azeuedo, *in d. l. 31. nu. 6.* nisi ita expedite ga
bellarius sciret venditionem, sicut fuit contracta, nempè,
quid, quanti, & cui personæ, vel a quo venditum sit, tum
namque non oporteret ei denunciare, iuxta communem
distinctionem Baldi *in l. post perfectam, nu. 5. C. de pericul.
& commod. rei vendit.* quo ad euictionem conseruandam
loquentis.
Quę limitatio comprobari potest ex regula, *Eum qui cer
tus est de regulis iuris in 6. & ex l. 1. in fine ff. de action. em
pt. cum similib.* vbi scienti denegatur remedium ædilitij e-
dicti, quamuis aliter nec qualitas, nec vitium rei notificata
sint.
Secundo, quia *d. l. 31.* videtur fundari in occultatione
venditionis: sed scienti non potest esse occultum. Ergo quo
modocumque intra quinque dies sciuerit gabellarius, ces-
sat dispositio *d. l. 31.* quæ manifeste præsupponit, & requi-
rit per quinque dies continuos contractum celari, antequã
pęnæ, de qua ibi, locus sit, vt patet ex ea lege, ibi: *Y si al di-
cho plaço no se lo hiziere saber.*
Tertio, hæc limitatio saltem respectu pęnæ, vt ipsa non
incurratur, probari videtur ex eo, quod ad euitandam pę-
nam sumitur interpretatio benignior, & fauorabilis, *l. in
pœnis, ff. de pæn. l. factum, §. in pœnalibus, ff. de regulis iu-
ris.* Cum igitur gabellarius habuerit noticiam, & fa-
cultatem pro parte consequendi ius suum, in cuius defe-
ctum infligitur pęna dupli, non videtur posse petere præ-
dictam pęnam.
24 His tamen † nihilosecius non obstantibus, contrarium
potius in terminis tenendum est, immo quod non sufficiat
scientia gabellarij, etiam explicita, de contractu, ex quo de
betur gabella, aliàs, quam per notificationem, de qua *in d.
l. 31.* & solutionem gabellæ intra quintum diem, de quo
ibi, hocq. in praxi obseruandum, tam respectu ipsius gabel-
læ, quam pęnæ dupli. Primo, quia venditor, siue emptor,
quãtũ in se fuit celauit gabellario contractũ illũ, ex quo ei
gabella debetur: & quamuis nihil fecerit, nec curauerit, ad
impediendum, quo minus deueniret in scientiam gabella
rij, satis est, quod non curauit, id peruenire in eius notitiã,
25 cum ad hoc esset directè obligatus per *d. l. 31.* † Vnde suc-
cedit appositissimus text. *in l. in illa stipulatione ff. de verb.
oblig.* probans quod etiam si verba obligationis essent ob-
liqua, & negatiuè concepta, adhuc non sufficit abstinere a
malo, nisi fiat quod bonum est: sed hic, nedum tenetur ad
studiose non occultandum, sed etiam officiose, & diligen-
26 ter notificandũ: Ergo, &c. † si cessat facere id, ad quod scit
se teneri, censetur in dolo, *l. si procuratorem, § dolum autem
27 l. dolus est, ff. mandati l. dolum, ff. ad leg. Falcid.* & quãuis,
vt inquit gl. *in d. l. dolus*, leges illæ loquantur per fictionẽ,
& non est quis in dolo, nisi studiose, & malitiose celando,
aliàs est simplex culpa, aut negligentia: attamen in nostra
specie dolus non requiritur, sed sufficit simplex culpa, aut
negligentia commissa in omittendo, ut constat ex *d. l. 31.
& ex his,* que tradit Bart. *in l prima, §. non autem, ff si quis
testamento liber esse iussus fuer.* Ang *in l. 1. ff. de legib. cum
alys in idem citatis a Mod. Paris. d. §. 54. nu. 12.*

Vtrum in conductionibus iurium Regalium folia aliorum recipi possint vltra ea, quæ sunt paria.

1 QVæro lege 21. *titulo* † *nono, hoc libro nono,* cauetur: *Que quando el arrendamiento de rentas Reales se ouiere de hazer por hoias, en la forma alli declarada, si ouiere dos, o mas personas, que en su hoias den vn mismo precio por la renta que se arrendare: de manera, que no aya, mas meiora en la vna que en la otra, los Contadores mayores, pueden recebir de aquellas las que les pareciere que mas conuiene al seruicio de su Magestad: y si quisieren puedan domar a las partes las dichas hoias de nueua, en que cada vno por si declare el precio que mas quiere dar por las dichas rentas del que primero daua: y la que fuere de mas precio, aquella se reciba: y que los dichos Contadores mayores puedan, escoger destas dos cosas la que les pareciere que mas conuiene al seruicio de Magestad, y en que ellos acordarē se guarde, cūpla, y execute.*

2 An † folia aliorum possint accipi a summis rationalibus vltra ea, quæ in quantitate pretij oblati, & licitationis sunt paria, ad hoc vt si in illis melior cōditio offeratur acceptari possint? Hoc. n. lex illa nō aperit, quinimmo denegare videtur, dum inquit: *Que de aquellas cedulas, yguales en precio, puedan recebir las que les pareciere,* &c. Accedit pro hoc præiudicium offerentium maius pretium, si offerentium minus acciperetur. Nihilominus crederem, esse alias omnes admittendas ad effectum *in d. l. contentum,* siquidem ab ea lege expresse non excluduntur, & iure communi nullo modo repelluntur, & decet, fisco vt plures licitatores sint eo casu, quo fiscales rerum reddantur. *argumento l.* 4. *ff. de oper. noui nonciat.* vbi dicitur, quod Reipublicæ interest, plurimos ad defendendam suam causam admitti.

3 † Ceterum si plures licitationes fiant eodem die, & in diuersis locis, & non constet, quæ fuerit prior, vel posterior, verbi gratia: *que la vna se hizo donde se halla el Rey, o ante cō qualesquiera de los Contadores que con el estuuieren, en el tiempo en que se puedan hazer, y esse mismo dia se hiziere otra puia, o puias en aquella misma renta ante los Contadores mayores que no estuuieren con su Magestad,* valet illa, quæ maioris quantitatis fuerit, quod si ambæ sint pares, valebit facta coram Rege, vel eius summis rationalibus cum ipso existentibus, dum tamen huiusmodi licitans suam adiectionem notam faciat reliquis summis rationalibus alibi existentibus, ab illo die vsque ad tempus, quo illuc peruenire posset, octo leucis singulis diebus computandis, vt in libris Regiis seruatur. Quod si in prædicto termino hoc facere omiserit, soluet ociose licitationem a se factam, & redditus remanebit penes alterum. Quod si iusto impedimento detentus, id facere prætermiserit, nempe riuorum, pluuiarum, aut raptus, hoc probato, & non aliàs audiatur: ita decidit ad litteram *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 9. Quod si diuersis temporibus ambæ licitationes factæ fuerint, prior valebit, atque præfertur posteriori, vt constat ex eadem lege ibi *Y esse mismo dia se hiziere otra puia, o puias,* &c. a ratione cessāte.

4 Quod si aliqua † licitatio, vel aliquot licitationes factæ fuerint cum conditionibus a licitante declarandis, & ante declarationem accesserit alius licitans, pure & sine conditione, sed tantum cum conditionibus positis a summis rationalibus, hæc valebit, vt expresse decidit lex 15. *eiusdem tit.* 11. eam nempe reddens rationem. *Porque el que la puso con las condiciones, que el declarante, entendiese que no hizo puia ninguna, hasta ser hecha la dicha declaracion.*

S V M M A R I A.

1 *Pretium false impositum an attendendum sit in licitationibus, vel standum sit vero pretio, distinguitur numero* 2. *cum seqq.*

4 *Error calculi veritati non affert præiudicium.*

6 Lasio

6 *Læsio vltra dimidiam iusti pretij in locationibus, & conductionibus iurium Regalium allegari a neutra parte potest, despues de rematada la renta de todo remate.*

7 *Læsio vltra dimidiam in alijs contractibus priuatorum, in subhastatione publica factis, allegari potest.*

8 *Læsio vltra dimidiam iusti pretij considerari debet, vt interueniat tempore celebrati contractus, adeo, vt si ex post facto valor rei casu contingens maior, vel minor sit, nō causat læsionem restitutionis, & numeris seqq. nisi breue temporis internallum inter vtrumque intercesserit, vt in nu. 19 cum seqq.*

11 *In restitutione in integrum minoris non attenditur damnū, quod non fuit tempore contractus ab eo celebrati, licet postea superueniat, & num. 12.*

13 *Restitutio minori non competit aduersus suam renunciationem, & remissionem, quando aliqua rei dependet a futuro euentu, in quo damnum, aut commodum erat contingens.*

14 *Dubius euētus fructuum, & redditum locatorum æstimandus est, ad sciendum an contigerit læsio, nec ne, non verò valor ipsorum fructuum, vt hic.*

15 *Læsio in locatione rerum æstimatur, attenta consueta mercede, sed probatio in contrarium admittitur, vt in nu. 16.*

22 *Cautela pro aduocatis ad quod tempus debeant articulare valorem rei.*

23 *Valor rei non consideratur tempore contractus, sed traditionis, quando traditio rei, vel executio differtur in tempus futurum.*

QVAESTIO CXLVII.

Vtrum sit attendendum ad pretium falsè impositum, super quo licitatur, an verò standum sit vero pretio?

1 QVæro: *quid † si in subhastatione redditum Regalium, vel priuatorum, affirmat subhastans, plus sibi dari, quā reuera dabatur, vt sic alliciat alios emptores, vt plus dent, an plus offerens, comperta veritate minoris pretij, teneatur ad id, quod promisit ex assertione sibi facta maioris pretij, vel possit id repetere condictione indebiti?*

Hanc quæstionem primus omnium, quos viderim, tangit in terminis Greg. Lop. *in l. 33. in glos. prometido, tit. 26. par. 2.* vbi eam examinat pro vtraque parte, & tandem ita distinguit sub dubio, nempè, quod si sciēter hoc faciat subhastans, teneatur crimine stellionatus, *vt in l. 3. §. si quis imposturam,* secundum intellectum Bar. *ibidem, ff. de crimine stellionatus, & alios DD. quos citat:* si verò per errorem id faciat, aliud ita dicendum, nempè, quod plus offerens teneatur ad id, quod promisit, ex quo non potest dicere se deceptum, cum pretium, quod dicebatur dari, sciuit, & insuper scienter plus dedit, & sic scienti, & consentienti non fit iniuria, fraus, nec dolus, *vt in reg. iuris.* Potest inquit Gregor. in contrarium videri, quod Bart. *vbi supra,* notat, volens, quod assertio pretij, quod non dabatur est in detrimentum aliorum emptorum, plus offerentium, & quod pro hac parte facit etiam illa lex partit. dum vult, quod verum pretium subhastatur, & tandem inquit Gregor. se vidisse, hanc quæstionem de facto sub his terminis, quia cum certi redditus Regales essent subhastati in maiori pretio, quam in veritate datum erat: alij licitantes obtulerūt plus, scilicet, dimidiam quamdam decimæ partis super primum emptorem, & postea repetebatur per condictionem indebiti ab vltimo emptore illud plus, asserente, se tantum teneri ad decimam veri pretij secundum tenorem legis Quaterni gabellarum, hocq. iure comprobat pluribus fundamentis, nempè, quod videatur sibi competere prædictam repetitionem, cum ipse non erat aliàs daturus, quod plus obtulit, nisi verum pretium, in quo redditus erant positi. Contrarium tamen in quæstione posita affirmat fuisse iudicatum, quod vltimo subhastanti nō succurratur, sed ipsemet Greg. relinquit cogitandū, quod ex his rectius sit, & æquius, & sic fluctuat Greg. Lopez, quandoque declinans in vnam partem, quandoque in aliam. Nihilominus tamen, ex sex fundamentis, quæ ibi adducit pro vltimo subhastante, vt sibi competat repetitio, huic magis accedere videtur, aduersus quod iudicatum vidit. Quam mentem ex eo ita deducit, & sequitur Auendan. 2. *par. cap 12. prætorum, num. 6. ad fin.* his verbis, & fieri debet subhastatio cum publicatione veri pretij, & non debet fingi maius pretium, cum minus offeratur; quia tunc seruandum est, quod ponitur in glossa Gregoriana, *in l. 33. tit. 26. par 2.* Eamdem partem affirmatiuam cum Auend. *vbi supra,* sequitur doctissimè Doctor Azeuedo, *in l. 1 nu. 3. tit. 13. hoc lib 9.* dicens, quod ipse in hac quæstione veritati adhæreret, & non errori, præsertim si ob causam ipsorum calculatorum error fuit admissus, quia tunc nulli dubium, quin error rescindatur, nihil enim tam contrarium est consensui quam error, *l. error, C. de iuris, & facti ignor cum simil.* Hæc sont, quæ in hac quæstione inuenio scripta a Doctoribus.

Ego verò clarius & distinctius hunc articulum comprehendens, atque differens, ita asserendum esse censeo.

2 Nempè, † vt si subhastans ex scientia affirmet, plus sibi dari, quam reuera dabatur, vel supposuit tertium, qui suo periculo, nempè subhastantis, id faceret, proculdubio teneatur ad restitutionem falsi pretij in vtroque foro decepto, & per condictionem indebiti, illud repetere possit, si fortè fuit iam solutum, vel si non fuit solutum, asserere poterit, vt sibi tantumdem de toto pretio tollatur, & deducatur, ita vt ad residuum veri pretij soluendum minimè teneatur vmquam, & insuper deceptor huiusmodi puniri poterit, & debet, propter crimen stellionatus a se in hoc admissum, arbitrio iudicis.

3 Si † vero per errorem ipsius subhastantis, vel calculatorum fuit affirmatum plus pretij, quam reuera dabatur, vel datum erat a primo emente, vel conductore, & alij super illo toto pretio plus licitauerint, crimen quidem non committitur ab affirmantibus falsum pretium, per errorem: Ceterum, & in hac specie, sicut in priore repetitio competit condictione indebiti pro pretio falso, sic per errorem vero pretio superaddito, quia damnum factum fuit plus offerentibus inscijs illius falsitatis, quibus error calculi nocere non debet, sed veritati standum est, *vt in l. 1. in princ.*

4 *C. de errore calculi,* vbi ita scribitur: *Errorem † calculi siue ex vno contractu, siue ex pluribus veritati non afferre præiudicium sæpè constitutum est,* & rursus in fine, ibi: *Sed & si per errorem calculi, velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit,* faciunt *l. 14. tit. 18. & l. 19. tit. 22. & l. 4. tit. 26. par. 3. & l. 30. tit. 11. part. 5.*

5 Quinimmò, † hoc ampliandum censeo, vt procedat, etiam si plus sic offerētes, quibus redditus fuit sibi addictus de postrato remate, postea ex futuro euentu, nullum damnum sentiantur ex illo contractu re ipsa, quia nihil perdiderunt, & etiam si forte aliquid commodi vlterius consequuti fuerint, quoniam adhuc error falsi pretij sibi nocere non debet, sed veritati standum est, ex supra dictis.

Nec huic obest si dicatur, subhastantem fuisse læsum in pretio, cum res tantum valuit, vel plus quam adhuc sic licitantibus fuit addicta, cum affirmatione falsi pretij.

6 Respondemus † namque, quod in locatione redditum Regalium, de quibus in hoc libro agimus, *despues de rematada la renta de todo remate, en la forma que las leyes Reales mandan, no se puede alegar por parte de su Magestad ni de los arrendadores lesion, aunque sea vltra dimidiam, ni por ella se puede quitar la renta, ni rescindir el contrato, como expressamente lo mandan, y disponen la ley 14. y 15. tit. 9. deste libro 9. de la nueua recopilacion:* aunque al tiempo del contrato ouiesse lesion en el precio, allende de la mitad del iusto precio, vt ibidem cauetur; y por estas leyes que son claras para ello assi lo tienen los Autores destos Reynos, & præcipue Greg. Lopez *in l. 56. in glos. magna, ad med. tit. 5. par. 5.* Matien. *in l. 1. gl. 6. num 4. tit. 11. lib. 5. Noua Collect. Reg.* & ibi Azeuedo, *num. 31.*

7 Y † en arrendamiento de dehessas, y otras rentas, y de heredades de particulares, y ventas de sus bienes, hecha en al-

en almonede publica, aunque pueda auer lugar en ellas alegir la lesion vltra dimidiam, *iuxta l. 1. ad finem, tit. 11. d. lib. 5.* & de iure communi duas opiniones communes contrarias in hoc refert Padilla *in l. 2. nu 30. C de rescind. vend.*
8 & Azeued. *in d l. 1. num. 31.* pero † deuese considerar la dicha lesion, quod interueniat tempore celebrati contractus, *l. si voluntate, ad finem, C. de rescind. vend. l. 2. §. fin. de iure fisci. d. l. 56. ibi: Que pudiera valer en aquella sazon que la compro, &c. tit. 5. par. 5 d. l. 1. ibi: El precio derecho que valia la cosa al tiempo que fue comprada, tit. 11. lib. 9.* & est communis doctrina, *in d l. 2. C. de rescind. vendit.* secundum Azeued. *in l. 1. num. 12. tit. 11. lib. 5.* & Aluar. Valasc. *consul*
9 *tatione 43. num. 28. in princ. 1. tomo.* Læsio † namque ad rescindendum ob eam aliquem contractum considerari debet tempore celebrati contractus, non vero postea succedens, vt iure probat Aimon Crauetta *cons. 114. num. 16. & consi. 188. num. 4.* Arias Pinel. *in repet. d. l. 2. 3. par. capite 4. num. 15. C. de rescind. vendit.* Roland. a Valle, *consil. 59. nu. 36. lib. 1.* vbi ampliat etiam in Ecclesia agente, & congerit
10 plurimos Matienc. *in d. l. 1. glos. 4 num. 1.* Et † quod læsio regulariter attendatur secundū tempus contractus, & non secundum tempus superuenie͂s, adeo, vt si ex post facto valor rei maior, vel minor sit casu contingens, non causet læsionem restitutionis aliquam, vt cum alijs refert Sfortia Oddo, *de restitut in integr. 2. par. quæst. 57. art. 3. num. 18.*
11 *fol. mihi 709.* vbi *num. 19.* refert aliam communem doctrinam, quæ habet, quod in restitutione in integrum minoris, non attenditur damnum, quod non adfuit tempore
12 contractus ab eo celebrati, licet postea superueniat. † Et quod minor non restituitur prætextu casus & læsionis fortuitu postea contingentis, & latius Caldas Pereir. *in l. si curatorem habens. verbo, vel aduersarij dolo, num. 5. C. de in integr. restit. fol. mihi 1457 in tract. de restit. in integrum.*
13 Et † præterea, quando aliqua res dependet a futuro euentu, in quo damnum, aut commodum erat contingens, non competit minori restitutio aduersus suam renunciationem, & remissionem, argum. tex. *in l. de fideicommisso,* & ibi communiter Doct. *C. de transact.* vt testatur Sfortia Oddo, *vbi supra, in 1. par. quæst. 4. artic. 6. num. 49. folio 302.* vbi bene declarat.

14 Hoc † autem contingit frequenter in locationibus reddituum Regalium, & aliorum priuatorum, quorum fructus, redditus, & prouētus futuri, incerti plerumque sunt, & ideo in locatione reddituum, nōn sunt ęstimandi redditus illius anni, nec probandus eorum valor, sed ad exemplum eius, quod dicitur in transactione, scilicet, dubius euentus, nempe pretium iustum, & commune eorumdem reddituum, quolibet anno communiter homini scienti, & similium conductionum perito esse centum, & non plus, cum centum, & quinquaginta duobus essent prædii reddi-
15 tus locati. In † locatione autem aliarum rerum æstimatur læsio, attenta consueta mercede, an res minus dimidia locetur, vel vltra dimidiam conducatur, vt consuluit Rom. *cons. 425. num. 1.* Cagnol. Cremens. & Pinel. *in d. l. 1. glos. 6.*
16 *num. 2. & 3.* Vbi † cum Pinel. addit in hac secunda specie posse admitti contrariam probationem, qua constet cessare tantam læsionem, veluti si conductor fundi dicat se læsum, attenta solita mercede: locator autem concludenter probet conductoris detrimentum non excedere dimidiam, facta computatione valoris fructuum deductis impensis, quia tunc opinio veritati cedere debet.

17 Quod † si iuxta prædictum modum probandi lęsionem vltra dimidiam, vel alias ipsa concludenter probetur, tam in locatione fructuum, & reddituum, quam in venditione rei in publica subhastatione facta nō dubito quin lęso succurrendum sit, iuxta iura vulgaria: sed tunc hoc remedio agendum, vel excipiendum erit, computato, vel deducto illo ficto pretio, io vel a iusto, & cōmuni valore rei, vel reddituum subhastatorum respectiue, ita quidem vt semper veritati statur: non vero falso pretio imposito, & sic non obstat nostræ præcedenti resolutioni contra formatum.

18 Ceterum, † quod prædiximus læsionem considerādam esse tempore contractus non vero postea, limitant, & intelligūt plures DD. a Pinel. *vbi supra,* allegati nisi de tempore conuentionis, seu contractus ad tempus quo deponunt testes, fuerit breue temporis interuallum, quia tunc licet generaliter deponant, concludunt in tempore contractus, quia ex breuitate temporis non presumitur mutatio valoris rei, vt singulariter docuit Bald. *in l. 2. num. 28.* & ibi Salic. *col. penul in ver. quæro an hæc, num. 4. C de rescind. vend.* Cæpol. *de simul. contract. num. 30.* Alex. *consil. 133. num. 9. lib. 3.* & Bald. *vbi supra,* & alios refert Matien. *in d. l. 1. gl. 4.*
19 *num. 2.* dicens † ex eis, quod si in rebus immobilibus probetur per testes, quòd anno præterito testanti ęstimabatur, & valebat iusta, & communi æstimatione probatur præsumptiue: nam in tam breui tempore per locum a communiter accidentibus, non solet in immobilibus mutatio pretij fieri in notabili quantitate, nisi id probetur ex aduerso, & hoc in effectu sequitur Aluar. Valasc. *vbi supra, d num. 28. vers. ego autem,* Pinel. tamen, *vbi supra,* non admittit hanc opinionem Doctorum, quia iura loquēria de tempore contractus eam non patiuntur, cuius sententia applaudet Matienc. *vbi supra,* non omnino reiecta communi, quam ipse iudicis relinqueret arbitrio.

20 Ego † vero pręcedentem limitationem probo, hoc addito, vt minime tempus tam longum vnius anni consideremus in probatione pretii a tempore contractus, sed multo minus, puta vnius mensis, vel paulo plus arbitrio discreti iudicis, vt in terminis censuit rectius Azeued. *in d. l. 1. num. 12.* vbi quod si iudex esset aut communem obseruaret, aut suum arbitrium iustificaret aliqua rationabili informatione, & hoc in probatione valoris rei immobilis.

21 Si † vero agatur de æstimatione rerum mobilium præsertim victualium, tunc requiritur, quod testes faciāt mentionem de tempore contractus, quia in his facile, & intra paucos dies pretia variantur, vt docet experientia, non tamen debent testes se referre in specie ad diem contractus, vel ad illam hebdomadam, sed ad plures dies ante, & post, vt cum Bart. communiter recepto resoluit Aluar. Valasc. *vbi supra,* & sequutur Matienc. *num. 4.* & Azeued. præci-
22 tati. Quare † cautum esse oportet aduocatum, vt ad tempus instantaneum non se adstringat, sed dicat, quod communiter ea res valuit tantum tempore venditionis ante, & post secundum Bar. Angel. Alex. Afflict. & Lanfranc. quos refert, & sequitur Matienc. *d. num. 4.* necnon & Aluar. Valasc. qui tandem ad fin. addit, posse iudicem officium suū interponere, quo ad referendos testes ad tempus contractus, eosq. ex officio interrogare, an de tali tempore intellexerint, ex doctrina Bart. *in l. si quod ex Pamphila, ff. de leg. 2.* vt voluit Pinel. *vbi supra, in fin. num. 15.* ne iustitia partis pereat: sed quod hoc iudices illius Regni facere non solēt, nisi quando verba testium in hoc sunt æquiuoca.

23 Secundo † limitatur præfata communis, & vera sententia, quæ habet, ad læsionem considerandom esse valorem rei tempore contractus, vt non procedat quando traditio rei, vel executio negotii confertur in futurum: tunc enim non attenditur tempus conuentionis, sed executionis, ex sententia Abb. *in c. in ciuitate, num. 3. de vsur.* quem sequūtur Ant. de Butr. g. Dec. & Pinel. quos refert, & sequitur Matienc. *vbi supra, num. 3. ad fin.*

S V M M A R I A.

1 *Solutionis reddituum gabellarum tempora quæ sint.*
2 *Las librancas que se dieren en los arrendadores mayores, se han de pagar vn mes despues de cada tercio, y en los menores a cada tertio, ut in num. 3. y los situados a los terminos contenidos en los priuilegios, ut in numero 4. Los tesoreros, y receptores vn mes despues de cada tercio, vt in num. 6.*
7 *Los receptores del seruicio Real estan obligados a tomar, y recebir la moneda que les dieren, y pagarē, aunque no sea de oro, ni de plata, siendo moneda que se vsa, y corre en estos Reynos: y lo mismo de la demas rentas Reales, vt in num. 8. excepto quando se saca otra cosa por condicion, vt in num. 9.*
10 *Las quiebras han de pagar los que quebraron por mayor, por no a fiancar las rentas como la renta principal: mas las*

gue-

quiebras por menor se hā de pagar, y cobrar passados diez dias despues que la renta fuere puesta en torno, & quomodo hoc intelligendum sit, agitur num. 12.

13 *Locus solutionis redditum Regalium, quis sit?*

14 *Minores conductores si in terminis præfixis redditum non soluent, potest maior conductor cum iudice loci constituere, & ponere fidam personam habilem, quæ redditus exigat sumptibus eorum, iuxta formam l. 9. tit. 14. lib. 9. Nouæ Collect. Reg.*

15 *Conductor minor requisitus cum delegatione, hoc est, libranza del maior, quo modo la ha de acceptar, &c.*

QVAESTIO CXLVIII.

Rubrica: De las pagas del arrendamiento. De temporibus soluendi redditus gabellarum a conductoribus earum.

1 QVarto: *quæ sint tempora solutionis redditum gabellarum iuxta ll. Regias del quaderno.* Et in hoc *l. 23. tit. 9. hoc lib. 9.* præcipit, que sea condicion, y ley general para los arrendamientos de las rentas Reales, que las pagas de las alcaualas, y almoxarifazgo sean por tercios de cada anno, y las pagas de las tercias, y salinas, y puertos, y seruicio, y otras rentas, sean los placos contenidos en el quaderno de cada vna de las dichas rentas, excepto si en los arrēdamientos particulares que se hizieren de las dichas rentas no huuiere condicion en contrario.

2 Las † librancas que se dieren en los arrendadores mayores, se han de pagar despues de ser passado cada tercio, y vn mes mas, y nueue dias despues que fueren requeridos con ello, o sus hazedores, o fueren aceptadas o auidas por aceptados en dineros de contado, so pena de pagar por cada vn dia mas de ay en adelante cinco marauedis, fasta el dia que se cobraren los tales marauedis, y sino se hallare el tal arrendador mayor, ni su fator en la cabeza del partido, o en la Corte al tiempo de la paga, o no pueda ser auido para ser requerido, pregonado el libramiento ante la iusticia del lugar que es cabeza de su partido, corren desde alli adelante los cinco marauedis, *l. 11. tit. 16. lib. 9.*

3 Mas † los arrendadores menores pagan por tercios del
año cada tercio la tercia parte cumplido el tal tercio, sin les
4 aguardar mas, † y los situados se han de pagar a los pla-
cos contenidos en los priuilegios por virtud dellos, o de su
translato signado, sin pedir, ni esperar libramiento del ar-
5 rendador, y recaudador mayor, ni receptor: † pero si el
dueno del priuilegio quisiere dar el traslado al arrendado-
dor mayor, lleuando cedula suia al arrendador menor, la
6 pague al tiempo que deuiere, y se le reciba en cuenta. † Y
los tesoreros, recaudadores, & receptores que huuieren da
recoger, y recaudar las rentas de los dichos arrendadores,
y fieles, y cogedores las han de pagar a su Magestad, y a
quien por su Magestad fuere mandado librar vn mes de-
spues de las dichas pagas de la moneda que corriere en e-
stos Reynos al tiempo de las pagas, assi lo determina la
7 *l. 1. tit. 16. del lib. 9.* † *Y la l. 6. tit. 14. lib. 6. de la nueua Reco-
pilacion* manda, que los receptores del seruicio Real, o los
que por ellos cobraren, tomen, y reciban de los que fueren
a hazer las pagas la moneda que les dieren, aunque no sea
moneda de oro, ni de plata, siendo moneda de la que se v-
8 sa, y corre en estos Reynos: † y por la misma razon se ha
de hazer, y ha lugar lo mismo en las rentas de las alcaua-
las, y en otras rentas Reales, no auiendo ley en contrario,
mayormente porque assi tābien lo prueua virtual, y expres-
samente la dicha *l. 1. tit. 16. libro 9.* pues dize, que se hagan
las pagas de la moneda que corriere en estos Reynos al tiē
po de las pagas, porque aquella corre que se vsa entonces,
9 aunque no sea oro, ni plata: † esto se entiende excepto si al
tiempo del arrendamiento se pone, y saca por condicion o-
tra cosa, porque entonces aquello se aura de guardar, iuxta
a nobis resoluta *lib. 2. Tract. q. 179. num. 2.*

10 Las † quiebras son obligados los que quebraron por mayor por no afianzar las rentas en la manera, y segun, y como, y en el termino que deuia a pagarlas a los placos de
11 la renta principal, *l. 12. tit. 11. lib. 9.* Mas † las quiebras por menor se han de cobrar passados los diez dias despues que la renta fuere puesta en torno, en los quales auia de contentar de fianzas en tal arrendador por menor, *l. 11. tit. 12. del mismo lib. 9.*

12 Non † intelligas, quod statim immediate per lapsum d. decem dierum possit hæc exactio fieri, sed quousq. subhastatio, & addictio fiat plus offerenti: non enim prius sciri potest, an aliquid, vel quātum decretura sit præcedens addictio, quod exigetur ab hoc conductore fallito: Lapsus igitur decem dierum, de quo ibi, non fuit constitutus loco lapsus termini solutionis, sed vt is transcursus commissionem pœnæ induceret, transactis igitur prædict. decem diebus, fiet exactio in terminis redditus principalis, non vero prius: idq. conijcio tribus rationibus: primo, quia ad hoc ipsum erat obligatus conductor hic antequam falleret, & quod non mutatur, stare non prohibetur, *l. Sancimus, cum simil. C. de test.* Secundo, quia hac eadem ratione hoc idem cauetur in conductoribus maioribus fallitis, vt in *d. l. 12. tit. 11. lib. 9.* & vbi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio, *l. illud, cum similib. ff. ad leg. Aquil.* Tertio, quia pœnæ non sunt extendendæ, sufficit ergo perdere promissa, & indemnem fiscum seruare, soluendo id quod redditus decreuerit suis terminis, absque eo quod etiam soluat ante tempus, cum hoc vltimum cautum non reperiatur? Deinde, & vltimo, quia ante subhastationem, & aliam addictionam fieri, nec liquidari potest, verum, nec quantum sit soluendū, vt dicebamus. Ratione igitur incertitudinis vtriusque, iuste exigi nihil potest, quousque vtrūque verificetur. Nec obstant verba *d. l. 11. tit. 12. lib. 9.* ibi: *Passados los dichos diez dias despues que fuere tornada, &c.* Quia recipiūt extensionem, & interpretationem a possibilitate. Lex enim debet esse possibilis, hoc est, vt possit obseruari ab illis, quibus datur, *c. erit autem lex, 4. distinctione.*

Non enim præfigunt d. verba nostræ legis terminum certum, in quem exactio prædicta fieri debeat, sed inceptiuum præscribunt sine aliqua limitatione aut restrictione temporis. Ergo ratio naturalis dictat, vt prius subhastatio, & addictio fiat, vt sciatur, an, & quid exigēdum sit. Aliàs enim, quæso, quid est petendum, aut exigendum, aut quid interloquetur iudex, cum omnia sub incerto vagantur? Tamdem hoc aperte deducitur ex ipsamet l. eiusq. littera, Inquit enim, que se cobre la quiebra de cada vno de aquellos contra quien fuere fecha: prius ergo debet fieri la quiebra, quam exigatur in recto sensu, & ordine intellectus, & verborum. Ad hoc namq. vt exactio fiat, præcedere debet, el auer quiebra fecha, aliàs nihil supererit exigendum. Verba igitur statim sequentia, eiusdem Libi: *Passados los dichos diez dias, &c.* iuxta immediata præcedentia sunt necessario intelligenda, ne detur absurdum, præcipue cum hic non dicatur intra talem terminum, despues de passados los dichos diez dias, sed simpliciter, despues de passados los dichos diez dias sine præfinitione alicuius temporis, ergo tēpore congruo, & debito habiliq. ad exigendum intelligi debet.

13 Locus † autem solutionis est, el del arrendamiento, o recudimiendo, nempe, en la cabeza del partido, donde el arrendador es obligado a estar al tiempo de la paga, o su fator: y si ellos no se hallaren alli, pregonada la libranca ante la iusticia del tal lugar, y passados nueue dias sin pagar, se entiende ser lugar para la paga, do quiera que fuere hallado el arrendador, *ley 11. tit. 16. lib. 9.*

14 Quod † si minor conductor iurium Regalium terminis præfixis redditum non soluerit, potest maior conductor cū iudice loci constituere, & ponere fidam personam habilē, qui redditus exigat sumptibus eorum, iuxta formam *l. 9. tit. 14. hoc libro 9.*

15 Quomodo † autem, & quo tempore conductor minor requisitus cum delegatione, hoc est, con libramiento del mayor la ha de acceptar, y sino lo hiziere, como, y de quanto aya de cobrar el librado, decidit *l. 9. tit. 16. hoc lib. 9.*

SVM-

SVMMARIA.

1 *Fieles en esta materia de alcaualas, ay quatro maneras de ellos, y quales son, y quien los pone, y nombra, vt in tota quaestione, & eius numeris.*

QVAESTIO CXLIX.

Rubrica: Fieldad, y fieles. De eodem.

1 QVarto *quid statutum sit nostris ll. in hac materia de fieldad, y fieles en rentas Reales?* Et in primis, vt materiã breuiter, & clare praestringamus, obseruandum est, que ay
2 quatro maneras de fieles. La † primera es de aquellos que los concejos de cada lugar eligen para que cobren las rentas, por no auer ponedor, o si le ay, por no auer afianado.
3 La † segunda es de aquellos, que por razon de ser mayores, ponedores a la sazon que entra el año se da la renta en fieldad, dando fiãzas en la mitad de la renta, en tanto que se remata, y se saca, y presenta recudimiento, *l. 1. tit. 14. de-*
4 *ste lib. 9.* La † tercera es de aquellos que se ponen, quando por no pagar a los plazos el arrendador menor, se le embaraca la renta, y se pone quien la coja para seguridad, *l. 9.*
5 *tit. 14. lib. 9.* La † quarta es de aquellos que se ponen para solos veedores, y acompañados sobre el arrendador que tiene rematada la renta, por parte de aquel que le tiene hecha la puja del quarto, para que no se haga fraude, en tanto que lleua recudimiento el tal pujador, *l. 12. tit. 13. lib. 9.* en las quales leyes se declara, como, y en que forma se han de nombrar, y poner los dichos fieles,
6 Los † fieles de la primera manera ponen los concejos de cada lugar en la forma, y manera que se declara, y manda en la dicha *ley 5. tit. 14 del lib. 9.*
7 Los † de la segunda, que son los mayores ponedores no se eligen, porque la postura pidiendo lo ellos, y dando fianzas, los haze fieles la misma *l. 1. tit. 14. lib. 9.* y quitan al primero la fieldad que tenia, y se da al dicho pujador, pidiendolo, y dando fianza *l. 2. tit. 14. lib. 9.*
8 La † tercera manera de fieles pone el juez del lugar, juntos con el arrendador mayor, *l. 9. tit. 14. lib. 9.*
9 Los † quartos elige el que hizo la puja del quarto, *l. 12. tit. 13. lib. 9.*
10 Lo † que son obligados a hazer los fieles, consta de la *d. ley 1. y otras del tit. 14. lib. 9.*
11 Como, † y quando los fieles son obligados a dar cuenta con pago, declaranlo por estenso *la ley 5. y 8. tit. 14. lib. 9.*

SVMMARIA.

1 *Subhastationis in materia redditum Regalium sex sunt species, & quae? & quando incipiat vnaquaque? & in numeris seqq.*

QVAESTIO CL.

Rubrica: Almoneda. De speciebus subhastationis.

1 QVinto, *quot sint species subhastationis in hac materia redditum Regalium?* Ego sex reperio in legibus hu-
2 ius Regni. La † primera es la que al principio del año algunos dias antes hazen los concejos a fin de poner en fieldad la hazienda, y en esta no ay remate: de la qual habla *la ley 1. tit. 14. lib. 9. de la nueua Recopilacion.*
3 La † segunda es la ordinaria, en que se arriendan las rentas por mayor en la Corte ante los Contadores mayores, *l. 3. tit. 11. lib. 9.* en esta ay dos remates. El primero es aquel hasta el qual cada vno puede pujar, y puja lo que quiere, y puede lleuar prometido. El postrero es aquel hasta el qual desde el primero no se puede pujar, sino es la diezma entera, o media diezma entera de lo que vale la renta, y esto sin prometido, *l. 1. y siguientes, titulo 13 libro 9.*
4 La † tercera es la que se haze en la Corte en los arrendamientos por mayor, por via de quiebra, quando el arrendador mayor no a fianzo la renta, ni abono las fianzas, o dexo de cumplir algo por do la renta se bueluea a la almoneda para rematarla a quien mas por ella diere, y cobrar del arrendador mayor la quiebra, *l. 10. con las siguientes, tit. 11. lib. 9.* En esta almoneda no parece que aya de hazer se mas de vn remate, pues dize la ley, que se de la renta a quien mas diere por ella, y se le remate, y no señalados remates, y como esto sea cosa exorbitante de quitar a vno la renta, despues de rematada, no se ha de estender la ley que en esto habla, mas de lo que ella dispone.
5 La † quarta manera de almoneda es, la ordinaria, que haze por menor el arrendador mayor en las cabeças de los partidos, *l. 13. tit. 12. libro 9.* y en esta ay primero y postrero remate, y antes de cada vno dellos se pueden hazer las pujas arriba dichas por mayor.
6 La † quinta manera de almoneda es, la que se haze por la menor por via de quiebra contra el arrendador menor, que no afianza, ni abona, o dexa de cumplir lo que es obligado, por donde la renta se puede boluer en quiebra al almoneda, *l. 10. y 11. tit. 12. lib. 9.* Y esta no tiene mas de vn remate que se ha de hazer, tray endola en almoneda sobre el precio en que fuere puesta en el termino señalado, con que no sea menor de tres dias, conforme a la dicha ley 10.
7 La † sexta, y vltima es, quando el arrendador mayor despues de pregonada la renta por tres dias, no halla ponedor, y la quiere tomar para si, y cogella como arrendador menor, y esta es semejante a la quarta manera de almoneda arriba dicha, y no difiere mas, que hazer se por termino de tres dias, y no auer dos remates, si no vno, y hazese el almoneda, y remate ante dos Regidores, o oficiales, quales el concejo del pueblo diputare para ello, y ante el escriuano de rentas, en la forma que se contiene en la *d. ley 21. del tit. 12. lib. 9.*

La primera manera de almoneda comienza, y se continua, y cumple por los tiempos, y segun se contiene en la *ley 1. tit. 14. lib. 9.*

Sa segunda como se contiene en la *l. 3. y 9. tit. 11. libro 9.* en la forma que se declara en la *ley 1. y siguientes, tit. 13. libro 9.*

La tercera como se dize en la *ley 10. y siguientes, titulo 11. lib. 9.*

La quarta como se declara tambien en las dichas leyes, y con que antes del primero remate, sobre el primero precio de la postrera postura se pregone alomenos 6. dias, so pena que el remate sea ninguno, y qua de la renta abierta para pujar, *l. 13. titulo 12. lib. 9.* y es obligado el arrendador mayor a dar hechas las rentas dentro de 60. dias, que corren desde la presentacion, que hizo de su recudimiento en la cabeza de su partido, si en el anno del arrendamiento estaua por correr, y sino fenece el almoneda en fin del anno, y dexa la renta rematada en quien se halla entonces, *l. 24. tit. 11. lib. 9.*

La quinta manera de almoneda, que es la da quiebra por menor, comienza desde el dia que la renta se torna a la almoneda, que es, despues que se deua de afiãzar, o abonar, &c. y fenece el dia que el arrendador mayor senala para el remate, que no puede ser menos de tres dias despues de la primera postura por quiebra, *d. l. 11. tit. 12 lib. 9.*

La sexta manera de almoneda comienza despues que atiendo el arrendador, mayor pregonado la renta por tres dias no halla ponedor, y dura el tiẽpo, que la ley pone, que es tres dias despues que se puso la renta en precio, y passados estos se remata: pero dentro de cinco dias que el arrendador mayor tiene para afiãzar se le puede pujar, y tomar por el tanto la renta, como se declara en la dicha ley 11. *tit. 12. lib. 9.*

Como se all in, y deuan hayer astas, almonedas, declarasse en las leyes arriba citadas.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Prometidos, y quarta, quid sit?*

2 *Prometido es premio, que se da al ponedor, o puiador de las rentas Reales por razon de la postura, o puia, que haze en ellas antes del primero remate.*

3 *Quarta es el premio que se da a la persona que despues del primero remate tiene la renta, si se le quita por alguna puia de diezma, o media diezma, y es la quarta parte de la tal puia.*

4 *Los Contadores mayores pueden dar prometido por mayor, y la quinta parte del es para el Rey, y en lo por menor, los arrendadores mayores del partido puedē dar prometidos: lo qual no puede hazer ningun arrendador ni recaudador mayor en las rentas que hiziere por menor, si no por el año que tuuiere recudimiento, vt in nu. 5. sino fuere en la forma contenida, vt in num. 6.*

7 *El prometido por menor gana enteramente el puiador, no auiendo concierto de otra cosa.*

8 *La quarta gana el puiador, mas dexa para el Rey la veintena parte: quod procedit etiam in vlterioribus insuper licitatoribus, vt in num. 9.*

10 *Los prometidos todos que los arrendadores ganaren se cargan pro cuerpo de renta a los que sobre ella las puiaren, præterquam, si aliud videbitur summis rationalibus cum licentia Regis, & quomodo hoc intelligatur? num. 11.*

11 *Legis 25. tit. 13. lib. 9. Noua Collect. Reg. littera, & intellectus.*

12 *Prometido se pueden dar quando buelue la renta en quiebra al almoneda en los casos cōtenidos en los numeros siguientes.*

14 *El prometido pierde el arrendador quando da parte a las personas prohibidas, que no arrienden, y el que no diere las fianzas a los terminos que manda la ley Real, vt in num. 15 Y el arrēdador mayor fiel, o cogedor de las rentas Reales que dizen desembargadas, que no presentare la copia que aqui se dize, num. 16. Y tambien pierden el prometido los que han persuadido a otros no puien sobre ellos, y los que por dadiuas, interesses, y persuasiones dexā de puiar, vt in numero 17. y el que no siendo abonado no trae poder dentro de 40. dias de los fiadores, o de uno dellos, que fuere nombrado por los Contadores mayores, para que se obligue, vt in num. 18.*

19 *Terminus solutionis quartæ es el tercio primero de cada vn año del arrendamiento en que se gana.*

20 *Terminus solutionis promissorum, & in nu. 21. & 23.*

22 *Conditiones negatiuæ, quæ prohibent aliquid fieri sub pœna amissionis promissi, non impediunt eius solutionem, quamuis ipsum resoluerent, consilio de contrauentione.*

QVAESTIO CLI.

Rubrica: Prometidos, y quarta. Quid sit promissum? & quid quarta? & de alijs in proposito.

1 QVæro, *quid sit promissum? & quid quarta?* Et de alijs in proposito in materia redditum Regalium.

2 Prometido † es premio que se da al ponedor, o puiador de las rentas Reales, por razon la postura, o puias que hazen en ellas antes del primer remate, *l. 22. tit. 13 libro 9.* Y no tiene por las leyes cantidad cierta, si no aquello en que las partes se auienen, como lo prueua aquella ley ibi: *Qualesquier quantitas de marauedis de prometidos.*

3 Quarta † es el premio que se da a la persona que despues del primer remate tiene la renta, si se le quita por alguna puia de diezma, o media diezma, que sobre el se haga, en satisfacion de quitarsele la renta por la tal puia, y llamase quarta, porque es la quarta parte de la tal diezma, o media diezma que se puia; de manera, que el prometido se da al puiador, y la quarta se da al puiador, *l. 2 con las siguientes, del dicho tit. 13.*

4 Prometido † por mayor pueden conceder los Contadores mayores a las personas que a ellos bienuisto les fuere, y se lo pueden librar. Pero las personas, que ganaren los prometidos, han de dexar el quinto para el Rey, y se les ha de

5 descontar de ellos, *l. 22. tit. 13. lib. 9.* Y † en los por menor los arrendadores mayores del partido pueden dar prometidos. Pero ninguo arrendador, ni recaudador mayor en las rētas que hiziere por menor, no puede dar prometido, sino por el anno de que tuuiere recudimiento, *l. 5. tit. 12.*

6 *lib. 9.* Y † si le diere por mas años, ha de ser en la forma cōtenida en la ley *26. tit. 13. lib. 9.* Pero la quarta la misma ley la conceda, como parece por la ley *2. y siguientes del dicho titulo 13.*

An administratores Reipublicæ possint concedere promissum, infra agemus.

7 El † prometido por menor ganale enteramente el puiador, sin dar parte a nadie, aunque a las vezes el arrēdador mayor le saca el quinto por pacto: pero la ley sin el concierto, todo el prometido da al tal puiador por menor, como consta por las dichas leyes.

8 La † quarta ganala como esta dicho el puiador, mas dexa para el Rey la veintena parte della, *l. y 3. tit. 13 lib. 9.*

9 Quod † non solum habet locum in primo licitante decimæ, vel dimidiæ decimæ, sed etiam in vlterioribus insuper similibus licitatoribus, a quibus postea per aliam licitationem auferatur redditus, tum quia ipsi similiter quartam suæ licitationis prioribus soluerunt sine vllo premio sibi remanente cum ab eis per licitationem sequentem etiā auferatur redditus, tū etiam quia eadem ratio in vtrisque militat, & quia lex, hoc premium quartæ, non solum videtur concedere illi, cui res addicta erat, sed etiam eis, super quibus postea licitatur, vt patet ex d. l. 3. ibi: *Y si fueren fechas otras puias, o medias puias, que se ayan de cargar sobre el precio neto, que queda la dicha renta en cada vn año a esto mismo respecto, contando para nos las tres quartas partes de puias, y medias puias: y la otra quarta parte que daré fuera para el que la ganare, de manera que el arrēdador sobre quiē se hiziere la puia, gane solamente la dicha quarta parte de lo que puso para nos.* & iterum ibi: *Y que el escriuano de las nuestras rentas tome recado del arrendador en quien fuere la dicha renta rematada, para que paguen las dichas quartas partes a aquellos que las ouieren ganado antes que se le de el recudimiento en el tercio primero de cada año descontando la veyntena parte para nos, &c.*

10 Pero † todos los prometidos que los arrendadores ganaren, se cargan por cuerpo de renta a los puiadores que sobre ellos las puiaren, præterquam si aliud videbitur summis rationalibus cum licentia Regis, *l. 25. tit. 13. lib. 9.*

11 Circa † cuius l. intellectum, si ad eius litteram & veram decisionem attendamus, proculdubio obseruandum est, nō solum pretium licitationis, sed etiam promissi ob eam concessi debere onerari, atque addi pro corpore redditus, verbi gratia, sit licitatio quattuor, vt duo concedantur promissi nomine, constat sex esse ponenda pro corpore redditus, vt sequens licitatio insuper fiat, aliter enim non possunt verificari verba legis *que todos los promeditos se carguen por cuerpo de renta*, non enim compatitur cum hac littera legis, quòd solum quattuor in prædicta specie ponantur pro corpore redditus: sed quattuor, & duo quæ faciunt prædicta sex: ceterum audio consuetudine obseruari, vt illa duo promissi non ponantur pro corpore redditus, sed tantum quod licitatur, debet tamen huiusmodi consuetudo esse vbi sit, ad hoc, vt valeat esse legitimè præscripta, cum repugnet *d. l.* 25. positæ in noua collectione legum horus Regni, quæ magis iustificabitur, quando licitatio ita demum facta fuerit, quattuor, scilicet, sex, vel alterius quantitatis, dummodo ex eis dentur duo, vel tres nomine promissi, tunc enim cum promissum sit de quātitate licitationis merito, vt cum ea faciat eamdem quantitatem, quæ & non plus sit ponenda pro corpore redditus, etiam deficiente prædicta consuetudine, dummodo contraria non adsit.

12 Prometidos † se pueden dar quando buelue la renta en

pusiere

qoiebra al almoneda, l. 13. tit. 11. libro 9. que habla en las rentas por maior, ibi: *Y puedan dar de prometido al que la pusiere en precio lo que ellos entendieren que se deue dar.* Y en las por menor la ley 10. titulo 12. libro 9. ibi: *Y den de prometido a quien la pusiere en precio lo que ellos entendieren, que se deue dar.*

13 Los † prometidos, y quarta se pierden de los casos siguientes. El primero es:

Quando el arrendador, mayor no da las fianzas que ha de dar al tiempo que hizo la postura, o la puja, o la que ha dar dentro de los cinco dias despues del postrero remate, no abonara las fianzas, y presentare los abonos ante los Contadores mayores, y sacare el recudimiento dentro de sesenta dias, contados desde el dia del dicho postrero remate, pierde el prometido, y tambien la quarta, aunque se puie algun decima, o media decima sobre el y queda todo para el Rey *l. 10. tit. 12. lib. 8.*

14 Iten † pierde el prometido el arrendador mayor, que diere parte por mayor, o el menor por menor a las personas defendidas, que no arrienden, *l. 4. tit. 10. lib. 9.*

15 Iten † pierde el prometido, y qoalquier quarta parte do pujas, que aya ganado el arrendador menor que no diere las fianças, que es obligado a los terminos que manda la ley 8. *titulo* 12. *lib. 9.* como se prueue, y maoda por la ley 9. luego siguiente.

16 Iteo † el arrendador mayor, fiel, o cogedor de las rentas Reales, que se dizen desembargadas, que non presentara copia iurada, y firmada, de su nombre ante los Contadores mayores de todo lo que rento su renta en cada vn mes sobre si, y declarando, que es lo que entro y salio por los puertos, y aduanas, y lugares, donde se coge la tal renta, pierde el prometido, l. 13. tit. 9. lib. 9. y los termioos en que se ha de presentar esta copia pone la ley 25. *tit. 11. lib. 9.* Pero en las otras, aunque el arrendador no de la copia no pierde el prometido, pero no se le libra hasta que la de, de manera que dendola, sa le librara, como lo prueua la ley 24. *titulo* 11. *libro* 9.

17 Itẽ † pierden el prometido los que han persuadido a los que vienen a pujar sobre ellos que no pujan, y tãbien se piẽrden los que por dadiuas, y intereses y persuasiones dexã de pujar, y esto se entiende assi en las rentas Reales por mayor, siendo pedido ante los Contadores mayores y determinado por ellos, como en otras qualesqoier rẽtas Reales, *l. 8. tit. 8 lib. 9.*

18 Iten † pierde el prometido, el que no siendo abonado no trae poder dẽtro de 40. dias de lo fiadores, o de vno dellos, qual nombraren los Contadores mayores para obligarse como principal de man comun en todo el cargo, en quien se libre como eo el principal *l. 16. tit. 11. lib. 9.*

19 Terminus autem solutionis quarti, quam † lucratur superatus licitatione decimæ, vel dimidiæ decimæ, es al tercio primero de cada vn año del arrẽdamiẽto en que se gana y para esto ha per tomar el escriuano de rentas obligacion *l. 3. titulo* 13. *libro* 9.

20 Terminũ autẽ † soluẽdi promissa, nullũ signãt nostræ ll. Regiæ, ideo obseruãdũ est primo circa hoc, ꝙ si licitatio fiat vt ex quãtitate eius cõcedatur licitãti tãtũ de promisso, tũc promissum soluendũ erit eisdẽ terminis, quibus soluendus est redditus principalis ea mente virtuali contrahentium.

21 Interdũ tamen, † & in hac specie vltra illos terminos solutio promissi differenda est, nempe in illis casibus in quibus ll. nostræ Regiæ quaterni gabellarũ obligãt conductorẽ verbis affirmatiuis ad aliquid faciendũ, so pena que no se libre el prometido, hasta que lo haga, vel sub alijs similibus cõditionibus contractus, tũc enim nõ est sibi soluẽdũ, nec liberandum promissum, quousque termini redditus principalis pertranseant, & ipse conductor adimpleuerit, quod promiserit, argum. *l. qui heredi, in princ. & in §. 1. ff.*

22 *de cond. & demon. cum simil.* † Negatiuæ verò conditiones, quæ prohibent aliquid fieri sub pœna amissionis promissi, non impediunt eius solutionem, quamuis ipsum resoluerent contrario de contrauentione *l. Mutiana, ff. de condition. & demonstr. cum simil.* nisi prædictæ conditiones negatiuæ tempus certum haberent, tunc enim tempus illud expectandum erit, *l. veluti §. 1. ff. de verbor. oblig.*

23 Secundò † obseruandum est, quod si promissum non sit regulatum quantitati licitationis, nempè, de los marauedis que se puja, nec eius solutio aliàs aliquo modo fuisset suspensa, veluti quousque dentur fideiussores idonei, vel copia valoris redditus, &c. si aliud non conuenerit, nec consuetudine fuerit introductum, crederem, eius solutionem fieri debere statim, como se aya ganado, sicut in ceteris obligationibus, quibus dies solutionis non adijcitur, præsenti namque die debetur, *l. cum qui Calendis, ff. de verb. oblig. cum simil.* licet enim promissum ponatur pro corpore redditus, vt super vtroque licitatio fiat, non tamen ob hoc dicitur esse pars pretij, quia conductor, nec emptor non præbet promissum, sed locator, vel conductor: at si esset de per se pars pretij, id præberet conductor, vel emptor: nec etiam promissum est pars substantialis contractus, prout est pretium, vel merces, sed est quid diuersum, causam dans contractui, qua allicitur conductor, vel emptor ad conducendum, vel emendum; in summa promissum non est contractus ipse venditionis, aut locationis, vt supra probauimus in verbo, alcauala,

S V M M A R I A.

1 *El que puja, y falta en dar las fianças que esta obligado, o en otras cosas: porque la renta se buelue en quiebra, si pierde, no solo el vltimo prometido que auia ganado, sino tambien el primero? distinguitur num. 2.*

3 *Administratores redditũum Rerumpublicarum possunt cõcedere promissa.*

QVAESTIO CLII.

De amissione promissorum.

1 QVæro secũdò in hac materia † promissorum, quæ amittũtur in casibus, & speciebus in quæstione modo præcedenti enarratis, & in alijs similibus, si qui sunt: *quid si cõtingat Ioãnem, videlicet, ex prima licitatione lucrasse quoddam promissum, deinde alius, nempe Petrus, ratione alterius licitationis secundæ lucratus fuit aliud promissum, postremo idem Ioan. primus tertio licitauit cum alio promisso, & huic Ioan. fuit vltimo addictus redditus, sed defecit, & fefellit in fideiussoribus idoneis præstandis, vel in alijs, ob quod la renta se buelue en quiebra y se torna al almoneda: an Ioan. prædictus (por no auer afiançado la renta) perdat & amittat tãtum vltimum promissum, vel primum, & secundum, & sic vtrumque.*

ius præstitæ a tabellione, coram quo instrumentum illud
fuit confectum, fiet exequutio, iubendo, vt soluat intra v-
num diem sub exsequutionis comminatione, & tunc, si nō
17 soluit, fiet exsequutio pro gabella illa, † & num. 12. ponit
remedium, quo cauetur testibus approbatorijs, vt non re-
maneant obligati, scilicet, quod tempore depositionis pro
testentur, se nolle teneri, nec remanere obligatos ex illa ap
probatione; vel dicant, quod bona illa tempora quo depo-
nunt, valent tot nummos: nesciunt autem, an tempore so-
lutionis id valebunt, vt inquit Gironda de Gabel. 3. par. nu.
33. & Azeuedo, in l. 14. tit. 7. lib. 9. nempe, si tempore solu-
tionis conductores gabellarum, quos diuites affirmarunt,
huiusmodi non fuerint, vt per eosdem.

Quod autem contra debitorem debitoris fiscalis exse-
18 quutiuè procedi non possit, probat: quia † sicut priuatus
creditor debitoris sui non potest excutere, hoc est aduer-
sum illum exsequutionem petere, nisi mandatis sibi actio-
nibus, vel dato nomine debitoris in solutum citra cessio-
nem, vel delegationem, vel debitore suo condemnato, eoq.
existente non soluendo, tertio se illius debitorem confiten
te, vel per malitiam negante, quæ incontinenti edoceri
possit: ita etiam indubitanter fiscus in præmissis similiter
casibus debitorem debitoris sui exigere potest: quia vti-
tur iure communi, non aliàs, vt constat ex traditis per Marc.
Anton. Peregr. de iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 25. & 26. Vbi
19 limitat † in fisco, in tribus casibus specialibus, in quibus
ipse debitorem sui debitoris, etiam non condemnatum, e-
xigere potest, quos recensuit text. in l. non intelligitur, § mul
ta, ff. de iure fisci. Primus est, cum debitor principalis non
est soluendo, vt in d. § multa, & in l. non prius, C. quando
fisc. & l. 1. C. de condic. ex lege. Aliàs enim cum debitor prin
cipalis est soluendo, fiscus non agit contra illius debitores,
l. 1. secundum 3. lecturam gl. ibi, C. de fide instr. lib. 10. Secun
dus casus est, quando ex ratione fisci apparet, debitum fuis-
se contractum, vt in exemplis Bart. in d. § multa. Tertius ca
sus est, cum ex contractu fiscali debitores conueniuntur,
vt in d. § multa, vbi Bart. etiam exemplificat. & hos tres
casus intelligit Peregr. vbi supra, etiam quod debitor prin
cipalis non sit condemnatus, secundum Bar. & communi-
ter alios, quamuis gl. aliud senserit in d. 3. casu. Item prædi-
ctum tertium casum intelligit Peregr. cum debitor debito
ris fatetur se esse debitorem, aliàs secus, iuxta gl. in d. § mul
ta, per text. in l. si debitum, C. quando fisc. & ibi Bald.
20 Addit † insuper Gironda de Gabel. d. 3. par. nu. 33. quod
via exsequutiua similiter procedendum sit contra testes,
affirmantes conductorem gabellarum esse diuitem: y assi

S contra

contra los abonadores, dicens ita resoluere Azeued. *in l. 3. tit. 9. lib. 5. recopil. nu. 14.* qui tamen corruptè eum allegat, cum ibi hoc non dicat, neque agat de huiusmodi testibus, *sed in l. 13 eiusdem tit. & lib. d. nu. 13.* sed etiam Azeued. de hoc ex professo agit, *in l. 6. nu. 8. & 9. tit. 10 lib. 9.* vbi inquit, se non ita indistinctè id asseruisse, sed tunc demum, cum apparet nulla exceptione legitima se tueri posse debitores fisci: nihilominus tamen inquit, iam in practica vidisse, approbatores testes conductoris gabellarum, esse carceratos, & contra eos executiuè processum eo modo, de quo ibi latius per ipsum, quae praxis mihi non displicet.

S V M M A R I A.

1 *Decem dies ad oppositionem probandam in caussis exequutiuis gabellarum an sint concedendi reo, sicut in ceteris causis exsecutiuis & num. seqq. resoluitur affirmatiue, nu. 2. cum seqq limitatur nu. 4 in iudicibus* de commissió *vulgò dicti delegati in caussis gabellarum: secundo limitatur contra conductores gabellarum, vt in num. 5.*

2 *Iudex regulariter ex iusta causa potest terminum legalem augere, vel minuere, sed contra num. 6.*

3 *Regulam qui habet pro se, habet intentionem suam fundatam, praeterquam in casibus a iure expressis.*

Legislator quando aliud vellet, quam expressit, illud expressisset, sub eod. num. 3.

Q V AE S T I O CLXV.

De modo, & forma exsecutionis in materia gabellarum.

1 QVaero in proposito. † *An in causis exsecutiuis gabellarum, debeant concedi decem dies debitoribus exequutis ad oppositioné faciendam contra exsecutionem, cum ad vltimam bonorum licitationem citantur (hoc est para remate) sicut in ceteris causis exsecutiuis, vel minus, & breuiari possit praedictus terminus decem dierum fauore fisci?* Et videtur hoc vltimum verius primo, *ex lege 5. titulo 7. hoc lib. 9.* quatenus ibi praecipitur iudicibus, que oyen, y libren estas causas breue, y sumariamente, y de plano sine strepitu, y figura de iuyzio, sabida solamente la verdad. Secundo ex lege 14. eiusdem tituli, ibi. *Que no les reciban exceptiones maliciosas salno, paga, o quita, o razon legitima mostrãdola por recaudos ciertos luego sin alongamiento de malicia.* Ergo iudex poterit concedere arbitrio suo terminum intra quem oppositio fieri debeat.

Tertio *ex l. 18. tit. 7. hoc lib. 9.* vbi in materia gabellarũ, & redditnum Regalium exigendorum terminus praeconiorum minuitur in mobilibus ad tertium dié in immobilibus ad nouem dies.

Quarto *ex lege 17. eodem tit. 7.* vbi praecipitur iudicibus, vt in bonis conductorum gabellarum, & aliorum redditurum Regalium, suorumq. fideiussorum exsecutionem faciant intra tertium diem, ex quo ipsa fuerit petita, & venditionem pignorum ex dia quo fuerit petita executio in bonis immobilibus vsque ad nouem dies, sub poena emissionis officij, & alijs poenis pecuniariis ibi contentis; praeter quam si in hoc termino, scilicet nouem dierum, fuerit edoctum de solutione, remissione, vel persone captione: Ergo minor terminus datur ad oppositionem faciendam, & probandam quam nouem dierum, quod etiá probat l. 15. eiusdé tituli ibi. *Saluo paga, o quita, o toma que les sea fecha por alguna persona poderosa mostrãdola hasta nueue dias.*

2 Quinto & vltimo, quia regulariter † iudex ex causa iusta potest terminum legalem augere, vel minuere, secundum Bart. *in l. 2. num. 4. per text. ibi. ff. de re iudic. & Authent. Qui semel, C. quomodo, & quando iudex,* quae opinio est magis vera, communis, & in praxi recepta, secundum Girondam qui plures Doctores, & glosses idé tenentes, allegat *in tractatu de Gabellis 4. par. in princ. nu. 10. qui a nu. 8. cum seq.* ex praedictis fundamentis hanc opinioné in terminis nostrae quaestionis probat, dicens sapius eam practicatam vidisse praesertim inter Regios executores.

Nihilominus tamen, quando via executiua agi iure potest, & agitur pro exactione gabellae contra eam debentes soluere per iudices ordinarios; ego censeo contrariũ esse verius, & tenendum, quod ad oppositionem faciendam, sint concedendi exequutis decem dies, nec hi possint breuiari ex generalitate *l. 2. & 3. tit. 21. de las executiones lib. 4. Noua Collect. Reg.* vbi hoc praecipitur in omnibus executionibus, & contrarium non reperitur hac in specia dispositum praeter quam in exsecutionibus quae fiunt contra ipsos Regios conductores gabellarum: ergo in ceteris gabellarum debitoribus ratione venditionis, aut permutationis rerum suarum, regula generalis dictarum legum 2. & 3. seruanda est,

3 † qui enim habet regulam pro se, habet intentionem suam fundatam, praeter quam in casibus a iure expressis, iuxta glo. *in l. omnis definitio. ff. de regul. iur.* quem sequitur Dec. *in l. 1. nu. 6. ff. eodem,* vbi Additionator allegat Alex. & Tireq. idem tenentes, est glos. similis in rubrica. *eodem tit. lib. 6.* est communis vt plures allegans profitetur D. Couar. *lib. 2. var. resol. c. 12. nu. 4. simul. gl. in l. bis, quae contra. ff. de leg. & ibi* Paul. de Castr. *nu. 1.* Ias. *in l. cetera, in princip. num. 3. & 4 ff. de leg. 1.* & plura in proposito tradit Rolan. a Valle, *cons. 15 nu. 18. vol. 1.*

Secundo quia cum regula dictarum legum 2. & 3. *d. tit. 21.* nó reperiatur alterata in executionibus gabellarũ, quae fiunt cótra earũ debitores ratione, venditionis, aut permutationis rerum suarum, sed tantum in exsecutionibus, quae fiunt contra conductores Regales gabellarum, quibus nouem tantum dies conceduntur ex legibus specialibus gabellarum, supra pro priori parte adductis in illis tamquam in casu omisso, remanet illaesa praefate regule, & casus noster in dispositione iuris communis dd. legum 2. & 3. tit. 21. argum. *l. commodissime. ff. de lib. & posth.* si enim aliud voluissent legislatores, expressissent, sicut expresserunt contra conductores Regios gabellarum, *argum. l. vnica, §. vbi autem, in fin. ibi:* nam si contrarium volebat, nulla erit difficultas coniunctim ea disponere, text. etiam *in c. inter corporalia, de translat. Epis. & in cap. ad audient. de decimis.* cógerit plure concordantia Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, nu. 3 C de reuoc. donat.* Rol. a Valle, *cons. 68. nu. 35. lib. 4.* Becc. *cons. 22. nu 44. & cons. 32. nu. 16. lib. 1.* iudex ergo ordinarius debitores gabellarum aliorumq. redditnum Regalium, tam in terminis praeconiorum, & venditionis bonorum, quam citationa *para el remate,* obseruabit ordinem, & formam legũ huius Regni, *en las executiones,* & praecipue *l. fi. tit. 12. lib. 4. Nou. Collec. Reg.* & ita obseruatur in praxi.

4 Limitatur haec nostra † sententia in iudicibus Regijs *de commission,* vulgo dicti delegati in causis gabellarum, cum termini certi praefixione; hi enim huius ratione breuiare solent terminos praeconiorum, & oppositionis faciendae aduersus exsecutionem; & hoc est quod practicatũ vidit Gironda, *vbi supra.* Ceterum ordinarij iudices exsequentes sententias transfactas in ré iudicatam, vel exsecutorias, aliaue instrumenta paratam exsequtionem habentia, contra debitores gabellarum, ratione venditionis, vel permutationis rerum suarum, assignare debent terminos exsecutionibus, & oppositionibus contra exsecutionem assignatos, & praefinitos e legibus huius Regni omnibus, praedicto *tit. 12. lib. 4.* nec eos breuiare aut prolungare possunt cum causa, vel sine causa.

5 Secundò limitetur † in exsecutionibus faciendis contra ipsos conductores Regios gabellarum, in quibus nuncupatim nostrae leges supra citatae *d. tit. 7. lib. 5. Noua Collect. Reg.* alios terminos assignant, qui omnino erunt obseruandi, & non transgrediendi; ergo extra illum casum, per locum ab speciali, in ceteris exsecutionibus aliorum personarum in causa gabellarum, seruandi sunt termini aliarum exsecutionum, quod enim non mutatur, quare stare prohibetur, *ut in l. Sãcimus, C. de testa. & in l. praecipimus, C. de appel.* & in his remanet satisfactum plerisque fundaméntis prioris partis contrariae.

6 Non obstat 1 doctrina Bar. *in d. l. 2. num. 4. ff. de re iud.* in contrariũ allegata: verior tãque & communis opinio est in contra-

contrarium, & semper tenenda, nempe, quod iudex non possit terminum legalem augere vel minuere, etiam ex causa: quam tenet Iac. de Aret. relatus per Bart. *vbi supra*, & est communis opinio secundum Iasonem *in d. l. 22. numero vigesimo secundo*, & Ripa *ibi numero decimoquarto*, quam ibi probarunt post alios Paulus de Castro *numero quarto*, & Alexander *numero nono*, a qua in dubio non est recedendum, maxime cum melioribus rationibus inuitur, sitq. communis, vt affirmat Diac. Perez *in l. 1. titulo 3. Ordin. colum. 869. cum seqq.* & latius ipse *in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. col. 903.* & refert, esse veriorem, & magis communē ex Ias. *vbi supra*, itaue etiam sequitur additionator Bernat di Diaz, contra suum auctorem *in regul. 358.* vbi eam communem esse refert ex aliijs.

SVMMARIA.

1 *Thesaurij, conductores, & exactores redditnum Regalium, exequuti pro cisdē debent esse in carcere, nec relaxantur sub fideiussoribus, donec eorum bona vendantur, & solutio fiat, præter quam en en el arrendador, o recaudador mayor de su Mageltad, vt hic.*

2 *Conductores gabellarum an habeant idem priuilegium contra suos debitores gabellarum, vt relaxandi hi minime sint cum fideiussoribus de saneamiento, & numeris seqq. resolutur affirmatiuè, num. 5. cum seqq.*

3 *Priuilegium fisci cum sit personale, non extenditur ad emptores, seu conductores Regiorum reddituum.*

4 *Mutatione personæ mutantur conditio, & priuilegium.*

6 *Priuilegium Reale transit ad successorem.*

8 *Cōtra debitores fiscales proceditur pro eorum debito liquido ad capturam, & ad tenutam bonorum, & contra eorum heredes, nisi mucutarium confecerint, vt in nu. 12. & 13.*

9 *Debitores gabellarum possunt ab Ecclesia extrahi, sicut & quilibet debitor tributorum Regiorum, vt in num. 10. & in nu. 11. quomodo hoc sit intelligendum.*

14 *Mulier carcerari non potest pro debito gabellarum, nec vt principalis, nec vt fideiussor nisi delictum interuenerit, gabellam occultando, non obseruata dispositione l. 31. tit. 19. lib. 9. Noua Collect. Reg.*

15 *Nobilis non carceratur pro debito gabellæ, nisi interuenerit delictu, quia nō obseruauit dispositionem l. 31. tit. 19. lib. 9.*

16 *Nobilis conductor, vel collector gabellarum, vel aliorum reddituum Regalium, carcerari potest, & debet, pro solutione eorundem.*

17 *L. 4. tit. 2. lib. 6. Noua Collect. Reg. dispositio ad alios casus, quam in quibus loquitur extendenda non est.*

QVAESTIO CLXVI.

An pro solutione gabellarum debitores sint sub fideiussione de saneamiento relaxandi a carcere?

1 QVarto modo cum lege 14. tit. 7. hoc lib. 9. † cauetur, que en las execuciones que se ouieren de hazer en los bienes de los tesoreros, y recaudadores, y arrendadores de rentas Reales, o en sus fiadores por los maravedis que en ellos fueren librados en caso que por ellos sean dados bienes cō fianças, que sus cuerpos esten presos en tanto que se vendieren los bienes, y que no puedan ser dados sueltos, ni fiados, hasta que ayan paga de las quantias que en ellos fueren libradas, cō las costas derechos, y penas, si en ellas ouieren incurrido. Et idem cauetur *in l. 10. tit. 16. hoc lib. 9.* saluo si aquel en quien se ouiere de hazer la tal execucion fuere arrendador mayor de su Magestad, o su recaudador mayor, porque este dando bienes desembargados que sea aurdos por suyos en que se haga la execució, o fiadores llanos y abonados, que se obliguē, que aquellos bienes que seran para la execució, con son suyos, que valdrá la quantia, y que no saldra embargo en ellos, ni ira de ser preso, y le sueste preso, que sea suelto con la dicha fianza, y que le sembargo fuere, pendiente la execucion, que el recaudador, o arrendador, no su fiador se an luego presos, y pendiente la oposicion no sean sueltos de la prision hasta que la causa sea determinada, y pagada la parte

2 *An ipsi † gabellarij, & conductores gabellarum*, por mayor, o por menor, *hoc vtantur priuilegio contra suos aliot gabellarum debitor res, vt hi quidem quando iure petitur, contra eos exsecutio debeant remanere in carcere, esseq. capti, donec exsecutio ventiletur, & solutio debiti fiat, etiam si offerant fideiussorem idoneum* de saneamiento?

Et videtur leges prædictas Regias non habere locum in hac specie, sed tantum in suo casu, quo loquuntur, nempè, in fauorem fisci in exsecutionibus, quæ petuntur contra ipsosmet conductores, & exactores Regios, *por libramiento, o por lo saluado*, &c. In ceteris namque casibus regula generalis est in contrarium, nempè, vt in omnibus exsecutionibus debitor incarceratus subfideiussoribus *de saneamiento*, exeat è carcere vsque ad sententiam *de remate*, *l. fin titulo 11. de las executiones, lib. 4.* Hæc igitur erit obseruanda, præterquam in casu speciali dictarum legum; sed noster casus est omissus ab illis legibus. Ergo remanent sub dispositione iuris communis dictæ regulæ, quia si legislator aliud voluisset, expressisset, vt dicebamus aliàs in quæstione præcedenti.

3 Secundò, quia † priuilegium fisci, de quo in dictis legibus prioribus, cum sit personale, non extenditur ad emptores, seu conductores Regiorum reddituum, *vt in l. licita-*

4 *tio, §. mercatores, ff. de public. & vectigal.* Mutatione † enim personæ, mutatur conditio, & priuilegium, vt per Bar. *in l. per procuratorem, nu. 3. ff. de acquir. hered.* Montaluo, *in l. 3. tit. 14. par. 1. io fine.* Castell. *in l. 13. Tauri, col. 5. vers. ex quo sæpe.* Et in terminis, quod prædictis conductoribus, & firmatijs non competat præfatum priuilegium capiendi debitores publicos, tenet Rebuff. *ad Regias Constitutiones Galliæ, t. tomo tit. de lit. oblig. artic. 11. gl. 3. nu. 19.* & sequitur Ioan. Sayson *in Consuet. Turon. in tit. de quæst. uectig. artic. 3. ad finem*, quos ad hoc refert Gironda, *de Gabell. 4. parte in princ. nu. 16.* & tenet Guido Papa, *in decis. Delphin. q. 208. Iuxta materiam.*

5 Cōtrariā tamē † sententiā, immo, quod isti cōductores gabellarū eodē quo Rex priuilegio vtātur cōtra suos debitores, tenet Bar. *in l. in prouinciali, §. si ego, nu. 4. ff. de noui operis nūciat.* & *in d. §. mercatores*, vbi additionator cuius in hoc opinio cōfirmari potest quia hoc priuilegiū non tā Regi, quā facilitori exactioni gabellarū concessum videtur, in odium debitorū morosorū, præsertim, cum in vtroque casu versetur idē fauor fisci, vt Regi facilius, & breuius soluantur redditus; & vt in posterū plures ad conducendū reddituus Reales allitiantur, atque conductores inueniantur.

6 Et † quando priuilegium conceditur rebus, & sic est reale, transit ad successorem, vt notat Din. *in Regula, priuilegiū, nu. 20. de reg. iur. in 6.* & in terminis hace partem quando Rex, vel Princeps gabellarū conductorib⁹ iura sua cedit & transfert, vt potest, *ex l. fin. C. de priuileg. fisci*, tenet, & probauit Gironda, *de Gabell. 4. parte in prin. nu. 17. cū seqq.* vbi quod itanc opinionē semper practicatā vidit, quia regulariter Rex cedit, & trāsfert ius suum conductoribus gabellarū, & aliorum redditūū Regalium, præsertim cū quo tidie locētur gabellæ cū conditionibus legū Quarterni gabellarum. Idē probat Rebuff. *vbi su prd. sub d. nu. 19.* dicens, quod solet Rex ista cōcedere suis firmarijs, vt etiā per personæ apprehensionem compelli possint debitores fiscales, & quod conductores alijs fisci priuilegijs contra debitores vti possint, & quod ita solet fieri in illa patria, & exercetur in Curia Generalium iustitiæ, Quam sententiam scio in his Regnis in praxi communiter obseruari; & ita est tenendum, non obstantibus ijs, quæ supra in contrarium adducta fuerunt, quæ ex præcedentibus remanent iam diluta. Necetiam obsunt, quæ in præcedenti quæstione resolutimus circa terminum citationis, para el remate, non breuiandum contra debitores gabellarum, quia dispar ratio, & fauor fisci versatur in hac præsenti specie, quam in illis, & præterea in vtraque praxis habet, quod resoluimus, & quia sunt diuersa possunt compati.

7 Tandem † nostra præcedens sententia ex eo verissima,
& euidens efficitur, si consideremus, quod decisio dicta-
rum legum, non est specialis in debitore gabellarum, sed
generalis in quocumque fisci debitore, ex l. sacrilegii capi-
te, §. *fin. vbi corpus retinendo, ff. ad leg. Iul. peculat.* cuius
priuilegii fiscalis meminit Salic. *in l. fin num.* 10. *C. de pri-
uileg. fisci,* sequitur Bald. *consil.* 90. *vol.* 5. & Peregrin. *de iure
fisci. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 5. vbi *num.* 7 quod ita consuetudo ob
8 seruat, † quia contra debitores fiscales pro eorum debito
liquido proceditur ad capturam, & ad tenutam bonorum,
l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. vbi Ang. Bald.
in l. 1. *col.* 2. *C. de hæred. vel action. vend.* Marenta, *de ord.
iudic.* 4. *par. distinct.* 9. *num.* 59. Et in terminis dictarum le-
gum Lassar. *de decim. vendit. cap.* 18 *num.* 57. dicens, hinc
haberi debere veram rationem, & originem illarum legũ.
Vnde merito, vt quicumque debitor gabellarum contra
quem iure fit exsecutio, & hic in casibus, in quibus contra
eos habet locum exsecutio (quod diximus *in quæstione pro-
ximè præcedenti*) pro eis interim capi debeat, & in carce-
re detineri, donec soluat, etiam si fideiussorem indemnita-
tis (*hoc est de saneamiento*) offerat.

9 Et non solum † debitores gabellarum prædictarum car-
cerari possunt, sed etiam ab Ecclesia extrahi, vt carceren-
10 tur. † Generale enim est in Regijs tributis, vt eorum de-
bitores Ecclesiarum immunitate non gaudeant, vt probat
text. *in Auth. de mandat. Princip. §. publicorum, collat.* 3.
& l. 5 *tit.* 11. *par.* 1. ita tenet Old. ad. *consil.* 54. & alij plures
DD. communiter, quos congessimus in repetitione *l. nemo
potest. num.* 183. & nos, & post nos Gironda *de Gabel.* 4.
11 *par.* §. 1. *num* 29. Contrariam † tamen opinionem, vt ve-
riorem probat alij multi graues authores, quos retulimus
vbi supra, & refert etiam Gironda *prædicto num.* 30. quæ
procuidubio in praxi est tenenda, nisi in debitoribus falli-
tis, qui cum bonis confugiunt ad Ecclesiam, ea occultan-
do, & auferendo suis creditoribus, iuxta *l. fin tit.* 2. *libro* 1.
Noua Collect. Reg. vt probauimus *vbi supra, num* 184. &
cum nobis ibid. Lassar. *d. cap.* 18. *num.* 21. quia leges primo
locu supra allegatæ pro prima opinione, sint contrariæ iuri
Canonico, ac proinde non obseruandæ, vt putant Abb. *in
c. inter alia, num* 24 *de immunit. Eccles.* quem refert, & se-
quitur Greg Lop. *in l.* 2. *verbo, Por deuda, tit.* 11. *par.* 1. &
D. Couar *lib.* 2. *var resol. c.* 20. *num.* 14. nosque, & Lassar.
vbi supra, hanc etiam partem secundam nouissimè proba-
uimus *lib.* 1. *Pract. q.* 1 *num*... *cum seqq.* & Azeued. *in l.* 13. *tit.*
2. *lib.* 1. *Noua Coll. num.* 2 *cum seqq.* Et hæc opinio in praxi
seruatur, & vsu recepta est secundũ Girondã *vbi sup. n.* 31.

12 Et præd. legum † dispositio loquentium de carceratione
conductorum Regiorum, nedum in illis cæterisq. fisci de-
bitoribus procedit, sed etiam in eorum hæredibus, vt benè
notat Mench. *lib.* 1 *de success. creat.* § 6. *num.* 37. sequitur,
13 & probat Lassar. *de decim. vend. cap.* 8 *num.* 59. hoc † li-
mitans ex Alex. quando debitoris hæres inuentarium fecis-
set, tunc etiam personaliter per carcerem compelli non de-
bet, quod commentãt, & applicant ad dd. leges Regias
Menchaca, *vbi supra, num.* 46. & Lassar. etiam *vbi supra*.

14 Mulier † autem carcerari non potest pro debito gabel-
larum, siue vt principalis, siue vt fideiussor conueniatur,
sicut nec pro alio quocumque debito, ex legibus Regijs, &
authoribus Colispanis nostris congestis per Lassar. *vbi su-
pra, nu.* 60. & tenet Gomez. de Leon *in sua Centuria, c.* 14.
in fi. quem refert, & sequitur Gironda *de Gabel.* 4. *par.* §. 2.
num. 33. & Lassar. *vbi supra*, hoc verum esse intelligit, nisi
delictum interuenitet, decimam, hoc est, gabellam occultã-
do, non obseruata dispositione *l.* 31. *tit* 19 *lib* 9 *Noua Col-
15 lect. Regia.* quod † idem, & in nobile debitore ibi probat,
& numero 61. nempè, vt pro gabellæ debito, sicut, nec pro
alio quocumque ciuili, carcerari queat, nisi interuenerit de-
lictum, vt quia non obseruauerit dispositionem d. l. 31. sed
tacens retinuerit, & occultauerit gabellam: tunc enim
cum verè delinquat in Principem, & in suam conscientiam
peccans, carcerari potest nobilis, & debet, ratione pœ-
16 næ, quam incurrit. Similiter † etiam nobilis secundum
Lassar. *ibidem numero* 62. quando conducit, aut colligit
gabellas, vel alia iura Regalia carcerari potest, & debet:
porque en tal caso el mismo quebranta su libertad, vt inquit
l. 4. *titulo* 2. *libro* 6. *Noua Collectionis Regia*, & vt Regius
census ad communem patriæ defensionem necessarius, in
columis sit, vt bene explicuimus post alios *de Iuramento Cõ
firmat.* 1. *pag. cap.* 32. *num.* 10. quidquid aliud licentiose ni-
mis, & audacter dicat Lassart. *d. cap.* 18. *num.* 64. Licet e-
nim sua noua ratio ad præfatam legem 4. nempè, vt exea
procedat, quod nobilis vectigalia conducens, & colligens,
indignum, nec decens virum nobilem, & illiberalem nego
tiationem sumpserit, Vnde par est, & æqua, moralisq. ratio
visa est, vt qui se plebeiorum officio immiscuit, plebeiorũ
quoque iure censeatur, sicut & de alijs vilibus officijs pro-
ditum est, iuxta notata *l. vnica, C. de negotiatione militum
cum similibus* persuasoria, & non inconcinna videatur, nõ
tamen ideo nostra quam explicauimus improbari debuit,
cum sit verissima, & literæ d. l. 4. conformis, ibi: *Porque en
tal caso el mismo quebranta su libertad*, quibus verbis etiã
nititur Lassar. ad suam prætensam rationem iustifican-
dam; nostra tamen certior, atque proprior est, nec contra-
ria illi, sed immo ambæ in idem tendunt: nostra tamen ex
pressa est in præfata.

17 Non tamen † dispositio eius legis ad alios casus, quam
in quibus literis eius loquitur, extendenda est, vt latè de-
duximus, & resoluimus cum Lassar. *vbi supra, num.* 63. &
contra Bacc. *lib.* 3. *Pract. Quæst.* 13. *num* 103 & probat no-
uissimè Gironda, *de Gabell.* 4. *par.* §. 2. *num.* 34.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones admittendæ contra exsecutionem debiti gabella-
rum, & nu.* 2.
3 *Exceptionũ aliarum exclusio a lege Regia facta, intelligitur
de friuolis, & malitiosis, non vero de legitimis, & nu* 4.
5 *Euictio locum habet pro parte territorij, cuius gabellæ vende-
rint, locatæue sint si a tertio aliquo euinceretur.*
6 *Conductores gabellarum non tenentur ad ea, quæ alieni, ut
tales promiserint, si apud eos ratione aliqua conductio non
remanserit: sed ad euitandas lites iure nostro Regio statu
tum est, vt secundus conductor teneatur stare conuentio
nibus, & locationibus per primum factis, vt in nu.* 7.
8 *Tertius opositor aduersus exsecutionem debitorum gabella-
rum, quas exceptiones allegare possit? & nu.* 9.

QVAESTIO CLXVII.

De exceptionibus competentibus aduersus exse- cutionem in materia gabellarum?

1 QVæro nunc † *quæ exceptiones admittantur contra ex-
secutionem aduersus conductores, aliosve exactores,
necnon & alios gabellam soluere debentes factam?*
Et ex parte eorum, qui exsequũtur sunt, habemus leges
Regias specialiter in hoc disponentes, nempe legem 14. ti-
tulo 7. hoc lib. 9. in hæc verba: *Y que no les reciban exepcio
nes maliciosas, saluo paga, o quita, o razon legitima, mostran
dola por recaudo cierto luego, sin alongamiento de malicia,*
quæ loquitur in exsecutionibus factis in bonis thesaurario
rum, & aliorum exactorum redituum Regiorum, & con-
ductorum, & dum dicit *luego*, intelligatur, id est infra no-
uem dies, vt in lege 15. statim sequenti, & diximus *supra q.*
2 165. † Dum vero exprimit exceptiones admittendas, proce
dit nedum in thesaurarijs conductoribus, & alijs exactori-
bus redituum Regaliũ, de quibus loquitur, sed etiã in alijs
quibuscũque debitoribus gabellarum exsequutis, cum in eis
eadem sit ratio, & idem ius in indiuiduo in omnibus debi
toribus exsequutis generaliter statutũ sit a nostris ll. Regijs,
nẽpè *l.* 1 *&* 2 *ti.* 21. *dellas execuciones, lib.* 4 *huius Nouæ Coll.
Reg.* & iuxta d. legẽ 14. meo iudicio est intelligẽda lex statim
sequẽs, dũ dicit: *Ordenamos, que a los arrẽdadores de las nue
stras rentas, no les sea oyda razon ni defension alguna con-
tra la deuda que les mostrarẽ por libramiẽto, o libramiẽto de
nuestros Cõtadores, o recaudadores, saluo paga, o qta, o toma,*
que les

que les sea fecha por alguna persona poderosa, mostrandola
hasta nueue dias. Idem namque intelligo de quacumque
alia legitima exceptione, *vt in l. præcedenti*, aliàs enim in-
duceretur legum correctio, nec opus esset, vtramque legem
vnam post aliam immediatè ibidem inserere, præsertim,
cum d. lex 14. sit antiquior, vtpote condita a Rege Ioanne II.
quam d. lex 15. cuius auctor fuit Rex Ioan. I. vt in margi-
ne vtriusque legis apponitur. Accedat tandem, quod d. lex
15. non excludit expressè alias non exceptiones legitimas,
3 & † dum generaliter negat alias admittendas, quam ibi ex
pressas, intelligenda est de exceptionibus friuolis, & mali-
tiosis, non verò de legitimis, iuxta Bart. doctrinam, *in l. 1.*
§. & parui refert nu. 3. ff. quod vi, aut clam, communiter
approbatam, secundum Curt. iun. *in l. 3. §. si is pro quo, nu.*
4. ff. Vt quisque iuris, & resoluimus late in similibus termi-
nis *d. l. 1. & 2. d. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. in nostro lib. 1.*
Pract. quæst. 111. q per totam, & in terminis tenet Azeue-
do, *in l. 6. num. 3. tit. 14. lib. 6. Nouæ Collect.* ex textu *in l. si*
vacantia, ibi: *data reclamandi copia, & defensionis facultas,*
C. de iure fisci, lib. 10. & num. 4. teneri esse legitimam exce-
ptionem, quod non fuit facta æqualis distributio, summa-
rie tamen procedendo.

4 Sicq. vt † ibi docuimus, non est opus examinare, an ad-
mittendę sint etiam quædam exceptiones aduersus exsecu-
tionem, nempe, nullitatis, & aliæ omnes: Namque legi-
timæ admittentur, dum tamen liquidentur, & probentur
intra terminum legalem oppositionis; & de exceptione
compensationis late egimus, idem probantes *de Iuramen-*
to Confirmatorio, 3. par. cap. 6. num. 2. & post nos Gironda
de Gabel. 2. par. §. x. nu. 6. & in terminis debitoris fisci pro-
bat *l. aufertur, 46. ff. de iure fisci*, ibi, *vt debitoribus fisci,*
quod fiscus debitè compensetur, sæpè constitutum est, exce-
pta causa tributoria & stipendiorum, & item pretio res à fi-
sco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. Idem pro-
bat *l. idem, & in l. fin. ff. de compens. l. 1. & 3. C. de compens.*
ex quibus in gabellario in exactione gabellæ, quod oppo-
ni possit compensatio, probare videtur Lassart. *de decim.*
vendit. c. 18. num 86. sed caue, quia in d. lege 3. excipiuntur
alia vectigalia, & ibi gl. verbo, *ex vectigalibus*, exponit, sci-
licet soluendis pro rebus vehẽdis, *vt in l. vniuersi. C. de ve-*
ctig. lex etiam partita 26 tit. 14 par. 5. permittens compen-
sationem, excipit etiam casum *del que ha de dar pecho, o cẽ-*
so a la camara del Rey, o al Comun de algun Concejo, & ita
caute loquutus fuit Lassart. in hoc, dicens, nempe, & præ-
terea, an gabellario in exactione istius decimæ, alterius de-
biti compensatio opponi queat, est text. *in l. aufertur, §. vt*
debitoribus. ff. de iure fisci, & l. 3. C. de compens. tradit Bart.
in Auth. de collat. num. 3. collat. 9. quasi nihil decidens, sed
remittens ad prædicta loca, vbi inuenitur decisum, quod
prædiximus. Et quamuis iure naturali gabella non es-
set cognita, nihilominus dicitur vectigal, quasi tributum
debitum Regi, & inde comprehenditur sub redditibus Re
gijs, estq. huiusmodi profectu: vnde forsan contra Regem
suos redditus exigentem non habet locum compensatio,
ex d. lege, sed contra priuatum conductorem cessare vide-
tur fauor fisci, ac per consequens quod admittatur compẽ-
satio liquida, aut saltem liquidanda infra decem dies oppo
sitionis exsequutionis.

5 Verum † illud erit obseruandum, quod si aliqua pars
territorij, cuius gabellæ vonirent, locatæve sint, a tertio ali-
quo euinceretur, vel membrum aliquod ipsius in ijs dimi-
nutum fuerit, euictio erit, iuxta ea, quæ late distinguit, &
disputat Gregor. Lopez *in l. 34. tit. 3. parte 5.* quem refert
Lassar. *de decim. vendit. cap. 18. num. 85.*

6 Similiter † etiam gabellarum cõductores non tenebun
tur ad ea, quæ vt tales alicui promiserint, si apud ipsos ra-
tione aliqua conductio non remanserit, forte quia princi-
palis locationis contractus non tenuit à principio, vel ali-
quo modo ablatum esset ius illud, prout in terminis tenet
Ang. *in l. fin. per textum ibi, ff. de const. pecun.* quem refert,
& ad multa his gabellarum conductoribus quotidie occur
rentia, commendat Roder. Suar. *in repet. l. post rem iudica*
tam, §. . num. 6. ff. de re iudic. quem solum refert ad hoc Gi-
ronda *de Gabell. 2. par. §. 1. nu. 32.* sed & idem probat Ioan.
de Imola, *in l. cum mulier, la segunda, num. 1. ff. soluto ma-*
trimonio, quem refert, & sequitur Gregor. Lopez *in d. l. 34.*
glos. magna, ad medium, id verum esse declarantem, si absq.
culpa, & facto conductoris, ei auferatur gabella: aliàs se-
cus, ex Baldo, & alijs Doctorib. sequitur Lassartc, *vbi supra*
7 *num. 86.* † dicens *nu. 88.* quod propter dissensiones, & vitã
das lites, quę iuxta prędictam distinctionem oriri possent,
quotidie inter primos gabellarios, & eos cũ quibus conue
niebant super certa summa gabellæ nomine soluenda, vel
super alicuius mẽbri relocatione, cum tamen postea primis
illis gabellarijs ablata foret conductio, siue absque illorum
culpa, siue suo facto, iustissime Catholici nostri Reges sta-
tuerunt, vt secundus gabellarius, in quo gabellarum cõdu
ctio remanserit, teneatur stare omnium conuentionibus,
& locationibus per primum factis, vt cõstat ex legibus 14.
& 16 tit. 13. hoc lib. 9. quarum legum hæc est vera ratio de
cidendi.

8 Ex parte vero tertij † oppositoris contra bona, in quibus
facta est exsecutio, lex *16. tit. 7. hoc lib 9* præcipit, quod bo-
na, quæ penes conductores Regalium redditum reperta
fuerunt, veneant pro debito Regio, *y que no sea oydo, ni re*
cebido contra ello embargo alguno, que qualquiera persona
quiera poner en la venta de los dichos bienes, saluo si mostra
re por escrituras publicas, que los dichos arrendadores auiã
arrendado, o alquilado los dichos bienes de aquel que qui-
siere poner el dicho embargo.

9 Per hanc † tamen huius legis generalitatem, non intel-
ligo excludi ius fortius, & potius creditoris antiquioris ha-
bentis expressam hypothecam in prædictis bonis, nempè,
dotis mulieris, depositi, vel commodati, oppositionem; aut
ex alia vera causa rei vendicationem, dummodo prædicta
legitimè probentur, non enim credendum est, Principem
qui prædictam legem condidit, vnico verbo, prædicta iu-
ra, dotisq. priuilegia in præiudicium tertij euertere voluis-
se, argumento *l. si quando, C. de inofficioso testamento*, quod
enim præcipuè intendit legislator in d. lege 16. hoc est, vt
nulla fraus committatur aduersus Regem, suos reddituss
recuperantem in bonis suorum conductorum, per opposi-
tiones confictas, & fraudulentas, non vero intendit alicui
ius suum verum auferre, nec quid tale est præsumẽdum in
Rege Christianissimo, sed quod vãi fraudibus voluit clau-
dere; Vnde constito legitimè, & absque fraude, eiusq. su-
spitione de potiori iure alterius, non est credendum, eidẽ
voluisse præiudicare. Si enim ipsismet reis exsequutis excu
ptiones legitimas contra exsecutionem ipsam reseruauit,
& admittendas decreuit, *in legibus 14. & 15. præcedenti-*
bus, quare idem non erit dicendum in fauorem tertij po-
tius ius habentis, si de hoc legitime constiterit iudicibus?
Nullo modo profectò ex mente, & fine eiusdem legislato-
ris id præsumendum est. Finis igitur est, ne fiat fraus, fisco:
hac ergo cessante, nõ dubito quin vnicuiq. sit ius suũ reddẽ
dũ, & tribuendũ etiã cõtra fiscũ, & in ambiguis, *vt in l. in*
ambiguis, ff. de iure fisci Iudex igitur exequẽs in specie d. le
gem 16. summe curet, ne quid fraudis irrepat, omnibusq.
vijs veritatẽ rei perquirat; hac vero cognita, & fraude se-
clusa, ius suum vnicuique tribuet, & in terminis oppositio
nis dotis mulieris, nempe, quod vxor in casu *d. l. 16.* pro
sua dote præferatur fisco in bonis mariti, si anteriorem hy
pothecam, & caussam habuerit, non obstante prædicta le-
ge Regia, ita tenet & late probat Gironda, *de Gabell. 4. par*
te. §. 1 nu. x2. cum seqq. cui etiam fauet *lex. 10. tit. 9 lib. 5.*
Nouæ Collect. Reg. vbi deciditur, *que por el delito que el ma*
rido, o la muger cometiere, aunque sea de heregia, o de otra
qualquier calidad, no pierda el vno por el delito del otro sus
bienes, ni la mitad de las ganacias auidas durante el matri
monio ergo a fortiori *por la obligacion del vno, aunque sea*
en fauor del Rey ha de perder el otro sus bienes, ni la muger
su dote, &c. facit inuitu *C. ne vxor pro marito*, &c. Idem est
probandum eadem iuris ratione in cæteris creditoribus po
tius ius, & anteriorem hypothecam habentibus, necnon
to veris dominis bonorum repertorum penes dictos condu
ctores exsequutos, constito legitimè, & absque fraude de
eorum iure, & dominio.

SVMMARIA.

1 *Vicinus singuli opidi incapitati an possint capi, & incarcerari pro redditu gabellarum Concilij conuento. & numeris sequentibus, resoluitur nu. 3 cum distinctione.*

2 *Pacta deducta in contractu locationis gabellarum inter Cõmune, & Gabellarios, an afficiat totum populum, & singulares personas?*

4 *Bona quæcumque vicinorum particularium capi non possunt pro debito Vniuersitatis, nec valet consuetudo in contrarium; vt in nu 5 & 6 sed sola Ciuitas, vel Vniuersitas populi incapitati eiusq; bona obligantur, vt in nu. 8.*

Syndicus Ciuitatis non potest singulos vicinos, qui non consenserunt, nec interfuerunt obligare. eod nu 4.

7 *Vicini, vel ciues nolentes comprehendi sub generali incapitatione, offerentes se soluturos decimam omnium quæ vendiderint, vel permutauerint, sunt audiendi.*

9 *Traxis, qua vti solet populus incapitatus, vt pretium incapitationis conuentum commodius soluat.*

10 *Reuisio semel tantum fieri debet distributionis factæ a populo pro soluendo precio cõuento incapitationis, vt grauati in ea releuentur, & ideo merito amplius omnis alius aditus ad illius rei querelam occluditur, vt in nu. 11.*

12 *Distributio, & reuisio siue refectio iustè debet fieri inter diuites & pauperes secundum facultates, tractus, & negociationes, & non secundum munus personarum, & ideo si eorum bona fuerint perperam æstimata, poterunt intra statutum tempus restitui, vt in nu 13*

14 *Modum relocandi membra gabellarum & distribuendi redditus, atque æstimandi bona vicinorum, ponunt conditiones generalis conuentionis.*

15 *Exequutionis modus faciendæ contra Communitatem, pro debito eiusdem ponitur hic, & nu. 16.*

17 *Collecta in his Regnis Hispaniæ vltra tria millia marapetinorum imponi non potest per Concilia Ciuitatum, vel Opidorum absque litteris Regis, & quomodo hoc intelligendum sit. nu 18.*

19 *Rectores, & Consules Ciuitatis, vel Villæ capiuntur, quãdo contra populum fit exsecutio nisi aliud in Regalibus prouisionibus, quibus debita solui iubetur sit dispositũ, vt in num 20. non tamen fit exsecutio contra Rectores, & Consules in solidum, sed contra vnumquemque pro rata, vt in num. 21. nisi aliter, & in solidum ipsi obligati fuerint, vt ibidem.*

QVAESTIO CLXVIII.

An singuli vicini opidi incapitati possint capi, & incarcerari?

1 QVæro modo: † *An si ciuitas, opidum, aut quicumque locus capitetur, hoc est, se encabecare, a tomare por en cabecamiento de su Magestad, o de otro señor de su pueblo las alcaualas en cierto precio, y el concejo se obligare con sus proprios, y rentas, en nombre de todos los vecinos del pueblo, y a ellos con sus bienes a la paga del encabeçamiẽto, an singuli eorum censeantur obligati, ita vt exsequi, conueniri,*
2 *& capi possint, necne?* Et quidem † Firmian. *in tractatu Gabel. 2. par. nu. 62.* quærens: an pacta deducta in contractu locationis gabellarum inter Commune, & gabellarios afficiat totũ populũ, & singulares personas? decidit, quod sic, secũdũ Bar. *in d. l. donationes, C. de dona. inter vir. & uxor.* quia cõtractus per habẽtẽ potestatẽ legis cõdendæ, initus habet vim legis, vt ibi, *& in l. Cæsar. ff. de public. & vectig.* & ibi Bar. idem dicit a fortiori Firmian. *in contractu Principis. d. l. Cæsar.* Et idẽ esse in contractibus Baronũ, secundũ Bal. *in l. penul. nu. 3. C. de donation. inter vir. & uxor.* vbi subdit Ang. quod si Baro, vel Princeps dat castrũ filiæ in dotẽ, cũ pacto, quod non alienetur, videtur talis alienatio prohibita ab ipsa lege; quia etiã dicit Ang. ibi, quod Ciuitas in cõtractu potest obligare bona singulorũ. Hęc Firmian. *vbi supra*, quod refert, sequitur, & in t̃e opide probat Giton. *de Gabel 2. par. § 2 sub nu. 15. cũ seqq.* illud addẽs, *Decuriones populũ repræsentare, & posse mutare cõsuetudinẽ,* iuxta gl. *in rub. C. quæ sit longa consuet.* & quæ faciũt Decuriones, tota Ciuitas facere videtur, quæ obligatur, quatenus ad eius bona, cũ eã repræsentẽt secũdũ Auen. *responso 34. nu. 1. versic. ex supradictis.* Sed hi quidẽ Moderni crude nimis, & indigeste procedũt, clare nõ distinguentes inter cõsilia habentia potestatẽ legis condendæ, & eã potestatẽ nõ habentia.

3 Quare more solito † pro vera resolutione nostræ quęstionis ita distinguendũ censeo, vt prædicta a Firmian. & Girõda, sint intelligenda in populis facultatem legis condendę habentibus, tum demũ, cum Commune Ciuitatis singulos vicinos suorumq. bona obligauit, & teneri voluit expresse ex suo cõtractu; secus si ipsum Cõmune tantũ, & bona propria Ciuitatis, vel Villæ, quia tũc restricta, & limitata obligatio, prout iacet, intelligi debet, nec amplius est extendenda, *l. quidquid adstringendæ, cum similib. ff. de verb. oblig. l. veteribus, ff. de pact.*

Cęterum Ciuitatis, & Villæ istius Regni Castellæ, & Legionis, quia legis condendæ facultatem non habent, sed superiorem recognoscunt, & similes, nullo modo possunt ita cõtrahere, vt virtute contractus initi a Decurionibus, & Cõcilio populi, reliqui vicini, qui contractui non interfuerint nec mandatum ad eos obligandum dederint, eorumve bona obligentur, ex doctrina Bar. *in l. si sene obtulit, §. actor, nu. 9 ff. de re iudic.* & Alex. *in princ. illius l. nu. 11. cum seqq. præcipue nu. 24.* & ista est opinio vera, & tenenda, secundũ Auenu. *responso, 34. nu 1. in prima Conclusione,* quam sequitur, dicens communem Ripa, *in l. si is qui bona, ff. de pignorib.* & est vera, & communis, nemine contradicente in hoc puncto, secundum Lassart. *de decim. vendit. c. 18 nu. 89.* dicentem, hoc constare ex Iasone, *in l. 9. ciuitas, ff. si cer. pet.* & tenet plures allegans Matienc. *in l. 7. gl. 1. nu. 1. cũ seqq. tit. 17. lib. 5. Noua Collect. Reg.* per text. expressum ibi, qui
4 hoc probat † quia, licet, loquitur de pecudibus, seu bonis se mouẽtibus; positũ tamẽ hoc fuit gratia exẽpli, & frequẽtioris vsus. Nã regulariter hæc Cõclusio procedit in omnibus bonis tã mobilib. quã immobilibus, iuribus, & actionibus, vt pro debito Vniuersitatis bona quęcũque particulariũ capi nõ possint, vt late ibi probat Matienc. *nu. 1. & 2.*

5 Non ergo † iumenta singularium personarum, in hac specie, & secundo membro distinctionis possunt capi pro debito vniuersitatis *ex supradictis:* nisi adesset consuetudo in contrarium, *secundum Bald in l etiam, nu. 14 C. de exequtione rei iudic.* quem refert cum eo transiens Greg. Lop. *in l 3. in gl. O el Cabildo tit 2 par. 3.*

6 Matienc. † tamen *vbi supra, in fine d. gl. 1.* rectius credit, non valere in hoc Regno d. consuetudinem, cum per l. illã improbetur, & quamuis nõ videam in ea legẽ prædictã improbationem; nihilominus censeo non valere prædictę consuetudinem, quia potius est corruptela nociua contra ius, & leges Regias, vt expresse cauetur *in d. lege 15. per totam, tit. 30. parte 7.* vbi improbatur nuncupatim prælata consuetudo, & ea viens amittit debitum, & punitur alijs pœnis, & ibi Grego. Lopez in glos. *contra derecho,* id latè probat omni iure: sed profecto difficultas extat eo casu, quo Ciuitatas, vel Villæ habeant facultatem legis condendæ: sunt enim in hac specie duæ communes opiniones contrariæ, quas refert Ripa *vbi supra:* secus, quando eam facultatem, legis scilicet condendæ non habent: tunc etenim omnes tenẽt, atque profitẽtur, quod Syndicus Ciuitatis possit singulos, qui non consenserunt, nec interfuerunt, obligare, iuxta hoc secundum membrum nostræ resolutionis, & seruatur in praxi, secundum Lassar. *vbi supra,* dicentem, satis colligi ea conditione 22. generalis conuentionis. eamdẽ bimembrem sequitur, alios plures allegans, D. Azeued. *in l. 16. num. 1. & seqq. tit. 21. lib 4. Noua Collect. Reg.* vbi citat bonam 15. *titulo 10. parte 7. & l 13. tit. 2. part. 3.* & addit ex Rocho de Curte, in ennaratione ad *cap. quãto, de Consuet. nu. 17.* nõ valere consuetudinem, quod absens obligetur in sui præiudicium: secus vero si præiudiciũ non
7 fieret. Effectus igitur ille erit maximus, quod † quicumque ciuis, vel vicinus noluerit contribuere, in eaq. generali conuentione comprehendi, recte poterit illud testari, offe-

actus

rens se esse soluturum decimam suorum contractuum ven
ditionis, & permutationis, sicut forensis, iuxta prædictam
conditionem 22. ad medium, fietq. ita, vt qui numquam
vendidit, aut permutauit, nullius quoque fuoimæ, distribu
tionem, ac solutionem patiatur, ac si capitatus locus, quod
iam semel consuluit Lassart. (vt ipse testatur *num. 90.*) vi-
duæ cuidam nobili, quæ pecuniaria alimenta a genero suo
accipiebat, nihilque vendebat, sed emebat necessaria.
8 Sola igitur † Ciuitas, & Vniuersitas populi capitati, e-
iusque bona ex conditione illa obligantur, iuxta tradita
per Ias. *vbi supra*, & ibi Doctores, & Auend. *d. responso 34.
num. 1. uersic. secunda Conclusio.* & Lassart. *d. num.* 90. qui
9 † addit, quod ne Vniuersitas prædicta in damno sit, & vt
commodius iure illo vti queat, aliqua gabellarum membra
locare solet, iuxta formam in vnoquoque loco consuetam,
vel aliàs traditam in d. conditione 22. & alijs eiusdem ge-
neralis Regni conuentionibus, & quod reliqua pecuniæ
quantitatis, quæ vltra illarum locationum mercedis neces-
saria est ad complendam omnem capitationis summam in
ter eos ciues distribuitur, qui capitationis beneficio vti vo-
luot, iuxta formam traditam *in conditione 28. dictæ genera*
10 *lis cōuentionis*, vbi † quoq; deciditur, qualiter si qui graua
tos se esse dixerint, teuideri semel debeat distributio, vt qui
nimis oneratus inueotus fuerit, releuetur, & quod post hāc
secuodam refectionem amplius reluctari, & conqueri nō
liceat, in hæc verba: *que cada uno pague lo que loquedare
partido.*
11 Vndo omnis † aditus occluditur ad illius rei querelam,
& quidem iure, quia cum prędicti legislatores peritissimos
illius rei, & oneris diuidendi actores accersiri iussissent, eo
rum iudicio standum est, vt notat Menoch. *lib. 1. de succes.
creat. §. 4. num 30. uersic. demque, & lib. 2. §. 14. num. 28. Ve
netus*, vbi ex prædicta ratione miratur, quod viderit in v-
sufotensi sæpe obseruari, vt licet executio fiat, iuxta dictam
secundam reuisionem, seu refectionem, tamen per sum-
mos Regis Rationales, per modum iustitiæ de eadem re
denuo cognosci possit, quod refert, & sequitur Lassarte, *d.
capitulo decimooctauo, numero nonagesimo primo*, quod mi
hi mirum non videtur, sed potius iustissimum, & æquissi-
mum tantoq. Senatu dignum.
12 Distributio † namque prædicta & reuisio, siue refectio
iuste debet fieri inter diuites, & pauperes secundum facul
tates, tractus, & negotiationes, & non secundum munus
personarum, iuxta glossam, verbo, inopes, *in l. 1. C. de apoc.
public. lib.* 10. & non debent diuites releuari, vt pauperes
13 grauentur, & † ideo si eorum bona fueriot perperam æsti
mata, poterunt intra statutum tempus restitui, vt per Io-
an. de Platea, *in l. succeptores, la secunda, C. de suscept. &
arcar. lib.* 10. Vnde bonorum taxatores, & æstimatores, at-
que distributores tenentur pauperibus omnibus de iis, que
male æstimauerint, *per l. 1. C. de discussor lib.* 10. quod tradit
Auiles *cap. 18. prat. in glos. uerbo, En el demandar*, & refert
14 Gironda, *de Gabell. 4. parte, in princ. nu.* 51. Modum tau-
tem relocandi membra gabellarum, & distribuendi reddi
tus, atque æstimandi bona vicinorum ponuns conditio-
nes dictæ generalis conuentionis.
15 Modum vero faciendi executionem contra Communi-
tatem pro debito Communitatis, late ponit, & præfigitur
Franciscus Marcus. *decis. 805. Parlamenti Delphinat.* nem
pe, quod vbi Vniuersitas habet bursam communem, seu
bona in communi, tunc debent primo accipi pro satisfa-
ctione creditoris; Si vero ea non habeat, tunc illi de Vni
uersitate compelluntur facere collectam, quia non debent
capi bona singularia pro debito Vniuersitatis, Sed commu
nia, & in defectum debet imponi collecta per Communi-
tatem ex causa necessitatis, & quod pro tali non poterunt
capi aliqui in solidum, sed dumtaxat pro parte, quia non
est debitum proprium, sed Vniuersitatis; tamen illi, qui-
bus imponitur onus collectæ, elapso certo tempore, pote-
runt capi, & postmodum recuperabunt ab alijs, & a se-
ipso pro sua rata per æs, & liberam: si vero aliquis particu-
laris, cui imposita est collecta, pro sua rata non sit soluen-
do, tunc alij de Vniuersitate tenebuntur, vt ibi probat,
de quo etiam agit Gregor. Lopez *in d. l. 15. in gl. En otros lu
gares*, refert & sequitur Azeuedo, *in d. l. 16. num. 3. & 4. ti*
16 *tulo 21. lib. 4. Noua Colleg. Reg.* † vbi *num. 5.* merito impro
bat Petr. Peckium, tenentem, quod in solidum fiat con-
ueniendi, dicens, quod hoc non affirmat propter *l. 1. titu-*
17 *lo 16. lib. 5. Noua Colleg. Reg.* In † his tamen Regnis Hispa
niæ collecta vltra tria millia marauetinorum imponi mi-
nime potest per concilia ciuitatum, vel oppidorum absque
litteris Regijs, vt cauetur *in l. 1. titulo 6. lib. 7. Noua Col-
lect. Reg.* vbi Azeued notat, & refert contrarias opiniones
18 in hoc de iure communi, circa † quam l. obseruo mi-
nus recte se habuisse Parlador. *lib. 2. rer. quot. cap fin. 5.
parte, §. 3. num* 36. dum censet, non respicere contributio
nem, quæ necessaria sit, ac proinde habere locum adhuc
ius cōe de collecta faciēda in casu supradicto, sed fallitur:
q̄a d. l. 1. expresse prohibet, que sin licēcia, y mādado de su
Magestad no se pueda repartir ni reparta por ninguna ciu
dad, villa o lugar destos Reynos para sus necessidades, de
mas, oi aliende de tres mil marauedis, nota verba illa: *Pa
ra sus necessidades*: Ergo neque ad contributionem, quæ
necessaria sit, & ita cōmuniter practicatur cōtra Parlador.
19 Consules † autem populi capiuntur, quando contra po
pulum fit executio, non quia sunt personaliter debitores,
sed quia habent facultatem soluēdi, vel quia populus ru-
bore confusus, soluet: sed non debent personaliter capi, ni
si sint in mora, *vt in l. prouidendum. de Decurionibus, lib.*
10. *& in l. missi opinatores, de exactoribus tribut, eodem
lib.* Ita in terminis tenet, Bal. *in d. l. Ēs, nu. 11. vers modo er-
go queritur, C. de executione rei iudic.* sequitur Azeuedo,
vbi supra, num 5. post Gregor. Lopez, quem citat *in d. l.
13. gl si tie. 2. par. 3.* & latius Gironda *de Gabell. 4. par.
§. 2. nu. 10. iuncto nu. 13.* vbi inquit, quod hæc opinio pas-
sim in praxi seruatur, *& num.* 14. quod obseruari semper
20 debet, nisi † aliud in Regalibus prouisionibus quibus de
bita persolui iubetur, dispositum sit, vt pluries vidi Re-
gias prouisiones, in quibus præcipiebatur, executionem
pro debitis Regalibus fieri in proprijs, & alis debitoribus
Ciuitatum, nulla de Rectoribus facta mentione. Addis
19 limitat † in fisco, in tribus casibus specialibus, in quibus ipse debitorem sui debitoris, etiam non condemnatum, exigere potest, quos recensuit text. *in l. non intelligitur, § multa, ff. de iure fisci.* Primus est, cum debitor principalis non est soluendo, *vt in d. § multa, & in l. non prius, C. quando fisc. & l.* 1. *C. de condic. ex lege.* Aliàs enim cum debitor principalis est soluendo, fiscus non agit contra illius debitores, *l.* 1. *secundum* 3. *lecturam gl. ibi. C. de fide instr. lib.* 10. Secundus casus est, quãdo ex ratione fisci apparet, debitum fuisse contractum, vt in exemplis Bart. *in d. § multa.* Tertius casus est, cum ex contractu fiscali debitores conueniuntur, *vt in d. § multa*, vbi Bartol. etiam exemplificat, & hos tres casus intelligit Peregr. *vbi supra*, etiam quod debitor principalis non sit condemnatus, secundum Bar. & communiter alios, quamuis gl. aliud senserit in d. 3. casu. Item prædictum tertium casum intelligit Peregr. cum debitor debitoris fatetur se esse debitorem, aliàs secus, iuxta gl. *in d. § multa, per text. in l. si debitum, C. quando fisc.* & ibi Bald.
20 Adnit † insuper Gironda de Gabel. d. 3. *par. nu.* 33. quod via exsequutiua similiter procedendum sit contra testes, affirmantes conductorem gabellarum esse diuitem: *y assi*

contra los abonadores, dicens ita resoluere Azeued. *in l. 3. tit. 9. lib. 5. recopil. nu. 13.* qui tamen corruptè eum allegat, cum ibi hoc non dicat, neque agat de huiusmodi testibus, *sed in l. 13 eiusdem tit. & lib. d. nu. 13.* sed etiam Azeued. du hoc ex professo agit, *in l. 6. nu. 8. & 9. tit. 10. lib. 9.* vbi inquit, se non ita indistinctè id asseruisse, sed tunc demum, cum apparet nulla exceptione legitima se tueri posse debitores fisci: nihilominus tamen inquit, iam in practica vidisse, approbantes testes conductoris gabellarum, esse carceratos, & contra eos executiuè processum en modo, de quo ibi latius per ipsum, quæ praxis mihi non displicet.

S V M M A R I A.

1 *Decem dies ad oppositionem probandam in caussis exequutiuis gabellarum an sint concedendi reo, sicut in ceteris causis exsecutiuis & num. seqq. resoluitur affirmatiue, nu. 2. cum seqq limitatur nu. 4. in iudicibus de commissió vulgò dicti delegati in caussis gabellarum: secundo limitatur contra conductores gabellarum, vt in num. 5.*

2 *Iudex regulariter ex iusta causa potest terminum legalem augere, vel minuere, sed contra num. 6.*

3 *Regulam qui habet pro se, habet intentionem suam fundatam, præterquam in casibus a iure expressis.*

Legislator quando aliud vellet, quam expressit, illud expressisset, sub eod. num. 3.

QVAESTIO CLXV.

De modo, & forma exsecutionis in materia gabellarum.

QVæro in proposito. † *An in causis exsecutiuis gabella*
1 *rum, debeant concedi decem dies debitoribus exequutis ad oppositionē faciendam contra exsecutionem, cum ad vltimam bonorum licitationem citantur (hoc est para remate) sicut in ceteris causis exsecutiuis, vel minus, & breuiari possit prædictus terminus decem dierum fauore fisci?* Et videtur hoc vltimum verius primo, *ex lege 5. titulo 7. hoc lib. 9.* quatenus ibi præcipitur iudicibus, que oyan, y libren estas causas breue, y sumariamente, y de plano sine strepitu, y figura de iuyzio, sabida solamente la verdad. Secundo ex lege 14. eiusdem tituli. ibi. *Que no les reciban exceptiones maliciosas, saluo, paga, o quita, o razon legitima mostrādola por recaudos ciertos luego sin alongamiento de malicia.* Ergo iudex poterit concedere arbitrio suo terminum intra quem oppositio fieri debeat.

Tertio *ex l. 18. tit. 7. hoc lib. 9.* vbi in materia gabellarū, & redditum Regalium exigendorum terminus præconiorum minuitur in mobilibus ad tertium diē in immobilibus ad nouem dies.

Quarto *ex lege 17. eodem tit. 7.* vbi præcipitur iudicibus, vt in bonis conductorum gabellarum, & aliorum redditum Regalium, suorumq. fideiussorum exsecutionem faciant intra tertium diem, ex quo ipsa fuerit petita, & venditionem pignorum ex die quo fuerit petita executio in bonis immobilibus vsque ad nouem dies, sub pœna amissionis officij, & alijs pœnis pecuniarijs ibi contentis; præter quam si in hoc termino, scilicet nouem dierum, fuerit edoctum de solutione, remissione, vel personæ captione: Ergo minor terminus datur ad oppositionem faciendam, & probandam quam nouem dierum, quod etiā probat l. 15. eiusdē tituli ibi. *Saluo paga, o quita, o toma que les sea fecha por alguna persona poderosa, mostrādola hasta nueue dias.*

2 Quinto & vltimo, quia regulariter † iudex ex causa iusta potest terminum legalem augere, vel minuere, secundum Bart. *in l. x. num. 4. per text. ibi. ff. de re iudic. & Authent. Qui semel, C. quomodo, & quando iudex,* quæ opinio est magis vera, communis, & in praxi recepta, secundum Girondam qui plures Doctores, & glossas idē tenentes, allegat *in tractatu de Gabellis 4. par. in princ. nu. 10. qui a nu. 8. cum seq.* ex prædictis fundamentis hanc opinionē in terminis nostræ quæstionis probat, dicens sæpius eam practicatam vidisse præsertim inter Regios executores.

Nihilominus tamen, quando via executiua agi iure potest, & agitur pro exactione gabellæ contra eam debentes soluere per iudices ordinarios; ego censeo contrariū esse verius, & tenendum, quod ad oppositionem faciendam, sint concedendi exequutis decem dies, nec hi possint breuiari ex generalitate *l. 2. & 3. tit. 21. de las executiones lib. 4. Nouæ Collect. Reg.* vbi hoc præcipitur in omnibus executionibus, & contrarium non reperitur hac in specie dispositum præter quam in exsecutionibus quæ fiunt contra ipsos Regios conductores gabellarum: ergo in ceteris gabellarum debitoribus ratione venditionis, aut permutationis rerum suarum, regula generalis dictarum legum 2. & 3. seruanda est, † qui enim habet regulam pro se, habet intentionem suam fundatam, præter quam in casibus a iure ex-
3 pressis, iuxta glo. *in l. omnis definitio, ff. de regul. iur.* quam sequitur Dec. *in l. 1. nu. 6. ff. eodem,* vbi Additionator allegat Alex. & Tiraq. idem tenentes, est glos. similis in rubrica, *eodem tit. lib. 6.* est communis vt plures allegans profitetur D. Couar. *lib. 2. var. resol. c. 12. nu. 4. simul. gl. in l. bis, quæ contra, ff. de leg. & ibi* Paul. de Castr. *nu. 1.* Ias. *in l. ceterà, in princip. num. 3. & 4. ff. de leg. 1.* & plura in proposito tradit Rolan. a Valle, *cons. 15 nu. 18. vol. 1.*

Secundo quia cum regula dictarum legum 2. & 3. *d. tit. 21.* nō reperiatur alterata in executionibus gabellarū, quæ fiunt cōtra earū debitores ratione, venditionis, aut permutationis rerum suarum, sed tantum in exsecutionibus, quæ fiunt contra conductores Regales gabellarum, quibus nouem tantum dies conceduntur ex legibus specialibus gabellarum, supra pro priori parte adductis in illis tamquam in casu omisso, remanet illæsa præfata regula, & casus noster in dispositione iuris communis dd. legum 2. & 3. tit. 21. argum. *l. commodissime, ff. de lib. & posth.* si enim aliud voluissent legislatores, expressissent, sicut expresserunt contra conductores Regios gabellarum, *argum l. vnica, §. vbi autem, in fin. ibi:* nam si contrarium volebat, nulla erit difficultas, coniunctim ea disponere, text. etiam *in c. inter corporalia, de translat. Episc. & in cap. ad audient. de decimis.* cōgerit plura concordantia Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, nu. 3. C. de reuoc. donat.* Rol. a Valle, *cons. 68. nu. 35. lib. 4.* Becc. *cons. 2. nu. 44. & cons. 32. nu. 16. lib. 1.* iudex ergo ordinarius debitores gabellarum aliorumq. redditum Regalium, tam in terminis præconiorum, & venditionis bonorum, quam citatione *para el remate,* obseruabit ordinem, & formam legū huius Regni, *en las executiones,* & præcipue *l. fi. tit. 12. lib. 4. Nou. Collec. Reg.* & ita obseruatur in praxi.

4 Limitatur hæc nostra † sententia in iudicibus Regijs *de commission,* vulgo dicti delegati in causis gabellarum, cum termini certi præfixione; hi enim huius ratione breuiare solent terminos præconiorum, & oppositionis faciendæ aduersus exsecutionem; & hoc est quod practicatū vidit Gironda, *vbi supra.* Ceterum ordinarij iudices exsequentes sententias transactas in rē iudicatam, vel exsecutorias, aliaue instrumenta paratam exsequtionem habentia, contra debitores gabellarum, ratione venditionis, vel permutationis rerum suarum, assignare debent terminos exsecutionibus, & oppositionibus contra exsecutionem assignatos, & præfinitos a legibus huius Regni omnibus, prædicto *tit. 12. lib. 4.* nec eos breuiare aut prolongare possunt cum causa, vel sine causa.

5 Secondò limitatur † in exsecutionibus faciendis contra ipsos conductores Regios gabellarum, in quibus nuncupatim nostræ leges supra citatæ *d. tit. 7. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* alios terminos assignant, qui omnino erunt obseruandi, & non transgrediendi; ergo extra illum casum, per locum ab speciali, in ceteris exsecutionibus aliarum personarum in causa gabellarum, seruandi sunt termini aliarum exsecutionum, quod enim non mutatur, quare stare prohibetur, *vt in l. Sācimus, C. de testa. & in l. præcipimus, C. de appel.* & in his remanet satisfactum plerisque fundamētis prioris partis contrariæ.

6 Non obstat † doctrina Bar. *in d. l. x. num. 4. ff. de re iud.* in contrariū allegata: verior nāque & communis opinio est in contra-

contrarium,& semper tenenda, nempe,quod iudex non possit terminum legalem augere vel minuere, etiam ex causa:quem tenet Iac.de Aret.relatus per Bart. *ubi supra*, & est communis opinio secundum Iasonem *in d.l.22.numero vigesimo secundo*, & Ripa *ibi numero decimoquarto*, quam ibi probatunt post alios Paulus de Castro *numero quarto*, & Alexander *numero nono*. a qua in dubio non est recedendum, maxime cum melioribus rationibus iuuetur, sitq. communis, vt affirmat Diac. Perez *in l. 1. titulo 3. Ordin.colum.869.cum seqq.*& latius ipse *in l. 1.tit. 3.lib. 3. Ordin.col 9 3.*& refert,esse veriorem, & magis communem ex Ias.*ubi supra*, hanc etiam sequitur additionator Bernar di Diaz.contra suum authorem *in regul.358.* vbi eam communem esse refert ex alijs.

S V M M A R I A.

1 *Thesaurij,conductores,& exactores redditum Regalium, exequuti pro eisdē,debent esse in carcere.nec relaxantur sub fideiussoribus,donec eorum bona vendantur, & solutio fiat,præter quam en* el arrendador, o recaudador mayor de su Magestad, *vt hic*.

2 *Conductores gabellarum an habeant idem priuilegium contra suos debitores gabellarum, vt relaxandi hi minime sint cum fideiussoribus* de saneamiento, *& numeris seqq. resoluitur affirmatiuè.num. 5.cum seqq.*

3 *Priuilegium fisci cum sit personale, non extenditur ad emptores,seu conductores Regiorum redditum.*

4 *Mutatione personæ,mutantur conditio, & priuilegium.*

6 *Priuilegium Reale transit ad successorem.*

8 *Cōtra debitores fiscales proceditur pro eorum debito liquido ad capturam,& ad tenutam bonorum, & contra eorum heredes,nisi inuentarium confecerint, vt in nu.12. & 13.*

9 *Debitores gabellarum possunt ab Ecclesia extrahi, sicut & quilibet debitor tributorum Regiorum, vt in num.10. & in nu.11.quomodo hoc sit intelligendum.*

14 *Mulier carcerari non potest pro debito gabellarum, nec vt principalis, nec vt fideiussor nisi delictum interuenerit, gabellam occultando, non obseruata dispositione l. 31.tit. 19 lib.9. Noua Collect. Reg.*

15 *Nobilis non carceratur pro debito gabellæ.nisi interuenerit delictū,quia nō obseruauit dispositionem l 31.tit.19.lib.9.*

16 *Nobilis conductor, vel collector gabellarum, vel aliorum redditum Regalium,carcerari potest,& debet,pro solutione eorumdem.*

17 *L.4.tit.2. lib.6.Noua Collect. Reg.dispositio ad alios casus, quam in quibus loquitur extendenda non est.*

QVAESTIO CLXVI.

An pro solutione gabellarum debitores sint sub fideiussione de saneamiento relaxandi a carcere?

1 QVarto modo: cum lege 14.tit.7.*hoc lib.9.* † caueatur, que en las execuciones que se ouieren de hazer en los bienes de los tesoreros,y recaudadores,y arrendadores de rentas Reales,o en sus fiadores por los maravedis que en ellos fueren librados en caso que por ellos sean dados bienes cō fianzas, que sus cuerpos esten presos en tanto que se vendieren los bienes,y que no puedan ser dados sueltos,ni fiados,hasta que ayan paga de las quantias que en ellos fueren libradas,cō las costas derechos,y penas,si en ellas ouieren incurrido. Et idem cauetur *in l.10.tit. 16.hoc lib.9.*saluo si a quel en quien se uuiere de hazer la tal execucion fuere arrendador mayor de su Magestad, o su recaudador mayor,porque este dando bienes desembargados que sean suios por suyos en que se haga la execuciō cō fiadores llanos y abonados,que se obliguē,que aquellos bienes que son na la para la execuciō,con son suyos,que valdrā la quantia, y que no saldra embargo en ellos,no ha de ser preso,y si fuere preso,que sea suelto con la dicha fianza,y que se embargo saliere,pendiente la execucion,que el recaudador,o arrendador,o su fiador se an luego presos,y permanente la oposicion no sean sueltos de la prision hasta que la causa sea determinada,y pagada la parte.

2 *An ipsi † gabellarij,& conductores gabellarum*, por mayor,o por menor, *hoc vtantur priuilegio contra suos alios gabellarum debitores, vt hi quidem quando iure petitur, contra eos exsecutio.debeant remanere in carcere,esseq.capti,donec exsecutio ventiletur,& solutio debiti fiat, etiam si offerant fideiussorem idoneum* de saneamiento?

Et videtur leges prædictas Regias non habere locum in hac specie,sed tantum in suo casu,quo loquuntur,nempè,in fauorem fisci in exsecutionibus, quæ petuntur contra ipsosmet conductores,& exactores Regios, *por libramiento,o por lo saluado*,&c. In ceteris namque casibus regula generalis est in contrarium, nempè,vt in omnibus exsecutionibus debitor incarceratus sub fideiussoribus *de saneamiento*, exeat è carcere vsque ad sententiam *de remate*, *l. fin titulo 11.de las executiones lib.4.* Hæc igitur erit obseruanda, præterquam in casu speciali dictarum legum; sed noster casus est omissus ab illis legibus. Ergo remanent sub dispositione iuris communis dictæ regulæ, quia si legislator aliud voluisset,expressisset,vt diceba mus aliàs in quæstione præcedenti.

3 Secundò, quia † priuilegium fisci,de quo in dictis legibus prioribus,cum sit personale,non extenditur ad emptores,seu conductores Regiorum redditum, *vt in l. licita-*

4 *tio,§.mercatores,ff de public. & vectigal.* Mutatione † enim personæ,mutatur conditio,& priuilegium,vt per Bar. *in l.per procuratorem,nu.3.ff.de acquir. hæred.* Montaluo, *in l.3.tit.14.par.1.in fine.* Castell.*in l.13.Tauri,col.5. vers. ex quo sæpe.* Et in terminis,quod prædictis conductoribus, & firmarijs non competat præfatum priuilegium capiendi debitores publicos, tenet Rebuff. *ad Regias Constitutiones Galliæ, 1.tomo tit de lit.oblig.artic.11 gl.3.nu.19.*& sequitur Ioan. Sayson *in Consuet.Turon.in tit.de quæst.uectig. artic.3.ad finem*, quos ad hoc refert Girondi. *de Gabell.4. parte in princ.nu.16.*& tenet Guido Papa,*in decis. Delphin. q.108.Iuxta materiam.*

5 Cōtrariā tamē † sententiā,immo,quod isti cōductores gabellarū eodē quo Rex priuilegio vtātur cōtra suos debitores,tenet Bar. *in l.in prouinciali,§.si ego,nu.4.ff. de noui operis nūciat.* & *in d.§.mercatores*, vbi additionator cuius in hoc opinio cōfirmari potest quia hoc priuilegiū non tā Regi,quā faciliori exactioni gabellarū concessum videtur, in odium debitorū morosorū, præsertim,cum in vtroque casu versetur idē fauor fisci, vt Regi facilius, & breuius soluatur redditus; & vt in posterū plures ad conducendū redditus Reales alliciantur, atque conductores inueniantur.

6 Et † quando priuilegium conceditur rebus, & sic est reale, transit ad successorem, vt notat Din. *in Regula,priuilegiū, nu.20.de reg.iur.in 6.* & in terminis hanc partem quando Rex,vel Princeps gabellarū conductorib⁹ iura sua cedit & transfert,vt potest, ex *l.fin.C.de priuileg. fiscl.* tenet, & probauit Gironda,*de Gabell.4.parte in prin.nu.17. cū seqq.* vbi quod hanc opinionē semper practicatā vidit,quia regulariter Rex cedit,& trāsfert ius suum conductoribus gabellarū,& aliorum redditū Regalium,præsertim cū quo stile loceitur gabellæ cū conditionibus legū Quaterni gabellarum. Idē probat Rebuff. *vbi su pra,sub d nu.19.* dicens, quod solet Rex hoc cōcedere suis firmarijs,vt eis per personæ apprehensionem compelli possint debitores fiscales,& quod conductores alijs fisci priuilegijs contra debitores vti possint, & quod ita solet fieri in illa patria, & exercetur in Curia Generalium iustitiæ. Quam sententiam scio in his Regnis in praxi communiter obseruari; & ita est tenendum, non obstantibus ijs,quæ supra in contrarium adducta fuerunt,quæ ex præcedentibus remanent iam diluta. Nec etiam obsunt,quæ in præcedenti quæstione resoluimus circa terminum citationis, para el remate, non breuiandum contra debitores gabellarum,quia dispar ratio, & fauor fisci versatur in hac præsenti specie,quam in illis, & præterea in vtraque praxis habet,quod resoluimus, & quia sunt diuersa possunt compati.

7 Tandem † nostra præcedens sententia ex eo verissima,
& euidens efficitur, si consideremus, quod decisio dicta-
rum legum, non est specialis in debitore gabellarum, sed
generalis in quocumque fisci debitore, ex l. sacrilegii capi-
te, §. *fin. vbi corpus retinendo, ff. ad leg. Iul. peculat.* cuius
priuilegii fiscalis meminit Salic. *in l. fin. num.* 10. *C. de pri-
uileg. fisci,* sequitur Bald. *conf.* 90. *vol.* 5. & Peregrin. *de iure
fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 5. vbi *num.* 7 quod ita consuetudo ob
8 seruat, † quia contra debitores fiscales pro eorum debito
liquido proceditur ad capturam, & ad venditam bonorum,
l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. vbi Ang. Bald.
in l. 1. *col.* 2. *C. de hered. vel action. vend.* Maranta, *de ord.
iudic.* 4 *par. distinct.* 9. *num.* 59 Et in terminis dictarum le-
gum Laslar. *de decim. vendit. cap.* 18 *num.* 57. dicens, hinc
haberi debere veram rationem, & originem illarum legũ.
Vnde merito, vt quicumque debitor gabellarum contra
quem iure fit executio, & hic in casibus, in quibus contra
eos habet locum executio (quod diximus *in quæstione pro-
ximè præcedenti*) pro eis interim capi debeat, & in carce-
re detineri, donec soluat, etiam si fideiussorem indemnita-
tis (hoc est *de sane amiento*) offerat.

9 Et non solum † debitores gabellarum prædictarum car-
cerari possunt, sed etiam ab Ecclesia extrahi, vt carceren-
10 tur. † Generale enim est in Regijs tributis, vt eorum de-
bitores Ecclesiarum immunitate non gaudeant, vt probat
text. *in Auth. de mandat. Princip. §. publicorum, collat.* 1.
& l. 5 *tit.* 11. *par.* 1, ita tenet Oldrad. *conf.* 54. & alij plures
DD. communiter, quos congessimus in repetitione *l. nemo
potest. num.* 183. & nos, & post nos Gironda *de Gabel.* 4.
11 *par. §.* 1. *num* 29. Contrariam † tamen opinionem, vt ve-
riorem probat alij multi graues authores, quos retulimus
vbi supra, & refert etiam Gironda *prædicto num.* 30. quæ
proculdubio in praxi est tenenda, nisi in debitoribus falli-
tis, qui cum bonis confugiunt ad Ecclesiam, ea occultan-
do, & auferendo suis creditoribus, iuxta *l. fin. tit.* 2. *libro* 1.
Noua Collect. Reg. vt probauimus *vbi supra, num.* 184. &
cum nobis ibid. Laslart. *d. cap.* 18. *num.* 21. quia leges primo
loco supra allegatæ pro prima opinione, sint contrariæ iuri
Canonico, ac proinde non obseruandæ, vt putant Abb. *in
c. inter alia, num* 24 *de immunit. Eccles.* quem refert, & se-
quitur Greg. Lop. *in l.* 2. *verbo, Por denda, tit.* 11. *par.* 1. &
D. Couar. *lib.* 2. *var resol. c.* 20. *num.* 14. nosque, & Laslart.
vbi supra, hanc etiam partem secundam nouissimè proba-
uimus *lib.* 1. *Pract. q.* 1 *nu... cum seqq.* & Azeued. *in l.* 13. *tit.*
2. *lib.* 1. *Noua Coll. num.* 2 *cum seqq.* Et hæc opinio in praxi
seruatur, & vsu recepta est secundũ Girondã *vbi sup. n.* 31.

12 Et præd. legum † dispositio loquentium de carceratione
conductorum Regiorum, nedum in illis ceterisq. fisci de-
bitoribus procedit, sed etiam in eorum hæredibus, vt benè
notat Mench. *lib.* 1 *de success. creat. §* 6. *num.* 37. sequitur,
13 & probat Laslar. *de decim. vend. cap.* 18 *num.* 59. hoc † li-
mitans ex Alex. quando debitoris hæredes inuentarium fecis-
set, tunc etiam personaliter per carcerem compelli non de-
bere, quod commendat, & applicant ad dd. leges Regias
Menchaca, *vbi supra, num.* 46. & Laslar. etiam *vbi supra*.

14 Mulier † autem carcerari non potest pro debito gabel-
larum, siue vt principalis, siue vt fideiussor conueniatur,
sicut nec pro alio quocumque debito, ex legibus Regijs, &
authoribus Cohispania nostris congestis per Laslar. *vbi su-
pra, nu.* 60. & tenet Gomez. de Leon *in sua Centuria, c.* 14.
in fi. quem refert, & sequitur Gironda *de Gabel.* 4. *par. §.* 2.
num. 33. & Laslar. *vbi supra*, hoc verum esse intelligit, nisi
delictum interuenisset, decimam, hoc est, gabellam occultã-
do, non obseruata dispositione *l.* 31. *tit* 19 *lib* 9 *Noua Col-
15 lect. Regia.* quod † idem, & in nobile debitore ibi probat,
& numero 61. nempè, vt pro gabellæ debito, licet, nec pro
alio quocumque ciuili, carcerari queat, nisi interuenerit de-
lictum, vt quia non obseruauerit dispositionem d. l. 31. sed
tacens retinuerit, & occultauerit gabellam: tunc enim
cum verè delinquat in Principem, & in suam conscientiam
peccans, carcerari potest nobilis, & debet, ratione pœ-
16 næ, quam incurrit. Similiter † etiam nobilis secundum
Laslart. *ibidem numero* 61, quando conducit, aut colligit
gabellas, vel alia iura Regalia carcerari potest, & debet:
porque en tal caso el mismo quebranta su libertad, vt loquit
l. 4. *titulo* 2. *libro* 6. *Noua Collectionis Regia*, & vt Regius
census ad communem patriæ defensionem necessarius, in
columis sit, vt bene explicuimus post alios *de Iuramento Cõ
firmat.* 1. *pag. cap.* 32. *num.* 10. quidquid aliud licentiose ori-
nis, & audacter dicat Laslart. *d. cap.* 18. *num.* 64. Licet e-
nim sua noua ratio ad præfatam legem 4. nempè, vt ex eo
procedat, quod nobilis vectigalia conducens, & colligens,
indignum, nec decens virum nobilem, & illiberalem nego
tiationem sumpserit, Vnde par est, & æqua, moralisq. ratio
visa est, vt qui se plebeiorum officio immiscuit, plebeiorũ
quoque iure censeatur, sicut & de alijs vilibus officijs pro-
ditum est, iuxta notata *l. vnica, C. de negotiatione militum
cum similibus* persuasoria, & non inconcinna videatur, nõ
tamen ideo nostra quam explicauimus improbari debuit
cum sit verissima, & litteræ d. l. 4. conformis, ibi: *Porque en
tal caso el mismo quebranta su libertad*, quibus verbis etiã
nititur Laslarte, ad suam prætensam rationem iustifican-
dam; nostra tamen certior, atque proprior est, nec contra-
ria illi, sed in eum ambæ in idem tendunt: nostra tamen ex
pressa est in præfata.

17 Non tamen † dispositio eius legis ad alios casus, quam
in quibus littera eius loquitur, extendenda est, vt latè de-
duximus, & resoluimus cum Laslar. *vbi supra num.* 63. &
contra Baeç. *lib.* 3 *Pract. Quæst.* 13. *num* 103 & probat no-
uissimè Gironda, *de Gabell.* 4. *par. §.* 2. *num.* 34.

SVMMARIA,

1 *Exceptiones admittendæ contra executionem debiti gabella
rum, & nu.* 2.
3 *Exceptionũ aliarum exclusio a lege Regia facta, intelligitur
de friuolis, & malitiosis, non vero de legitimis, & nu* 4.
5 *Euictio locum habet pro parte territorij, cuius gabellæ vendi-
tæ, locatæue sint si a tertio aliquo euinceretur.*
6 *Conductores gabellarum non tenentur ad ea, quæ alicui, ut
tales promiserint, si apud eos ratione aliqua conductio non
remanserit: sed ad euitandas lites iure nostro Regio statu
tum est, vt secundus conductor teneatur stare conuentio
nibus, & locationibus per primum factis, vt in nu.* 7.
8 *Tertius opositor aduersus executionem debitorum gabella-
rum, quas exceptiones allegare possit? & nu.* 9.

QVAESTIO CLXVII.

De exceptionibus competentibus aduersus exse-cutionem in materia gabellarum?

1 QVæro nunc: † *quæ exceptiones admittantur contra ex-
secutionem aduersus conductores, aliosve exactores,
necnon & alios gabellam soluere debentes factam?*
Et ex parte eorum, qui exsequuti sunt, habemus leges
Regias specialiter in hoc disponentes, nempe legem 14. ti-
tulo 7. hoc lib. 9. in hæc verba: *Y que no les reciban excepcio
nes maliciosas, saluo paga, o quita, o razon legitima, mostran
dola por recaudo cierto luego, sin alongamiento de malicia*,
quæ loquitur in exsecutionibus factis in bona thesaurario
rum, & aliorum exactorum redituum Regiorum, & con-
ductorum, & dum dicit, *luego*, intelligatur, id est infra no-
uem dies, vt in lege 15. statim sequenti, & diximus *supra q.*
2 165. † Dum vero exprimit exceptiones admittendas, proce
dit nedum in thesaurarijs conductoribus, & alijs exactori-
bus redituum Regaliũ, in quibus loquitur, sed etiã in alijs
quibuscũque debitoribus gabellarum exsequutis, cum in eis
eadem sit ratio, & idem ius in indiuiduo in omnibus debi
toribus exsequutis generaliter statutũ sit a nostris ll. Regijs,
nẽpè l. 1 & 2 ti. 21. *dellas execuciones, lib.* 4 *huius Nouæ Coll.
Reg.* & iuxta d. legẽ 14. meo iudicio est intelligẽda lex statim
sequẽs, dũ dicit: *Ordenamos, que a los arrẽdadores de las nue
stras rentas, no les sea oyda razon ni defension alguna con-
tra la deuda que les mostrarẽ por libramiẽto, o libramiẽto de
nuestros Cõtadores, o recaudadores, saluo paga, o qta. o toma,*
que les

que les sea fecha por alguna persona poderosa, mostrandola hasta nueue dias. Idem nam ijue intelligo de quacumque alia legitima exceptione, *vt in l. præcedenti*, aliàs enim inducerentur legum correctio, nec opus esset, vtramque legem vnam post aliam immediatè ibidem inscrere, præsertim, cum d. lex 14. fit nouiter, vtpote condita a Rege Ioanne II. quam d. lex 15. cuius auctor fuit Rex Ioan. I. vt in margine vtriusque legis apponitur. Accedat tandem, quod d. lex 15. non excludit expressè alias non exceptiones legitimas,
3 & † dum generaliter negat alias admittendas, quam ibi expressas, intelligenda est de exceptionibus friuolis, & malitiosis, non verò de legitimis, iuxta Bart. doctrinam, *in l. 1. §. & parui refert. nu. 5. ff. quod vi, aut clam*, communiter approbatam, secundum Curtium *in l. 3. §. si is pro quo, nu. 4. ff. Vt quisque iuris*, & resoluimus latem similibus terminis *d. l. 1. & 2. d. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. in nostro lib. 1. Pract. quæst. 111. q per totam*, & in terminis tenes Azeuedo, *in l. 6. num. 3. tit. 14. lib. 6. Noua Collect.* ex textu *in l. si vacantia ibi: data reclamandi copia. defensionis facultas, C. de iure fisci, lib. 10. & num. 4.* tenet esse legitimam exceptionem, quod non fuit facta æqualis distributio, summatie tamen procedendo.

4 Sicq. vt † ibi docuimus, non est opus examinare, an admittende sint certæ quædam exceptiones aduersus executionem, nempe, nullitatis, & aliæ omnes: Namque legitimæ admittentur, dum tamen liquidentur, & probentur intra terminum legalem oppositionis; & de exceptione compensationis late egimus, idem probantes *de Iuramento Confirmatorio, 3. par. cap. 6. num. 2.* & post nos Gironda *de Gabel. 2. par. §. 2. nu. 6.* & in terminis debitoris fisci probat *l. aufertur, 46. ff. de iure fisci*, ibi, *vt debitoribus fisci, quod fiscus debitè compensetur, sæpè constitutum est, excepta causa tributoria & stipendiorum, & item pretio res d fisco empta: & quod ex causa annonaria debetur.* Idem probat *l. idem, & in l. fin. ff. de compens. l. 1. & 3. C. de compens.* ex quibus in gabellario in exactione gabellæ, quod opponi possit compensatio, probare videtur Lallart. *de decim. vendit. c. 18. num 86* sed caue, quia in d. lege 3. excipiuntur alia vectigalia, & ibi gl. verbo, *ex vectigalibus* exponit, scilicet soluendis pro rebus vehendis, *vt in l. vniuersi. C. de vectig. lex etiam partitæ 16 tit. 14 par. 5.* permittens compensationem, excipit etiam casum *del que ha de dar pecho, o censo a la camara del Rey, o al Comun de algun Conceio*, & ita eanie loquutus fuit Lallart. in hoc, dicens, nempe, & præterea, in gabellario in exactione istius decimæ, alterius debiti compensatio opponi nequeat, est text. *in l. aufertur, §. vt debitoribus, ff. de iure fisci, & l. 3. C. de compens.* tradit Bart. *in Autic de collat. num. 3. collat. 9.* quasi nihil decidens, sed remittens ad prædicta loca, vbi inuenitur decisum, quod prædiximus. Et quamuis illo iure naturali gabella non esset cognita, nihilominus dicitur vectigal, quasi tributum debitum Regi, & in de comprehenditur sub redditibus Regijs, estq. huiusmodi profecto: vnde tors fao contra Regem suos redditus exigentem non habet locum compensatio, ex d. lege, sed contra priuatum conductorem cessare videtur fauor fisci, ac per consequens quod admittatur compésatio liquida, aut saltero liquidanda infra decem dies oppositionis exsequutionis.

5 Verum † illud erit obseruandum, quod si aliqua pars tantorij, cuius gabellæ venirent, locatæ ve fint, a tertio aliquo conducerentur, vel membrum aliquod ipsius in ijs diminutum fuerit, eur ito erit, iuxta ea, quæ late distinguit, & disputat Gregor. Lopez *in l. 34. tit. 3. parte 5.* quem refert Lallar. *de decim. vendit. cap. 18. num. 85.*

6 Similiter † etiam gabellarum cõductores non tenebuntur ad ea, quæ vt tales alicui prouiserint, si apud ipsos ratione aliqua conductio non remanserit, forte quia principalis locationis contractus non tenuit a principio, vel aliquo modo ablatum esset ius illud, prout in terminis tenet Ang. *in l. fin. per textum ibi, ff. de const. pecun.* quem refert, & ad multa his gabellarum conductoribus quotidie occurrentia, cotomauldat Rodet. Suar. *in repet. l. post rem iudicatam, §. num. 6. ff. de re iudic.* quem solum refert ad hoc Gironda *de Gabell. 2. par. §. 1. nu. 32.* sed & idem probat Ioan. de Imola, *in l. cum mulier. la segunda, num. 1. ff. soluto matrimonio*, quem refert, & sequitur Gregor. Lopez *in d. l. 34. glos. magna, ad medium*, id verum esse declarantes, si absq. culpa, & facto conductoris, ei auferatur gabella: aliàs secus, ex Baldo, & alijs Doctorib. sequitur Lassarte, *ubi supra*
7 *num. 86.* † dicens *nu. 88.* quod propter dirimendas, & vitãdas lites, quę iuxta prędictam distinctionem oriri possent, quotidie inter primos gabellarios, & eos cũ quibus conoenerant super certa summa gabellæ nomine soluenda, vel super alicuius mẽbri relocatione, cum tamen postea primis illis gabellarijs sublata foret conductio, siue absque illorum culpa, siue suo facto, iustissime Catholici nostri Reges statuerunt, vt secundus gabellarius, in quo gabellarum cõductio remanserit, teneatur stare omnium conuentionibus, & locationibus per primum factis, vt cõstat ex legibus *14. & 16 tit. 13. hoc lib. 9.* quarum legum hæc est vera ratio decidendi.

8 Ex parte vero tertii † oppositoris contra bona, in quibus facta est executio, lex *16. tit. 7. hoc lib 9* præcipit, quod bona, quæ penes conductores Regalium redditum reperta fuerunt, veneant pro debito Regio, *y que no sea oydo, ni recebido contra ello embargo alguno, que qualquiera persona quiera poner en la venta de los dichos bienes, saluo si mostrare por escrituras publicas, que los dichos arrendadores auiã arrendado, o alquilado los dichos bienes de aques que quisiuere poner el dicho embargo.*

9 Per hanc † tamen huius legis generalitatem, non intelligo excludi ius fortius, & potius creditoris antiquioris habentis expressam hypothecam in prædictis bonis, nempè, dotis mulieris, depositi, vel commodati, oppositionem; aut ex alia vera causa rei vendicationem, dummodo prædicta legitimè probentur, non enim credendum est, Principem qui prædictam legem condidit, vnico verbo, prædicta iura, dotisq. priuilegia in præiudicium tertij euertere voluisse, argumento *l. si quando, C. de inofficioso testamento*, quod enim præcipuè intendit legislator in d. lege 16. hoc est, vt nulla fraus committatur aduersus Regem, suos redditus recuperantem in bonis suorum conductorum, per oppositiones confictas, & fraudulentas, non vero intendit alicui ius suum verum auferre, nec quid tale est præsumẽdum in Rege Christianissimo, sed quod vãi fraudibus voluit claudere; Vnde constito legitimè, & absque fraude, eorũq. suspitione de potiori iure alterius, non est credendum, eũdẽ voluisse præiudicare. Si enim ipsismet reis exsequutis exceptiones legitimas contra executionem ipsam reseruauit, & admittendas decreuit, *in legibus 14. & 15. præcedentibus*, quare idem non erit dicendum in fauorem tertij potius ius habentis, si de hoc legitime constiterit iudicibus? Nullo modo profecto ex mente, & fine eiusdem legislatoris id præsumendum est. Finis igitur est, ne fiat fraus, fisco: hac ergo cessante, nõ dubito quin vnicuiq. sit ius suũ reddẽdũ, & tribuendũ etiã cõtra fiscũ, & in ambiguis, *vt in l. in ambiguis, ff. de iure fisci* Iudes igitur exequẽs in specie d. legem 16. summe curet, ne quid fraudis irrepat, omnibusq. vijs veritaté rei perquirat; hac vero cognita, & fraude seclusa, ius suum vnicuique tribuat, & in terminis oppositionis dotis mulieris, nempe, quod vxor in casu *d. l. 16.* pro sua dote præferatur fisco in bonis mariti, si anteriorem hypothecam, & caussam habuerit, non obstante prædicta lege Regia, ita tenet & late probat Girondu, *de Gabell. 4. parte, §. 1 nu. 22. cum seqq.* cui etiam fauet *lex. 10. tit. 9 lib. 5. Noua Collect Reg.* vbi deciditur, *que por el delito que el marido, o la muger cometiere, aunque sea de heregia, o de otra qualquier calidad, no pierda el vno por el delito del otro sus bienes, ni la mitad de las ganacias auidas durante el matrimonio* ergo a fortiori *por la obligacion del vno, aunque sea en fauor del Rey ha de perder el otro sus bienes, ni la muger su dote*, &c. facit titulus *C. ne vxor pro marito*, &c. Idem est probandum eadem iuris ratione in ceteris creditoribus potius ius, & anteriorem hypothecam habentibus, necnon in veris dominis bonorum repertorum penes dictos conductores exsequutos, constito legitimè, & absque fraude de eorum iure, & dominio.

zens se esse solututum decimam suorum contractuom ven
ditionis,& permutationis, sicut forensis, iuxta prædictam
conditionem 22.ad medium,fierq.ita , vt qui numquam
vendidit, aut permutauit,nullius quoque suorum, distribu
tionem,ac solutionem patiatur,ac si capitatus locus,quod
iam semel consulutt Lassart.(vt ipse testatur num. 90.) vi-
duæ cuidam nobili,quæ pecuniaria alimenta a genero suo
accipiebat,nihilque vendebat,sed emebat necessaria.
8 Sola igitur † Ciuitas, & Vniuersitas populi capitati,e-
iusque bona ea conditionæ illa obligantur, iuxta tradita
per Ias. *vbi supra*,& ibi Doctores,& Auend.*d.responso* 34.
num.1.*uersic.secunda Conclusio*.& Lassart.*d. num*. 90. qui
9 † addit,quod ne Vniuersitas prædicta in damno sit,& vt
commodius iure illo vti queat,aliqua gabellarum membra
locare solet,iuxta formam in vnoquoque loco consuetam,
vel aliàs traditam in d.conditione 22.& alijs eiusdem ge-
neralis Regni conuentionibus, & quod reliqua pecuniæ
quantitatis,quæ vltra illarum locationum mercedis neces-
saria est ad complendam omnem capitationis summam in
ter eos ciues distribuitur,qui capitationis beneficio vti vo-
lunt,iuxta formam traditam *in conditione* 28.*dictæ genera*
10 *lis cõuentionis*, vbi † quoq; deciditur,qualiter si qui grauatos
se esse dixerint,reuideri semel debeat distributio,vt qui
nimis onerat us inuentus fuerit,releuetur,& quod post hãc
secundam refectionem amplius reluctari, & conqueri nõ
liceat,in hæc verba : *que cada uno pague lo que le queda re
partido*.
11 Vnde omnis † aditus occluditur ad illius rei querelam,
& quidem iure,quia cum prædicti legislatores peritissimos
illius rei,& oneris diuidendi actores accersiri iussissent,eo
rum iudicio standum est,vt notat Menoch.*lib*.1.*de succes.
creat*.§.4.*num* 30.*uersic.denique*,& *lib*.2.§.14.*num*.28.*Ve
netus*, vbi ex prædicta ratione miratur,quod uiderit in v-
su forensi sæpe obseruari,vt licet executio fiat,iuxta dictam
secundam reuisionem,seu refectionem, tamen per sum-
mos Regis Rationales, per modum iustitiæ de eadem re
denuo cognosci possit,quod refert,& sequitur Lassarte, *d.
capitulo decimooctauo,numero nonagesimo primo*, quod mi
hi mirum non videtur,sed potius iustissimum, & æquissi-
mum tantoq. Senatu dignum.
12 Distributio † namque prædicta & reuisio, siue refectio
iuste debet fieri inter diuites,& pauperes secundum facul
tates,tractus,& negotiationes, & non secundum munus
personarum,iuxta glossam,verbo,inopes, *in l*.1.*C.de apoc.
public.lib*.10.& non debent diuites releuari, vt pauperes
13 grauentur,& ideo si eorum bona fuerint perperam æsti
mata,poterunt intra statutum tempus restitui, vt per Io-
an.de Platea, *in l.susceptores,la secunda*, C.*de suscept. &
arcar.lib*.10. Vnde bonorum taxatores,& æstimatores, at-
que distributores tenentur pauperibus omnibus de iis,qui
male æstimauerint,*per l*.1.*C.de discussor lib*.10.quod tradit
Auiles *cap*.18.*prat.in glos.uerbo,En el demandar*,& refert
14 Gironda,*de Gabell*.4.*parte,in princ. nu*.51. Modum au-
tem relocandi membra gabellarum, & distribuendi reddi
tus, atque æstimandi bona vicinorum ponunt conditio-
nes dictæ generalis conuentionis.
15 Modum vero faciendi executionem contra Communi-
tatem pro debito Communitatis,late ponit, & præfigitur
Franciscus Marcus. *decis*.805.*Parlamenti Delphinat*. nem
pe, quod vbi Vniuersitas habet bursam communem, seu
bona in communi,tunc debent primo accipi pro satisfa-
ctione creditoris; Si vero ea non habeat, tunc illi de Vni
uersitate compelluntur facere collectam,quia non debent
capi bona singularia pro debito Vniuersitatis,Sed commu
nia,& in defectum debet imponi collecta per Communi-
tatem ex caussa necessitatis,& quod pro tali non poterunt
capi aliqui in solidum,sed dumtaxat pro parte, quia non
est debitum proprium,sed Vniuersitatis; tamen illi, qui-
bus imponitur onus collectæ,elapso certo tempore, pote-
runt capi, & postmodum recuperabunt ab alijs, & a se-
ipso pro sua rata per æs, & liberam:si vero aliquis particu-
laris,cui imposita est collecta,pro sua rata non sit soluen-
do, tunc alij de Vniuersitate tenebuntur , vt ibi probat,
de quo etiam agit Gregor.Lopez *in d.l*.15.*in gl.En otros lu
gares*,refert & sequitur Azeuedo, *in d.l*.16.*num*.3.& 4.*ti*
16 *tulo* 21.*lib*.4.*Noua Colleg.Reg*.† vbi *num*.5.merito impro
bat Petr.Peclium , tenentem , quod in solidum fiot con-
ueniendi, dicens,quod hoc non affirmat propter *l*.1.*titu-*
17 *lo* 16.*lib*.5.*Noua Colleg.Reg*. In † his tamen Regnis Hispa
niæ collecta vltra tria millia marauetinorum. imponi mi-
nime potest per concilia ciuitatum,vel oppidorum absque
literis Regijs , vt cauetur *in l*.1.*titulo* 6.*lib*.7. *Noua Col-
lect*.Reg.vbi Azeued notat,& refert contrarias opiniones
18 in hoc de iure communi , circa † quam l. obseruos mi-
nus recte se habuisse Parlador. *lib*. 2.*rer. quot. cap fin*.5.
parte,§.3.*num* 36.dum censet, non respicere contributio
nem, quæ necessario fit, ac proinde habere locum adhuc
ius cõe de collecta faciẽda in casu supradicto,sed fallitur:
qa d.l.1.expresse prohibet,que sin licẽcia, y mãdado de so
Magestad no se pueda repartir ni reparta por ninguna ciu
dad, villa o lugar destos Reynos para sus necessidades, de
mas,ni allende de tres mil marauedis,nota verba illa: *Pa
ra sus necessidades*: Ergo neque ad contributionem, quæ
necessario fit,& ita cõmuniter practicatur cõtra Parlador.
19 Consules † autem populi capiuntur,quando contra po
pulum fit executio, non quia sunt personaliter debitores,
sed quia habent facultatem soluẽdi, vel quia populus ru-
bore confusus,soluet:sed non debent personaliter capi,ni
si sint in mora,*vt in l.prouidendum de Decurionibus* ,*lib*.
10. & *in l. missi opinatores, de exactoribus tribut*, *eodem
lib*. Ita in terminis tenet,Bal.*in d.l.et,nu*.11.*vers modo er-
go queritur*. *C. de executione rei iudic*. sequitur Azeuedo,
vbi supra,num 5.post Gregor. Lopez , quem citat *in d.l*.
13.*gl fi tit*. 2. *par*.3. & latius Gironda *de Gabell*. 4. *par*.
§.2.*nu*.10.*iuncto nu*.13. vbi inquit, quod hæc opinio pas-
sim in praxi seruatur, & *num*.14. quod obseruari semper
20 debet, nisi † aliud in Regalibus prouisionibus quibus de
bita persolui iubetur, dispositum sit , vt pluries vidi Re-
gias prouisiones , in quibus præcipiebatur , executionem
pro debitis Regalibus fieri in proprijs,& alis debitoribus
Ciuitatum , nulla de Rectoribus facta mentione . Addit
21 † etiam hanc veram opinionem ita intelligendam fore,
quod executio non possit fieri contra consules , & Recto-
res pro vniuersitatis debito , nisi pro rata contra vnum-
quemque,& non in solidum,nisi aliter, & in solidum fue
rint obligati.

SVMMARIA.

1 *Fiscus an habeat pro sua gabella hypothecariam actionem ad
uersus res venditas,quocumque ipsæ vadant? & nu seqq*.
3 *Fiscus pro quocumque debito semper habet ius pignoris*.
4 *Ius pignoris gabellario competens pro gabella intelligitur,
in ceteris bonis non vẽditis.secus vero in re ipsa vendita*
5 *Legis 8.tit.18.lib.9.Nouæ Collection Reg intellectus*.
6 *Emptor,vel possessor rei pro qua debetur gabella,eam soluẽs
pro venditore vero eius debitore, potest precium solutum
recuperare ab eo.& eius heredibus*.
7 *Gabella prius deducenda est ex precio rei,quam debita*.
8 *Decima Ecclesiastica prius deducenda est quam gabella*.
9 *Gabellarius non habet authoritatem vendendi bona debito
ris pro exactione gabellæ,sed iudices eam vendunt ad in-
stantiam gabellarij*.
10 *Legis 52.tit.5.par.5.intellectus,& nu.11*.

QVAESTIO CLXIX.

De hypotheca fisci in bonis debitoris gabellæ?

1 QVæro etiam: *An fiscus † pro sua gabella habeat hypo-
thecariam actionem aduersus res venditas ,quocum-
que ipsa vadant?* Et habere,compertũ esse iure videtur per
l Imperatores ,ff.de public. & vectig. tradit late Rebuf. *ad
Reg Constitut.Galliæ* 2.*tomo,tit.de const.reddit. artic*.1 *gl*.
14.*nu*.26. Tiraquel *de retract ligna*.§.6.*gl*.1.*nu*.7. Gigas *in*

tract. de pension. quæst. 85. & competere hypothecam tenet Bossius in *sua practica crimin. in tit. de fisco, & eius privileg. num. 16. cum seqq.* quos referens hanc opinionem in terminis tenet Gironda, *de Gabell. 4. parte. §. 1. num. 3. & 10.* loquens in gabellarijs, quod habeant ius hypothecarium adversus res venditas, quocumque vadant, & quod possit gabella exigi a possessore, emptore, vel tertio possessore inquit, que esse textum de iure Regio *in l. 8. titulo 18. lib. 9.* in tantum, quod tacita obligatio bonorum principalis conductoris gabellarum transit ad secundum conductorem, *per l. solutum, §. solutum, ff. de pignor. act.* secundum Ioan. de Platea, *in l. 1. C. de quib. mun. excusantur ij, qui post impletam milit. vers. item nota.*

2 Ego vero in † nostra materie hoc ita verum esse censeo, quod cum eo ipso, quod venditio, aut permutatio consensu contrahentium perficitur, ius gabellæ fisco acquiratur, vt sæpe prædiximus, ex *l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* & fiscus † pro

3 quocumque debito semper habeat ius pignoris, *l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci,* & tradit optime Franciscus Balduin. *in tractatu de pignor. c. 2. ad med.* vbi ampublicanum, ideo appellatum esse olim pignoratorem: necnon, & Peregrin. *lib. 6. de iure fisci, tit. 6. num. 1.* vbi hoc declarat *numeris sequentib.* ius † tamen istud pignoris gabellario compe-

4 tens in prosecutione gabellæ, intelligendum est gabellario competere in reliquis bonis venditoris: secus in re ipsa vendita, quia licet adhuc ipsius maneat ante traditionem, *l. si ex stipulatione, 5. ff. de acquir. possess.* quo tempore iam orta est gabella obligatione ea tamen generali, & legali bonorum obligatione comprehendi non solet, hæc enim res non a vendente obliganda, sed tradenda est, *vt notat Roman. Singul. 405 quem refert Alciat. in l. alienum, 67. in ordine, ff. de verborum signific.* Ideoq. constat ius istud decimæ nullatenus debitores afficere, nec ratione rei emptæ, nec personali aliqua obligatione, nisi in casibus *l. 31. & 32. titulo 19. hoc libro 9.* vt in terminis rectius meo iudicio perspexit Lassarte, *de decim. vendit. capitulo 18. numero 54. & 55.*

Nec obstat *d. l. Imperatores, cum reliquis Doctoribus,* pro contraria parte adductis per Girondam, quia loquuntur, & procedunt in oneribus realibus prædiorum, vectigalium, in quibus id iure recte procedit: Nos vero in hac quæstione agimus de gabelle, quæ debetur ratione contractus celebrati, quæ non est onus reale, nec patrimoniale, sed ratione tantum contractus debetur, vt non semel admonuimus.

5 Non etiam † obest *d. l. 18. titulo 18. hoc libro 9.* vbi cavetur, que los que vendieren a Yglesias, y Clerigos, y Monasterios, y a otras personas exemptas, paguen el alcavala por entero, como si vendiessen a legos, no embargante que los compradores exemptos compren los bienes horros de alcavala: y que si los vendedores no pudieren ser auidos, que de los heredamientos, y otras cosas que se vendieren a los dichos Clerigos, y personas exemptas, se puede cobrar el alcavala, y que por ello siempre, y en todo caso, y en todo tiempo sean obligados los dichos heredamientos, y cosas que fueren vendidas; Hoc enim speciale est in casu illius legis, propter clericorũ iactantiam, qui dicebant vendentes sibi, quascumque res immunes a gabella esse. Et ideo optimè statuitur in ea lege, ad omnem fraudem evitandam, quod prædiximus, & in ea continetur, quo casu lex ipsa prævenit rerum alienationem, eas, scilicet, pignorando antequam in dominium clerici emptoris transeant, iuxta consilium Bart. *in l. rescripto, §. finali, ff. de mun. & honor.* cuius quidé opinio eo casu sustinenda est, quia de vitanda fraude agitur, non de damno Ecclesiæ inferendo, vt etiam in specie d. l. 8. ne scilicet debitæ obventiones, & iura Regalia deficiant, vt late probat Lassart. *de decim. vendit. cap. 19. num. 11.* iunctis his, quæ idem dicit, *cap. 18. num. 55. ad finem* &

6 item diximus supra, quod † si emptor, vel possessor alicuius rei, de qua in hypothecata ratione prædictæ hypothecæ gabellam soluerit pro venditore vero debitore, poterit pretium solutum recuperare ab eo, & eius hæredibus. Ita in terminis tenet Gironda, *vbi supra, d. 4. parte. §. 1. numero 9.* id probans ex sententia recepta illorum, qui idem tenent in possessore rei pro decima Ecclesiæ, & alijs oneribus, & tributis præterquam fisco debitis, & solutis, nempe, vt possit eam recuperare a vero debitore eiusq. heredibus, Roder. de Sco. *consil. 81.* Aluar. Vaez. *de iur. emphyt. quæst. 18. num. 8.* & Ioan. Garc. *de expens. & meliorat. c. 11. nu. 51. & 53. plures allegantibus.*

7 Ceterum † etsi in iudicialibus venditionibus, ex quibus gabella debetur, ipsa prius deducenda sit, quam debita creditorum, *vt supra probavimus cum Lassarte, de decim. vendit. c. 7. nu. 59. cum seqq. quem sequitur Gironda, de gabellis, 5. parte § 1. nu. 7.*

8 Decima † autem Ecclesiastica præfertur gabellæ, vt probat idem Gironda, *num. 8.* post Ioan. Garc. quem refert *in tractatu de expens. & melior. cap. 1. numero 18.* tenentem, quod decima præfertur primo tributo, mercedi, & vectigalibus.

9 Ceterum, licet † gabellarius ius pignoris in bonis debitoris habeat pro consequenda gabella: authoritatem tamẽ non habet ea vendendi, sed iudices vendunt ad instantiã suam, siue ordinarij illi sint, *iuxta l. 2. ti. 7. lib. 9.* siue ad hoc delegati a Principe, vt explicat Gregor. Lopez *in l. 52. verbo Los cogedores. tit. 5. par. 5.* quem refert, & sequitur Lassart. *cap. 18. num. 56.*

10 Neque † obstat lex 52. titulo 5. parte 5. ibi: *Esso mismo dezimos que pueden hazer los cogedores de las rentas del Rey e aquello que recibieren o prendaren por entregade, las sus rentas pueden vender;* ex qua l. videntur corrigi alia iuris communis, quæ habent, quod exactores tributorum non debent propria authoritate cogere resistentes, sed hoc spectat ad Præsidem, quem debet exactor interpellare, & prohibetur iudici, ne committat exactori, vt habetur *in l. fiscalibus, & in l. missi opinatores, C. de exact. trib. libro 10. & ibi* Bart. & Ioan. de Platea.

11 Debet † namque d. lex 52. intelligi, quando ex delegatione Principis deputantur aliqui ad exigenda tributa, tunc enim poterunt vendere, *vt in d. lege 52.* cum sibi hoc sit cõmissum, aliàs dispositio d. legis 52. in hoc Regno non servatur, sed iudices vendunt ad instantiam conductorum, siue iudices sint ordinarij, siue delegati, qui aliquando illis conductoribus a Curia Principis dantur, ita Gregor. Lop. vbi supra, cum quo transit Lassart. præcitatus.

S V M M A R I A.

1 *Conductores gabellarum an possint cedere bonis si pro debito fisci fuerint incarcerati, & numeris sequentibus, sed nu. 5. & 6. resoluitur negatiue, siue sint maiores vel minores conductores, vt in nu. 7. & 8.*

2 *Cessio bonorum iure permittitur quibuscumque debitoribus, etiam priuilegiatorum.*

3 *Cessio bonorum permittitur a los que fueren condenados por hurto, y se excusare en su persona la pena corporal, y no tuuieré de que pagar a las partes sus intereses sed hodie contra, vt in nu. 4.*

8 *Ratio generalis extenditur vltra casum.*

QVAESTIO CLXX.

An gabellarij conductores possint cedere bonis?

1 QVæro vlterius: † *An gabellarij conductores possint cedere bonis, si pro debito fisci fuerint incarcerati?* Et prima quidem facie videbatur dicendum, id esse licere, *argumẽto l. 6. titulo 16. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* † vbi debitoribus

2 quorumcumque etiam priuilegiatorum, & Concilijorum, permittitur cessio bonorum: Ergo, & debitoribus fisci id licere debet.

3 Secundo, *ex l. 9. d. tit. 16. lib. 5.* vbi permittitor, a los que fuerẽ presos, y condenados por hurto, y se execusare en sus personas la pena corporal en que se condenan, y no tuuiesen bienes con que pagar a las partes sus intereses, que

hagan

hagan cession de bienes. De cuius legis intellectu & praxi,
latè agit Baec. *de inop. debit. cap. 11. per totum*, ergo, & de-
bitoribus fisci per contractum.

4 Sæpe † tamen (vt ad casum d. l. 9. redeamus) Regiarum
Curiarum iudices, non obstante illa lege, solent delinquen
tem inopem ad cessionis beneficium non admittere in ca-
su illius legis, sed eum damnant, mittuntq. ad Regias pu-
blicasque triremes, vt ibi laboret, donec ex mercede susce-
pta damnum sarciauit, vt cum Couar. *lib. 2. variar. resolut.
cap. 1. num.* 8. refert Additionator Bernardi Diaz. *in regula*
75. d. tamen lex 9. hodie locũ in iure obtinere non potest,
